This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

RESEARCH LIBRARIES
33 00305121 0

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THESAURUS MONUMENTORUM ECCLESIASTICORUM ET HISTORICORUM,

SIVE

HENRICI CANISII LECTIONES ANTIQUÆ,

Ad Sæculorum Ordinem Digeſtæ

VARIISQUE OPUSCULIS AUCTÆ,

Quibus

PRÆFATIONES HISTORICAS, ANIMADVERSIONES CRITICAS, ET NOTAS IN SINGULOS AUCTORES ADJECIT

JACOBUS BASNAGE,

Cum Indicibus Locupletiſſimis.

TOMUS II.

NEW-YORK

AMSTELÆDAMI,

APUD RUDOLPHUM & GERHARDUM WETSTENIOS

M D C C X X V.

Digitized by Google



Digitized by Google

ACTA SANCTI
CUTHBERTI,
LINDISFARNENSIS
EPISCOPI,
A VENERABILI BEDA

Heroico carmine conſcripta.

Ex membranis m. ſ. celeberrimi Monaſterii S. Galli edita.

Digitized by Google

MARTYROLOGIUM

ROM. XX. MARTII.

IN *Britannia depoſitio S. Cuthberti Epiſcopi Lindisfarnenſis, qui à pueritia ad obitum uſque, ſanctis operibus miraculorum ſignis effulſit.* Hæc Mart. Rom. ubi notas has addit Illuſtriſſimus Baronius: *De eo Beda, Uſuardus, Ado. Ejus acta Beda exactè conſcripſit. habentur tom.* 3. *qui & in præfatione hiſt. de geſt. Angl. fatetur ſe ſcripſiſſe vitam ipſius, non tantum ſoluta oratione, ſed etiam verſu heroico. Idem de eo lib.* 4. *hiſt. Angl. c.* 27, 28 *&* 29. *Sedere cœpit anno Domini* 685. *Migravit è vita anno* 688. *Sigebertus autem anno* 687. *diem obiiſſe affirmat.* Hæc Baron.

Beda ad finem hiſtoriæ Anglorum. *Vitam S. Patris Monachi; ſimul & Antiſtitis Cudberti, & prius heroico metro, & poſtmodum plano ſermone deſcripſi.* Hæc Beda. Ubi notat Molanus ad Uſuardi Martyrolog. 20. Martii. in codice m. ſ. ita legi: *heroico metro capitibus quadraginta ſex.* Quæ lectio ſanè probatur mihi. Nam m. ſ. membranæ habent expreſsè 46. capita.

Beda in præfatione vitæ S. Cuthberti, quæ extat tom. 3. Bedæ; *Vitam ejusdem Deo dilecti Patris noſtri, quam vobis proſa editam dedi, aliquanto quidem brevius, ſed eodem tamen ordine, rogantibus quibuſdam è noſtris fratribus, heroicis dudum verſibus edidi.* Hæc Beda.

JACO-

Digitized by Google

JACOBI BASNAGII

IN ACTA

S. CUTHBERTI,

OBSERVATIONES HISTORICÆ.

SÆC. VIII. ANNO 701.

I. QUanquam Græcis, præcipue Recentioribus, plerumque sint ignoti scriptores Latini, monet tamen *Lambecius*, laudari sæpius *Bedam* ab anonymo Græco, qui notas edidit in præcipua Veteris & Novi Testamenti loca, cujus codex MS. in Bibliotheca Vindobonensi servatur. Latini, qui Bedam *venerabilis* titulo decoraverunt eique aras consecravere, agnoscunt nihilominus, *Bedam* plurima legisse, multa scriptis mandasse, pauca examini & judicio subjecisse; ita ut inter ejus opera excipiatur tantummodo ejus *Historia Anglicana*, idque præcipue circa res actas temporibus suis, ideoque fides adhiberi debeat ipsi, quia rari scriptores, & ignorantur pleraque gesta his in regionibus. *Lambec. comm. l. III. p. 224.*

II. Ediderat jam *Canisius* tomum quintum *Lectionum Antiquarum*, cùm incidit in membranas *Velseri* sibi amicissimi. Illas contulit cum editione jam peracta operis Bedæ, de vita *Cuthberti* episcopi Lindisfarniensis, rythmo metrico conscripta; Hanc inquam, contulit cum cod. ms. lacunas ejus ope supplevit & loca mendosa sanavit plurima; eas correctiones subjecit ad calcem tomi quinti, quia aliter fieri non poterat; sed eas ad marginem reposuimus, ut facilius intelligantur versus, si Bedæ aut alteri debeant tribui.

III. Revera scripsit *Beda* vitam *Cuthberti* Lindisfarnensis episcopi, & illud opus ipsi vindicatur ab omnibus Criticis. Eam inseruit catalogo sanctorum *Surius* t. 11. & ipse *Mabillonius*, vir numquam sine laude nominandus, in actis Ordinis Benedictini. Sed illa fuit prosaice scripta. Hæc quam edimus ex lectionibus antiquis *Canisii* & codice MS. *Velseri*, quam *Hanckius* notis MS. ornavit, dubia videtur plurimis. Lis erit sub judice! nos eam lectorum judicio libenter subjicimus.

IV. Fuere tunc temporis Gemini *Bedæ*: prior quem laudat ipse *Venerabilis* in vita *Cuthberti*, & qui usque ad extrema vitæ humanitatis summæ præsuli præstitit officia. Fuerunt etiam bini *Cuthberti:* prior, de quo agitur, fuit Lindisfarnensis insulæ præsul; hæc autem insula sita in vicinia Dunelmensis episcopatus & urbis *Barwich*: vocatur *insula sancta*, forsan in laudem & memoriam ecclesiasticorum, qui ibi floruere. Alter *Cuthbertus* fuit discipulus Bedæ, & ejus laudes post mortem decantavit. c. 37.

Digitized by Google

VENERABILIS BEDA,

DE

VIRTUTIBUS

S. CUTHBERTI,

LINDISFARNENSIS

EPISCOPI.

Incipit Prologus.

Domino in Domino dominorum dilectissimo, Joanni Presbytero Beda famulus Christi salutem.

Dici non potest, dilectissime in Christo Domine, in quantum tuæ charitate afficiar, tuaque si fieri posset præsentia semper delecter: tuæ quoque sanctæ dulcedinis, etiam inter longi itineris, quod inire cupis, angustias, perenni memoriæ stimulo compungar. Unde tibi vel ad memoriam meæ devotionis, vel ad tuæ peregrinationis levamentum, beati Cudbrethi Episcopi, quæ nuper versibus edidi, gesta obtuli. Absque ulla enim dubietate confido, quod tanti viri comitatus multum felicitatis conferat. Nam illius & mœrentem dulcedo consolatur affabilis: & desidem compunctio cordis fervens excitat, & periclitantem intercessio firma defendit. Scire autem debes, quod nequaquam omnia gesta illius exponere potui. quotidie namque & nova per reliquias ejus aguntur, & vetera noviter ab his, qui scire poterant, indicantur. E quibus unum est, quod in meipso, sicut jam tibi dixi, per linguæ curationem, dum miracula ejus canerem, expertus sum. Si vero vita comes fuerit, & nostræ dispositioni superna voluntas favendo annuerit, spero me in alio opere nonnulla ex his, quæ prætermiseram, memoriæ redditurum. Obsecro cum ad limina beatorum Apostolorum, DEO protegente, perveneris, pro me intercedere memineris.

Explicit præfatio.

INCI-

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 701.

INCIPIT DE MIRACULIS, S. CUTHBERTI

PROOEMIUM.

MUlta ſuis Dominus fulgeſcere lumina ſeclis — *Proœmium.*
Donavit, tetricas humanæ noctis ut umbras
Luſtraret divina poli de culmine flamma.
Et licet ipſe DEO natus de lumine Chriſtus,
Lux ſit ſumma DEUS, ſanctos quoque * jure lucernæ — *f. luce.*
Eccleſiæ rutilare dedit, quibus, igne Magiſtro,
Senſibus inſtet amor, ſermonibus æſtuet ardor,
Multifidos varium lychnos qui ſparſit in orbem,
Ut cunctum nova lux Fidei face fuſa ſub axem
Omnia ſidereis virtutibus arva repleret,
Roma Petri, Paulique jubar mirata gemellum,
Gaudet Apoſtolicis ſemper victura tropæis:
Aſt Aſiæ lucem Verbi ſerit ore Joannes,
Hauſerat è Domini quæ pectore myſtica ructat.
Bartholomêus Eoa volat per regna triumphans,
Indomitoſque armis lingua domat inclytus Indos.
Tu quoque Niliacos componens * Marte furores, — *leg. Marce.*
Sicca Evangelicis ſatias de nubibus arva.
Africa Cypriani dictis, meritiſque refulget.
Spernere delicias fuſo qui ſanguine ſuaſit.
Pictavis Hilario multum radiata Magiſtro,
Diſcutit annorum vera jam luce tenebras.
Conſtantinopolim Chryſoſtomus ille Joannes,
Aurato nitidæ luſtrat fulgore loquelæ,
Nec jam orbis contenta ſinu, trans æquora lampas
Spargitur effulgens, hujuſque Britannia conſors
Temporibus genuit fulgur venerabile noſtris,
Aurea qua Cudperhtus agens per ſidera vitam,
Scandere celſa ſuis docuit jam paſſibus Anglos.
Hunc virtutis honor jam primo à limine vitæ,
Ætheriumque decus ſignis comitatur apertis.
Cujus cuncta licet nequeam, tamen ultima malim
Commemorans operum veſtigia tangere verſu,
Quîs pateant interna ſacræ fundamina mentis.
Tu, rogo, ſumme, juva, donorum ſpiritus auctor.
Te ſine nam dignè fari tua gratia neſcit:
Flammivomiſque ſoles dare qui nova famina linguis
Munera da linguæ, verbi tua dona canentis.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Quomodo puer Dei Cuthbertus per infantem sit prædicto Episcopatu admonitus.

II. *Prædictio de episcopatu.*

ALma Deo cari primo cœlestis ab ævo
Vita micat, famuli lator quem muneris alti,
Vera vocat Christus speciali ad gaudia dono,
Aurivagasque feri pompas contemnere secli,
Corque polo stabilire docet, quem denique dulci
Prima magisterio per tempora dirigit ævi,
Quandoque provectum sublimibus inferat astris.
Fortè vago gracilis dum gramine luderet ætas,
Intererat vacuis simul indoles alma palæstris,
Subque levi lætas sumpsit luctamine palmas.
Sed Dominus digno puerilia sensa magistro
Correxit, tenero nam de grege parvulus infans,
Viribus admonuit dubiis ne fidere mallet:
Et festina brevi consumere tempora luxu:
Sed stabilem Domini mentem firmaret amore.
At puer infantis risit sacra famina nolens,
Octennis trimum despectus habere magistrum,
Qui gemit, & luctu faciem perfundit amaro.
Solvitur in lachrymas luctus, cunctique vicissim
Unius incertos satagunt abstergere fletus:
Nec valuêre tamen solatia rapta * novari:
Hunc pia complexum Cuthbertus ad oscula mulcet,
Obsecrans siccare genas, deponere luctus.
Excipit & mœsto justas de corde querelas;
Quid te, care, levi subdis per inania ludo,
Quem Deus ætherio sublimis honore sacravit,
* Præficiens populis, cœli quibus atria pandas;
Ingenuum stadio numquid concurrere servis
Fas erit, aut vulgi antistes similabitur actis.
Linque tuis ergò tàm dissona frivola factis,
Devotusque Deo sacrum conjungere pectus.
Hæc ait, & pueri grandævum in pectore sensum
Spiritus instituit cunctum comes almus in ævum.
Nec mirum, infantes mysteria pandere Christi,
Lactentumque sacer repleat si viscera flatus,
Qui facit humanas asinam reboare loquelas.

* *m. s. moveri in marg.*

* *m. s. marg. prospiciens.*

Quomodo genu dolente claudus effectus sit, & Angelo medicante curatus.

III. *Ab angelo curatus.*

PArvulus interea subiti discrimine morbi
Plectitur, atque regit vestigia languida pino.
Cumque die quadam sub divo fessa locasset
Membra dolens solus mitis puer, ecce repente
Venit eques niveo venerandus tegmine, nec non
Gratia cornipedi similis, recubumque salutat,
Obsequium sibi ferre rogans. cui talia reddit:
Obsequiis nunc ipse tuis adsistere promptus
Vellem, ni * diro premeretur compede gressus.
Nam tumet ecce genu, nullis quod cura medentûm
Tempore jam multo valuit mollire lagonis. (*a*)
Desilit hospes equo, palpat genu sedulus * ægrum,
Sic fatus similæ nitidam cum lacte farinam
* Olla coquat pariter ferventi.....
Hocque istum calido sanandus inungue tumorem.
Hæc memorans conscendit equum, quo venerat, illo
Calle domum remeans. monitus medicina secuta est;
Agnovitque sacer medicum venisse superni
Judicis à solio summo, qui munere clausos
Restituit visus piscis de felle Tobiæ.

* *dira.*

(*a*) *Laganis Hanckius. not. m. s.* * *al. ægro.*

* *al. ova.*

Quo-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701. IV.

*Quomodo ventis oratione mutatis * Oceano delapsa revocarit ad litus.*

HInc sacra majori firmatus robore corda,
Celsithronum didicit precibus pulsare tonantem.
Est locus insignis fluvii super ostia Tini,
Eximio jam tunc monachorum examine pollens:
Qui veherent dum ligna feri per terga fluenti,
Fluminis & venti subito feriuntur ab ictu:
Quinque fuêre rates, rapido quæ gurgite cunctæ
Oceani canum pronæ labuntur in æquor,
* Jam oculis abstracta procul, velut aliger, undis
Mergulus innaret, paret per cærula puppis.
Egreditur fraterna cohors; & poplite flexo
Æthera suspiciunt, vitam, pacemque precantes.
Servatur sed * hoc puero victoria lecto,
Qui tum fortè aliæ jam stabat in obice ripæ,
Vulgus & innumerum, grandisque caterva ridentum.
Gaudia nam reprobis sunt tristia fata proborum.
Noxia, qui dixit, linquamus gaudia fratres:
Condoleamus & his, quos verbera mœsta fatigant,
Vel Dominum potius, qui flabra creavit, & undas,
Oremus, dignetur iter donare salutis.
Rustica sed justis dissentit turba suadelis.
Ille, genu flexo, vultu mox presserat arva:
Mutantur venti, ratibusque in littora jactis
Erubuit lætum viso pro numine vulgus,
Glorificatque DEUM, firmet qui vota suorum.

* Beda in prosa S. Cudberti c. 3. rates Oceano delapsas.

* f. Jamque.

* hæc.

Quomodo cum pastoribus positus animam sancti Aedani Episcopi ad cœlum ferri ab Angelis aspexerit.

V. Animam videt quæ fertur ab angelis.

HÆc inter, teneros lætis dum collibus agnos
Pasceret, ecce vigil nocturnis cernit in hymnis,
Ignea sidereis fulgescere castra maniplis,
Atque polis sanctum rutilæ per gaudia pompæ
Ferre animam, sociisque sopor, quos presserat, infit:
Heu miseri lento premimur qui pectora somno,
Cernere nec vigilium (a) cœlestia facta meremur.
Pervigil en modico magnalia tempore crevi
Tanta DEI, bifores portæ reserantur Olympi,
Inditur ætheriæ felix qua spiritus aulæ,
Angelicis comitatus ovans, qui sidera flammis
Transit, & altithronum gaudet modò visere regem:
Antistes fuit iste reor, plebisve sacratæ,
Summus in arce nitens, comitum quem flammea tantis
Excipit æthra choris, lucisque ad limina vexit.
Discite pastores vigili tutamine mandris
Insidias noctis, furvosque cavere leones,
Vobis ut angelicæ pateant sacra carmina laudis,
Bethleaque DEUM cernatis in arce potentem.
Hæc memorans trepidas socio sub pectore laudes
Accendit. miranda fides rerum. Aëdanus ille *
Tempore decessit Domini orans lætus ad aulam.

(a) l. Vigilium.

* l. illo.

Quomodo idem Ædanus tempestatem nautis predicens, Oleum quo mitigaretur, dederit.

GEsta sacerdotis hujus veneranda per orbem,
Et doctrina nitet, memori narranda relatu.
Tangere sed breviter exemplis sufficit unum.

VI. Tempestatem oleo mitigat.

Pres-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Presbyter undiſoni quidam vada cœrula ponti,
Scandere juſſus adit ſupplex oracula vatis,
Seque ſuoſque rogans precibus tutarier almi.
Antiſtes cui celſus ait, Petis æquor ut altum,
Obvius adverſo inſurget ſeptentrio flatu.
Venti ſed fremitus, tempeſtateſque ſonoras
Chriſmate, quod dederim promptim lenire memento,
Unguine tunc ſumpto nautæ præpinguis *olivæ,
Æquora deſcendunt, velique patentibus alis
Sulcabat media * puppis ſecura profundum.
Cùm ſubitò gravis inſtat hiems, furit undique pontus,
Tardans abreptæ veſtigia cœpta carinæ:
Immiſſo tandem pinguis medicamine guttæ,
Manſuefacta feros componens unda tumores
Pandit iter lætum. Virtus ſic una gemello
Effulget radio. dictis qui triſtibus ante
Terruerat, prompto relevat ſolamine mœſtos,
Quique prophetali præfatur mente futura,
Ipſe elementa ſuis refrenat turbida juſſis.

* olivi.

* l. medium.

Quomodo Cuthbertus iter faciens cibum caballo indice repererit.

VII. *Cibum caballus indicat.*

RUrſus caſta DEO CUTHBERTUS pectora plenus,
Ingrediens itiner *, pluvio concluditur Euro,
Frigora quaque volans percurrit ſidera nimbus,
Divertitque rigens veteris ſub tecta tabernæ,
Condiderat pecorum qua * ſolo per avia cuſtos,
Parieti & adnectit, quo venerat ipſe, caballum,
Exſpectansque udos Dominum componere flatus,
Divinis horam dum ſacrat laudibus almus,
Cernit equum ſubitò ipſius decerpere morſu
Tecta caſæ, fenique fluunt in faſce cadentis
Miſta pio juveni ſummo convivia dono;
Qualia ſiccato meruiſti gramine quondam
Flammeus ætherias vates qui ſcandis ad auras.
Ergò facer calidi panis, carniſque ſuperna
Jam dape paſtus agit grates, poſitiſque procellis
Carpit iter gaudens Chriſto comitante ſerenum.

* l. iterer.

* f. ſola.

Quomodo Angelum hoſpitio recipiens, dum panem quærit miniſtrare terrenum, cæleſti ab eodem remunerari meruerit.

VIII. *Angelum recipit.*

HInc majora petens monachis hrypenſibus, almus
Corpore, mente, habitu, factiſque adjungitur, & mox
Ponitur hoſpitibus famulus, * juſtoque libenter
Subditus obſequio celſæ de mœnibus aulæ
Cernere promeruit gaudens, & paſcere civem.
Hoſpitis hic habitum * mediæ ſub tempore brumæ
Advenit, vatiſque humili de more receptus.
Aptos * abluitur ſacros, quique algida blando
Palmarum adclinis mulcet veſtigia fotu;
Subnixusque rogat dignetur ut uſque morari
Defeſſus lætis dapibus, quo membra noventur,
Ne frigusque famesque nivoſaque flabra Decembri
Ingeminent itener longo ſub calle rigentis,
Qui matutinis advenerit algidus auris.
Atque reluctantem, ſummi per regna tonantis
Adjurans tandem ſiſtitque, famemque repellit,
Digreditur cupiens panem deferre calentem
† Heſternæ * quod tantum ſupereſſent fragmina cœnæ.
Convivam rediens quærit, ſed nulla viantis

* habitu.

* l. artus.

† l. quod tantum heſterna. * ſic M. S. cum nota: fort. leg. Qua heſterna.

Signa

Digitized by Google

Signa pedum niveo quoquam conſpexit in arvo. SÆC. VIII.
Interiora petens roſeo nidore referta
Repperit hæc, mirum dictu, pariterque tuetur ANNO 701.
Tres inibi è nitido fulgentes polline panes.
Talia dum pavido Cudperthus pectore fatur:
Cerno quidem*, ætheria deſcenderat hoſpes ab aula. * l. quod.
Cognatiſque levis ſe reddidit aliger aſtris:
Paſcere, non paſci veniens, & fercula portans,
Qualia non ſurgunt noſtræ de germine meſſis:
Lilia nec candent, nec ſic roſa fulgida *flagrat. * f. fragrat.
Noſtraque mannifluo ſpernuntur mella ſapore.
Non hæc ergò meus toſto de viſcere fornax,
Sed paradiſe, tuus gignit ſacra munera fructus.
Nec mirum noſtras dives quod reſpuit eſcas,
Perpetuum vitæ fruitur qui pane per ævum.
Nam vir mente DEO devotus, & ore jocundus,
Sanctificos patrum Domini ſub laudibus actus
Commemorare ſolens, proprios quoque ſæpius infert,
Egerit ætherios tantum quos teſte triumphos.

Quomodo animalia maris, in quo pernox oraverat, illi regreſſo præbuerint obſequium, & frater, qui hæc videbat, præ timore langueſcens ejus ſit oratione recreatus.

INterea juvenis ſolitos nocturnus ad hymnos IX. *Animalia præbent obſequium.*
Digreditur: lento quidam quem calle ſecutus,
Illius incertos ſtuduit dignoſcere greſſus.
Ad mare deveniunt. collo tenus inditus undis
Marmoreo Cudperthus agit carmine nocte* * l. noctem.
Egreditur ponto, genibusque in littore fixis.
Expandit geminas ſupplex ad ſidera palmas.
Tum maris ecce duo veniunt animalia fundo,
Vatis & ante pedes fulva ſternuntur arena.
Hinc gelidas villu*, flatuque foventia plantas, * l. ville.
Æquoreum tergunt ſancto de corpore frigus:
Supplice tum nutu ſeſe benedicier orant.
Qui parens votis verbo, dextraque miniſtris
Impendit grates, patriasque remittit ad undas,
Ac matutino tectis ſe tempore reddit.
Hæc comes ut vidit perculſus corde pavore,
* Semianimam curvo flatum trahit abditus antro. * Semianimem fortè Bed. ſcripſerat.
* Adrevoluta dies noctis cum pelleret umbras, * At fortè
Æger adeſt vati ſupplex genibusque volutus,
Se poſcit Domino prece commendare profuſa,
Inciderit mœſtam ſubito quod pondere noctem.
Num noſtrum è ſpeculis, dixit, tentando latenter
Luſtrabas itiner? ſed nunc donabitur error
Jam tibi poſcenti, retices ſi viſa quousque
Decedam mundo? ſummique exempla magiſtri
Exſequitur, miſſo renovans qui lumine cæco
Præcipit auctorem reducis celare ſalutis.
Tum prece languorem pellit, culpamque relaxat.
Inque dies meritis creſcendi ſumma Tonantis
Gratia teſtis adeſt: pandunt miracula mentem;
Jamque prophetalis ſtellanti è culmine virtus
Candida prærutilo irradiat præcordia flatu.

Quomodo nautis tempeſtate præcluſis ſerenum mare ad certum diem prædixerit, & orando cibos impetravit.

PIctorum interea puppi defertur ad oras: X. *Serenum mare prædixit.*
Sed reducem rigido tardant freta clauſa Decembre,

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Cumque fames, frigusque, marisque pericla * furenti
Nubila cum tonitrus, cum grando, polique micantes
Externo trepidos quaterent ſub littore nautas.
Venerat alma dies, natus qua corpore ſignis
Enituit Chriſtus cœlorum gloria terris.
Ille, ut erat placidus, blando ſic pectore fatur:
Quid, rogo, tanta tenet noſtras ignavia mentes,
Tam fera quin * ullo ſcindamus vincula niſu?
Cernitis æquoreo caneſcat ut aggere tellus,
Aër aquas manat; glacies mare, nox tegit æthram:
Corda fame tabent: hominumque juvamina deſunt.
Ergò DEUM reſtat precibus pulſare ſupinis,
Rubra ſuis quondam pelagi qui limina pandit,
Nube domum, nimbo panem dat, pocula ſaxo,
Noctis & horriferas flamma duce diſcutit umbras.
Tanta dies præſens cujus de munere dono
Promeruit, * quaterna magi theſaura ferentes,
Mortalem, regemque, Deumque tuentur, & orant,
Quo lavat ipſe ſuo Dominus baptiſmate mundum,
Clauſa diu reſerans credentibus æthera ſeclis,
Dulcia qua * fontes flagrant de gurgite vina,
Munere deque rubent Domini per pocula lymphæ:
Sic quoque noſtra DEO remeant duce proſpera credo,
Illum ſi rogitans firmet fiducia pectus.
Hæc ubi dicta, freti ſocios ſub litore ſiſtens,
Suêrat ubi vigiles ſupplex jam ducere noctes,
Ceu deciſa videt piſcis tria viſcera fruſta,
Et genibus Dominum poſitis veneratus adorat,
Laudibus accummulans fidei venerabile donum,
Tot * ſuperant †, vates, convivia ſolibus, inquit,
Conditor æquavit: quibus actis, æquora placans
Navigero patrium nos calle reducet ad arvum.
Tum laribus torrent epulas, gratesque gerendo,
Exhibita triduo recreant dapè cœlitus artus,
Quæ nova mellito teſtantur dona ſapore.
Jamque die quarto lætis ceſſantibus auſtris
Blanda ſalutiferum capiunt trans æquora portum.

* f. furentis.
* l. nullo.
* l. qua terna.
* l. fontis.
* l. & ſuper hæc.
† M. S. Et ſuper ut vatis. forte leg. Tot ſuper, ut vates. Beda in Cudberto proſa ſcripto tom. 3. cap. 11. ait: Quot diebus hic reſidendum ſit, nobis oſtendit.

Quomodo iter faciens, aquila miniſtra, viaticum & percepturum ſe eſſe, prædixerit, & perceperit,

XI. *Aquila Miniſtrat.*

INde ſacerdotis meritoque, graduque potitus,
Tendebat populos vitæ renovare fluentis.
Forte viæ comiti, ſed præſcius ipſe futuri;
Fare ſodalis, ait, quo fercula ſumere mens ſit:
Hæc & ego, dixit, dubio ſub pectore mecum.
Prandia non tulimus vaſis, domus hoſpita * jam †,
Jejuni, feſſique itener complere nequimus.
Reſpondit ſenior: Domino * ſi fidere dic †.....
Providet ille dapes, vatem qui paſcere corvos
Juſſit: jam adſpectas aquilam Jus vaga flabra *.....
Nos valet hac etiam omnipotens ſatiare miniſtra.
Dumque iter inceptum peragunt, venere ſub amnem
Et volucrem rubro quæ celſa ſub axe volarat,
Marmoris in ripa reſidere tuentur, * ut altus,
Cernis, ait, vates, noſtram ſuper æquora ſervam?
Curre rogo; & Dominus miſit quæ munera, defer.
Attulit at piſcem. medium ſecat, atque miniſtræ
Parte famem pellit; firmant ſua pectora parte.
Utque viam ſuperant juſſis, lymphisque * ſalutis
Pandit iter populis cœli per regna vocandis.

* f. nulla.
† l. Hoſpita non eſt.
* Leg. ſic fidere diſce.
† l. diſcas.
* adde ſecantem.
* At.
* M. S. Salutu.

Quo-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Quomodo prædicans populis phantaſticum ſubito ignem Diaboli & præviderit venturum, & venientem exſtinxerit.

XII. *Ignis Diabolicus extinctus.* * *In Proſa Bedæ ca. 13. Eodem tempore.*

TEmpore* non alio pandens cœleſtia terris,
Impia jam pulchre ludibria prodidit anguis.
Namque repente ſacris immiſcet talia dictis:
Panduntur quoties vobis myſteria regni,
Cor decet attentum, ſenſusque adhibere benignos,
Ne vaga peſtiferi ludat vos aura chelydri,
Qui ſacra perverſus conamina vertere nitens,
Gaudet vel modica turbari nube fideles:
Ut nos alloquio regis, viſuque ſuperni
Abducat fallax, vilis quaſi ſervulus hoſtis.
Hos inter monitus vacuo de fomite ſurgens
Vicinas rapit ignis edax ſine viribus ædes:
Quaque faces volitant, ventus juvat, it fragor aſtris.
Exilit eluſum trepidum phantaſmate vulgus.
Feſtinum, ignivomis unda ſuccurrere tectis.
Neſcia ſed fuſis fallacia cedere lymphis,
Ipſa ſui levitate perit, patriasque ſub umbras
Pompa redit, vanusque vagis dolus abditur antris.
Confuſi rediêre domum, veniamque precantes
Exorant proni vatem, fragilesque ſuperbi
Se gaudent agnoſſe dolos, ac tela tyranni,
Spiritus exſtinxit ſacri quæ præſcia virtus.

Quomodo flammas domus cujusdam ardentis oratione exſtinxerit.

XIII. *Flamma extincta.* * *l. incubuit.*

QUin etiam veri, flammis crepitantibus, ignes
Arida deriperent tecti dum culmina quondam,
Invaluit* precibus, ventosque laresque retorquens,
Voce pericla fugat, juvenum quæ dextra nequibat,
Nec mirum vati fragilem ceſſiſſe caminum,
Igniferis ſatanæ qui ſpicula torta pharetris
Ætherios* ſuerat umbone relidere Chriſti. * *l. atherio*

Qualiter dæmonium ab uxore cujusdam necdum adveniens ejecerit.

XIV. *Dæmon ejectus.*

VIr venit ad procerem, trepidisque precamina ſupplex
Vocibus ingeminat: leti ſub limine conjunx
Cara jacet: jam artus ſenſu fugiente rigeſcunt.
Vita tremens tantum ſub pectore fervet anhelo.
Mitte precor Chriſti modò qui myſteria portet:
Spiritus antè fugax quàm pallida membra relinquat.
Dumque parat jam vatis iter quem mittat in iſtud:
Tempore namque.*..... Lindisfarnenſis in illo * *adde fuit.*
Præpoſitus celſe* ſecreto numine diſcit, * *celle.*
Non leti commune genus, ſed dæmonis atri
Sævitiam miſeræ diris incumbere pœnis:
Se magis exhibuit: ſubeunt iter ecce repente
Solvitur in lachrymas ductor, & pectore triſti
Sedulus horreſcit, veniens ne* vates amatam * *M. S. vatis.*
Dilectamque diu væſano corda furore
Preſſam ſi cernat, priſcæ ſuſpicio vitæ
Surgat, & antiquam lædat nota improba* famam. * *M. S. famam.*
Namque miniſteriis aſſiſtere ſedula vatis
Conſuerat, bibulasque aures præbere docenti.
Ille pio tetricas relevat ſolamine curas.
Quid gemis, & taciti liquefactus ab igne camini
Ablueris triſti jam pectoris indice lympha.
Anne putas ad eam caræ cum tecta ſodalis

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Illam posse capi nexu bacchante chelydri;
Vinci qui crebris solitus conflictibus, & nunc
Victrici fidei gladio superabitur hostis.
Femina quin potius venientibus obvia nobis,
Istas excipiet sanæ jam mentis habenas.
Dicta fiunt, venêre domum: fugit efferus anguis:
Occurrit mulier sospes, dextraque prehendens,
Frena rogat vatem descendere, adireque tecta
Dignetur famulæ, pandens nova dona salutis,
Ejus ad adventum fugiens ut cesserit * hydros.

* *hydrus scilicet infernus.*

Qualiter Anachoresin meditatus apud Lindisfarnenses Monachos vixerit.

XV. *Fit monachus.*

TAlia mirantum fragili ne laude, supernæ
Cœlestisque exsors fama foret, abdita mavult
Secreti lustrare, DEO qua teste valeret
Laudis ab humanæ liber munirier aura.
Cumque sui primo jussis Antistitis actus
Fratribus exemplo virtutis pandere callem,
Fit monachis socius, quos Lindisfarnea glauci
Insula clara maris, refluis circumfluit undis.
Inque brevi quam plura nitens per signa coruscus,
Erigit innumeros pulsis languoribus ægros.
Hostis & atra crucis rutilo fugat arma tropæo:
Quæ facie quamvis absens, sed pectore præsens
Conterit, & fœdo Christi domum ab hospite mundat
Internam quid enim coner describere vitam
Quam dulcis sermone, gravis sit & actibus, & quàm
Accensam lacrymis levarit ad æthera mentem,
Cum decus extremum * puri sit pectoris index?

* *l. externum.*

Qualem sibi in insula Farne pulsis dæmonibus habitationem fecerit.

XVI. *Sedem locat in Farne.* * *f. larvalibus.*

TAndem Farne petit senior, cupitisque potitur
Sedibus, indigenas patria fugat impiger atros.
Illa prius nam horrens * lavaribus insula flabris
Arcebat humana minis consortia cœcis,
Quàm Domini mox servus adit cruce: territus atrox
Turbo fugit per inane vagi quasi portio fumi.
Ille serena tenens, pereunte tyrannide, regna.
Terrestri ætheriam facer aggere condidit urbem,
Atque humilis celsis statuit sub mœnibus ædes.
E quibus astriferum tantum adspectare cacumen
Posset, & à celso secretus rege tueri.
Hæc & ut in cunctis divina patesceret almi
Virtus, missilibus firmavit mœnia saxis,
Vix quæ bis terni cervice subire potentes:
Ille sed asportans muris imponere solus
Sufficeret summi dextra comitante tonantis.

Qualiter precibus aquam de arida produxerit, qui etiam bibendo quondam in vinum convertit.

XVII. *Aquam convertit in vinum.*

FOntis inops fuerat locus hic: sed sanctus amœnam
Excutit in solita precibus dulcedine lympham:
Hæc sacri media Cudperti nata sub aula
Præbet adhuc cunctis suavem potantibus haustum.
Nec mirum, hoc Domini famulum potuisse mereri,
Qui quondam saliente sitim dum pelleret unda
In meracum latices valuit convertere nectar.

Que-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Qualiter à meſſe, quam ſua manu ſeverat, verbo volucres abegerit.

XVIII. *A meſſe volucres abigit.*

QUique ſuis cupiens victum conquirere palmis
Incultam pertentat humum proſcinderere ferro
Et ſator edomitis anni ſpem credere glebis:
Dumque ſeges modico de ſemine ſurgeret ampla,
Tempus adeſt meſſi: rapidæ ſed forte volucres
Flaventes prædare ſenis nituntur ariſtas.
Talia qui placidus ſævis prædonibus infit:
Quid precor illicito meſſem contingitis auſu,
Quæ voſtro ſulcis non eſt inſerta labore?
Pauperies an veſtra meam tranſcendit, ut iſtud
Incurvam meritò falcem mittatis in æquor?
* Quaſi ſi fortè DEUS jubet his inſtare rapinis,
Non veto: ſin, alias vos finibus indite veſtris.
Dixerat, & ceſſit mox plumea turba, nec ultra
* Militis audebat Domini jam lædere *rura:
Quin potius dulci pacis quaſi fœdere nexum,
Unanimemque ſui generis redamabat amicum.
Nam teneras ceu paſtor oves hanc ipſe regebat.

* *fort. Quod ſi. l. quas ſi.*

* *m. ſ. militibus.*
* *m. ſ. jura.*

Quomodo corvi noxam, quam viro DEI *intulerant, precibus, & munere purgarint.*

XIX. *Corvi noxam purgant.*

DEſcendunt * corvi nigro ſub crimine pactum
* Effringuntque domus, ruptoque è culmine culmos
In propriæ gaudent transferre cubilia prolis.
Hos vates ceſſare monet, ſpretisque ſuadelis,
Hoſpitium Fratrum quid, ait, laceratis? abite,
Hujus & extorres patriæ durate per ævum.
Dixerat, & triſtes abeunt, biduoque peracto,
Alter adeſt vati: pedibusque volutus, & alas
Lugubres ſparſus, veniam, reditumque precatur.
Patrata qui pace redit, ſociumque reviſit.
Tandem ambo veniunt alacres, adipemque ſuillam,
Se condigna, ferunt vati dona, unguine cujus
Calciamenta pius mollire valeret, & ex tunc
Innocuo condunt illic ſua tecta paratu.
Quid fera prætumida cervice ſuperbia ferves?
Cerne viam corvi, & cœcum depone furorem,
Qui precibus noxam, fletuque & munere purgat,
Nec pudeat vitæ volucrum de pectore formam
Sumere, cum moneat ſapientia: reſpice calles,
Quos formica terat, ſenſumque addiſce ſagacem.

* *l. reſcindunt.*
* *m. ſ. effriguntque.*

Pron. 6.

Qualiter eidem mare ſervierit.

XX. *Fi mare ſervit.*

QUid referam æquoreas juſto famularier undas,
Obſequiumque illis elementa impendere, qui ſe
Imperiis ſubdunt devota mente ſupernis?
Namque ſuis caſulam ſtructurus ibi uſibus aptam,
Quam baſes à ponti fulciret parte, rogabat,
Conveniens operi fratres adducere lignum,
Qui obliti redîêre, maris ſed proximus æſtus
Attulit, & mirum dictu, jam limine in ipſo,
Quo fuerat corde illius, fundamina tecti
Pandere*, depoſuit, hominumque oblivia pontus
Increpat, & nautas ſua concutit unda pudore.

* *l. Pangere.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Quomodo multis ad se venientibus, monita dans salutis, fragiles exposuerit Antiqui hostis insidias.

XXI. *Dæmonis insidias aperit.*

FAma citat multos vatis pia quærere dicta:
Et bibulas adhibere sonis cœlestibus aures,
Quos varia cordis fessos à clade levaret.
Mitis at ille sacro renovans solamine mœstos,
Gaudia summa poli cunctis fluxosque caduci
Commemorat luxus secli variasque malignum
Tendere decipulas, Domini qua nudus amore
Labatur miserè sensus, sed tela fidei
Perrumpant vacuas nullo discrimine fraudes.
Me quoties, inquit, celsa de rupe nefandi
Præcipitem mittunt? quoties ad pectora saxa
Alta rotant? nullo noceor sed hostis ab ictu.
Credite nec læsit summas offensio plantas,
Nec modicus saltem tetigit præcordia terror.
Nec quasi summa meæ stupeatis culmina vitæ,
* Blanditas quod ego luxu fallente superbas
Calce terens Domino cupiam secretus adesse,
Ardorem * Monachi cui semper subdita jussis
Vita sub imperio servit devota parenti,
Excubiasque, famemque, preces, manuumque laborem
Ad votum gaudent proni frenare regentis,
Me quorum multos vitæ per culmina novi,
Perque Prophetales radios præire sophiæ,
Bosilus è quibus est, Mailrosi gloria cœtus,
Quem totam memini quondam mihi pandere vitam,
Quæ me venturi restabit in ordine secli,
Unius & solum superat sententia verbi,
Quam cuperem nunquam faciat DEUS arbiter orbis.
Hæc sacer ajebat senior: quia præscius ipsum
Pontificem altiloquo prædixerat ore futurum.

* *Blanditias fortè.*

* *l. aptior est monachi qua.*

Prophetia ejusdem de vita Eggfridi Regis, & Episcopatu suo.

XXII. *Prædictio de Eggfrido.*

DUmque pium cuncti * gauderent visere vatem,
Ejus & hortatu cordis componere fluctus,
Ecce alios inter signis sublimibus acta
Regia virgo venit, regis quæ sponsa perennis,
Virgineos, paradise tui sua gaudia regni,
Mater casta choros generat, vatemque precatur,
Dignetur famulam monitis firmare supernis.
Annuit * pelagi superato gurgite puppi.
Progeditur, dictisque illam dum affatur amicis,
Femineis subitò rogitat sic anxia curis.
Jam claret meriti te præ fulgore nitentis
Præscia venturis intendere lumina seclis.
Dic ergo, adjuro summi per regna Tonantis,
Ecfridus imperium quod sit recturus in ævum.
Vera cui dubio pandit sermone Prophetes.
Regna vocas longæva virûm, quæ, quamlibet annis
Centenis extenta, brevi claudentur in hora,
Et nihili unius luxus reputabitur anni,
Mors ubi languentes diffunditur atra per artus.
Quæ gemit & lacrimis præsagia tristia deflens,
Quem, rogo, linquet, ait, regni qui sceptra gubernet,
Cum fratre, & nato careat. Cui talia vates:
Cernis ut hoc pelagus latè vaga regmina findant.
Forsan * hæc inter Dominus sibi * servat hujus

* *adde: & annuit & Pelagi.*

* *adde: forsan*

* *adde: servat & hujus.*

Qui

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Qui regat imperii lectus moderator habenas,
Ecfridus, utque tibi fratres * nectatur amore.
Audet adhuc ſupplex virgo pulſare Propheten:
O variis hominum finduntur pectora curis:
Pars nancto * gaudet mortalis culmine pompæ;
Pars cupiens gazas luxu populante fugaces:
Pauperiem nullo deponit fine perennem.
Tu licet oblatum mundi contemnis honorem,
Vilibus & mavis ſecretus condier antris,
Pontificis ſummi quamvis potiundus honore,
Quondam *veſtra geret merito ſacratius ætas.
Non ego, reſpondit, dignum me tanta ſubire
Culmina jam fateor; Domini ſed dextera nullis
Effugitur cœli, terræve, mariſve latebris.
Qui, ſi tanta gradus jubeat me pondera ferre,
Credo brevi laxet tranſacta ſorte duorum
Curriculo annorum abſolvar, rurſumque *adunatis
Gaudens ſecretis reddar: ſed tu quoque noſtrum
Ælffeda* colloquium perpes reticere memento,
Abſolvar donec vinclis, & carcere carnis.
Nec mora, veriloqui complentur in ordine dicta;
Eccleſiæ juſſis precibus, lacrimisque coactus
Vatis & ipſe genas luctu perfuſus amaro,
Dulcibus extrahitur latebris, populisque regendis
Præficitur, modio lateat ne tecta lucerna:
Sed jubar alticomum Domini diffundat in ædem;
Eccleſiam gemino qui rexit Epiſcopus anno.
Priſcis deproperavit ovans ſe reddere luſtris.
Utque ſatis fieret vatis per ſingula dictis,
Sol magnum explevit ſolitis ſub menſibus annum,
Pictorum infeſto dum concidit Ecfridus enſe,
Et nothus in regni frater ſucceſſit honorem,
Scottorum qui tum verſatus * incola terris,
Cœleſtem intento ſpirabat corde ſophiam.
Nam patriæ fines, & dulcia liquerat arva,
Sedulus ut Domini myſteria diſceret exul.
Hujus nunc Tyrio venerabile pignus in oſtro
Jure datas patri, ſceptri jam tractat habenas.
Utque novus Joſia, fideque, animoque magis quam
Annos maturus noſtrum regit inditus orbem.

* l. fratris.
* f. nacto.
* l. quo nil M. S. Quond. nigeret.
* adamatis
* Ælfleda.
* adde: verſatus in incola.

Quomodo in Epiſcopatu Monaſticam non reliquerit vitam.

XXIII. *Epiſcopus monaſticam duxit vitam.*

ERgò ſacerdotis ſummi faſtigia nactus,
Mente, manu fulget Cudpertus, & ore coruſcus,
Commiſſoque *greges precibus, monitisque tuetur.
Pauperibus qui dives, inops ſibi, blandus amaris,
In turbis monachus; neque enim vel ſueta*.....
Arida vel heremi mutari fercula curat.
Virtutum titulis auget miracula mentis,
Quæ lyrico liceat curſim contingere plectro,
Ne potior laſſis generet * faſtidia verſus.

* l. Commiſſos.
* l. tegmina ſueta.
* M. S. faſtigia mendosè.

Uxorem comitis per presbyterum ſuum aqua Benedicta ſanavit.

XXIV. *Feminam aqua Bened. ſanavit.*

DOctor ubique pius, cœleſtia dona miniſtrans,
Per comitis tulit arva gradus, quem languida coniunx,
Triſtavit * perpeſſa luem, lethoque propinquans
Alma ſalutiferæ cui vatis munera lymphæ
Presbytero famulante dedit, tabemque removit:
Moxque illi obſequium præbebat femina ſoſpes.

* l. triſtabat.

Puel-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Puellam Chriſmate perunctam à dolore capitis, laterisque curavit.

XXV. *Puellam chriſmate ſanat.*

TEmpore non alio laterali tacta dolore
Virgo premebatur, capitisque gravedine feſſa
Ægra diu gemuit, ſacro quam chriſmate tinctam
Antiſtes rediviva novat per dona ſalutis.

Pane à viro Dei Benedicto ſanatur infirmus.

XXVI. *Infirmum Pane Benedicto.*

VIr, pater ipſe domus morbo depreſſus acerbo
Cogit amicorum ſuprema ad fata cohortes.
Conveniunt plures, cui fortè ibi protulit unus,
Quem ſibi quondam almi doctoris dextra roganti
Sacrarat, dederatque pio pro munere panem.
Intingunt lymphis: potandum ſuſcipit æger,
Moxque medelifero morbi ceſſere ſub hauſtu,
Laxatosque ſalus rediviva ſubintrat in artus.

Oblatum in itinere juvenem moriturum oratione revocat ad vitam.

XXVII. *Moriturum revocat ad vitam.*

JAm commiſſa vigil dum luſtrat ovilia paſtor,
Ecce iteris medio juvenis torpentia lecto
Membra ferunt ægrè ſuſpiria ſæva trahentis,
Utque juvet miſerum rogitant; qui protinus omnes
Ejecit precibus languentes impiger artus
Erigit, & comitem ſociis mirantibus addit.

Tempore mortalitatis morientem puerum matri ſanum reſtituit.

XXVIII. *Puerum morientem ſanat.*

TEmpore quo peſtis vaſtabat dira Britannos,
Dona ſacer celſæ dum ſpargit ubique ſalutis,
Ferre videt mœſtam nati moritura parentem,
Funera feminecis, compaſſus & ipſe dolenti,
Baſia dat puero, matremque affatur amaram.
Linque metum lacrimasque, puer ſanabitur iſte:
Et tua tota domus mortis hac ſorte carebit.
Cujus dicta ſalus puerique domusque ſecuta eſt.

Quod omnia geſta illius enumerari non poſſint.

XXIX. *Infinita ejus miracula.*

DIcere quid coner, quæ nullo edicere verſu
Sufficiam? quoties languorum tabe pereſos,
Invalidosque potens jam verbo erexerit artus,
Quotque focos febris ſacra repreſſerit unda:
Qualiter egeſtas fontano è gurgite lymphas,
Fecerit in lætum vini tranſire ſaporem:
Spirituum quoties per devia fugerit horror,
Cudperthi conſueta minis ſe linquere faſſus
Pectora, & ignivomas baratri ſub cogier umbras,
Abſentisque etiam pœnis ſe plectier atris.
Virtutesque ſacri numero quid prendere certem?
Tanta Prophetalis quem gratia fulcit honore,
Jam puroque poli qui pervolat æthera viſu,

Interitum Ecfridi regis, & militiæ ipſius, quem prædixerat futurum, in ſpiritu vidit abſentem.

XXX. *Regis Ecfridi interitum prævidet.*

PIctorum interea premeret dum regna duello
EGFRIDUS atroces miſero jam fine furores
Cædere: mente vigil vatis proſpexit, & ore
Perfuſus lacrimis ſuſpiria fundere crebra

Inge-

Digitized by Google

Ingeminat, nunc arva tremens, nunc æthera cernens; SÆC. VIII. ANNO 701.
Forsan, ait, noster confecto miles agone
Sortitur Domino decretum judice finem.
Planius hunc rogitant eventum edicere pugnæ,
Agnita qui dubia sic celat voce pericla:
Cernite filioli novus ut stupor aëra turbet.
Nam Domini secreta latent, arcana nec ullus
Sufficit altithroni vestigia prendere regis.
Non multi fluxere dies, cum dira nefandam
Fama necem caneret, plebis, procerisque sub illa
Confectam mœrens, qua vates dixerat, hora,
Absentem cernens, quam creverat ante futuram,
Rectoris cum virgo rogans perquireret ævum.

*Quomodo vir Dei Hereberegto * anachoretæ obitum suum prædixerit, comitatumque illius à Domino precibus obtinuerit.* * l. Hereberecto.

TUm venit Hereberectus, erat qui nexus amore XXXI. Deobitu Hereberecti.
Præcipuo vati, illiusque per avia celsam
Edoctus monitis vitam secretus agebat,
Se cupiens solitis sacri firmarier horsis.
Qui dum sidereis verbi devota vicissim
Corda rigant dapibus, Cuthbertus talia jungit:
Vel nunc hunc decet hunc epulis linguæ * ducere festis * adde &.
Frater amate, diem, semper quia pectora nexos
Nos genitor rerum facie conjunxit, & ante
Visere nos tribuit lethi quàm jure * resolvi. * M. S. revolvi.
Idcircoque poli callis nunc ore petendus:
Toto nunc animo pulsanda est janua vitæ,
Dum licet ætheriis succendere mutua flammis
Pectora, nam properans lethi me tempus adurget.
Ille ubi percepit venerandi dicta Prophetæ,
Corruit, obsecrat, mœret, lacrimatur, & infit:
Me rogo ne linquas; carique memento sodalis:
Aurea ne rutili penetres cum limina regni,
Carnis ego tenear solus sub carcere *..... * adde clausus.
Dignius alta poli famulo comitatus adibis
Regna libens, ideo supplex deposce Tonantem,
Ut parili terris premimur qui mortis in umbra,
Æternæ pariter lucis migremus ad oras.
Incubuit precibus vates, sociumque gementem
Exorat siccare genas, deponere fletus,
Se precis auditu Domino miserante potitum.
Quid morer? unius ambo sub lance diei
Decedunt mundo, Dominique feruntur ad aulam.
Longo sed torrens Hereberthus membra camino,
Ignea decoctum tandem super æthera flatum
Emisit. credo flammis ut mundior illis
Æquaret socium, juncto qui sidera passu
Scandentes juncta mercede fruuntur in ævum.

Animam cujusdam, qui de arbore cadendo mortuus, ad cælum ferri conspexit.

SEderat ad mensas epulis sed pastus olympi XXXII. Videt animam cœlo delatam.
Vatis, ab humanis subitò secernitur escis.
Concutit ossa pavor, tremefactaque dextera cultrum
Linquit, & adtonito vibratur corde dolore.
Ælffeda perquirit, quæ fortè assederat illi,
Fortè recens veniat tanti quæ causa tremoris
Venerat angelicus respondit ab æthere cœtus,
Deque tuis secum prælecto milite castris,

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Aurea dulciſonis remeabat ad aſtra triumphis.
Inquirit nomen: cras myſtica dixit ad altar
Obtulero cum ſacra, mihi nomenque, modusque
Quo petit aſtra tuis pandetur in ordine dictis.
Quæ miſſo feſtina ſuos curſore per omnes
Jam tandem mane ediſcit, vatique ſacrandis
Intento votis, precibusque renarrat ad aras,
Frondiferi aliquem * nemoris dum ſcanderet alta
Cederet ut pecori arboreo de pabula cono
Deciduum membris animam poſuiſſe ſolutis,
Illoque humanis ablatum in tempore rebus,
Quo ſacer ætherias raptum cernebat ad auras.

* *quendam.*

Poſt duos annos Epiſcopatus repetit ſolitariam vitam.

XXXIII. *Solitariam repetit vitam.*

ECcleſiam gemino qui poſtquam ſedulus anno
Pontificis de jure regit, verbique fluentis,
Vivida prata rigat tanti venerandus honoris,
Linquere ceſſat onus, eremique recluſus arena
Malebat Satanæ tetris pulſarier armis,
Quàm imperio vacuos vulgi captare favores.
Deſidiam generat quia laus blandita clientum,
Perpetuis at lucta beat perfecta coronis.
Maximè præſagio admonitus, cum ſpiritus orſis
Mortis adeſſe ſibi gauderet tempus, & almam
Secretus cuperet mentem renovare, prius quam
Fluctivagis ſecli curis deſeſſus obiret.

Quomodo languens in ipſa inſula corpus ſuum poni præceperit, ſimul & de gloria poſtuma commemorans illius *.

* *l. illi.*

XXXIV. *De ſepultura languentis cujusdam.*

QUem dilecta ſacris reddit mox Inſula muris,
Tangit * ingenito ſenſim pia membra dolore,
Inque dies inſtans cum increſceret oſſibus ardor,
Dulcibus egreditur caſtris, ſociamque catervam,
Qua * feſſo gaudebat ovans ſervire parenti,
Blandiloquis ſtuduit creber firmare ſuadelis.
Diſcite filioli fragilis retinacula ſecli
Rumpere, & æternas animo * condere gazas.
In dubio pendet contemptus, honosque caducus,
Stamine quo diſcunt meritis pia pectora juſtis,
Haudquaquam volucri ſub tempore quærere laudem,
Quo nemo latebras clauſi vel noſcere cordis
Prævalet, inventis vel digna rependere geſtis,
Puro ſed viſuportam ſpeculantia regni,
Quod dabit ætheriæ dignis rex inclitus aulæ,
Condere * oliviferis malunt ſua lumina vaſis.
En me ſiderias animo ſpiraſſe ſupino
Jam ſtupuiſtis opes, ſed pectoris abdita ſoli
Clauſtra patent Domino, carnis quæ pondere rupto
Incipient certis jam credo pateſcere ſignis.
Sed precor inſiſtens pulſat quia lumina lethum.
Hos ut in his tumulo mandetis mænibus artus
Spero, licet flabris, gelidiſve abſumar in undis,
Obvius in puncto, Chriſto veniente reſurgam.

* *l. tangitur.*
* *l. quæ.*
* *addejam.*
* *M.S. oliferis.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Graviora ſe dicit in extremis ſuperaſſe certamina.

XXXV. *Extrema certamina.*

TAlia dum ſenior ſocias iteraret in aures,
Præcipit ad tempus redeant qui cœrula puppi
Exſuperant, fratrumque trahentes agmina ſecum,
Quinque dies poſtquam clauſi ferventibus undis
Tardarant, tandem redeunt, ac ſupplice fletu
Impetrant cari ſecum genitoris ut artus
Condere jam liceat: vates quibus & ſupperaddit:
Qui cupit altithronum victor conſcendere regnum,
Turpiter infecto devitet cedere bello,
Et magis extremi ne vi ſuperatus agonis,
Jam propè perceptis fraudetur ab hoſte coronis,
Qui longo nitens vacuare labore fideles
Ultima jam majore quatit ſub tempora pulſu.
Denique me crebris primævo à flore nefandus
Inſidiis agitabat, & hæc modò quinque dierum
Pugna dolos ſuperat tranſacti temporis omnes.
Sed facilè infandi, Chriſto duce, tela repreſſi:
Cum nec parva cibi, potuſve alimenta darentur
Tabenti licet iſta loco nec membra moverem,
Vos quoque celſa precor ſervetis jura perennes,
Cœleſtis patrum vobis quæ regula canit, *
Ipſe vel exiguis ſuetam *quæ promere dictis,
Dum fata quæ proceres ſummi ſeruêre *rigarem,
Quamlibet & rabidis adſurgat turbo procellis,
Omnia ferte; fide regni vi quæritur aula,
Fundatique petra gravibus ne cedite nimbis,
Torrentum furias, aquilones temnite ſævos.
Ultima jamque patris maneat ſententia cordi:
Expedit iſtius patriæ vos linquere fines,
Limite quam trepidos mentem deflectere ab illo
Quem ſacra divinis depinxit litera chartis:
Nec quia multorum cineres locus iſte ſepultet,
Aurea flagranti peterent qui ſidera curſu,
Vos favor, aut vacuæ tentet nova gloria laudis.
Illi nam meritis gaudent ſuper aſtra coronis.
Haud aliter noſtris ſtudio nos currere plantis
Convenit, & propriis brabium comprendere palmis:
Nec loca propter, homo meritò venerabilis exſtat:
Sed locus ob homines exſtat venerabilis almos.
Meque meæ rogito nunc indite mœnibus urbis.
Inſtat enim tempus, carnis quo debita ſolvam.

* *leg. cavit.*
* *l. jueram.*
* *l. ſevere.*

Quomodo miniſtrum ſuum à profluvio ventris ſanaverit ægrotus.

XXXVI. *Profluvium ventris ſanatum.*

TAlibus attoniti lacrymant, rogitantque gementes,
Saucia ſecretis condat ne membra latebris:
Sed læti & vitæ confinia ſumma tenentem
Fraterno coram relevet ſolamine flammam,
Vel ſacra ſuſcipiat ſaltem ſub tecta miniſtrum,
Qui obſequio fragiles procuret ſedulus artus.
His motus vertit dum lumina blanda per omnes
Adſpiciens fratrem longa cui clade gravato,
Tabida marcebant exhauſto viſcere membra.
Hic, ſi vultis, ait, ſubeat mea tecta, mihique
Labe ſub hac feſſo ſolamina præſtet amoris.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Qui vatem comitatus adit mox limina ſacra,
Occurrens inopina ſalus amplectitur ægros
Depulſo languore ſinus, * dignumque ſalutis
Cedere non auſos penetrare ſub edita morbos.
Nec mora, ſoſpes abit, qui intraverat æger, & illic
Preſbyterum immittit digne Cudperhtus, ut illo
Sidera teſte petat, vitam* ..... egebat.

* *Hanckius: regit ſignum que N. M.S.*
* *ſic legendum: quo vitam teſte agebat. B. teſtator fortè legendum.* Can.

Percepto viatico inter verba orationis ſpiritum reddit.

XXXVII. *Mors*

JAmque ſoporata torpebant omnia nocte,
Excubiis vigiles premeres *dum, ſomne, tenebras,
Quaque preces reſonant modulis, fremit inſula pſalmis,
Vatis & ipſe ſuæ præguſtans gaudia palmæ,
Ætheriis expendit ovans ſub laudibus umbras.
Aſt ubi flammicomos ardeſcens lucifer ortus
Attulit, ecce ſacer reſidens antiſtes ad altar,
Pocula deguſtat vitæ, Chriſtique ſupinum.
Sanguine munit iter, vultusque ad ſidera, & almas
Suſtollit gaudens palmas, animamque ſupernis
Laudibus intentam lætantibus indidit aſtris.

* *l. premeret dum Farne.*

Quomodo juxta prophetiam Pſalmi, quem eo moriente cantaverant Lindisfarnenſes ſint impugnati, ſed Domino juvante protecti.

XXXVIII. *Pugna Lindisfarnenſium.*

PReſbyter egrediens, vatis pia funera mœſtis
Depromit ſociis, dum forte canentibus hymnum
Hunc querula ſub laude: DEUS nos alme repellens,
Deſtruis iratus, ſalvasque miſertus ab hoſte,
* Arva moves turbasque potens, & territa ſanas,
Propinasque tuis prætriſtia muſta; ſed hoſti
Te duce bellarunt: tu noxia comprimis arma,
Libera ut electi potiantur luce per ævum.
Indice tum flamma Lindisfarnenſibus illam
Qua vigil è ſpeculis pernox ſervaverat horam,
Ætherias pandunt vatem penetraſſe ſub auras.
Qui jam nocturnæ tum fortè ſub ordine laudis
Ipſi etiam mirum ejusdem modulamine pſalmi
Verbera mœſta ſequi Domini pia dona canebant:
Nec ſuſpecta diu tardant præſagia: nam mox
Vatis honorfico mandantur ut alma ſepulchro
Altaris dextro ſub condita marmore membra.
Inſiſtens Aquilo niveis confiſus in armis
Hinc atque hinc adeo Lindisfarnenſe * peroſis
Tecta quatit flabris, ut nobilis alma parentum
Progenies feſſo titubaret ſtamine rerum.
Cedere jamque loco, quàm extrema ſubire pericli
Eligeret, nec jam longum manet ira, ſed almam
Eadperctus renovat ſedato turbine pacem,
Diſperſosque ſacrum revocat ſub ovile bidentes,
Præſcius & lyrico reſonabat ut ordine Pſalmus,
Pontificale decus, plebisque inſtaurat honorem.

* *Arma legendum.*

* *Lindisfarnea.*

*Quomodo corpus ipſius poſt * XI. annos ſit ſine corruptione repertum.*

* *L. IX.*

XXXIX. *Corpus incorruptum manet.*

COnſpicuique ſacer ſolio patris inditus hæres,
Undecimi poſtquàm curſum tranſcenderat anni,
Complacuit cineres tumuli de ſede beati,

Elatos

Elatos coram gremio levis * inderet arcæ,
Sed canit ut pſalmus, quia mors pretioſa piorum
Ante Deum, retinent calicem qui haurire ſalutis
Non trepidant celſi tutati nomine regis.
Rurſus & ut ſummo reſonat lyra myſtica cantu,
Nec ſanctum dabis, alte, tuum corrupta videre,
Aurea lucifluæ pandis cui lumina vitæ:
Humanis divina nitent miracula membris,
Et Domini celſo fulget quæ jure poteſtas,
Participi fidis donatur munere ſervis:
Intemerata ſacro promuntur membra, ſepulcro,
Neſcia quàm noxæ, tam diræ immunia labis,
Nec durum, ac rigidum ſæva ceu morte gravatum,
Sed veluti placidum capiunt dum pectora ſomnum,
Flexile jam tota corpus compage videtur,
Nec minor eximiæ renitebat gratia veſtis,
Incorrupta ſolo ſanctos quæ texerat artus:
Hanc findi placuit, medium pia membra receptant,
Servatur medium ſigni memorabilis index.

* *Hanckius legit: Levita. poſt Barthium not. M. S.*

Quomodo corpus Eadperhti in tumulo viri DEI *ponentes ſarcophagum illius deſuper poſuerunt.*

XL. *Eadperthi ſepultura.*

Eâdperctus poſtquam rerum miracula dignis
Laudibus extulerat, verſu memorabar ut olim
Illius egregios referens antiſtitis actus,
Febribus excoquitur, placidumque ad ſidera flatum
Emittens, patriam conſcendens corpore ſedem,
Deſuper at celſæ ſplendor componitur arcæ,
Immortale decus cohibens quæ martyris almi
Præfulget mirum celeſtibus inclyta ſignis.
Morborum fugiunt labes, furor impius atri
Dæmonis abſiſtit, vivensque ſolebat ut ante
Signorum monſtrare jubar, modò ſic quoque paſſim
Spargitur & functos virtus miranda per artus.

Puer Dæmoniacus, humo, cui lavacrum corporis ejus infuſum eſt, in aquam miſſa, ſanatur.

XLI. *Sanatio pueri.*

VIr quidam nati, miſero quem cœca furore
Dæmonis ira terens, ſævas effundere voces
Compulit, & proprios conſumere morſibus artus
Membra per almorum rogitans ſacra buſta ferebat;
Reddere nec petitam ſancti voluere ſalutem,
Cuthberti potior virtus ut celſa micaret.
Tum pueri quidam fletus, vagitumque perhorrens,
Ad patris auxilium fidus concurrit amati.
Noverat alma ſacri functos quæ laverat artus
Patroni quondam, terris ubi reddita lympha eſt.
Inde rapit grandem modica de rupe ſalutem,
Immiſcet latici, dictis ſacraverat almis,
Dat potum puero, ſtridor mox cedit amarus.
Nec mora; plena ſalus redit: ipſe ſuprema veretur
Munera, collaudat, lætoque per omnia paſſu
Cudperti cunctis donum venerabile pandit.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Egrotus ad tumulum ejus orando curatur.

XLII. *Ægrotus ad tumulum curatur.*

ALter morbigeni conſumtus ab igne camini,
Vix famulis manibus ſanctam deducitur alti
Martyris ad tumbam; genu ponens obſecrat, illis
Eripiat vinclis tanti mox alma patroni
Surgit, & ætherii firmatus munere doni,
Libera ſoſpitibus ponit veſtigia plantis,
Perque dies priſcæ recipit jam dona ſalutis.

Oculos quidam languentes orario illius adtactu ſanavit.

XLIII. *Ejus Orario oculi ſanantur.* * *m. ſ. memere.*

TEgmina quin etiam conſortia corporis almi
Munere participi medica virtute redundant.
Lumina nam cuîdam dolor, & caligo pererrans,
Dum premeret, ſancti accipiens oraria vatis.
His orbes tangit geminos, reducemque ſaluti
Mox aperit callem venerandæ gratia veſtis.

Paralyticus calceamentis ejus ſanatur.

XLIV. *Paralyticus ejus calceamentis.*

ASt alius reſoluta gravi cui pondere membra
Officiis jacuere ſuis deſerta, cuique
Irrite longævos auxit medicina dolores.
Calciamenta ſacros tandem quæ martyris almi
Veſtierant plantas, plantis circundedit ægris,
Mox primas ſuavis tenebras miteſcere ſomnus.
Sanus * enim celſæ induerat ſacra dona medelæ, * *l. ſerus.*
Fecit & interno firmatis robore nervis,
Palpitat alterno læto inter ſomnia greſſu,
Æquore deſerti ludant ceu litore piſces.
Evigilans baculo redivivos erigit artus,
Ac matutinas ſtando perſolvere laudes
Incipit, & priſco ſolidatus membra vigore
Divinam collaudat opem, juſtusque * Tonanti * *l. juſtasque.*
Offert ſidereo ſanus pro munere grates.

Quod tegmine parietis ejus infirmi curentur.

XLV. *Tegmine parietis fiunt ſanationes.*

NEc ſanctum ætherio vacuatur munere tectum,
Quo ſacer aſtra petens corpus exſangue reliquit.
Nunc quoque ſed ſolitam pariter ubique medelam,
Altaque mirentur proles Davidica templi
Tecta ſui gemmis quoniam ſtellantibus æthram
Æquiparens *, fulvisque, micent redimita figuris. * *l. æquiperent.*
Plus ſed ego vatis * ſub domate mirer.... * *adde: humili.*
Pelliculam, ſanctus fragilem qua texerat anglum.
Ne pluvia, aut Boreæ penetrabile frigus adurens
Irrueret paſſim, precibusque ardentia caſtis
Corda fatigaret. nec me ſententia fallit.
Namque opus hoc Salomon, fulvo quod fecerat auro,
Chaldea petrarum obtexit, heu, flamma ruinis.
At ſacra Cuthberti appendit * dextera, vela * *adde: qua.*
Munere Felgeldi patulum diviſa per orbem,
Latius ingeniti fundunt medicamina doni.
Clareſcitque *..... pretioſior auro * *l. Clareſcit Chalybs Lybico pretioſior auro.*
Pellis, & Eois præcellit fulgida gemmis.
Tertius hic proceris ſervat nunc caſtra, beatum
Alta ſecuturus hæres ad regna parentem.

Quan-

SÆC. VIII. ANNO 701.

Quantum Odiluvaldus ſucceſſor viri DEI *virtutes ſuas celare ſtuduerit.*

XLVI. *Odilvaldus colit Cudbertum.*

HOſnam inter medius ſociis non ſegnior almis
Odiluvalde ſacras rexiſti providus arces,
Quem raro proprias ajunt voluiſſe cuiquam
Pandere virtutes, torvive cruenta chelydri
Tela quibus victor confregerit obvius armis,
Unde manet longùm memorabilis illa beatis
Incautè prolapſa ſemel ſententia lapſus.
Fortè ſacer fidam monitis cœlcſtibus aurem
Dum rigat, accipit has ſocio de pectore voces.
Quæ rogo cauſa tuo toties quod ab ore fluentem
Perrumpant, varientque ſilentia crebra loquelam,
Et mediis ſtatuat metas oblivio dictis?
Cui reſponſa pius, paucis ita reddidit heros:
Hoc te dulcis amor fixo, memorique perennem
Corde tenere decet, ſtudeat niſi quisque bidentum
Funditus alloquiis avertere ſedulus aures
Non queat ætherias inter dare verba catervas,
Pandere nec lætis cœli concentibus aures.
Dixerat, & trepido perculſus corda tremore
Singultu afficitur fervens, ac pectora pugnis
Caſta ferit, tandemque gemens erumpit in iſtam
Perfuſus lacrymis poſt mœſta ſilentia vocem:
Obſecro te ſupplex ſummi per ſceptra Tonantis,
Hæc cunctis ut dicta tegas, moribunda quouſque
Membra ſolo reddam, gradiarque in calle parentum,
Sic ſua ſumma ſacer conclavibus abdere quamvis
Mallet, ab ætherio panduntur munera teſte.
At pia Cuthbertus memorans ſæpe acta priorum
Ætheriaſub laude ſui quoque Chriſtus agonis
Ut fuerit ſocius ſuerat ſubnectere paucis:
Sicque duos vario jam munere ſpiritus idem
Luſtravit per dona viros, atque æthcris alti
Tramite divino regnum perduxit ad unum.

Qualiter Anachoreta Felgendus ibidem ſit à vultus tumore mundatus.

XLVII. *Felgendus curatus.*

ERgò agè Felgeldus largitor muneris almi
Prima ſalutiferi ipſe capit documenta vigoris:
Cui pridem facies informi tacta tumore eſt,
Squalens, ac rigido dum ſolus in abditus antro
Latior ingenito ſurgit de fomite flamma,
Atque genas maculis livor reſperſit adurens:
Qui nova veteri dum culmina panderet æde,
Illud ovans feſſo direptum à pariete velum,
Partiri docuit fidæ ſpes certa ſalutis,
Primaque dum lymphis corrigia tinguitur almis,
Pervia cornigero pateat quo ſemita ferro,
Exſiliens laſciva ſacro de gurgite gutta,
Lumina reſperſit ſancti, vultumque rubentem.
Ille citus dextra lymphas abſtergere curans,
Miratur peſtem ſtupefactus abiiſe, foresque
Pandere jam reduci ſana ſub fronte medelæ.
Et ne fortè putet mendum me dicere quiſquam,
Teſte DEO dicam, presbyter iſta fidelis
Pandebat vatis fidam cui fatus in aurem;
En, inquit, noſti faciem, quia preſſerat olim
Labes acerba meam: ſed jam modò gratia Chriſto,
Cuthberti meritis placavit triſtia flagra.

Mit-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 701.

Mitte manum, & tangens me dicere vera, probato.
Clauſus namque oculus non quibat acumine cerni.
Fecerat & priſcam morbo fugiente ſalutem.
Adfore temporibus perſenſit ab æthere ſanctis.

Concluſio.

Concluſio libri.

HÆc tibi cunctorum largitor Chriſte bonorum
Dona tui obtulimus ſummo de munere doni.
Magnaque præ modicis libantes gaudia dictis,
Sanctorum attigimus certamina celſa tuorum,
Sperantes illis exoratoribus, ut tu
Siderio dignos qui juſtus in axe coronas,
Indignis meritis, laxes vel debita nobis,
Ultima ſufficiunt illius in ædibus aviæ,
Præmia, qua cunctos tua viſio Chriſte beabit,
Vita manet caſtis lumenque, ſalusque per ævum.

Bedæ famuli Chriſti & presbyteri explicit liber de virtutibus ſancti Cudperti Lindisfarnenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

Digitized by Google

S. JOANNIS DAMASCENI

LIBER

CONTRA

ACEPHALOS

SEU

MONOPHYSITAS.

Digitized by Google

AD LECTOREM CANISIUS.

SÆC. VIII. ANNO 730.

EXstat inter opera Damaſceni liber de natura compoſita contra Acephalos: Sed hic, quem nunc vulgamus, diverſus eſt ab illo, ut intelliget, quisquis conferre volet: etſi nulla collatione opus. Satis enim erit ſola utriuſque libri inſpectio. Illud dolendum, quod adeo eruditus Damaſceni partus adverſus Acephalos ſit ipſemet Acephalus, cum careat ſeptem prioribus capitibus: quæ jactura moderatè ferenda eſt; donec melior fortuna integriorem calamo exaratum codicem offerat. Multa autem hic leges ſimilia illis, quæ Leontius contra Acephalos ſcribit: ut probabile ſit, Damaſcenum ex fontibus Leontii hortulos ſuos rigaſſe. Vale.

JACOBI BASNAGII IN DAMASCENI OPERA HIC EDITA ADMONITIO.

S.P. noſtri Johannis Damaſceni Opera Studio Mich. le Quien. Tom. I.

NOtior eſt *Damaſcenus* quàm ut obſervationibus noſtris indigeat. Ejus Opera nitidiſſime edidit P. *le Quien* Ordinis Prædicatorum Pariſiis duobus tomis. *Leonis Allatii* Prolegomena de operibus *Damaſceni* nondum edita præire juſſit; dein diſſertationes Damaſcenicas de variis argumentis illum Scriptorem reſpicientibus ſubjecit, denique admonitiones ſingulis fere Tractatibus & notas eruditas inſeruit. Quanquam hanc editionem laudet *Oudinus* in Commentario Hiſtorico de Scriptoribus Eccleſiaſticis recens edito, eamque illi, quam Labbæus procurare meditabatur, præferat; nihilominus aliqua carpit, & præcipue quod *Damaſceno* tres de imaginibus orationes tribuat, etſi ſæculo tantum undecimo ſcriptæ fuerint, ut patet ex autoribus quos laudavit vel indicavit ille ſcriptor. Debet ſane plurima doctiſſimo Viro P. le Quien Reſpublica Litteraria, quod tantam operam impendere voluerit in edendis operibus

Oudini Commentarius Hiſtoricus de Script. Eccleſ. Tom. I. pag. 780.

Digitized by Google

bus *Damaſceni*. Nos qui ſedulo invigilamus, ut ea quæ in ſuam protulerunt vel *Turrianus* vel *Caniſius*, perfectiora nunc evadant, veſtigiis P. le Quien inhæſimus ejus editionem ſequentes; priora enim capita & græca quæ deerant in editione Caniſiana, adjicere neceſſarium erat, ut & admonitiones Viri docti ad Tractatus contra Acephalos ſeu *Jacobitas* & Neſtorianos, quibus illas elucidavit. Differt quidem verſio latina P. le Quien aliquantulum ab illa Turriani, ſed leviſſimæ ſunt correctiones, ita ut nihil in nova editione mutare ſimus auſi, bono publico conſuluentes. Hoc unum monitos volebamus Lectores. SÆC. VIII. ANNO 730.

PATRIS LE QUIEN IN TRACTATUM CONTRA JACOBITAS ADMONITIO.

TRactatum S. Joannis Damaſceni contra Acephalos, ſeu potius Jacobitas, Henricus Caniſius in lucem Latinè emiſit Tom. 4. Antiq. Lect. ex interpretatione Franciſci Turriani, ſed initio magna parte mutilum. Eundem, ſed integrum magis, Illuſtriſſimus Abbas D. Julius Imperialis, ſummi Pontificis Vice-Legatus Ferrariæ, pro eximia ſua erga rem litterariam, nec minori ad mea ſtudia promovenda propenſione, ex Vaticano codice Græco n°. 493. deſcribendum obtinuit, mihique peramanter tranſmiſit. Quia vero Vaticanus codex, uno deperdito folio, mutilus itidem repertus eſt, jacturam quadantenus ſarcivi ex Arabica lucubrationis ejuſdem tranſlatione, quam R. P. Lelong humaniſſimus juxta atque eruditiſſimus Presbyterorum Oratorii Pariſienſis Bibliothecarius mecum communicavit, interpretante viro linguarum & rerum Orientalium peritiſſimo. Sed & codex iſte ad ſenſum auctoris agnoſcendum, obſcuraque & dubia exemplaris Græci loca illuſtranda, non parum contulit.

Hoc opus, quantum conjicere licet, conſcripſit auctor, cum Damaſci ageret adhuc, antequàm in Palæſtinam profectus, Monaſticæ vitæ nomen dediſſet. Petrum quidem Metropolitam, qui hoc ei penſum injunxerat, ex Theophanis hiſtoria novimus, de Chriſtiana religione optime meritum. Quis vero Epiſcopus ille Jacobita fuerit, cujus ad Catholicam Eccleſiam revocandi cauſa liber iſte ſit exaratus, aſſequi facile non eſt. In exordio dicitur, *ejuſdem gentis eſſe, ejuſdemque nominis*, ἀιδοῖ καὶ πόθῳ τῦ ὁμοφύλε καὶ τῆς ὁμωνυμίας βαλλόμενος: quæ idem Damaſcenæ regionis hominem, vel etiam Petro Metropolitæ, aut Joanni ipſi affinitate junctum, Petrumque aut Joannem nominatum, videntur judicare; quinimo Petri potius quam Joannis cognominem;

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 730.

quoniam dissertatio non Joannis nostri nomine, sed Petri, prodiit. Alioqui Eliam nuncupatum illum fuisse conjeciissem, propter libellum, seu professionem fidei, quam jubente Metropolitâ suo Petro Joannem perinde contexisse modo antè dicebamus, recitandam ab Elia Episcopo e Maronitarum grege. Magis comperta non est Τυδαραῖα, *Tudaræa*, civitas: sed notum est oppidum *Daræa*, seu *Daras*, sex millibus passuum Damasco disparatum. Legendum forsan foret in hujus dissertationis titulo, πρὸς τὸν Επίσκοπον τῦ Δαραΐας, seu, τῆς Δαραΐας, *ad Episcopum Darææ*.

Nihil hic addam in tractatus hujus commendationem, quo alium adversus Monophysitas accuratiorem aut urgentiorem vix reperire sit, nec apud Leontium; tametsi Turrianus Damascenum ex fontibus Leontii rivulos suos irrigasse scripserit in præfatione ad hunc librum. Nonnulla nostrum Auctorem ex Leontii libris mutuatum esse inficias non eo: at plura, ipsaque validiora in hoc quod damus opere occurrunt, quàm quæ apud Leontium leguntur. Citatur hæc Damasceni lucubratio in collectaneis contra Severianos, quæ Latine ab Henrico Canisio perinde eodem Tomo 4. Antiq. Lect. edita sunt. In fine dissertationis subjiciuntur in modum appendicis, auctoritates Patrum variæ, quibus naturæ duæ in Christo comprobantur: quarum nonnullas suis locis excutiam. Quia vero omnium postrema citatur epistola ad Cæsarium Monachum, sancti Joannis Chrysostomi nomine inscripta, singulari dissertatione in Prolegomenis dicam, quæ me momenta moveant ad illam tanto Doctori abjudicandam.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ,

Τόμος, ὡς ἐκ προσώπου Πέτρου ἁγιωτάτου Ἐπισκόπου Δαμασκοῦ, πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον δηθεν Τουδαραίας τὸν Ἰακωβίτην.

SANCTI JOANNIS MONACHI DAMASCENI

Libellus, velut ex persona Petri sanctissimi Episcopi Damasci ad Episcopum Tudarææ Jacobitam.

ΣΑΕC. VIII. ANNO 730.

Οιδὲ τὸ καλὸν, ὅτε μὴ καλῶς γένηται σοφῶν ῥῆσις σοφή τίς ἐστι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ταῖς ἑβραίων παισὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὡς ζῆλον μὲν θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν· οὐκ ἐν ἐπαίνῳ τὴν μαρτυρίαν τιθεὶς, ἀλλὰ δήπου μεμφόμενος. καλὸν ὁ ζῆλος τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ἀγάπῃ συγκεκραμένος. συγγνωστὸν ἡ κακία, ἀλλ' ἐλέους ὁ ταύτην δεχόμενος ἄξιος· μισῶ τὴν σηπέδονα, τὸ μέλος δὲ οὐ φείδομαι, ἕως ἂν ὠφέλιμον τέλεον ἄχρηστον· καὶ πάντα μὲν δὴ κάλων κινῶ· τὸ δὴ λεγόμενον, καὶ τέχνην ἀνιχνεύω ἅπασαν, καὶ ἀλεξίκακον μηχανῶμαι φάρμακον, καὶ θεὸν ἐπιβοῶμαι συνέρανον, αἰδοῦς καὶ πόθῳ τῆς ὁμοφύλου καὶ τῆς ὁμωνυμίας βαλλόμενος, καὶ τὸν θύραθεν μῶνον ἀποσειόμενος. εἰ μὲν οὖν πείσω τὴν ὑγείαν, τῷ δεδωκότι χάρις τῆς ὑγείας· εἰ δὲ μὴ πείσω· ἰατρὸν ἀπολωλεκὼς τῶν κακῶν· τομῇ τὸ ποθούμενον ἀποδίδωμι· ἀλγῶν μὲν, ἀλλ' ὅμως ἐκδίδωμι, φεύγων τὴν συνουσίαν, ὡς ἂν μὴ συναπολαύσῃ τὸ κακὸν, ὡς πλείονα γένεσθαι τὰ ἀχρειούμενα; καὶ μετὰ τοῦ προφήτου οὐκ ἐπιτωθάζων, ἀλλ' ὀδυρόμενος φεύγομαι. ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη· καὶ τὴν αἰτίαν (α)..... οὐκ ἠθέλησεν· αὐθαίρετος ἥ τε νόσος καὶ τῆς θεραπείας ἡ εἰσδοχή· ταῦτα με πρὸς τὸ γράφειν παρώρμησεν. οὐκ ἔρως, οὐ ζῆλος, οὐκ ἔλεγχος, οὐ νίκης ἔφεσις, οὐκ ἐπιδείξεως τρόπος, οὐ μῖσος· ἀλλ' ἔλεος οὐκ ἄθεον καὶ τοῦ πλησίον ὀρμώμενος. ἐὰν γάρ ὑποστείλῃ, φησὶν, οὐκ εὐδοκεῖ ἐν σοὶ ἡ ψυχή μου. εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ὁ θεὸς ἔθετο, ᾠδὰς καλεῖν, ναοὺς θετεῖν, ἐπιστρέφειν, φιλοκαλεῖν, σκάπτειν, κόπρον περιτιθέναι, θεραπεύειν τοῦ (β) ἁμαρτίαν ἢ καὶ τοῦ κακοκαρπίαν φαμὲν, ὥσπερ ἄφωνον τραγῳδὸν, τὸν κακόφωνον. οὐαὶ γάρ μοι ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι, καὶ εἰ κατορύξω τὸ τάλαντον, ἀχρεῖος καὶ πονηρὸς ἀφ' ὧν ὄκνον γινόμενος, ἀποπεμφθήσομαι τῆς χαρᾶς τοῦ κυρίου μου. δέξασθε τοίνυν λόγον ἰάσεως τῆς πνεύματος κρατούμενον χάριτι, ὡς ἂν ἡδηθῇ μὲν ὁ θεὸς, (γ) κοινωνὸν ἢ τὴν εὐφροσύνης τοῦ ἐκκλησίαν ποιήσητε. μίαν ἢ ταύτην ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων ὁ σταυρὸς τοῦ κυρίου εἰργάσατο.

SAPientium sapiens est pronuntiatum, nec bonum esse bonum, nisi recte geratur. Hoc etiam de Hebræis testatur divinus Apostolus, quod zelum quidem Dei habeant, sed non secundum scientiam: quod testimonium minime vult in laudem eorum edere, sed potius in vituperium. Bonus est religionis zelus, sed qui charitate temperatus sit. Nequitia res odiosa est: qui vero illam admittat, commiseratione plane dignus est. Tabum abominor; at membrum foveo, quandiu non inutile prorsus nec vitiatum est. Quamobrem funem, ut aiunt, omnem moveo, nullam non artem perveștigo, remedium salubre molior, adjutorem Deum invoco, & qua reverentia, quove amore tangor erga eum qui tùm generis, tum nominis ejusdem mecum consors est, subjectum extrinsecùs vitium abigere contendo. Si igitur ad sanitatem revocavero, grates reddendæ illi erunt, qui hanc concesserit: sin vero, proh calamitatem! secandum trado id quod unicè diligebam: non quidem sine mœrore; attamen trado, consortium illius fugiens, ne malum depascatur ulterius, majorique numero vitiosæ partes augescant. Atqui non adspergam convitiis, sed gemebundus cum Prophetâ fugio. *Curavimus Babylonem*, inquit, *nec sanata est.* Cujus causam hanc subjungit, *Quia noluit.* Voluntarius morbus est, ut & remedii susceptio. Hæc me ad scribendum impulerunt, non contendendi libido, non invidentia, non argutatio, non vincendi desiderium, non ostentationis studium, non denique ullum odium, sed commiseratio, quæ ex Dei proximique dilectione nascitur. Nam *si te subtraxeris*, inquit Scriptura, *non placebis animæ meæ.* Ad hoc enim a Deo constituti sumus, ut fodiamus, ut stercus circùm ponamus, ut sterilitati medeamur. Porrò sterilitatem dicimus, ipsam quoque malorum operum procreationem; quemadmodum Tragœdus mutus vocatur, cujus vox insuavis est. Væ mihi si non evangelizavero. Si talento defosso, servus inutilis & nequam efficiar, exulabo procul a gaudio Domini mei. Suscipite ergo medicinæ sermonem, gratia spiritus confirmatum, quò Deus quidem oblectetur, gaudiique ejus consortem Ecclesiam faciatis. Hanc vero crux Christi esse unam præstitit, ex cœlestibus terrenisque constantem.

Hier. 51. vers. 9.

Hab. 2. v. 21. secundum LXX.

1. Cor. 9. vers. 6.

II. Quan-

(α) Deest aliquid lego: προσίσησιν. ὅτι. Sic Arabs (β.) Lege, ἀκαρπίαν. *sine fructu.* (γ.) Arabs, *& una fiat Ecclesia in gaudio communionis.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

II. Quando toto nobis hoc sermone dicendum est *de natura*, hoc præfamur, in sancta & consubstantiali Deitate, hoc est in unius imperii & substantiæ Trinitate, Arium quidem Eunomium, horumque Polytheorum, seu potiùs Atheorum factionem, tres substantias propalam ineptientium more statuisse, divisâ cum hypostasibus naturâ, cum malè intelligerent, animoque sibi fingerent, naturam idem esse atque hypostasim. Sabellium vero Africanum hypostasim unam stultè asseruisse, contractamque conjunctione pessima Trinitatem confudisse, ad tuendam substantiæ unitatem in hypostasi unica. Quod vero ad dispensationem salutarem (seu Incarnationem) spectat Salvatoris, qui in Trinitate Verbum Dei est, Filius unicus Patris, pessimusque per ditissimusque Nestorius, Antropolatra, Diodorusque & Theodorus Episcopus Mopsuestiæ, rebelles quoque fuerunt, confitendo duas naturas, dividendoque hypostasim, ita ut ex eorum opinione duæ personæ essent secundum numerum naturarum. Divisserunt igitur Dominum unum Jesum Christum, duosque constituerunt, ac hypostases duas; eo quod existimarent, hypostasim & naturam unum quoddam esse. At Dioscorus & Severus, & sectatorum utriusque turba multiceps, unam quoque & ipsi hypostasim asseruerunt, unam simul esse naturam definientes, quia nesciebant, quid dicerent, nec intelligebant quæ affirmarent. Morbus vero, seu error mentis eorum in eo fuit, quod naturam & hypostasim unum & idem esse existimabant. Sed nec illic substiterunt. Dixerunt enim in Trinitate sancta tres esse naturas substantiasque particulares, & scientiam notionemve unam communem. Nihil tamen solidi, quod ad rem confirmandam aptum natum sit, habuerunt.

Malè sana vocis *Natura* intelligentia unde multiplex error.

β'. Επειδὴ περὶ φύσεως ὁ σύμπας ἡμῖν λόγος κεκρότηται, τοῦτο φαμὲν ὡς ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας καὶ ὑπερουσίου θεότητος, ἤτοι τῆς μοναρχικῆς καὶ ὁμουσίου τριάδος, Ἀρείῳ μὲν καὶ Εὐνόμιος, καὶ ἡ τούτων πολύθεος, καὶ ὅδεν ἦτον ἄθεος συμμορία, τρεῖς οὐσίας ἀναφανδὸν ἐφληνάφησαν, ταῖς ὑποστάσεσι τὴν φύσιν συνδιατέμνοντες, κακῶς εἰδότες, καὶ τῇ ὑποστάσει ταυτὸν τὴν φύσιν νοήσαντες. Σαβελλίῳ. *

III. Ceterum religionis orthodoxæ & veritatis præcones in tali sententiâ non fuerunt; verum legem divinam sequuti, cursumque ad cœleste lumen dirigentes, rectà ambulaverunt per viam regiam, quæ media est, non declinantes ad sinistram, superbiæ & ignorantiæ, neque ad dextram, imaginationis phantasticæ. Neque ineptias contrariis ineptiis emendare aggressi sunt; sed ad propositum finem inter mala extrema pervenerunt, continentes se intra limites veritatis, ita ut ad neutram partem inclinando ab ea deflecterent. Itaque confessi sunt substantiam unam in Trinitate, & tres hypostases ejusdem agnoscentes, libenter prædicaverunt. Rursum verò agnoverunt distinctionem illam in mysterio Incarnationis, quemadmodum Gregorius Theologus ait, naturas duas, & substantias duas, & hypostasim unam, naturamque & substantiam eadem definitione complexi sunt: personam quoque & hypostasim eodem modo definierunt; quippe qui noverant differentiam quæ est inter naturam, seu substantiam, & hypostasim, sive personam, ejusmodi esse ac distinctionem quæ est inter commune & singulare.

Greg. ep. 1. ad Cledon.

IV. Primo igitur nobis inquirendum est de natura & hypostasi, ut vocis utriusque significationem perspectam habeamus: deinde compertum nobis erit, an duas in Christo naturas asserere debeamus, vel unicam. Postulat enim instituti ratio, ut illud definiatur. Neque vero veritatem contentioni exponemus, sed amice eam investigabimus, cùm veritatis ea natura sit, ut manifesta illi fiat, qui illam ea solicitudine perquirit, quam scriptura sic eloquitur: *Appropinquate ad me, & ego accedam ad vos.* Et alibi; *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego in medio illorum sum.* Iterum quoque dicit: *Petitis & non accipitis, eo quod non sicut oportet petatis.* Et: *Cum sit in vobis zelus & contentio & discidium, an ignoratis, quod carnales estis, & secundum carnem ambulatis?* Et item: *Non potestis credere in me, qui gloriam hominum quæritis.*

Zach. 1. vers. 3. Matth. 18. vers. 20. Jac. 4. vers. 3. Joan. 5. vers. 44. 1. Cor. 3. vers. 3.

V. Jam igitur orationis nostræ principium ducetur ab his sancti Basilii verbis, quæ scripsit epistolà ad Amphilochium, nempe quod *inter substantiam & hypostasim differentia eadem sit, quæ est inter id quod multis commune est, & illud quod particulare est unicuique individuo.* Et paucis interjectis, in eadem epistola dicit: *Nomen substantiæ ducit nos ad intelligendum rem aliquam indefinitam. Nam mens non invenit in quo consistat, ex communi illa notione quam significat.* At nomen hypostasis significat id quod in re una aliqua commune est; eamque

Vocabulorum naturæ, & hypostasis significatio. Basil. epist. 391.

(*) Hic multa desunt in Vaticano codice, quæ suppleta sunt ex translatione Arabica.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

camque (mens) definit ex manifesto apparentibus in ea proprietatibus. Qui porro non agnoscit differentiam inter naturam & hypostasim, ita veritati investigandæ dat operam, ut inter sectam de qua diximus, & ipsum, nullum discrimen sit. Nam si hæc distinguuntur; quare de Christo asserunt, habere illum naturam unam. Iterum, si substantia & hypostasis idem sunt, Filius, quandoquidem unius est cum Patre substantiæ, una quoque cum eo hypostasis erit. Et vicissim si hypostasis est alia, erit quoque similiter alia natura, & sicut est ejusdem ac Pater substantiæ, ejusdem quoque cum eo hypostasis erit, & si hypostasi diversus est, erit quoque substantia diversus, quod valde impium est. Ita pariter de humanitate. Si enim id quod subsistentiam habet, hypostasis est; humanitas quæ subsistentiam habet, & cujus natura una est, erit similiter hypostasis una. Sicut etiam humanitas universim sumta una natura est, ita etiam erit una persona.

SÆC. VIII. ANNO 730.

VI. Quod si dicatis aliter loquendum de divinitate sancta, aliter de Incarnationis mysterio, quod Dominus propter nos dispensavit, nobis interrogantibus respondete: Num natura & hypostasis unum sunt? Si dixeritis Christum esse ex duabus naturis, an non intelligitis ea responsione cogi vos, ut ipsum ex duabus quoque hypostasibus esse asseratis? Nam etiamsi illud de Christo non enuntietis, cogemini tamen ex iis quæ præmisistis, duas quoque affirmare naturas. Quippe si natura & hypostasis idem sunt, asseritisque divinitatem Christi esse naturam, & corpus ejus, naturam, simul dicitis divinitatis ejus esse hypostasim unam, & humanitatis ejus esse hypostasim alteram.

VII. Quod si hypostasis & natura idem sunt, Christus, cum sit consubstantialis Patri, ac consubstantialis nobis, erit etiam ejusdem cum Patre & nobis hypostasis: tum subinde hypostases divinitatis & humanitatis una hypostasis fient. Nam si hypostasis & natura unum & idem sunt, atque in Christo distinctionem naturarum constituatis, non vero hypostasium, seu personarum; natura proinde & hypostasis idem non erunt. Hujus vero argumenti demonstratio maxime perspicua est cuilibet, nisi mente cæcutiat.

VIII. Ac certe quidem nomine ὑποστάσεως, significatur res una singularis secundum seipsam. Quippe nomen hypostasis cum significationes habeat diversas, earum una est quod designet aliquid per se subsistens, alia, id quod in alio non existit, aut in alio præter ipsum subsistentiam non habet, & non est accidens. Hoc autem nomen cum usurpant Patres de substantia singulari, plerumque significat id quod non est in subjecto, quodque non est privatio, sæpe rursum significat subjectum de quo quædam prædicantur.

θ' τες τοίνυν τό περισκελὲς, τὸν λόγον τ̃ ἀληθείας ὀρθοτομήσατε. ὡ γάρ ὡς οἱ ἅγιοι πατέρες εἰρήκασι, ταυτὸν λέγετε φύσιν κ̀ ὑπόστασιν· μειζὼ δ̀ μᾶλλον τ̃ φύσιν, ὡς κ̀ τ̃ καθ' αὐτὸ ὁμολογεῖτε ὑπόστασιν. ὅτι δὲ ὡ μερικὰς φύσις λέγειν ἐχρ̀ν, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα.

1. Εἰ μερικὰς φύσεις ἐπὶ τ̃ ἁγίας Τριάδος ὁμολογεῖτε, ἑτεροούσιον ταύτην δοξάζετε, κ̀ πάλιν ἐγήγερται Αρειος. εἰ δὲ ἑκάστη τ̃ τῆς ἁγίας Τριάδος θεαρχικῶν ὑποστάσεων ἰδιάζουσαν δῶτε οὐσίαν, ὁμοουσίους δὲ ταύτας κατὰ τ̀ κοινὸν οὐσίαν ὁμολογήσετε· ταυτὸν δὲ οὐσία κ̀ ὑπόστασις, ἔσαι καθ' ὑμῶν τετρὰς ὑποστάσεων. τριῶν μὲν μερικῶν, μιᾶς δ̀ κοινῆς, κ̀ οὐσιῶν ὁμοίως τετρᾶς. κ̀ ἑκάστη τ̃ ὑποστάσεων, δύο φύσεών τε κ̀ ὑποστάσεων, μιᾶς μὲν κοινῆς, μιᾶς δ̀ μερικῆς, κ̀ ἔσονται ὁμοούσιοι κ̀ ἑτεροούσιοι, ὁμοϋπόστατοί τε κ̀ ἑτεροϋπόστατοι. κ̀ τίς ὡ γελάσεται, μᾶλλον δ̀ ὀδύρεται τ̃ μανίας τὴν ὑπερβολήν. οὐκ ἔστι τοῦτο εἰ μὴ φληνάφος κ̀ διάνοιας ἀνάπλασμα κακοδαίμονος, δαιμόνων ῥῆμα σκοτεινὸν, κ̀ τῆς Ελλη-

IX. Vos igitur (Monophysitæ) relictis ambagibus, rectè tractate verbum veritatis, non enim, sicut sancti Doctores dixerunt, idem dicitis esse naturam & hypostasim; quin potius naturam particularem tanquam hypostasim per se existentem confitemini. Sed quod non oporteat dicere naturas particulares, hinc intelligemus.

Hîc incipit editio Canisiana.

X. Si naturas particulares in sancta Trinitate confitemini, diversæ substantiæ eam censetis, rursumque adeo Arius excitatus est. Quod si singulis personis divinis sanctæ Trinitatis propriam substantiam tribuitis, quas consubstantiales esse secundum communem substantiam confiteamini; idem vero sit substantia & hypostasis: erit igitur opinione vestra quaternitas hypostasium, trium quidem particularium, unius vero communis; & similiter quaternitas substantiarum; imo unaquæque hypostasis duarum naturarum & hypostasium erit, unius quidem communis, & unius particularis, eruntque simul ejusdem & diversæ essentiæ, ejusdem & diversæ hypostasis. Ecquis non rideat; imo vero non fleat immoderatum horum furorem? hæc nihil nisi meræ nugæ sunt, & malè sanæ cogitationis fictio, tenebricosum dæmonum inventum, Græcanicarumque præstigiarum por-

Substantiæ particulares explosæ.

Digitized by Google

portentum. Quis sanctorum Patrum illud unquam dixit? Nisi forte sanctum Aristotelem nobis, ceu decimum tertium Apostolorum introducatis, idolorumque cultorem iis anteponatis, qui Spiritus sancti afflatu loquuti sunt. Sed ad propositum revertamur.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Variarum vocum explicatio.

XI. Tametsi enim non est natura sine hypostasi, neque substantia sine persona; nec rursum sine substantia, hypostasis & persona (nam certè non est) attamen substantia & hypostasis non sunt idem, neque natura & persona. Non enim idem sunt substantia & quod in substantia est, neque hypostasis & enhypostatum (seu quod existit in hypostasi) Aliud enim est quod in aliquo est, & aliud, in quo est aliquid. Nam quod est in substantia, illud est quod in substantia consideramus, puta congregationem accidentium, quæ hypostasim designat, non ipsam substantiam. Enhypostatum vero non est hypostasis, sed quod contemplamur in hypostasi. Hoc porro substantia, seu essentia est, quomodocumque exsistat, sive per se, sive cum alio, sive in alio: per se, ut substantia ignis; cum aliis, ut anima & corpus; hæc enim in se invicem subsistunt: in alio, ut ignis in lucerna, & ut caro Domini in hypostasi ejus æterna. Hypostasis enim quempiam vel hoc declarat, quod intento digito indicatur: enhypostatum vero declarat substantiam. Atqui hypostasis quidem personam definit per proprietates quibus sigillatur: enhypostatum vero, illud non esse accidens, quod in altero exsistentiam habet. Si enim idem foret *in aliquo*, & *in quo*, jam dicere posses idem esse virtutem, & eum qui virtute præditus est: & non absurda reciprocatione, idem esse malitiam, & id in quo est malitia. Atque adeo in tua opinione Diabolus ipse malitia erit; & qui Diabolum fecit, malitiæ erit effector. Itemque, quia in substantia est accidens, accidens substantia erit, & substantia accidens: quinimo, corpus, inquam, humanum in sententia tua anima erit, & anima corpus. Ecquis confusionis hujus insaniam ferat?

XII. Quod autem non sit substantia sine hypostasi, planè novimus. At nequaquam dixerimus idem esse enhypostatum & hypostasim, uti nec substantiam atque enusion (seu quod est in substantia) sed dicimus in substantia esse quidem hypostasim, & in hypostasi substantiam, Enim vero substantiam sanctæ divinitatis esse ἀνυπόστατον, scimus (nam in tribus hypostasibus exsistit) & unamquamque hypostasim similiter ἐνούσιον, seu id quod in substantia est: in sanctæ siquidem divinitatis substantia sunt hæ tres hypostases. Consimiliter in inenarrabili, quæque omnem mentem exsuperat, Incarnatione Domini,

νικῆς τερθρείας τερατόλημα. τίς τῶν θεοφόρων εἶρηκε πώποτε; εἰ μή πε τὸν παρ' ὑμῖν ἅγιον Ἀριστοτέλην ἡμῖν, ὡς τρισκαιδέκατον ἀπόστολον, εἰσαγάγοιτε, καὶ τῶν θεοπνεύστων τὸν εἰδωλολάτρην προκρίνοιτε. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανίωμεν.

ια΄ Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος, ἤτε μὴ οὐσία ἀπρόσωπος, οὐδ' αὖ πάλιν ἀνούσιος ὑπόστασίς τε καὶ πρόσωπον· οὐ γὰρ ἔστιν· ἀλλ' οὐ ταὐτὸν οὐσία καὶ ὑπόστασις, οὐδὲ φύσις καὶ πρόσωπον. οὐ γὰρ ταὐτὸν οὐσία τε καὶ ἐνούσιον, οὐδ' ἀνυπόστατον καὶ ὑπόστασις. ἕτερον γάρ ἐστι τὸ ἔν τινι, καὶ ἕτερον τὸ ἐν ᾧ. ἐνούσιον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ θεωρούμενον, τουτέστι τὸ τῶν συμβεβηκότων ἄθροισμα, ὁ δηλοῖ τὴν ὑπόστασιν, οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν. ἀνυπόστατον δέ, οὐχ ἡ ὑπόστασις, τὸ ἐν ὑποστάσει δὲ καθορώμενον. οὐσία δὲ τυγχάνει ὁποσοῦν ὑπάρχει, εἴτε καθ' ἑαυτὴν, εἴτε ἐν ἑτέρῳ καθ' ἑαυτὴν μὲν ὡς πυρὸς οὐσία, σὺν ἑτέροις δέ, ὡς ψυχὴ καὶ σῶμα. σὺν ἀλλήλοις γὰρ ταῦτα τὴν ὑπόστασιν ἔχει. ἐν ἑτέρῳ δέ, ὡς πῦρ ἐν θρυαλλίδι, καὶ ὡς ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου ἐν τῇ ἀναρχῳ αὐτοῦ ὑποστάσει. ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις τόν τινα, ἢ τόδε δηλοῖ τὸ ἄμα τῇ τοῦ δακτύλου ἀνατάσει δεικνύμενον, τὸ δὲ ἀνυπόστατον, τὴν οὐσίαν· καὶ ἡ μὲν ὑπόστασις πρόσωπον ὁρίζει τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασιν. ἀνυπόστατον τὸ μὴ εἶναι αὐτὸ συμβεβηκὸς, ὃ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὴν ὕπαρξιν. εἰ γὰρ ταὐτὸ τὸ ἔν τινι, καὶ τὸ ἐν ᾧ, ὥρα σοὶ λέγειν ταὐτὸν ἀρετὴν καὶ ἀνάρετον, καὶ κατὰ τὸν εὔλογον ἀντιστροφὴν, κακίαν, καὶ τὸ ἐν ᾧ ἡ κακία. καὶ ἔσαι κατά σε αὐτὸς ὁ Διάβολος κακία, καὶ ὁ τούτου δημιουργὸς, κακίας δημιουργός. καὶ ἐπειδὴ ἐν τῇ οὐσίᾳ τὸ συμβεβηκὸς, ἔσαι τὸ συμβεβηκὸς οὐσία, καὶ συμβεβηκὸς ἡ οὐσία. (α) καὶ τὸ σῶμα, φημὶ τὸ ἀνθρώπινον, ἔσαι κατά σε (β) (τὸ σῶμα) ψυχὴ· καὶ τίς ταύτης συγχύσεως τὴν μανίαν ὑποίσει;

ιβ΄ Ὅτι μὲν ἔν σοὶ ἔστιν οὐσία ἀνυπόστατος, ἴσμεν σαφῶς, ἀλλ' οὐ ταὐτὸν φαμὲν ἀνυπόστατον καὶ ὑπόστασιν, ἤτε μὲν οὐσίαν ἔτε ἐνούσιον. ἀλλ' ἐνούσιον μὲν, τὴν ὑπόστασιν, ἀνυπόστατον δέ, τὴν οὐσίαν. τὴν τε γὰρ οὐσίαν τῆς ἁγίας θεότητος ἀνυπόστατον ἴσμεν· ἐν ταῖς τρισὶ γάρ ἐστιν ὑποστάσεσι· ἑκάστην τὴν ὑποστάσεων ὡσαύτως ἐνούσιον. ἐν τῇ οὐσίᾳ γὰρ αὗται τελοῦσι τῆς ἁγίας θεότητος, ἔτι τῆς ἀῤῥήτου πάντα νοῦν ὑπερκειμένης τοῦ κυρίου οἰκονομίας, ἐνούσιον μὲν φαμὲν τὴν ὑπόστασιν, ὡς ἐν ταῖς οὐσίαις τελοῦσαν,

(α) Interpr. Arab. legisse videtur, καὶ ἔσαι σῶμα ἔμψυχον, ψυχὴ, *& erit corpus animatum anima.*
(β) Supersua vox. *aut potius omissa alia, nim:* ψυχὴ, καὶ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

σαν, ἐξ ὧν ϗ συντέθειται, ἀνυπόστατον δὴ ἑκάστῳ τῶν ὄντων αὐτῷ ἔχουσι γὰρ κοινὴν τ μίαν αὐτῷ ὑπόστασιν, ἡ μὲν θεότης αὐτῷ, ἀϊδίως καθὸ ϗ τῷ τῷ πατρὸς ϗ τῷ πνεύματος· ἡ δὲ ἔμψυχος ϗ λογικὴ αὐτῷ σὰρξ, ἑαυτὸν δὴ εἰπεῖν, ἡ (α) ἀνθρωπότης αὐτῷ περισφάτως ἐν αὐτῇ ὑποσᾶσα, ϗ αὐτῷ κληρωσαμένη ὑπόστασιν. ὅτως ὅτε ἀνυπόστατος, ἀλλ' ἑτέρᾳ τ τῷ Χριστοῦ φύσεων ἐστιν, ὅτε ἑκάστη καθ' αὐτῷ ὑπόστασιν κέκτηται, ἀλλὰ τὴν αὐτῷ ϗ μίαν ἀμφότεραι.

ιγ'. Τούτων ὅτω περιδιωρισμένων, ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἔλθωμεν· τοῦτο δέ ἐστιν· εἰ δύο φύσις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ϗ ἐν δυσὶ φύσεσιν, ἢ μία, ϗ τετραπτεύεσθε· χρὴ τοιγαροῦν τὸν περί τινος συλλογιζόμενον ἐκ κοινῶν ϗ ἀληθῶν ἐννοιῶν· κοινῶν δὲ λέγω τ παρ' ἀμφοτέροις ὡμολογημένων· τὰς ἀρχὰς ἤτοι τὰς προτάσις ποιεῖσθαι. ὅτω γὰρ συλλογισμὸς, ϗ ὐ παραλογισμὸς τὸ πλεκόμενον εἴη, τό, τε συμπέρασμα, ϗ οὐκ ἄτοπον.

ιδ'. Ὁμολόγηται τοίνυν παρ' ἅπασι τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐκ θεότητος ϗ ἀνθρωπότητος γεγωνῆσθαι τὴν ἕνωσιν, ϗ τὸν Χριστὸν ἐν θεότητι τέλειον, ϗ τέλειον ϗ ἀνελλιπῆ τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι. εἴπατε τοίνυν ἡμῖν· ϗ ὑμῖν ταῦτα δοκεῖ; συνομολογήσετε, ὡς γέ μοι δοκεῖ. τί ἡ θεότης, ϗ τί ἀνθρωπότης; οὐσία, ἢ συμβεβηκός; φύσις ἢ ὑπόστασις; οἶμαι οὐσίαν ϗ φύσιν ὑμᾶς ἐρεῖν· ὅτι μὲν γὰρ οὐ συμβεβηκὸς παντί που δῆλον· ὅτι δὲ οὐ ὑπόστασις, ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται. εἰ γὰρ ὑπόστασιν τὸ τῆς θεότητος ϗ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος σημαίνουσιν ὄνομα, ὥρα σοι λέγειν ϗ τρεῖς θεότητας διὰ τὸ τριαδικὸν τ ὑποστάσεων, ϗ ἀπείρους ἁς ἀνθρωπότητας, διὰ τὸ τ ὑποστάσεων ἄπειρον, ἢ ὑπόστασιν, ἐν ὑποστάσεσιν, ὃ, τίς οὐχὶ σοφὸς, ἀλλὰ ϗ λίαν σκαιὸς τις διάνοιαν ἐρεῖν τετόλμηκε πώποτε; ἔστι τοίνυν φύσεως σημαντικὸν ἕκαστον, τό, τε τῆς θεότητος δηλαδὴ, ϗ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ὄνομα. θεότης τοίνυν ϗ ἀνθρωπότης μία φύσις ἐστὶν, οὐκ ἐστὶ τῷ κυρίῳ φημὶ, ἀλλ' ἁπλούτως; οὐκ ἐρεῖ τις μὴ μαινόμενος, ὁ τὸ κτιστὸν τῷ ἀκτίστῳ ϗ κτίσῃ κατ' οὐσίαν ταυτὸν, οὐδὲ τὸ σῶμα τῷ ἀσωμάτῳ, οὐδὲ τὸ (a) ..... τῷ ἀνάρχῳ. ἄλλη φύσις ἔν ἐστι τῆς θεότητος, ϗ ἑτέρα τ ἀνθρωπότητος, ϗ δύο φύσις εἰσίν· ἐκ θεότητος τοίνυν ϗ ἀνθρωπότητος ὢν ὁ Χριστὸς, ἐκ δύο φύσεων ἐστίν· εἰ δὲ ἐκ θεότητος ϗ ἀνθρωπότητος ϗ ἐκ δύο φύσεων τὸν Χριστὸν λέγετε, εἴπατε ἡμῖν· τὰ δύο ταῦτα, ἔτοι θεότης ϗ ἀνθρωπότης, ἐν τῷ Χριστῷ εἰσὶν, ἢ οὔ· καταφήσοιτε, εἴπερ μὴ

hypoſtaſim dicimus enuſion, ſive prout exiſtit in ſubſtantiis, ex quibus compoſita eſt: unamquamque verò ſubſtantiarum ejus, ἀνυπόστατον, hoc eſt in hypoſtaſi eſſe. Habent enim communem unam illius hypoſtaſim. Ut divinitas quidem, Filii hypoſtaſim æternè habeat, quemadmodum & Patris & Spiritus hypoſtaſes; caro vero ejus animata & rationis particeps, ſeu quod idem eſt, humanitas ipſius, recenter in ea ſubſiſtat, eamque ſibi nacta ſit hypoſtaſim? Quo fit ut neutra ex Chriſti naturis hypoſtaſi careat, nec quælibet earum per ſemet ſubſiſtat, ſed ambæ unam eandemque hypoſtaſim habeant.

SÆC. VIII. ANNO 730.

XIII. Quibus ſic præſtitutis, ad quæſtionem veniamus. Quæritur ergo, ſit ne Chriſtus naturæ duæ & in duabus naturis, an una tantum, ut prodigiosè fingitis. Quocirca operæ pretium eſt, de aliquo diſputantem, ex communibus veriſque notionibus principia, ſeu propoſitiones conficere. Communes porro dico, quæ a ſapientoribus ſunt conceſſæ. Sic enim efficitur, ut id quod texitur, argumentatio ſit, & non fallacia; vera concluſio, non abſurda.

Diſputationis argumentum.

XIV. Igitur confeſſa res eſt apud omnes ſanctos Patres, ex Divinitate & humanitate factam fuiſſe unionem, Chriſtumque eſſe in Divinitate perfectum, & eundem perfectum in humanitate, quæ nulla ſui parte deficiatur. Dicatis ergo nobis, num hæc etiam vobis arrideant? idem plane vos confeſſuros puto. Jam vero, quidnam eſt divinitas? quid rurſum humanitas? ſubſtantia, an accidens? natura, an hypoſtaſis? credo dicetis ſubſtantiam & naturam. Nam quod neutrum ſit accidens, nemini non manifeſtum eſt. Quod autem nec hypoſtaſis ſit, ſatis antehâc oſtenſum fuit. Nam ſi nomen divinitatis, & nomen humanitatis hypoſtaſim ſignificant, dicere poſſis tres divinitates, propter tres hypoſtaſes, atque infinitas humanitates, propter infinitam hypoſtaſium multitudinem, aut hypoſtaſim in hypoſtaſibus eſſe. Hoc vero quis, non ſapiens dixero, ſed vel lævæ admodum mentis, effutire unquam auſus ſit? Naturam ergo ſignificat, cùm nomen divinitatis, tum nomen humanitatis. Divinitas igitur & humanitas numquid una natura ſunt, non dico in Chriſto, ſed abſolutè? nemo niſi amens ſit, dixerit unam eſſe. Nequaquam enim creatura idem eſt cum increato & creatore, neque corpus cum incorporeo, neque illud quod incepit, cum eo quod principii expers eſt. Itaque alia eſt natura divinitatis, humanitatis alia, ſuntque naturæ duæ. Cum ergo Chriſtus conſtet divinitate & humanitate, ex duabus naturis eſt. Quamobrem ſi Chriſtum ex divinitate & humanitate eſſe profitemini, velim dicatis nobis: iſtæc duo, divinitas ſcilicet & humanitas, ſuntne in Chriſto, annon? Omnino con-

Patrum fides de Incarnatione Verbi.

(a) Lego, ἀρχόμενον. Turr. *neque quod capit.*

SÆC. VIII. ANNO 730.

concedetis, nisi penitus impii esse velitis. Quinam igitur non dicitis in Christo naturas duas? Si enim affirmando Christum ex divinitate & humanitate constare, ex duabus naturis ipsum esse confitemini, idemque apud vos valet ex divinitate & humanitate esse, atque ex naturis duabus; quare, cum dicatis Christum divinitatem humanitatemque esse etiam post unitionem, atque in divinitate & humanitate, non ipsum duas naturas, & in duabus naturis fateamini?

XV. Si divinitas & humanitas idem non sunt ob naturalem qualitatem suam, sed aliud & aliud, diversum & diversum: advertat quisquis sanæ mentis est, an aliud & aliud secundum naturam, unum naturâ sint, & non duo. Sin autem duo, (de naturis loquor) plane non unum. Siquidem aliud naturam significat, ut ejusmodi rerum periti tradiderunt. Jam vero natura & natura, numquid una est, & non duo? duo profectò. Una enim & una, ut vel pueri norunt, duæ sunt.

XVI. Sin autem dicitis ea quæ unita sunt, unum esse; audite tamen, ea quæ unita sunt, non omnibus modis unum esse, sed quatenus unita sunt. Nam si, quæ unita sunt, per omnia unum sunt; quia homo ex dissimilibus naturis compositus est, necessum erit dicere, quod anima & corpus per omnia unum sint: adeoque quod incorporeum est, illud corpus erit, & corpus, incorporeum. Itemque quia divinitas & humanitas unitæ sunt, idcirco unum erunt secundum substantialem differentiam, ut quod divinum est, creatum sit, & quod humanum, increatum.

XVII. Si quæ unita sunt, omni modo unum sunt: corpus verò ex contrariis qualitatibus compositum est, dicendum nobis erit, calorem & frigus idem esse, siccitatem quoque & humiditatem perinde idem; imo Petrus & Joannes, quippe qui naturâ unita sunt, ex consequenti hypostasi etiam unus sunt, & non duo. At non ita convenit cum his qui rectè sapiunt, & veritate: quin potiùs quæ unita sunt, quatenus unita sunt, unum esse sentiunt: puta Petrum & Joannem, quia unum naturâ sunt, ejusdemque substantiæ, unum esse secundum naturam; animam verò & corpus, quatenus secundum hypostasim uniuntur, unum hypostasi esse. Nemo quippe sobrius dixerit, animam & corpus penes naturam esse unum.

XVIII. Si ex duabus naturis unio facta est, aut ante unitionem duæ erant, aut in ipsa unitione, aut post unitionem. Si ante unitionem per se substiterunt, quid est quod Nestorium accusamus? si autem post unitionem caro constitit, quid est cur nos reprehendatis? Sin demum in ipsa unitione, unio vero perseverat: igitur & nunc & in perpetuum duæ sunt, & erunt. Si autem ipso incarnationis Verbi tempore unum propter

τέλεον ἀσεβεῖν αἱρήσοισθε. πῶς ἓν ὁ δύο φύσις ἐν τῷ Χριστῷ λέγετε, εἰ γὰρ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τὸν Χριστὸν λέγοντες ἐκ δύο φύσεων, αὐτὸν ὁμολογεῖτε, καὶ ἴσον παρ' ὑμῖν δύναται τὸ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τῷ ἐκ δύο φύσεων, πῶς θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα τὸν Χριστὸν λέγοντες καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι, ὁ δύο φύσις αὐτὸν καὶ ἐν δυσὶν ὁμολογήσετε φύσεσιν.

ιέ. Εἰ ὁ ταυτὸν θεότης καὶ ἀνθρωπότης, ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ, ἄλλο ἢ καὶ ἄλλο, ἕτερον ἢ καὶ ἕτερον, σκοπείτω πᾶς τις εὖ φρονῶν, εἰ τὸ ἄλλο καὶ φύσιν καὶ ἄλλο, ἓν κατ' οὐσίαν, καὶ ὁ δύο εἰσὶν, εἰ ἢ δύο, καὶ οὐκ ἕν, φύσις δηλαδή· τὸ γὰρ ἄλλο, φύσιν δηλοῖ, ὡς οἱ περὶ ταῦτα σοφοὶ διειλήφασι· φύσις ἢ καὶ φύσις μία ἐστὶν, ἢ δύο; δύο δῆλον. μία γὰρ καὶ μία, καὶ τοῖς νηπίοις δῆλον, ὡς δύο εἰσίν.

ις. Εἰ δὲ φατὲ τὰ ἐνύμφια ἓν εἶναι· ἀλλ' ἀκούσατε, ὅτι τὰ ἐνύμφια οὐ κατὰ πάντα ἕν εἰσιν, ἀλλὰ καθὸ ἥνωνται. εἰ γὰρ τὰ ἐνύμφια κατὰ πάντα ἕν εἰσιν, ἐπειδὴ ἐξ ἀνομοίων φύσεων ὁ ἄνθρωπος σύγκειται, ἀνάγκη λέγειν ὡς ψυχὴ καὶ σῶμα κατὰ πάντα ἕν εἰσι, καὶ ἔσται τὸ ἀτώματον σῶμα, καὶ τὸ σῶμα ἀσώματον· καὶ ἐπειδὴ θεότης καὶ ἀνθρωπότης ἥνωνται ἓν κατὰ τὴν οὐσιώδη διαφοράν, καὶ ἢ τὸ θεῖον κτιστὸν, ἢ τὸ ἀνθρώπινον ἄκτιστον.

ιζ'. Εἰ τὰ ἐνύμφια ἕν εἰσι καὶ πάντα, τὸ ἢ σῶμα ἐξ ἐναντίων ποιοτήτων σύγκειται, ἐροῦμεν ὡς θερμότης καὶ ψύξις ταυτὸν, καὶ ξηρότης, καὶ ὑγρότης ὁμοίως ταυτόν· καὶ Πέτρος καὶ Ἰωάννης, ἐπειδὴ τῇ φύσει ἥνωνται, ἄρα καὶ τῇ ὑποστάσει ἓς, ὁ δύο τυγχάνουσιν· ἀλλ' οὐκ ἔστω τοῖς εὖ φρονοῦσι καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ· μᾶλλον ἢ τὰ ἐνύμφια, καθὸ ἥνωνται, ἓν εἶναι· Πέτρον μὲν καὶ Ἰωάννην, ἐπειδὴ κατὰ φύσιν ἥνωνται, ὁμοούσιοι τυγχάνοντες, ἓν εἶναι κατὰ φύσιν· ψυχὴν ἢ καὶ σῶμα, ἐπειδὴ καθ' ὑπόστασιν ἥνωνται, ἓν εἶναι καθ' ὑπόστασιν. ὁ γὰρ κατὰ φύσιν ἓν εἶναι ψυχὴν καὶ σῶμα εἴποι τις ἂν νήφων τὸν λογισμόν.

ιή. Εἰ ἐκ δύο φύσεων ἡ ἕνωσις γέγονεν, ἢ πρὸ τῆς ἑνώσεως ἦσαν δύο, ἢ ἐν τῇ ἑνώσει, ἢ μετὰ τὴν ἕνωσιν. καὶ εἰ μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως ὑπέστησαν, τί Νεστορίῳ μεμφόμεθα; εἰ ἢ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἡ σὰρξ ὑφέστηκε, τί ἡμῖν μέμφεσθε; εἰ ἢ ἐν τῇ ἑνώσει φατὲ, μένει ἢ ἕνωσις· καὶ νῦν εἰς τὸν αἰῶνα δύο εἰσί τε καὶ ἔσονται· εἰ ἢ τῷ καιρῷ τῆς λόγου σαρκώσεως τὸ ἓν τῇ ἑνώσει φατὲ,

καὶ

SÆC. VIII. ANNO 730.

καὶ πρὶν ἑνωθῶσιν, ἦσαν δύο, ἢ ἑνωθέντα; εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς ἑνώσεως ὑπῆρξαν ἀμφότερα, ἐξ ὑποστάσεων ἀνάγκη λέγειν δύο τὴν ἕνωσιν. εἰ δὲ ἐν τῇ ἑνώσει δύο φατὲ, ὁ δὲ ἀριθμὸς καθ' ὑμᾶς πάντως (α) ..... διαίρεσιν, διαιρέσεως αἰτία ἡ ἕνωσις καὶ ἐν τῇ ἑνώσει (β) .... τὴν ἕνωσιν.

ιθ'. Εἰ φυλάττῃ ἕκαστον τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸν ἴδιον τῆς οὐσίας ὅρον τε καὶ λόγον, κἂν τῇ ἑνώσει, καὶ ἕτερος μὲν ὁ τῆς Χριστοῦ θεότητος ὅρος καὶ ὁ τῆς ἀνθρωπότητος ἕτερος, τί τὰ μὴ ὑπὸ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὅρον τιθέμενα, μίαν καὶ δύο φύσεις λέγετε;

κ'. Εἰ ὁμοούσιος ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου σὰρξ τῇ ἀκτίστῳ αὐτοῦ θεότητι καθ' ὑμᾶς, συνουσίωσιν νοσεῖτε. καὶ τὶ μὴ τὸ πάλαι ὑμῖν ὠδινόμενον ἐπορρήγνυται; εἰ δὲ ὁμοούσιος, πῶς τὰ μὴ ὁμοούσια, μιᾶς ἂν εἴη φύσεως; ἢ πῶς τὰ μιᾶς φύσεως ἔχει καὶ ὁμοούσια. εἰ μὴ γὰρ μεθύομεν, ὁμουσιότητος ὅρος ἐστὶ τὰ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἔχοντα.

κα'. Εἰ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν κατὰ τὴν αὐτὴν φύσιν ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς ἐκ παντὸς τῷ Πατρὶ ὁμοούσιοι· τὰ γὰρ τῷ αὐτῷ κατὰ τὴν αὐτὴν φύσιν ὁμοούσια, καὶ ἀλλήλοις εἰσὶν ὁμοούσια. εἰ δὲ κατὰ τὴν θεότητα τῷ Πατρὶ ἐστιν ὁμοούσιος, ἡμῖν δὲ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· θεότης εἶπατε, καὶ ἀνθρωπότης μία φύσις ἐστιν; ἀλλ' εἰ μὲν ἡ μία, δύο πάντως καὶ δύο φύσεις ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐν δύο φύσεσιν. εἰ δὲ μία, πῶς διαφέρουσι; τὰ γὰρ διαφέροντα, ἢ οὐσιωδῶς διαφέρει, ἢ ἐπουσιωδῶς· ἀλλ' εἰ μὲν ἐπουσιωδῶς, ὑποστάσεις ἂν εἶεν, καὶ οὐ φύσεις· εἰ δὲ οὐσιωδῶς, φύσεις. τὰ γὰρ διαφέροντα, τὸ ἐλάχιστον δύο· τὸ γὰρ ἓν, καθὸ ἓν, οὐ διαφέρει. συνεισφέρειν γὰρ οἶδεν ἐξ ἀνάγκης τὸν ἀριθμὸν ἡ διαφορά.

κβ'. Τὰ ὁμοούσια τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεται λόγον. εἰ ἓν ὁ Χριστὸς μία φύσις ἐστὶ σεσαρκωμένη, καὶ οὗτος, ὡς φατὲ, τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ ὅρος ἐστὶν· ὁμοούσιος δέ ἐστι καὶ Πατρὶ, καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος· ἄρα ἔσαι καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ ἡμεῖς μία φύσις θεότητος σεσαρκωμένη.

κγ'. Ἡ διαφορὰ τὸ ἐλάχιστον δύο εἰσάγει τὰ διαφέροντα, ἢ φύσις, ἢ ὑποστάσις, ἢ μίαν ὑπόστασιν ἑαυτῆς διαφέρουσαν· καὶ εἰ μὲν φύσις οὐσιωδῶς· εἰ δὲ ὑποστάσις, ἐπουσιωδῶς· εἰ δὲ μίαν

unitionem esse dicitis, antequam unirentur, duæ erant, an unitæ? Si duæ priùs extiterunt, quam unirentur, necessum erit affirmare ex duplici hypostasi factam esse unionem: sin duas dicitis in unitione; numerus verò in opinione vestra necessariò divisionem inducit: divisionis ergo causa est unitio, & in ipsamet unione dirimitis unionem.

XIX. Si unumquodque eorum, ex quibus exstat Christus, propriam substantiæ, seu essentiæ, definitionem & rationem servat, etiam in unione, atque alia est definitio divinitatis Christi, & alia humanitatis; quomodo, quæ non sunt sub una eademque definitione posita, naturam unam, non duas esse dicitis?

XX. Si caro Verbi Dei, ut vestra sententia fert, ejusdem substantiæ est cum divinitate ejus increata, consubstantiationis opinatione prava laboratis. Eccur vero quod jam olim parturitis, non emergit? Sin autem non est ejusdem substantiæ, quonam pacto quæ non sunt ejusdem substantiæ, erunt unius naturæ? aut quomodo quæ unius naturæ sunt, ejusdem substantiæ non sunt? Nisi enim ebrii sumus, consubstantialitatis definitio est, eandem habere substantiam, sive essentiam.

XXI. Si Christus est consubstantialis Patri, nobisque itidem consubstantialis secundum eandem naturam, nos quoque Patri consubstantiales sumus. Quæ enim secundum naturam eandem ejusdem substantiæ sunt, ea inter se sunt consubstantialia. Si autem secundum divinitatem est Patri consubstantialis, nobis verò secundum humanitatem; rogo, dicite, estne divinitas & humanitas una natura? At si una natura non est, necessariò duæ sunt: atque adeo duæ naturæ Christus est, & in duabus naturis. Sin vero est una, quînam ergo differunt. Nam quæ differunt, vel substantiæ ratione differunt, vel ratione ejus quod substantiæ advenit. Si ratione ejus quod advenit substantiæ, hypostases forent, non naturæ. Sed si ratione substantiæ discrepant, jam naturæ sunt. Nam quæ differentia sunt, ut minimum duo sunt. Unum siquidem quà unum est, discrimen non admittit. Differentia quippe necessariò numerum infert secum.

XXII. Quæ consubstantialia sunt, rationem eandem recipiunt. Si ergo Christus natura una est incarnata, estque hæc ejus essentiæ definitio, aliunde vero consubstantialis est Patri & nobis: est igitur Pater nobiscum una divinitatis natura incarnata.

XXIII. Differentia duo saltem infert quæ differant, sive naturæ sint, sive hypostases, sive hypostasis una à seipsa discrepans. Si naturas, hæ substantialiter differunt; si hypostases, secundum id quod essentiæ adjectitium

(α) Leg. εἰσάγει. Turr. *inducit.* Arab. *afferet divisionem.* (β) Leg. διαιρεῖτε. Turr. *Dividitis unionem.* Arab *& cum unione dividitur unio.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

ctitium est: si hypostasim unam quæ a se diversa sit, per variationem & mutationem secundum accidens separabile: horum igitur-que alterum eligite, ut vel duas post unitionem hypostases esse Christum dicatis, vel divinitatem ejus ratione accidentis separabilis ab ipsius humanitate discrepare: tumque adeo increatum, principii expers, impassibile, omnipotens, & alia ejusmodi; itemque creatum, cœptum, passibile, aliaque similia, ex quibus Christus constat, accidentia erunt, & quidem separabilia, mutabiliaque & variabilia: aut esse nobiscum, utque fert veritas, Christum esse duas naturas prædicetis, quarum discrimen profitemini. Qui enim substantiarum discrimen asseritis, integras subinde salvasque easdem dicere cogemini. Ejus enim quod non est, nec differentia esse possit. Quo etenim pacto differant, quæ salva non exstant. Quod si verò salva sunt, ergo & numerantur.

XXIV. Si vero aitis, ex duabus naturis naturam unam factam esse compositam, dicatis nobis, amabo, quî comparatum sit, ut quæ non composita sunt, componantur? una quippe natura composita ex diversis constituitur, quando unitis naturis, aliud quid præter unita effectum est, ut neque hoc propriè, neque illud, sed diversum intelligatur & enuntietur: puta si ex quatuor elementis, igne scilicet, aëre, terrâ, & aquâ, corpus constituatur, id quod ex quatuor istis, eisque commistis effectum fuit, nec ignis est, nec dicitur, nec aër, nec aqua, neque terra, sed ex istis aliud præter ista. Atqui Dominus noster Jesus Christus, quia ex divinitate & humanitate constat, in divinitate est & in humanitate perfectus, Deusque & homo est & dicitur, totusque Deus & totus homo; quod quidem in composita natura nequaquam reperiatur: Non enim totum corpus ignis est, neque totus homo est anima, aut totus mulus equus est. Quamobrem non una composita natura est Christus, sed una hypostasis composita; non ex aliis aliud: sed ex aliis eadem, Ex divinitate siquidem & humanitate, Deus & homo est perfectus, quæ porro naturæ in una hypostasi composita, & hypostasis una composita in naturis duabus.

XXV. Si Christus naturæ ejusdem & substantiæ est ac Pater qui simplicis naturæ est; habet vero insuper compositam naturam; duas proinde habebit naturas, unam simplicem, & unam compositam.

XXVI. Si neque creata est, nec initium habuit Christi Deitas, creata vero fuit, & esse cœpit ejus humanitas; quomodo illud

ὑποστάσιν ἀλλοιωμένῳ καὶ μεταβαλλομένῳ καὶ τὸ χωριστὸν συμβεβηκός. ἔλεσθε τοιγαροῦν τούτων θάτερον, ἢ δύο ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν τὴν Χριστὸν εἶπατε, ἢ καὶ τὸ χωριστὸν συμβεβηκὸς διαφέρειν τῇ θεότητα αὐτὴν τῆς αὐτῆς ἀνθρωπότητος, καὶ ἔσται τὸ ἄκτιστον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀπαθὲς, καὶ παντοδύναμον, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κτιστὸν, καὶ ἠρξμένον, καὶ παθητὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα, συμβεβηκότα, καὶ ταῦτα χωριστὰ, καὶ τρεπτὰ, καὶ ἀλλοιωτὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, ἢ δύο φύσεις τὸν Χριστὸν μεθ' ἡμῶν καὶ τῆς ἀληθείας κηρύξατε, ὧν καὶ τῇ διαφορὰν ὁμολογεῖτε. ὑσιῶν γὰρ διαφορὰν λέγοντες, ὑσῶν λέγειν καὶ σωζομένων ἀναγκαθήσεσθε. τῷ γὰρ μὴ ὄντι οὐδὲ διαφορὰ ἂν εἴη. πῶς γὰρ διαφέρουσι τὰ μὴ σωζόμενα; εἰ δὲ ὄντως σώζονται, καὶ ἀριθμεῖσθωσαν.

κδ'. Εἰ δὲ φατὲ, ὡς ἐκ δύο φύσεων μία φύσις ἐχρημάτισε σύνθετος, εἴπατε ἡμῖν πῶς συντίθεσθαι τὰ μὴ συντιθέμενα πέφυκε. μία γὰρ φύσις σύνθετος ἐκ διαφορῶν συνίσταται φύσεων, ὅταν ἑνωμένων φύσεων ἕτερόν τι παρὰ τὰ ἑνωθέντα τὸ ἀποτελούμενον γίνηται, καὶ μήτε τοῦτο κυρίως, μήτε ἐκεῖνο, ἀλλ' ἕτερον νοῆται καὶ λέγηται· ὡς ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων, πυρός φημι καὶ ἀέρος, γῆς τε καὶ ὕδατος, συσταὶν σῶμα, ἑνωμένων δηλαδὴ τῶν τεσσάρων καὶ συγκιρναμένων. καὶ τὸ ἀποτελούμενον, ὅτε πῦρ ἐστιν, ὅτε λέγεται, ὅτε ἀὴρ, ὅτε ὕδωρ, ὅτε γῆ, ἀλλ' ἐκ τούτων παρὰ ταῦτα ἕτερον. ὁμοίως ἀπὸ ἵππου καὶ ὄνου ἡμίονος, καὶ οὐδ' ἵππος, οὐδὲ ὄνος ἐστὶν, οὐδὲ λέγεται, ἀλλ' ἐκ τούτων παρὰ ταῦτα ἕτερον. ὁ δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ θεότητος ὢν καὶ ἀνθρωπότητος, ἐν θεότητί τέ ἐστι καὶ ἀνθρωπότητι τέλειος, καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστί τε καὶ λέγεται, καὶ (α) ὅλως Θεὸς καὶ ὅλως ἄνθρωπος. ὅπερ ἐπὶ τῶν συνθέτων φύσεως οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. οὐ γὰρ ὅλον τὸ σῶμα πῦρ, οὐδ' ὅλως ὁ ἄνθρωπος ψυχὴ, ἢ ἵππος ὅλη ἐστὶν ἡ ἡμίονος. διὸ οὐ μία σύνθετος φύσις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ μία ὑπόστασις σύνθετος. οὐκ ἐξ ἑτέρων ἑτέρα, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων τὰ αὐτά· ἐκ θεότητος γὰρ καὶ ἀνθρωπότητος, Θεός τέ ἐστι καὶ ἄνθρωπος τέλειος. δύο μέντοι φύσεις ἐν μιᾷ συνθέτῳ ὑποστάσει, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι μία ὑπόστασις σύνθετος.

κε' Εἰ ὁμοφυὴς ὁ Χριστὸς, καὶ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ ἁπλῆς ὄντι φύσεως, ἔχει δὲ καὶ σύνθετον φύσιν, δύο ἔχει φύσεις, μίαν ἁπλῆν καὶ μίαν σύνθετον.

κς'. Εἰ ἄκτιστος καὶ ἄναρχος ἡ Χριστοῦ θεότης, κτιστὴ δὲ καὶ ἠρξμένη ἡ ἀνθρωπότης αὐτὴν, πῶς τὸ ἄναρ-

χον

(α) Lego cum Turriano, ὅλος Θεὸς, καὶ ὅλος ἄνθρωπος, *totus Deus, & totus homo*: Sic Int. Arabs. Nam Christus nec in totum Deus, neque in totum homo est, ut alibi Noster monet; sed simul Deus & homo perfectus. Unde sequitur, οὐ γὰρ ὅλον τὸ σῶμα πῦρ, οὐδ' ὅλος ὁ ἄνθρωπος ψυχὴ, ἢ ἵππος ὅλη ἐστὶν ἡ ἡμίονος.

SÆC. VIII. ANNO 730.

χον καὶ τὸ ἠρξμένον μιᾶς ἔσαι φύσεως.

κζ. Εἰ μία σύνθετος φυσὶς ὁ Χρισὸς, τὸ μὲν ἁπλοῦν καὶ τὸ σύνθετον οὐκ εἰσὶν ὁμοούσια· ὁ μὲν Πατὴρ ἁπλῆς φύσεώς ἐσιν· οὐκ ἔσιν ἄρα ὁ Χρισὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρί.

κή. Εἰ μία Φύσις σύνθετός ἐσιν ὁ Χρισὸς ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, οὐκ ἐκ θεότητος μὲν ἡ δὲ ἀνθρωπότητος ἡ τούτε μήτηρ ἐσὶν, οὐδὲ τῇ μητρὶ ἐσὶν ὁμοούσιος· καὶ μετηνέγκατε ὅρια αἰώνια, ἃ οἱ πατέρες ἡμῶν ἔθεντο ὁμοούσιον τὸν Χρισὸν εἰπόντες τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον τῇ μητρὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

κθ. Εἰ δὲ κατ' ἐπίνοιαν τὰς Χρισοῦ τὰς φύσις λέγετε καὶ θεωρίαν, εἴπατε ἡμῖν οἱ τῶν φύσεων ἐπινοηταὶ καὶ θεωρηταί. ἡ ἐπίνοια ἀληθῶν καὶ ὄντων πραγμάτων ἐσιν, οἷονεὶ τὰ τῇ αἰσθήσει δοκοῦντα ἁπλᾶ, τῇ νοήσει διαθροῦσα καὶ διακρίνουσα, ὡς ἐπὶ ἀνθρώπου σὺν (α) θεῷ φαινομένῳ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ἐπιγινώσκουσα, τὸ ἀόρατον, ἢ διανοίας ἀνάπλασμα, καὶ συμπλοκὴν αἰσθήσεώς τε καὶ φαντασίας ἐκ τῶν ὄντων τὰ μηδαμῶς ὄντα συντιθεῖσα καὶ ἀναπλάτ[τ]ουσα, ὡς ἡ τῶν ἱπποκενταύρων καὶ τραγελάφων μυθοπλασία (β) πρᾶγμα δὲν σημαίνει, ἢ ψιλὴ φωνὴ ἄσημός ἐσι, ὡς σκίνδαψος καὶ τὸ βλίτυρι. εἰ μὲν δὲν τὸ δεύτερον, φαντασία καὶ φενακισμὸς τὸ τῆς οἰκονομίας μυσήριον. εἰ δὲ τὸ πρότερον, δύο δὲ κατ' ἐπίνοιαν τὰς φύσις θεωρεῖτε· ὄντων δὲ ἡ θεωρία· τί τὰ ὄντα μὴ ἀριθμεῖτε, ὅπου γε οἱ πατέρες οἱ ἅγιοι, οὐ τὰ φύσις, ἀλλὰ τούτων διάσασιν κατ' ἐπίνοιαν εἶπον· ἡνίκα γὰρ αἱ φύσις φυσὶ διίσανται, δῆλον ὡς οὐκ ἐνεργείᾳ, οὐδὲ ὑπάρξει τὸ ἐπινοίᾳ· εἰ γὰρ τὸ ἐπινοίᾳ ὑπάρξει, ἐπινοίᾳ δὲ (γ) ὁ Πατὴρ τὴν διάσασιν ἔφη, ἐνεργείᾳ καὶ ὑπάρξει φησὶ τὴν διάσασιν, ὅπερ ἀμήχανον. ὑμεῖς τοιγαροῦν ἐπινοίᾳ τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα ἐν τῷ Χρισῷ μὴ τὴν ἕνωσιν λέγοντες, οὐκ ἐνεργείᾳ, οὐδὲ πράγματι ταύτας ὁμολογεῖτε· οὐκοῦν οὔτε Θεὸς ἔσαι καθ' ὑμᾶς ἀληθείᾳ, οὔτε ὑπάρξει, οὐδὲ ἄνθρωπος, ἀλλά τι πρὸς ταῦτα ἕτερον.

λ'. Καὶ πάλιν, εἰ (δ) θεωρίαν φατὲ δύο τὰ Χρισοῦ τὰς φύσεις· πρὸς τὰ ὄντα δὲ ἡ θεωρία, ὡς οἱ ταῦτα δεινοὶ διειλήφασιν· εἰσὶ πάντως αἱ Χρισοῦ φύσεις· καὶ εἰ εἰσὶ, τί τὸν ἀριθμὸν ὥσπερ τι μορμολύκειον φεύγετε.

λά. Εἰ δὲ φατὲ, ὡς ὁ λέγων δύο φύσις τὴν οἰκονομίαν, καὶ δύο λέγει Χρισούς· ἄρα καὶ ὁ ἐκ δύο φύσεων τὴν ἕνωσιν λέγων, ἐκ δύο Χρισῶν φήσει καὶ ἕνωσιν.

quod cœptum non est, & id quod cœptum est, unius naturæ erunt.

XXVII. Si una natura composita Christus est; simplex autem & compositum consubstantialia non sunt, Pater verò simplicis est naturæ: non est igitur Christus consubstantialis Patri.

XXVIII. Si Christus est una natura composita ex divinitate & humanitate, non autem ejus mater ex divinitate & humanitate constat; nec subinde ejusdem cujus mater, substantiæ fuerit: adeoque transtulistis terminos æternos, quos patres nostri statuerunt; pronuntiando Christum Patri consubstantialem esse secundum divinitatem, & consubstantialem Matri secundum humanitatem.

XXIX. Quod si naturas Christi cogitatione ac contemplatione tenus effertis, dicite nobis, naturarum excogitatores & speculatores, sitne cogitatio rerum verarum & exsistentium, ut ea quæ sensui simplicia videntur, notione dispiciat & discernat; velut si in homine animam, quæ sub adspectum non cadit, unà cum corpore, quod cerni natum sit, cognoscat, vel figmentum mentis ex complicatione sensus & imaginationis, ex iis quæ sunt ea quæ non sunt, componentis & effingentis, ut hippocentaurorum & tragelaphorum effictio rem non significat; vel nuda est vox significationis expers, ut scindapsus & blitiri. Si secundum dicitis, incarnationis mysterium mera imaginatio atque illusio erit: si primum, uti duas naturas cogitatione consideratis, cùm consideratio fit eorum quæ sunt, cur ea quæ sunt non numeretis; quando sancti Patres non naturas, sed harum distantiam cogitatione intelligi dixerunt? Nam ubi naturæ cogitatione diversæ sunt, manifestum est eas non actu vel exsistentia distare. Si enim quod cogitatione spectatur, exsistentiâ est, cogitatione autem distantiam naturarum fieri ait Pater: actu igitur & exsistentiâ distantiam dixerit, quod fieri nequit. Vos igitur cum post unitionem divinitatem & humanitatem in Christo dicitis, non re & actu eas fatemini: ergo ex vestra sententia, neque Deus erit re & veritate, neque homo, sed aliud quid præter hæc.

Gregor. Naz. orat. 36. Cyrill. ep. 2. ad Succ.

XXX. Rursus, si contemplatione tenus dicitis duas Christi naturas, quandoquidem contemplatio rerum exsistentium est, ut harum rerum periti tradidere, necessario prorsus naturæ Christi sunt. Quod si sunt; ecquid ergo numerum ceu terriculamentum aliquod fugitis?

XXXI. Sin autem aitis, quod qui naturas duas dicit, dividat mysterium Incarnationis; duosque Christos effutiat: qui ergò unionem ex naturis duabus dicit, ex duobus proinde Christis unionem enuntiat.

XXXII. Si

(α) Forte, τῷ. (β) Legendum, πρᾶγμα οὐ Hæc periodus deest in Arab. (γ) Int. Arab. in plurali, *Patres*; Cyrillus utique & Gregorius. (δ) Leg. κατὰ θεωρίαν.

SÆC. VIII. ANNO 730.

XXXII. Si dicendo duas naturas, Christum dividitis, in unitione vero naturas duas asseritis, in unitione igitur unionem dividitis, ut ex vestra opinione unitio divisio sit.

XXXIII. Natura & natura unius esse naturæ nunquam dicentur, sed unius forsan hypostasis: nec hypostasis & hypostasis unius dicentur hypostasis, sed unius naturæ. Qui igitur ea ex quibus constat Christus, unius naturæ esse affirmatis hypostases has, & non naturas esse fateamini. Sin autem antepositâ veritate mendacio, ea ex quibus est Christus, post unitionem unius hypostasis esse dicatis, naturas istæc esse confitemini.

XXXIV. Si discrimen naturarum etiam post unitionem agnoscitis, quomodo plurali numero naturas pronuntiantes, non duas naturas fatemini? Nam si secundum vos una composita natura est, post unitionem dicere vos oportebat, non differentiam naturarum, sed unius naturæ à seipsa: quod quidem vestrum est, non nostrum, sic loqui & sentire. Eademmet enim natura essentiale a se ipsa discrimen nunquam habuerit.

XXXV. Si una Christi natura est, ejus nobis nomen dicitote. Nam id quod est, etiam nominetur oportet, & propriè nominetur; uti natura Dei Deitas appellatur, & natura hominis, humanitas. Quo igitur nomine Christi naturam efferamus? an Christitatis? at nemo eorum qui divino afflatu loquuti sunt, tale quid pronuntiavit. An divino-humanitatis? minime vero istud. Ecquid ergo naturam nullius nominis introducitis? Sin reponitis, innovari naturas, & novo mysterio novum aliquid & peregrinum effici: at vero nihil sublimius, & quod minus comprehendi possit, quam natura Dei, & tamen illud unum solumque quod comprehendi nequeat, a nobis nominari voluit. Vel igitur naturam quam obtrudistis, altiorem & meliorem Deitate esse dicite; satisque nobis erit. Vel nomen illius proferte, vel cum veritatis prædicatoribus divinitatem & humanitatem Christi, naturas esse pronuntiate, non naturam. Deitas siquidem & humanitas non sunt una natura.

XXXVI. Si ex divinitate & humanitate una Christi natura est, divinitas pars naturæ duntaxat, & non perfecta natura erit in Christo, similiter etiam & humanitas.

XXXVII. Si natura vestra composita, neque Patri in totum consubstantialis est, neque Matri, Christus verò totum illud est: Christus quatenus Christus est, nulli consubstantialis est. Quod si ita est, quâ parte alicui consubstantialis est, jam non est Christus. Igitur quatenus ejusdem est ac Pater essentiæ, non est Christus. Quocirca duorum alterum necessarium est, aut Christum non esse, qui Patri consubstantialis sit, aut qui Christus sit, non esse Patri consubstantialem.

XXXVIII. Quæ composita sunt, ex contrariis componuntur, substantiæ autem se-

λβ'. Εἰ τὸ λέγειν δύο φύσεις διαιρεῖ τὸν Χριστὸν, ἐν ᾗ τῇ ἑνώσει δύο φύσεις φατὲ, ἐν τῇ ἑνώσει διαιρεῖτε τ' ἕνωσιν, καὶ ἔσαι ἡ ἕνωσις καθ' ὑμᾶς διαίρεσις.

λγ'. Φύσις καὶ φύσις μιᾶς φύσεως οὐ λεχθήσεται πώποτε, ἀλλὰ μιᾶς τυχὸν ὑποστάσεως· οὐδ' ὑπόστασις καὶ ὑπόστασις μιᾶς ὑποστάσεως, ἀλλὰ μιᾶς φύσεως, μιᾶς δὲ φύσεως τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς λέγοντες, ὑποστάσεις ταύτας, καὶ οὐ φύσεις ὁμολογήσοιτε. εἰ δὲ ταληθὲς τὸ ψεῦδος προαιρούμενοι, μιᾶς φύσεως τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς μετὰ τ' ἕνωσιν εἴπετε, φύσεις ταῦτα ὁμολογήσοιτε.

λδ'. Εἰ τῷ διαφορὰν τ' φύσεων καὶ μὴ τῷ ἑνώσιν ὁμολογεῖτε, πῶς τ' φύσεων πληθυντικὰς λέγοντες, οὐ δύο φύσεις ὁμολογεῖτε. εἰ γὰρ μία καθ' ὑμᾶς φύσις σύνθετός ἐστι μὴ τῷ ἑνώσιν, ἔδει ὑμᾶς λέγειν, οὐ φύσεων διαφορὰν, ἀλλὰ μιᾶς φύσεως πρὸς ἑαυτὴν διαφορὰν. ὅπερ ὑμῶν, οὐχ ἡμῶν ἐστιν εἰπεῖν καὶ φρονῆσαι. ἡ αὐτὴ γὰρ φύσις οὐσιώδη διαφορὰν πρὸς ἑαυτὴν οὐκ ἔξει ποτέ.

λε. Εἰ μία φύσις ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ, εἴπατε ἡμῖν τὸ ταύτης ὄνομα. χρὴ γὰρ τὸ ὂν, καὶ ὀνομάζεσθαι, καὶ οἰκείως ὀνομάζεσθαι, ὥσπερ Θεοῦ φύσις θεότης, καὶ ἀνθρώπου ἀνθρωπότης· πῶς οὖν τῷ Χριστοῦ φύσιν ὀνομάσομεν; Χριστότητα; ἀλλ' οὐδεὶς τ' θεοπνεύστων εἶρηκε τοῦτο· ἀλλὰ θεοτητοανθρωπότητα; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. τί δὲ ἡμῖν φύσιν ἀνώνυμον εἰσκομίζετε; εἰ δὲ φατὲ, ὅτι καινοτομοῦνται φύσεις, καὶ τῷ ξένῳ τοῦ μυστηρίου ξένον τι γίνεται· ἀλλ' οὐδὲν τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως ἀληπτότερον ἢ ὑψηλότερον. καὶ ὅμως τὸ μόνον ἄληπτον ἠνέσχετο πρὸς ἡμῶν ὀνομάζεσθαι. ἢ τοίνυν ὑψηλοτέραν καὶ κρείττονα τῆς θεότητος τ' πρὸς ἡμῶν καταδεεσθεῖσαν φύσιν εἴπατε, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. ἢ ταύτης ὄνομα ἐμφανίσατε, ἢ μετὰ τῶν κηρύκων τῆς ἀληθείας θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα τὰς φύσεις Χριστοῦ εἴπατε, & οὐ τῷ φύσιν. θεότης γὰρ καὶ ἀνθρωπότης μία φύσις οὐκ ἔστιν.

λς'. Εἰ οὐκ θεότητος & ἀνθρωπότητος μία φύσις ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ, μέρος, & οὐ τελεία φύσις ἡ θεότης ἐν τῷ Χριστῷ, ὁμοίως & ἀνθρωπότης.

λζ. Εἰ ἡ σύνθετος ὑμῶν φύσις, οὐδὲ τῷ Πατρὶ καθόλου ἐστὶν ὁμοούσιος, οὐδὲ τῇ μητρὶ, τὸ δὲ ὅλον ἐστὶν ὁ Χριστὸς· ὁ ριστὸς, ἢ Χριστὸς, οὐδενί ἐστιν ὁμοούσιος. καὶ εἰ τοῦτο, ὅτε ἐστί τινι ὁμοούσιος, οὐκ ἔστι Χριστός. ὁμοούσιος οὖν ὢν τῷ Πατρὶ οὐκ ἔστι Χριστός· ἀνάγκη τοίνυν δυοῖν θάτερον, ἢ ὁμοούσιον ὄντα τῷ Πατρὶ, μὴ εἶναι Χριστὸν, ἢ Χριστὸν ὄντα, μὴ εἶναι τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον.

λη. Τὰ συντιθέμενα ἐξ ἐναντίων συντίθεται. οὐσία δὲ κατὰ τοὺς φυσι-

κοὺς

SÆC. VIII. ANNO 730.

κοὺς ὐδέν ἐστιν ἐναντίον. ἀδύνατον ἂν εἶναι οὐσίαν ἐξ οὐσιῶν σύνθετον.

λθ'. Τὰς Φύσεις, ἤτοι οὐσίας, αἱ οὐσιώδεις συνιστῶσι διαφοραί· εἰ ἓν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος μία Φύσις συνέστηκεν, ἔσονται θεότης καὶ ἀνθρωπότης οὐ Φύσεις, ἀλλ' οὐσιώδεις διαφοραί.

μ'. Τὰ μιᾶς ὄντα οὐσίας, ἑτεροϋπόστατα πάντως· τὰ δὲ μιᾶς ὑποστάσεως ἑτεροούσια. τὴν θεότητα τοιγαροῦν καὶ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ, ἢ μιᾶς οὐσίας λέγοντες, ἕτερα ἄλλης καὶ ἄλλης ὑποστάσεως εἶναι, ἢ μιᾶς ὑποστάσεως λέγοντες, δύο Φύσεις, οὐ μίαν ὁμολογήσατε. ἔνθα γὰρ τὸ ἑτεροούσιον, μία Φύσις οὐκ ἔστιν· ἢ ἓν ὁμοούσιον ἕπεται τὴν σάρκα τῇ τοῦ Λόγου θεότητι, ἢ ἑτεροούσια λέγοντες, δύο Φύσεις ὁμολογήσατε.

μά. Οἱ μίαν Φύσιν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ λέγοντες, εἴπατε ἡμῖν ποία Φύσει ὁ Χριστὸς πέπονθε; τῇ συνθέτῳ, δῆλον ἐρεῖτε. μίαν γὰρ λέγοντες, ἐξ ἀνάγκης αὐτῇ καὶ τὸ πάθος προσάψετε, καὶ ἔσται καθ' ὑμᾶς καὶ ἡ θεότης καὶ ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ παθητή.

μβ'. Προτάττειν συνήθες τῷ φιλοσόφῳ λόγῳ τὸν περὶ ποσότητος λόγον τοῦ περὶ ποιότητος, καὶ τὴν αἰτίαν προσίθησιν, ὡς ἔνθα ποιότης, κὰ ποσότης πάντως θεωρηθήσεται· ἡ γὰρ διαφορὰ διαφερόντων ἐστὶ διαφορά. πῶς ἂν ποιοτήτων οὐσιωδῶν διαφορὰν λέγοντες τῶν οὐσιωδῶς διαφερόντων τὸν ἀριθμὸν οὐχ ὁμολογεῖτε.

μγ'. Εἰ μία Φύσις σύνθετος ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παθητὴ ἔσται μόνον, ἢ ἀπαθὴς, ἢ παθητοαπαθὴς, κὰ κατ' αὐτὸν ἀμφότερα· ἢ τρεπτὴ, καὶ ποτὲ μὲν παθητὴ, ποτὲ δὲ ἀπαθὴς, ἢ μέρος αὐτῆς παθητὸν, καὶ μέρος αὐτῆς ἀπαθές. οἵαν ἂν βούλεσθε τῶν ἀσεβειῶν ἕλεσθε. εἰ γὰρ παθητὴ μόνον, οὐ Θεὸς ὁ Χριστός· εἰ δὲ ἀπαθὴς μόνον, οὐκ ἄνθρωπος· εἰ δὲ ποτὲ μὲν παθητὴ, ποτὲ δὲ ἀπαθὴς, οὐδ' ὁ πότερον Φύσει, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ μᾶλλον ἐστί· τὸ γὰρ Φύσει πεφυκὸς, οὐ μεθίσταται. εἰ δὲ μέρος αὐτῆς παθητὸν, καὶ μέρος ἀπαθές, Φύσει δὲ ἑκάτερόν ἐστι τοῦτ' ἔστιν οἷον ἐστὶ, οὐ ταύτης ἔσται τὰ μέρη Φύσεως, καὶ ἔτι δύο Φύσεις ἔσται ὁ Χριστός· ὃς οὐ Φύσις μία ἐστὶν, ἀλλ' ὑπόστασις μία σύνθετος ἐκ δύο Φύσεων, καὶ ἐν δυσὶ Φύσεσι, καὶ δύο Φύσεις. τὴν γὰρ αὐτὴν Φύσιν παθητὴν ἅμα καὶ ἀπαθῆ εἶναι ἀμήχανον. τῶν ἐναντίων γὰρ οὐσιωδῶν διαφορῶν δεκτικὴ εἶναι μία καὶ ἡ αὐτὴ Φύσις οὐ δύναται.

μδ'. Ἐπὶ πάσης ἑνώσεως, ἐνέμφυα κἂν συγχέηται, κἂν συγκιρνᾶται,

cundum Physicos nihil contrarium est: fieri igitur non potest ut substantia ex substantiis composita sit.

XXXIX. Naturas, sive substantias differentiæ substantiales constituunt. Quamobrem si ex Deitate & humanitate natura una consistit, erunt Deitas & humanitas, non naturæ, sed essentiales differentiæ:

XL. Quæ unius sunt essentiæ, diversarum plane hypostasium sunt: quæ verò unius sunt hypostasis, diversarum naturarum exsistunt. Igitur qui divinitatem & humanitatem Christi vel unius esse naturæ dicitis, alterius atque alterius substantiæ esse dicite: vel dicendo unius esse hypostasis, naturas duas, non unam fateamini. Ubi enim est substantiæ diversitas, non est natura una. Aut igitur carnem divinitati Verbi consubstantialem esse dicite, aut diversæ esse substantiæ prædicantes, duas naturas confitemini.

XLI. Qui unam divinitatis Christi, carnisque ejus naturam aïtis, dicitote nobis, quâ tandem naturâ Christus passus est? Compositâ utique, reponetis. Unam quippe dicendo, passionem ei necessario affingitis: atque adeo de vestra sententiâ, tam divinitas, quam humanitas Christi obnoxia passioni fuerit.

XLII. Solent qui res Philosophicas tractant, sermonem priùs de quantitate instituere, quàm de qualitate. Cujus causam hanc adjungunt, quod ubi qualitas fuerit, illic omnino quantitas etiam consideretur. Differentia siquidem differentium differentia est. Quomodo igitur, cùm qualitatum essentialium discrimen prædicetis, eorum quæ essentialiter diversa sunt, numerum non fateamini?

XLIII. Si est una Christi natura composita, aut solummodo patibilis erit, aut non patibilis, aut simul patibilis & non patibilis, & utrumque secundum idem; aut mutabilis, & quandoque patibilis, quandoque rursum non patibilis, aut demum pars ejus patiendi capax, altera a passionibus immunis: quam ergo ex his impietatibus malueritis, eligite. Si enim solum patibilis, Christus Deus non est: si pati nescius, non est homo: si quandoque patibilis, quandoque non patibilis, neutrum naturâ fuerit; quin potius per accidens. Quod enim naturâ insitum est, non mutatur. Sin autem pars ejus altera patiendi capax est, incapax altera: suâpte vero natura utrumque est illud quod est, non erunt partes ejusdem naturæ: atque ita Christus erit duæ naturæ, quia non est una natura, sed una hypostasis composita ex naturis duabus. Eandem quippe naturam simul & patibilem esse & non patibilem impossibile est: una siquidem eademque natura contrarias differentias substantiales recipere non potest.

XLIV. In omni unione, quæ uniuntur, quamvis confundantur, quamvis permisceantur,

SÆC. VIII. ANNO 730.

SÆC. VIII. ANNO 730.

tur, manent, ut a natura propria nihil desciscant. Licet enim vinum admisceatur aquæ, duæ naturæ sunt in illa temperatione: cera quoque & pix licet confusæ sint, neutrum tamen a natura sua excidit, sed in mistione naturæ duæ persistunt. Tametsi enim unita sunt, nec quodlibet eorum proprietatem suam puram & integram perhibet, propter confusionem commistionemque cum eo cui unitum est, nihilominus unumquodque illud est quod priùs erat, adeoque duæ naturæ, non una, censentur ab iis qui talia judicare norunt. Ecquis enim ignorat, in vino & aqua mistis duas naturas esse? Quod si igitur hæc ita se habent, qua de causa vos qui discrimen sciatis, naturarumque proprietates confitemini, unam & non duas prædicetis? cur nec rebus quæ nullo pacto confunduntur, ea conceditis, quæ confusis conveniunt? sed manifestum est, vos demutationem, exstinctionemque, & consubstantiationem parturire; in apertum vero proferre non vultis, impietatis notam veriti.

XLV. Quæ uniuntur, unitione fiunt unum, non post unitionem; & quandiu in unione perseverant, unioque salva est, unum sunt, quatenus unita sunt: qui ergo vos in unitione quidem naturas duas dicitis, post unitionem vero naturam unam factam esse contumaci ore asseveratis, quando B. Cyrillus illud, *post unitionem*, pro, *in ipsa unitione*, acceperit? Ecquando enim unio facta cessavit? aut quid est quod eam diremerit, ut effectum ejus alterum ab eis ex quibus constat, eidem successisse, & non in ipsa persistere putetur? Non enim unio est ad instar naturæ eorum quæ fiunt, nec amplius exsistunt, ut puta temporis, saltationis, & similium.

XLVI. Si aliud quidpiam unione peracta præter unionem effectum est, confusio certè, & non unio fuerit.

XLVII. Si confusio duas naturas unam facit; hoc verò ipsum in vestra opinione præstat etiam immunitas a confusione; dicatis velim, quid discriminis sit inter non confusum & confusum.

XLVIII. Si secundum aliud & aliud Christus dicitur visibilis & invisibilis, mortalis & immortalis, tractabilis & non tractabilis; non item secundum alium & alium: cùm aliud essentiam substantiamve significet, eccur non duas substantias pronuntiatis?

XLIX. Aliud substantiam designat secundum Logicæ leges, alius verò hypostasim: si ergo Christum aliud & aliud esse pronuntiando, duas dicere naturas non cogemini, dicite & alium & alium. Sic enim significabitis duas hypostases.

μένῃ τ οἰκείας μὴ ἐξισάμφα φύσεως· καν τε γὰρ οἶνῳ ὕδατι κραθῇ, αἱ δύο φύσεις εἰσὶν ἐν τῷ κράματι. καὶ κηρὸς καὶ πίσσα, εἰ καὶ συγκέχηται, ἀλλ' ἑκάτερον τ οἰκείας ἐξέστη φύσεως, ἀλλ' ἐν τῷ μίγματι αἱ δύο διαμένουσι φύσεις. εἰ γὰρ καὶ ἥνωνται, καὶ τὴν οἰκείαν ἕκαστον ἀδείκνυται ἰδιότητα καθαρὰν καὶ ἀλώβητον διὰ τὴν πρὸς τὸ ἑνωθὲν σύγχυσίν τε & σύγκρασιν, ἀλλ' ὅμως καὶ φύσιν ἕκαστον, ὅπερ ἐστὶ τοῦτό ἐστι, & δύο φύσεις, ἀ μία, τοῖς εἰδόσι κρίνειν τὰ τοιάδε λογίζονται· τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὡς ἐν τῷ ἐξ οἴνου & ὕδατος κράματι δύο φύσεις εἰσίν; εἰ δὲν ταῦτα ἕκαστος ἔχει, πῶς ὑμεῖς & τὴν διαφορὰν εἰδότες, & τὰς ἰδιότητας ὁμολογοῦντες τ φύσεων, μίαν ταύτην καὶ ἀ δύο κηρύττετε; & ἀδὲ τὰ τ συγχύσεως ταῖς ἀσυγχύτοις διδόατε; ἀλλὰ δῆλον ὡς τροπὴν & ἀφανισμὸν & συνουσίωσιν ὠδίνετε μόν. εἰς τὸμφανὲς δὲ προάγειν ἐντροπῇ τ ἀσεβείας ἀ βέλεσθε.

μέ. Τὰ ἑνώματα, τῇ ἑνώσει γίνεται ἓν, ἀ μετὰ τὴν ἕνωσιν· & ὅσον μὲν ἐν τῇ (α)..... & ἡ ἕνωσις σώζεται, ἕν εἰσι, καθὸ ἥνωνται, πῶς ἂν ὑμεῖς, ἐν μὲν τῇ ἑνώσει δύο φατὲ, μετὰ δὲ γε τ ἕνωσιν, μίαν γεγωνῆσθαι φύσιν αὐθαδιάζεσθε, τὸ μακαρίου Κυρίλλου τὸ, μετὰ τ ἕνωσιν, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῇ ἑνώσει, εἰληφότος; πότε γὰρ ἡ ἕνωσις γεγομένη πέπαυται; ἢ τί τὸ ταύτην παῦσαν ὡς ἂν ἕτερον τὸ ταύτης ἀποτέλεσμα μετ' αὐτὴν, καὶ οὐκ ἐν αὐτῇ τοῦτο λαβὸν ἐξ ὧν ἐστιν ὑποπεδύηται; ἀ γάρ ἐστιν ἡ ἕνωσις, ὡς ἡ τῶν γεγομένων, καὶ μηκέτι ὄντων φύσις· οἷον ὁ χρόνος, καὶ ἡ ὄρχησις, & τὰ τοιαῦτα.

μς. Εἰ ἑτέρου τινὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν γέγονε τοῦτο τὴν ἕνωσιν, σύγχυσις δηλαδὴ, & οὐχ ἕνωσις.

μζ. Εἰ ἡ σύγχυσις τὰς δύο φύσεις μίαν ποιεῖ, τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖ παρ' ὑμῖν & τὸ ἀσύγχυτον, τίς ἡ διαφορὰ παρ' ὑμῖν τοῦ ἀσυγχύτου & τ συγχύσεως, εἴπατε.

μή. Εἰ κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο λέγεται ὁ Χριστὸς ὁρατὸς καὶ ἀόρατος, θνητὸς καὶ ἀθάνατος, ψηλαφητὸς & ἀνέπαφος, & ἀ κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον. τὸ γὰρ ἄλλο ἀσίαν σημαίνει, τί μὴ δύο ἀσίας φατέ;

μθ. Τὸ ἄλλο, ἀσίας ἐστὶ σημαντικὸν, καὶ τὴν λογικὴν, ἀλλ' ὃ δὲ, ὑποστάσεως εἰ δὲν ἄλλο & ἄλλο λέγοντες τὸν Χριστὸν, οὐκ ἀναλαμβάνεσθε δύο φύσεις. (β) εἴπατε καὶ ἄλλον καὶ ἄλλον· (γ) ἀ γὰρ σημανεῖτε δύο ὑποστάσεις.

ν. Εἰ

(α) Deest aliquid, quod sic Arabicus Interpres reddidit, *& omne quod in unitione perseverat*, seu *perseverat unitum*. Unde lego καὶ ὅσον μένουσιν ἐν τῇ ἑνώσει. Turr. *Sed in unione.* (β) Deest, εἰπεῖν, aut λέγειν εἴπατε, Arab. Int. hinc locum sic reddidit: *non cogemini naturas duas fateri, neque dicetis alium & alium. Non enim exigitur a vobis hic sensus, ut significetis nisi hypostasim.* (γ) Emendo οὕτω, ut verus sit contextus.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

ν'. Εἰ δέ φατε, ὡς ἡ (α) δύο Δ|αίρεσιν εἰσφέρ|, μάθετε καλῶς διδασκόμ|οι, ὡς τὸν ἀριθμὸν, ὃ Δ|αίρεσιν ὁ φιλόσοφος λέγ@ ὁρίζεται, ἀλλὰ σωρείαν μονάδων, ἢ χύσιν μονάδων. ὥστε μᾶλλον ἕνωσιν δηλοῖ, ἢ Δ|αίρεσιν· ἡ μὲν γὰρ Δ|αίρεσις τῆς μονάδ@ ἥμισυ καὶ ἥμισυ· ἡ δὲ δυὰς πρόθεσις μονάδ@. μᾶλλον γὰρ τὸ τὰ δύο ἓν καὶ ἓν εἰπεῖν, ἐστὶ Δ|αιρέσεως· τὸ δὲ ἓν καὶ ἓν ὑφ' ἓν συλλαβεῖν, καὶ δύο εἰπεῖν, συναφείας τε καὶ ἑνώσεως. εἰ συνάγει τοίνυν ὁ ἀριθμὸς, ἀλλ' οὐχὶ Δ|αιρεῖ. ἐπεὶ ἡ τομὴ τ᾽ μονάδ@ ἐστὶν ἡ δυάς· τὸ δὲ τεμνόμενον διχῆ τέμνεται, τομὴ, καὶ ὁ πρόθεσίς ἐστιν ὁ ἀριθμός· καὶ εἰ τοῦτο, ὥσπερ ἡ μονὰς τεμνομένη τῷ δυάδα ποιεῖ, τὸν αὐτὸν τρόπον, ἔδει καὶ τὸν δύο τεμνόμενον τῷ τετράδα ποιεῖν. καὶ πόθεν ἦλθεν ὁ τρία; ἔδει γὰρ μόνας τοὺς ἀρτίους ἀριθμεῖσθαι, ὑποξαιρουμένων τ᾽ περιττῶν. ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθὲς, ὡς ἀριθμὸς διττὸς λέγεται. ὁ μὲν γάρ ἐστι καθ' αὐτὸν, ὡς αὐτὴ ἡ φύσις τοῦ ἀριθμοῦ, ὁ δὲ ἐν σχέσει καὶ πράγματι θεωρούμεν@, ὥσπερ λευκὸν, ἤτε λευκότης ἐστὶ τὸ λελευκασμένον. αὐτὴ τοίνυν ἡ φύσις τοῦ ἀριθμοῦ ἔτε Δ|αιρεῖ, ἔτε συνάπτ|, ἀλλ' ἀμφότερα δέχεται. οἷον ἡ δυὰς, εἰ μὲν τὰς μονάδας, ἐξ ὧν συνίσταται, σκοπεῖς, εἰς ταῦτα διαιρεῖται. τὰ γὰρ δύο, διαιρεῖται εἰς ἓν καὶ ἕν. εἰ δὲ τούτων τὴν ὁμάδα θεωρεῖς, ἐκ τούτων μᾶλλον συνάπτεται· ἓν γὰρ καὶ ἓν, δύο· δύο καὶ δύο, τέσσαρα. καὶ πάλιν ὁ ἀριθμὸς, οὐ διαίρεσίς ἐστιν, ἀλλὰ σημεῖον δηλωτικὸν τοῦ ποσοῦ τῶν πεπερασμένων, εἴτε ἡνωμένων, εἴτε διηρημένων, ἄλλο λόγου, καὶ οὐ τοῦ ἀριθμοῦ ταῦτα διαιροῦντ@, ἢ συνάπτοντ@. δέκα γὰρ πήχεις λέγοντες τοῦδε τοῦ ξύλου τυχὸν, συνεχοῦς ὄντ@, οὐ συνδιαιροῦμεν τῷ ἀριθμῷ καὶ τῷ ἐν τῷ δεκαπήχει ξύλῳ ἑνότητα· καὶ πάλιν δέκα φοίνικας λέγοντες, ἐν διαιρέσει τούτοις ἐπιζάμεθα· καὶ ἕνα μόδιον, σίτου τυχὸν, ἢ φοινίκων, λέγοντες, ἐν διαιρέσει τοὺς τῷ μοδίῳ ἀνεχομένους κόκκους οἴδαμεν. καὶ εἰ μὴ ὁ ἀριθμὸς ἐπιφημιοῖτο φύσεσιν, οὐ τὸ ποσὸν αὐτῶν πεπερασμένως, τὸ ὂν ἀλλοίας παράσησι. βοὸς γὰρ τυχὸν καὶ ἵππου δύο λέγοντες φύσεις, οὐ τῷ κατὰ τὸ ποσὸν αὐτῶν διαίρεσιν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὸ εἶδ@ παρηλλαγμένον σημαίνομεν. τρεῖς δὲ ἵππους ἢ ἀνθρώπους λέγοντες, Πέτρον, τυχὸν, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, τὸ διηρημένον μᾶλλον αὐτῶν, καὶ ὡς οὐ τοιοίδε, τόσοι δὲ μᾶλλον δηλοῦμεν. καὶ ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδ@ τρεῖς τὰς ὑποστάσεις κηρύττοντες, μίαν τούτων οὐσίαν καὶ φύσιν ὁμολογοῦμεν. ἐπὶ δέ γε τῆς σωτηρίου οἰκονομίας, δύο λέγοντες φύσεις, τὸ ἑτεροειδὲς αὐτῶν, οὐ τὸ κεχωρισμέ-

L. Quod si verò objiciatis, numerum binarium divisionem inferre, discite, secundum rectam disciplinam, numerum a Philosophis definiri, ut sit, non divisio, sed acervus unitatum, seu effusio unitatum. Unde unionem declarat magis, quàm divisionem. Divisio siquidem unitatis, est dimidium & dimidium: duorum verò numerus, unitatis appositio est. Imo dicere, duo esse unum & unum, hoc pertinet ad divisionem: unum autem & unum sub uno numero comprehendere, & duo dicere, conjunctionis est & unitionis. Si itaque numerus colligit: at certe non dividit. Quia verò sectio unitatis binarius est: quod autem secatur, in duo secatur; sectio, & non adjectio numerus erit. Quod si ita est, quemadmodum unitas partita, numerum duorum facit, eodem modo oportebat, ut etiam numerus duorum sectus, numerum quatuor efficeret. Undenam ergo ternarius venit? Oporteret enim numeros pares duntaxat numerari, subductis imparibus. Vel, quod planè verius est, quemadmodum numerus duplex dicitur; ut alius secundum se sit, sicut est ipsa numeri natura, alius in relatione & in ipsa re consideretur, sicut album est, cùm albedo ipsa, tum res dealbata; ipsa itaque numeri natura nec dividit, nec copulat, sed utrumque recipit: ut putà binarius, siquidem unitates ex quibus constat, spectes, in eas dividitur. Duo enim dividuntur in unum & unum. Sin vero harum summam inspicias, ex his potiùs colligatur. Unum siquidem & unum, duo sunt. Duo & duo, quatuor. Rursumque numerus non est divisio, sed signum quo quantitas subjectorum declaratur, sive unita, sive divisa sint; quippe quæ aliam ob causam, non vero propter numerum, dividuntur aut copulantur. Dicentes enim, decem cubitos hujus ligni v. g. quod continuum est, non proinde dividimus unitatem ligni decemcubitalis. Ac rursus cùm decem palmas dicimus, divisas eas novimus: itemque cùm modium unum, tritici puta, vel dactylorum; divisa contineri grana in modio scimus. Quocirca si numerus de naturis enuntiatur, non quantitatem earum principaliter, sed generis discrimen ostendit. Cum enim bovis, exempli gratia, & equi naturas duas dicimus, non divisionem eorum secundum quantitatem, sed specierum diversitatem significamus. Tres vero equos aut homines dicendo, Petrum v. g. Jacobum & Joannem, divisionem magis eorum declaramus, quodque hi tot sint, non quod sint istiusmodi. Imo in sancta & consubstantiali Trinitate sic tres hypostases prædicamus, ut unam earum naturam & substantiam confiteamur. Quocirca in salutari incarnatione, cùm naturas duas proferimus, diversitatem earum, non separationem significamus; ut quem-

SÆC. VIII. ANNO 730. Naturarum numerus eas non dividit.

(α) Legerim, δυάς, vel ὁ δύο.

SÆC. VIII. ANNO 730.

quemadmodum illic numerum ſubſtantiarum excludimus, tametſi nulla hypoſtaſis ſubſtantiæ expers ſit, conſimiliter numerum hypoſtaſium hic jure explodimns, quamvis nulla natura ſit ſine hypoſtaſi.

LI. Si numerus duarum naturarum diviſionem infert, & idcirco naturarum numerum fugitis, quare numerum proprietatum non declinatis?

Quo ſenſu Patres dixerunt, *Unam Dei Verbi naturam incarnatam.*

LII. *Unam naturam Dei Verbi incarnatam* confitemini, nobiſque & vobis communis hæc ſententia eſt: quippe cùm hoc Patrum effatum ſit. Sed ſi duas naturas eo declarare vultis, fruſtrà bellum cum veritate geritis. Sin autem hoc, tanquam unam ſimpliciter naturam exprimat, veritati contra dicendo adverſus duas naturas opponitis, (*a*) proſperè vobis non cedit interjecta vox, *Incarnatam.* Sin vero neque unam abſolutè, neque duas unitas repræſentat, quæcumque pars adjecta inter unam & duas aſſumatur, hanc declarabit illud, *Incarnatam*, ſive dupla pars ſit, ſive dimidia, quantitas penes veſtrum arbitrium erit. Beati ſiquidem Athanaſius & Cyrillus, per abuſionem, & non propriè, naturæ nomine, tanquam generaliore, hypoſtaſim iſtic ſignificarunt. Prædicantur enim quæ univerſaliora ſunt de particularibus, nec idem omnibus modis ſunt; quia natura hypoſtaſis non eſt: non enim univerſale eſt hypoſtaſis; & tametſi recipiat nomen & definitionem univerſalis, non tamen vice verſâ. Nam hypoſtaſis individuumve naturæ, natura eſt, nec natura ſolum, ſed cum proprietate: natura verò non eſt hypoſtaſis, ſive individuum. Sic per abuſionem, non propriè, naturæ nomine hypoſtaſim ſignificarunt, ut perinde ſit iſta loquutio, ac ſi dixiſſent, *unam hypoſtaſim divini Verbi incarnatam.* Non enim natura Divini Verbi incarnata eſt, ſed hypoſtaſis. Cujus etiam teſtis eſt Evangeliſta, hoc modo diſertè clamans: *Et Verbum caro factum.* Atqui Verbum non eſt natura, ut ſuperiùs oſtenſum eſt, ſed hypoſtaſis. Sed & divinus ipſemet Cyrillus in alio loco, ait: *Natura Verbi, ſive hypoſtaſis, quod eſt Verbum ipſum.* Si enim natura Verbi, Deitas ſcilicet, incarnata eſt, cum naturam aliam præter Deitatem Verbum non habuerit, ſed ejuſdem naturæ ſit ac Pater & Spiritus ſanctus, ut ſint omnia communia Patri & Filio & Spiritui ſancto, excepto exſiſtendi modo: etiam Pater & Filius & Spiritus ſanctus incarnati erunt. Quapropter unionem naturarum ſecundum hypoſtaſim, Incarnationem Verbi, carnis deificationem, confitemur. Nam incarnatio eſt participatio & aſſumtio

Joan. 1. vers. 14.

In defen. 2. Anath. contra Theod.

νον σημαίνομεν, ὡς ἐκεῖσε τ᾽ ἀσιῶν τὸν ἀριθμὸν, καὶ μηδεμία ὑπόστασις εἴη ἀνάσιος, οὕτω καὶ ταῦτα τ᾽ ὑποστάσεων, καὶ μηδεμία φύσις ἀνυπόστατος εἴη, δικαίως ἐκβάλλοντες.

να. Εἰ ἡ δυὰς πάντως εἰσάγει διαίρεσιν, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν τ᾽ φύσεων φεύγετε, τί τ᾽ ἰδιοτήτων τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἐκκλίνετε.

Μίαν φύσιν τ᾽ θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην ὁμολογεῖτε, καὶ καινὴ ὑμῖν καὶ ἡμῖν ἡ δόξα. πατρῶν γὰρ λόγος ἐστὶν ἀλλ᾽ εἰ μὲν δύο τὰς φύσεις δηλοῦν διὰ τούτου βάλεσθε, εἰκαίως ὑμῖν ὁ πρὸς τ᾽ ἀλήθειαν πόλεμος. εἰ δὲ ὡς μιᾶς ἐμφαντικὸν, τοῦτο ἀντιφαντικῶς καὶ τ᾽ δύο προϊέχεσθε, μᾶλλον ὑμῖν τὸ, σεσαρκωμένην, παρέρριπται. εἰ δὲ μήτε μίαν ἁπλῶς, μήτε δύο ἡνωμένας παρίστησι, πάντως ὁ, τί ποτε ἐπιμόριον μεταξὺ τ᾽ μιᾶς καὶ τ᾽ δύο παραληφθῇ, τοῦτο ἡμῖν δηλώσει τὸ, σεσαρκωμένην· εἴτε δίμοιρον, εἴτε ἥμισυ τοῦδε ποσοῦ, ἡμεῖς ἂν εἴητε κύριοι· ὅπερ γε οἱ μακάριοι ὁ Ἀθανάσιός τε καὶ Κύριλλος ἐνταῦθα καταχρηστικῶς, καὶ ὐ κυρίως, τῷ τ᾽ φύσεως ὀνόματι τὴν ὑπόστασιν ἐδήλωσαν, ὡς καθολικωτέρῳ. κατηγορεῖται γὰρ τὰ καθολικώτερα τῶν μερικῶν, καὶ ταὐτὸν μὲν παντάπασιν οὐκ ἔστιν. ὐ γὰρ ἡ ὑπόστασις, φύσις· ὐ γὰρ καθολικὴ ἡ ὑπόστασις· ὅμως δὲ δέχεται τό, τε ὄνομα καὶ τὸν ὅρον τ᾽ καθολικοῦ, ἀλλ᾽ οὐκ ἀντιστρέφει. ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις, ἤτοι τὸ ἄτομον τ᾽ φύσεως, φύσις, ἀλλ᾽ ὐ μόνον φύσις, ἀλλὰ μετὰ ἰδιώματος· ἡ δὲ φύσις, ὐχ ὑπόστασις, ἤτοι ἄτομον· οὕτω καταχρηστικῶς καὶ ὐ κυρίως τῷ τ᾽ φύσεως ὀνόματι τὴν ὑπόστασιν ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον, μίαν ὑπόστασιν τ᾽ θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. ὐ γὰρ ἡ φύσις τ᾽ θεοῦ Λόγου σεσάρκωται, ἀλλ᾽ ἡ ὑπόστασις· καὶ μάρτυς ὁ θεῖος Εὐαγγελιστὴς ὧδέ πη βοῶν διαπρύσιον· ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· ὁ δὲ Λόγος ὐ φύσις ἐστὶν, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται, ἀλλ᾽ ὑπόστασις. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ θεοφόρος Κύριλλος ἑτέρωθι τάδε φησίν· φύσις τ᾽ Λόγου, ἤγουν ἡ ὑπόστασις, ὅ ἐστιν αὐτὸς ὁ Λόγος. εἰ γὰρ ἡ φύσις τ᾽ Λόγου, ἤτοι ἡ θεότης, σεσάρκωται. ἑτέραν γὰρ φύσιν ὁ Λόγος οὐκ εἴχεν ἢ δὲ τὴν θεότητα, τ᾽ αὐτ᾽ δὲ φύσεως ὁ Λόγος τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι, καὶ πάντα κοινὰ τ᾽ πατρὸς, καὶ τ᾽ ἐμοῦ, καὶ τ᾽ ἁγίου πνεύματος, πλὴν τ᾽ τρόπου τ᾽ ὑπάρξεως· καὶ ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα σεσάρκωται. ἕνωσιν τοιγαροῦν φύσεως καθ᾽ ὑπόστασιν, καὶ τ᾽ Λόγου σάρκωσιν, καὶ τ᾽ σαρκὸς θέωσιν ὁμολογοῦμεν. σάρκωσις

SÆC. VIII. ANNO 730.

(*a*) Eodem modo Theodoretus Dial. 2. Athanaſii, ni fallor, nomen reveritus, Eraniſtam dicentem, *Unam Dei Verbi naturam incarnatam*, excipit. *Neque nos, ô bone, duas Dei Verbi naturas eſſe incarnatas dicimus, μίαν γὰρ ἴσμεν τὴν τ᾽ θεοῦ Λόγου φύσιν, ἀλλὰ τὴν σαρκὰ ἢ χρησάμενος ἐσαρκώθη, ἑτέρας εἶναι φύσεως ἐδιδάχθημεν. Unam enim Dei Verbi naturam novimus, ſed edocti ſumus, carnem alterius eſſe naturæ. ἄλλη μὲν ἡ σαρκωθεῖσα τ᾽ θεοῦ Λόγου φύσις, ἄλλη δὲ ἡ τ᾽ σαρκὸς ἣν ἀναλαβὸν ἡ τ᾽ θεοῦ Λόγου φύσις, σαρκώθη. Alia incarnata Dei Verbi natura, alia carnis quam cum Dei Verbi natura accepiſſet, incarnatus fuit.* De Athanaſii verò auctoritate diſſertatione ſingulari dicetur.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

σάρκωσις γάρ ἐστι τὸ μεταλαμβάνειν σαρκός· σαρκῶται τοίνυν ἡ ἐνώσει τῷ Θεῷ Λόγῳ ὑπόστασις, ἤτοι ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ παρέχυνεται, καὶ ὑπόστασις τῇ σαρκὶ γίνεται· καὶ ὢν πρότερον Θεὸς, σὰρξ, ἤτοι ἄνθρωπος ὕστερον γίνεται, καὶ μία τῶν δύο φύσεων χρηματίζει ὑπόστασις σύνθετος· καὶ ἐν αὐτῇ διὰ τῆς σαρκώσεως ἑνοῦνται αἱ δύο φύσεις, τό τε θεότητος καὶ τὸ ἀνθρωπότητος, καὶ περιχωρῆσιν ἐν ἀλλήλαις, ἡ δὲ περιχώρησις οὐκ τὸ θεότητος γίνεται. αὕτη γὰρ μεταδίδωσι τῇ σαρκὶ τὸ οἰκείας δόξης τε καὶ λαμπρότητος, οὐ μεταλαμβάνουσα τὸ τὸ σαρκὸς παθῶν. διὸ ἡ μὲν φύσις τὸ σαρκὸς θεῖται, οὐ σαρκοῖ δὲ τὴν φύσιν τοῦ Λόγου· θεοῖ μὲν τὸ πρόσλημμα, οὐ σαρκοῦται δέ. ὠφελεῖται γὰρ τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος, οὐ βλάπτεται δὲ τὸ κρεῖττον ὑπὸ χείρονος. ὡς γὰρ ὁ σίδηρος μὲν πυροῦται, τὸ δὲ πῦρ οὐ σιδηροῦται· καὶ ὡς ἡ σὰρξ μὲν ψυχοῦται, ἡ δὲ ψυχὴ οὐ σαρκοῦται, οὕτως ἡ θεία φύσις, θεοῖ μὲν τὴν σάρκα, αὐτὴ δὲ οὐ σαρκοῦται· οὐ γὰρ δεκτικὴ ἡ θεία φύσις τὸ οἰασοῦν προσθήκης, ἢ ὑφαιρέσεως· καὶ μεταδοτικὴ μὲν. οὐ μεταληπτικὴ δέ. διὸ ἀδεμία φύσις σύνθετος γέγονε. Τοῦτο δέ ἐστιν εἰπεῖν, ἐνώσιον ὑπόστασιν, καὶ φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου· ὡς γὰρ εἴρηται, τὴν ὑπόστασιν τῷ τῆς φύσεως ὀνόματι ὑπεσήμαναν οἱ μακάριοι Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος. ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις, καὶ φύσις· οὐκέτι δὲ καὶ ἡ φύσις, ὑπόστασις. οὐ γὰρ ἀντιστρέφει· κατηγορεῖται μὲν γὰρ τὰ μερικῶν τὰ καθόλου, τὰ δὲ μερικὰ τῶν καθόλων οὐ κατάφασκεται. εἰ δέ καί τινος σιδήρου πυρὶ μὲν, ἡ φύσις τοῦ σιδήρου πεπυρῶσθαι λέγεται· ἀλλ' εἰδέναι χρὴ ὡς διὰ τὸ δεκτικὴν εἶναι τὴν φύσιν τοῦ σιδήρου πυρώσεως, καὶ διὰ τὸ φύσεως ἔργον εἶναι τὴν πύρωσιν. ἐπὶ δὲ τοῦ τοῦ Λόγου σαρκώσεως, οὐ φύσεως ἔργον ἡ σάρκωσις, ἀλλὰ τρόπου οἰκονομικῆς συγκαταβάσεως. οὐκ ἔστιν ἂν εἰπεῖν, μίαν τὴν θεότητος ὑποστάσεων ἔχειν τι, ὅπερ ἀχὶ πᾶσαι αἱ ὑποστάσεις κέκτηται, πλὴν τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως. καὶ ἡ σάρκωσις δὲ τρόπου δευτέρας ὑπάρξεως πέφυκε, μόνῳ τῷ μονογενεῖ υἱῷ καὶ Λόγῳ ἁρμόζουσα, ὡς ἂν ἡ ἰδιότης μείνῃ ἀκίνητος.

νγ'. Ἀλλ' ἐρεῖτε τυχὸν πῶς ἂν φαμὲν τὴν φύσιν τὴν σαρκὸς τεθεῶσθαι καὶ πεπονθέναι, μὴ ταῦτα πασῶν τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ὑποστάσεων καταφάσκοντες. τὴν δὲ φύσιν τοῦ Λόγου συσαρκοῦσθαι λέγοντες, ἐπὶ τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα τὴν σάρκωσιν ἀναφέρομεν; ὅτι πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις δεκτικὴ ἐστι τῆς καθ' ὑπόστασιν, καὶ διὰ φύσιν, καὶ ὑπὲρ φύσιν, οὐ μεταβολῆς φύσεως. ἡ δὲ θεία φύσις πάσης ἀλλοιώσεως καὶ προσθήκης ἐστὶν ἀνεπίδεκτος· οὐ μόνον δὲ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπαρχὴ ὑπῆρχεν ἡ σὰρξ ἐκείνη τοῦ ἡμετέρου φυράματος, καὶ οὐχ ὑπόστασις ἰδιοσύστατος ἐγεγόνει, ἀλλὰ φύσις ἀνυπόστατος συμπληρωτικὴ

carnis. Incarnatur itaque hypostasis Verbi in substantia existens, id est Deus Verbum, crassescitque, & carni hypostasis fit. Qui ante Deus erat, postmodum fit caro, id est homo, vocaturque una duarum naturarum hypostasis composita, naturis ambabus, divinitate & humanitate in ipsa per incarnationem unitis, & in se mutuò circuminsidentibus. Quanquam circuminsessio divinitate fit, ipsâ communicante gloriam suam & splendorem cum carne, nec participante passiones carnis. Quocirca natura quidem carnis deificatur: at non item carnem facit naturam Verbi: Natura Verbi assumtam naturam deificat, non autem incarnatur. Locupletatur enim quod deterius est ab excellentiori, nec quod excellentius est a deteriore læditur. Nam sicut ferrum ignitum efficitur, ignis vero non efficitur: & sicut caro quidem animatur, nec anima fit caro: sic divina natura carnem quidem deificat, nec tamen ipsa incarnatur. Divina quippe natura capax non est cujuslibet accessionis aut subtractionis: sicque largitur & communicat, ut ipsa vicissim non participet. Quamobrem facta non est una natura composita. Igitur hypostasim in natura exstantem dicere perinde est, atque Dei Verbi naturam. Nam, ut dictum est, Beati Patres Athanasius & Cyrillus naturæ nomine hypostasim significarunt. Hypostasis enim etiam natura est, sed non itidem natura est hypostasis. Non enim reciprocatur. Universalia quippe de particularibus prædicantur; non vero particularia enuntiantur de universalibus. Quod si ferro igneſcente natura ferri ignea facta dicitur, observandum tamen est, id fieri, quia natura ferri capax est inflammationis, & inflammatio opus naturæ est. Ast incarnato Verbo opus naturæ non est incarnatio, sed modus dispensatoriæ accommodationis. Non igitur dicere licet, unam Deitatis hypostasim quidquam habere, quod omnes non habeant, excepto exsistendi modo. Sed incarnatio secundæ exsistentiæ modus est, qui soli unigenito Filio conveniat, ut immobilis proprietas maneat.

LIII. Fortasse vero quæretis; quînam ergo dicamus naturam carnis deificatam passamque esse, ut non de omnibus humanitatis hypostasibus hæc affirmemus; dicendo vero, naturam Verbi incarnatam esse, incarnationem ad Patrem & Spiritum referamus? Quoniam omnis hominum natura capax est eorum quæ naturæ consentanea sunt, quæque præter naturam, & super naturam, citra naturæ demutationem. Natura vero divina ab omni mutatione & accretione immunis est. Neque hoc solum, sed quia caro illa primitiæ fuit massæ nostræ, nec hypostasis per se consistens facta est, sed natura in hypostasi exstans,

SÆC. VIII. ANNO 730.

compositam Christi complens hypostasim, & seipsam, & non sui ipsius ergo, sed propter communem naturæ salutem unita Verbo est. Quamobrem dicimus naturam Deitatis unitam esse naturæ humanitatis, incarnatam vero hypostasim Verbi. Incarnari siquidem est carnem adsumere, hypostasimque carni fieri. Unio vero est concursus & coitio duarum naturarum in unum & idem.

De exemplo hominis ex animâ & corpore compositi.

LIV. Exemplum hominis, si de specie & natura illud accipiatis, in Christo locum non habebit. Christorum quippe speciem nunquam audivimus: unde nec Christus natura est, sed hypostasis. Cyrillo enim auctore, nomen Christi, nec vim definitionis habet, nec alicujus essentiam declarat. Sin vero illum accipiatis de quopiam homine, qui hypostasis sit, exemplum absonum non est? Ceterum nosse attinet, non oportere, ut exempla omnifarie similia sint illis cum quibus componuntur; quin potiùs aliqua parte ab iis discrepare: alioqui exemplum non foret. Quocirca Justinus Philosophus & Martyr, in Expositione rectæ confessionis sic loquitur: „ Nonnulli unionem illam velut „ animæ cum corpore intelligentes, sic ex- „ plicuerunt. Aptum quippe exemplum est, „ etsi non ex omni parte, aliquatenus tamen. „ Nam, quemadmodum homo unus est, „ duas vero naturas habet, &c.

Expositio fidei inter opera Justini M. de quâ dicetur infra.

LV. Considerate vero, eum non dixisse, unum hominem esse ex duabus naturis, sed, naturas duas habere; ut post unitionem duarum naturarum, naturas duas habere, hominem pronuntiaverit. „ Sicut enim unus ho- „ mo est, inquit, duas vero naturas in sei- „ pso diversas habet, ut aliâ quidem ratio- „ cinetur, aliâ vero id exsequatur quod ra- „ tione digessit (animo siquidem, navigii „ puta compagem complexus, conceptam „ mente structuram ad finem perducit) ita „ Filius cum unus sit, & duæ naturæ; alte- „ râ, divina miracula edit, alterâ autem „ suscipit humilia. Quatenus est ex Patre „ Deus, prodigia operatur; quatenus vero „ ex virgine homo est, crucem, perpessio- „ nesque, & similia naturaliter & sponte „ sustinuit". Cui censes exemplum patrocinari? iis qui unam in Christo naturam dicere audeant? an illis qui duas, ut recta doctrina fert, non confusas, neque divisas prædicant? Ad hæc Gregorius Theologus ait:

Naz. epist. 1. ad Cled.

„ Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quo- „ niam anima & corpus; Filii verò non duo, „ neque dii.

Discrimen ingens inter utramque unionem.

LVI. Quod vero maximum illic discrimen sit, exinde noverimus. Ex quibusnam compositum esse hominem dicitis? ex anima utique & corpore. Eccur igitur non fateamini Christum esse compositum ex Deo & homine? quidve causæ est, ut non ex animitate & corporalitate constare hominem pronuntietis, veluti Christum ex Deitate & hu-

τὴ συνθέτῳ τῆ χριστοῦ ὑποστάσεως, καὶ οὐχ ἑαυτῆς ἕνεκα, ἀλλὰ τῆς κοινῆς σωτηρίας τῆ φύσεως ἡνώθη τῷ θεῷ λόγῳ. φαμὲν τοίνυν τὴν φύσιν τῆ θεότητος ἡνῶσθαι τῆ φύσῃ τῆ ἀνθρωπότητος, σεσαρκῶσθαι δὲ τὴν τῆ λόγῳ ὑπόστασιν, σάρκωσις μὲν γὰρ, σαρκὸς προσλῆψις, καὶ τὸ σαρκὶ ἡνῶσθαι ὑπόστασις. ἕνωσις δὲ, δύο τινῶν σύνοδος, καὶ εἰς ταὐτὸν συνέλευσις.

νδ'. Τὸ τῆ ἀνθρώπῳ παράδειγμα, εἰ μὲν ἐπὶ τῆ εἴδους καὶ τῆ φύσεως λάβητε, εἰς χριστὸν χώραν οὐκ ἔχει. εἶδος γὰρ χριστῶν οὐδέπω καὶ νῦν ἀκηκόαμεν. διὸ οὔτε φύσις ὁ χριστὸς, ἀλλ' ὑπόστασις. κατὰ γὰρ τὸν μακάριον Κύριλλον, τὸ χριστὸς ὄνομα, οὔτε ὁρᾷ δύναμιν ἔχει, οὔτε τὴν οὐσίαν δηλοῖ. εἰ δὲ ἐπὶ τῆ τινος ἀνθρώπῳ, ὑπόστασις δὲ οὗτος, οὐκ ἄτοπον. ἰστέον δὲ, ὡς οὐκ ἀνάγκη τὰ παραδείγματα καθόλου τοῖς παραδεικνυμένοις ἐοικέναι, ἔχειν δὲ μᾶλλον καὶ τι καὶ τὸ ἀπεοικός· ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη παράδειγμα. ἴσως οὖν ὁ φιλόσοφος καὶ μάρτυς οὕτω φησὶν ἐν τῆ ἐκθέσει τῆ περὶ τῆ ὀρθῆς ὁμολογίας. τινὲς μὲν τὴν ἕνωσιν ὡς ψυχῆς πρὸς σῶμα νοήσαντες, ὅτως ἐκδεδώκασι· καὶ ἁρμόδιον γὰρ τὸ παράδειγμα· εἰ καὶ μὴ κατὰ πάντα. κατά τι γοῦν· ὡς γὰρ εἷς μέν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἔχει δὲ φύσεις δύο.

νέ. Σκοπεῖτέ τε ὡς οὐκ εἶπεν, εἷς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκ δύο φύσεων, ἀλλ' ἔχει φύσεις δύο, ὥστε καὶ μετὰ τὴν τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν, δύο φύσεις ἔχειν τὸν ἄνθρωπον ἔφησεν. ὡς γὰρ εἷς μέν ἐστι, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος, ἔχει δὲ φύσεις δύο ἐν αὐτῷ διαφόρους, καὶ κατ' ἄλλο μὲν λογίζεται, κατ' ἄλλο δὲ τὸ λογισθὲν ἐνεργεῖ· ψυχῆ μὲν γὰρ νοερᾷ λογισάμενος, εἰ τύχοι τῆ πλοίου τινὸς σύμπηξιν, χερσὶ τὸ νοηθὲν εἰς πέρας ἄγει. ὅτως ὁ υἱὸς, εἷς ὢν, καὶ δύο φύσεις, κατ' ἄλλο μὲν τὰς θεοσημείας ἐργάζεται, κατ' ἄλλο δὲ τὰ ταπεινὰ παραδέχεται. ἡ μὲν γὰρ ἐκ πατρὸς καὶ θεὸς, ἐνεργεῖ τὰ σημεῖα· ἡ δὲ ἐκ παρθένου ἀνθρωπος, τὸν κάματον, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰ παραπλήσια φυσικῶς ἐθέλων ὑπέμεινε. τίνι οὖν φαίνεταί σοι συνηγορεῖν τὸ παράδειμα; τοῖς μίαν ἐπὶ χριστοῦ φύσιν λέγειν τολμῶσι, ἢ τοῖς δύο ὀρθοδόξως ἀσυγχύτους καὶ ἀδιαιρέτους κηρύττουσιν; ὁ γρηγόριος τάδε φησί. φύσις μὲν γὰρ δύο θεὸς καὶ ἄνθρωπος· ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα· υἱὸς δὲ ὁ δύο· οὐδὲ θεοί.

νς'. Ὅτι δὲ πλεῖσον ἔχει τὸ ἀπεικὸς, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα· ἐκ τίνων φατὲ συντεθεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον; ἐκ ψυχῆς δηλαδὴ καὶ σώματος· τί οὖν μὴ ἐκ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου τὸν χριστὸν ὁμολογεῖτε; ἢ τίνος ἕνεκα μὴ ἐκ ψυχότητος τὸν ἄνθρωπον καὶ σωματότητος, ὥσπερ τὸν χριστὸν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος;

SÆC. VIII. ANNO 730.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

τ@; Διὰ τί δὲ ὁ ἄνθρωπος μὴ ὅλος ψυχὴ καὶ ὅλ@ σῶμα λέγοιτο, ὡς Χριστὸς ὅλ@ Θεὸς καὶ ὅλ@ ἄνθρωπ@; καὶ ὅλ@ ἐν ψυχότητι τελει@ καὶ ὅλ@ ἐν σωματότητι τέλει@, ὡς ὁ Χριστὸς ὅλ@ ἐν θεότητι τέλει@ & ὅλος ἐν ἀνθρωπότητι τέλει@; & ὅλος ψυχὴ μὴ τὸ σώματος, & ὅλ@ σῶμα μὴ τ ψυχῆς, ὡς ὁ Χριστὸς ὅλος Θεὸς μὴ τ σαρκὸς αὐτοῦ, & ὅλος ἄνθρωπ@ μὴ τ αὐτοῦ ἀναρχα θεότητος. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπ@ ἐκ ψυχῆς & σώματ@ ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα (α) γεγένηται, ἤτοι ἄνθρωπος. ὁ δὲ Χριστὸς ἐξ ἑτέρων τὰ αὐτά· ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, θεός τε καὶ ἄνθρωπος. εἰ δὲ κατὰ πάντα ἔχοι τιν ὁμοιότητα, ἔδει καὶ Χριστότητα τιν σύνθετον ὑμῶν ὀνομάζεσθαι φύσιν, ὥσπερ ἀνθρωπότης ἡ τ ἀνθρώπων φύσις ἐστί τε καὶ λέγεται.

νζ. Ἀλλως δὲ καὶ ἡ ψυχὴ ὑπὸ τ τοῦ σώματος προκατεχομένη παθῶν, καὶ πρόπαθοί ποτε τοῦ σώματος, συμπάσχοι δὲ διηνεκῶς. ἀγωνιᾷ γὰρ ποτε τὸν τοῦ σώματ@ τομὸν, καὶ πρὸ τοῦ πάθους τοῦ σώματ@ πάσχοι, καὶ ἀλλοιῶται· καὶ μὴ τ τομὸν ἤδεν ἧττον τοῦ σώματος τὸ τ ὀδύνης ἐμπαθῶς προδέχεται. ὅπερ ἐπὶ τ τοῦ κυρίου θεότητ@ οὐκ ἄν τις μὴ πρόπλημ τ Διάνοιαν εἴπῃ ποτέ. εἰ δὲν καὶ μιᾶς φύσεως ὁ ἄνθρωπος λέγεται, ἀλλ' ὡς εἶδος, οὐχ ὡς ὑπόστασις. ὅταν μὲν γὰρ ἄνθρωπος πρὸς ἄνθρωπον κρίνηται, μιᾶς φύσεως ὡς ὁμοούσιοι λέγονται, καὶ ὡς ὑφ' ἓν εἶδος τασσόμενοι· ὅτε δὲ φυσιογενεῖται ὁ ἄνθρωπ@, δύο ἐπ αὐτοῦ φύσεις θεωρηθήσονται, ψυχῆς λέγω καὶ σώματ@. ἐν γὰρ τῇ τ ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα συγκρίσει, τίς ἔτως ἀνόητ@, ὡς μίαν ἀμφοτέρων φύσιν εἰπεῖν; Χριστῶν δὲ εἶδ@ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ πολλοὶ Χριστοὶ ἐκ θεότητ@ συντεθειμένοι καὶ ἀνθρωπότητ@, ἵνα πάντες ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδ@ τασσόμενοι, μιᾶς κηρυχθῶσι φύσεως· ἀλλ' εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐκ δύο καὶ ἐν δυσὶ γνωριζόμεν@ φύσεσιν.

νή. Ἐπιστήσατε δὲ, ὡς ἐν δυσὶν αὐτὸν χιμάροις ὁ μακάριος Διαγράφει Κυριλλ@, ἀλλ' οὐ πρὸς τὰς ὑποστάσεις, ἀλλὰ πρὸς τὸ Διάφορον τοῦ ζῶντος καὶ τοῦ τεθυμένου, τὸ προδείγμα φέρει. καὶ τοῦτο δὲ φαμὲν, ὡς ἐκ δύο κτισῶν τάχα πως γένεσθαι μίαν οὐκ ἀδύνατον φύσιν· ἐκ δὲ κτιστοῦ καὶ ἀκτίστου μίαν φύσιν γένεσθαι ἀμήχανον, ἢ τ δύο μετέχουσαν, ἢ ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα, κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον. (β) πῶς γὰρ ἡ αὐτὴ ἤρξατό τε τοῦ εἶναι, καὶ οὐκ ἤρξατο.

νθ. Εἰ ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν, ἐκ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητ@, καὶ ἐκ δύο φύσεων, δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ μὴ τ

manitate? Quare homo non totus anima, nec totus corpus dicitur, ſicut Chriſtus totus Deus & totus homo? Et totus in animitate perfectus, & totus in corporalitate perfectus: ſicut Chriſtus totus in divinitate perfectus, & totus in humanitate perfectus? nec totus anima unà cum corpore, & totus corpus unà cum animâ, ſicut Chriſtus totus Deus cum ſua carne, & totus homo cum Deitate ſua, quæ initium non habuit. Homo ſiquidem, ex anima & corpore conſtans, aliud quid præter hæc effectus eſt, nempe homo: Chriſtus verò ex diverſis, eadem: ex divinitate & humanitate, Deus ſimul & homo. Si autem per omnia ſimile exemplum foret, neceſſarium eſſet veſtram illam compoſitam naturam nominare *Chriſtitatem*, velut natura hominum eſt, & dicitur humanitas.

LVII. Præterea, anima perpeſſionibus corporis præoccupata, corpore priùs ſæpe patitur; perpetuò verò una patitur. Sæpe ſiquidem accidit, ut propter corporis ſectionem angatur, & antè patiatur, quàm corpus doleat, atque mutationem capiat. Aſt, ſecto corpore, nihilo minùs quàm corpus, doloris ſenſu afficitur: quod tamen in divinitate Domini nemo ſanus eveniſſe dixerit. Etſi ergò unius naturæ homo dicitur; at non tanquam hypoſtaſis, ſed tanquam ſpecies. Nam cùm homo cum homine confertur, unius naturæ, ceu conſubſtantiales ejuſdemve ſubſtantiæ dicuntur, & tanquam ſub una ſpecie collocati. Quando verò de natura hominis diſputatur, duæ in eo naturæ ſpectantur, animæ ſcilicet & corporis. Si enim anima cum corpore comparetur, quis ita demens ſit, ut unam utriuſque eſſe naturam dicat? Atqui ſpecies Chriſtorum non eſt. Siquidem plures Chriſti non ſunt, ex Deitate & humanitate compoſiti, ut omnes ſub eandem ſpeciem collocati, naturæ unius prædicentur: ſed potiùs unus Chriſtus eſt, ex duabus & in duabus naturis agnitus.

LVIII. Quod autem Beatus Cyrillus eum in duobus hircis deſcribat, noveritis exemplum hoc ad hypoſtaſes non ſpectare, ſed ad diverſitatem viventis & immolati. Atque hoc quidem dicimus, ex duabus rebus creatis fortaſſe impoſſibile non eſſe, unam naturam fieri. Verum ex creato & increato una effici natura non poteſt, ſive duarum particeps ſit, ſive aliud quid facta fuerit præter iſtæc, ut Gregorius Theologus cenſet. Quo pacto enim natura eadem eſſe inceperit, & non inceperit?

Cyrill. ep. ad Arac. Melit. *de hirco emiſſario.*

LIX. Si dicere, *ex divinitate & humanitate*, perinde eſt ac dicere, ex duabus naturis; qui non dicitis duas naturas in Chriſto poſt

(α) Turr. vertit *genitus eſt*, ac ſi legerit γεγέννηται. Arab. vero poſuit, *fuit*. *factus eſt* γεγένηται

(β) Turr. non quæ præceſſerunt, ſed quæ ſequuntur, Theologo adſcribit. *Quomodo enim, ut ait Gregorius una natura cœpit eſſe, & non eſſe.* Ceterum Theologi locus obvius non eſt.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

post unitionem, nec proinde divinitatem & humanitatem in ipso post unitionem confitemini.

LX. Quæ unius naturæ sunt, easdem, nulla deficiente, differentias habebunt. Nec enim, quia homo rationis particeps sit, & Angelus item particeps rationis, idcirco una Angeli & hominis natura dicetur. Nam Angelus immortalis est, homo vero mortalis, nec per omnia similes sunt. Ac mortalis quidem homo est, mortalis vero etiam canis: sed homo rationalis est, canis autem, rationis expers, atque ita non unius naturæ sunt. Necesse igitur est, ut quæ unius essentiæ sunt, easdem, nullâ deficiente, differentias essentiales habeant. Si ergo una essentia est divinitatis Verbi & carnis ejus, eædem penitus erunt utriusque naturæ differentiæ.

LXI. Si ea ex quibus Christus est, in ipso non exstant; vel interiere, vel sunt in alio. Narrate verò ubi?

LXII. Si in iis quæ ejusdem substantiæ sive essentiæ sunt, dum una natura dicitur, unitas naturæ declaratur, & non hypostasis; quînam in iis quæ diversas essentias habent, naturæ duæ, non substantiarum discrimen, sed hypostases diremtas significabunt?

LXIII. Quæ sunt ad aliquid, seu relativa, simul, semperque simul sunt. Unio vero, & quæ uniuntur, eorum sunt quæ ad aliquid dicuntur: simul sunt igitur unio, & res unitæ. Aut ergo quæ unita sunt, prædicate, aut unionem cessare facite. Jam vero quisnam auctor erit divisionis?

Greg. ep. 1. ad Cledon.

LXIV. *Alius* & *alius* hypostasium pronomina sunt, naturarum verò, *aliud* & *aliud*, secundum Theologum Gregorium. Si itaque *alius* & *alius*, ubi de divinis agitur, hypostases significant; ergo & *aliud* & *aliud* in Incarnatione semper naturas declarabunt.

LXV. Dicere, aliud naturâ, & naturam aliam dicere, idem prorsus est. Si ergo primum in divinitate Christi & humanitate locum habet; semper etiam secundum. At vero alia & alia natura non erit una.

LXVI. Quid sibi videtur apud vos, natura composita? singulari voce res duæ significari solent, ut apud Patres bina & duplex natura, & velut chorus, & populus; aut plurali, una, velut Athenæ, Thebæ, & similia. Si quidem prius, supervacaneum est unam dicere: nusquam enim Patres unam dixere. Sin vero posterius, frustrà composita dicitur. Idem quippe vobis simplici atque compositâ naturâ significatur. Sin autem aliud præter ista, aliam naturam nobis confusam introducitis, uti mulum, aut prodigiosa illa diversæ formæ animantia, quæ a Gentilibus efficta sunt.

LXVII. Una illa composita natura est, vel quia carne habitûs instar induitur, adeoque una est, quamlibet incarnata, ut puta æs in statuæ figuram conformatum: vel quia

ἕνωσιν μὴ λέγοντες, ἀδὲ θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα ἐν αὐτῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖτε.

ξ'. Τὰ μιᾶς οὐσίας, τὰς αὐτὰς ἀδιαλείπτως ἔχει διαφοράς. ὅτε γὰρ, ἐπειδὴ λογικὸς ὁ ἄνθρωπος, καὶ λογικὸς ὁ ἄγγελος, μία φύσις ἀγγέλου καὶ ἀνθρώπου λεχθήσεται. ἀθάνατος γὰρ ὁ ἄγγελος, θνητὸς δὲ ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐ πάντη τῷ ὁμοίωσιν ἔχει. καὶ θνητὸς μὲν ὁ ἄνθρωπος, θνητὸς δὲ καὶ ὁ κύων· ἀλλὰ λογικὸς μὲν ὁ ἄνθρωπος, ὁ δὲ κύων ἄλογον, καὶ οὐ μιᾶς φύσεως. ἀνάγκη τοίνυν τὰ μιᾶς οὐσίας, τὰς αὐτὰς ἀδιαλείπτως ἔχειν οὐσιώδεις διαφοράς· εἰ τοίνυν μία οὐσία τοῦ θεοῦ λόγου θεότης καὶ τοῦ σαρκὸς αὐτοῦ, αἱ αὐταὶ διαφοραὶ ἀμφοῖν ἀδιαλείπτως ἔσονται.

ξά. Εἰ γὰρ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, μὴ ἐν αὐτῷ, ἢ ἀπώλοντο, ἢ ἐν ἑτέρῳ. καὶ ποῦ; δείξατε.

ξβ'. Εἰ ἐπὶ τῶν ὁμοουσίως ἡ μία φύσις λεγομένη, ταυτότητα φύσεως, οὐχ ὑποστάσεως, δηλοῖ, πῶς ἐπὶ τῶν ἑτεροουσίων, αἱ δύο φύσεις, τὸ διάφορον τῶν οὐσιῶν, ἀλλ' ὑποστάσεων δηλώσουσι διαίρεσιν;

ξγ'. Τὰ πρός τι ἅμα, καὶ ἀεὶ ἅμα· ἡ δὲ ἕνωσις καὶ τὰ ἡνωμένα, τὰ πρός τι. ἅμα ἄρα ἡ ἕνωσις καὶ τὰ ἡνωμένα. ἢ τοίνυν καὶ τὰ ἡνωμένα κηρύξατε, ἢ καὶ τὴν ἕνωσιν παύσατε. καὶ τίς λοιπὸν τῆς διαιρέσεως αἰτία;

ξδ'. Τὸ ἄλλος καὶ ἄλλος ὑποστάσεων ἀντωνυμία· φύσεων δὲ τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο, κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον. εἰ ἄρα ἀεὶ τὸ ἄλλος καὶ ἄλλος ἐπὶ τῆς θεολογίας τὰς ὑποστάσεις δηλοῖ. ἄρα καὶ τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐπὶ τῆς οἰκονομίας ἀεὶ τὰς φύσεις δηλώσει.

ξέ. Τὸ ἄλλο τῇ φύσει εἰπεῖν, καὶ τὸ ἄλλην φύσιν, ταυτόν. εἰ ἄρα τὸ πρῶτον ἀεὶ ἐπὶ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, ἀεὶ καὶ τὸ δεύτερον. ἄλλη δὲ καὶ ἄλλη φύσις, οὐκ ἔσται μία.

ξς'. Τί ὑμῖν βούλεται ἡ σύνθετος φύσις; ἐνικῇ φωνῇ δύο σημαίνει πράγματα· ὡς μὲν ἐπὶ τοῖς πατράσιν ἡ διπλῆ, καὶ ἡ διπλῆ φύσις, καὶ ὡς χορὸς, καὶ λαὸς, ἢ πληθυντικῇ προφορᾷ μίαν, ὡς Ἀθῆναι, Θῆβαι, καὶ τὰ τοιαῦτα. εἰ μὲν οὖν τὸ περίτερον, περιττὸν τὸ μίαν λέγειν· οὐδὲ γὰρ οἱ πατέρες μίαν εἶπον. εἰ δὲ τὸ δεύτερον, περιττὸν τὸ σύνθετον· ταυτὸν γὰρ ὑμῖν ἔκτε τῆς ἁπλῆς καὶ τῆς συνθέτου σημαίνεται. εἰ δὲ ἕτερόν τι φωνὴ τὰ εἰρημένα, ἄλλην ἡμῖν συγκεχυμένην εἰσκομίζετε φύσιν, ὥσπερ ἡμίονον, καὶ τὴν παρ' Ἕλλησι πολυμόρφων ζώων τερατείαν.

ξζ'. Ἡ μία σεσαρκωμένη φύσις, ἢ ὡς σχῆμα τῆς σάρκα περίκειται, καὶ μία ἐστὶ καὶ σεσαρκωμένη, οἷα χαλκὸς ἀνδριάντος μεμορφωμένος σχήματι, ἢ τῆς σαρκὸς τραπείσης.

SÆC. VIII. ANNO 730.

πείσης τῆς συσληφθείσης εἰς τὸν τῷ συσλαβομένῳ φύσιν, ἢ ὡς τῆς τῷ συσλαβόντος φύσεως μεταβληθείσης εἰς τὸ συσλήμματος φύσιν, ἢ τῆς οἰκείας ἀσίας πέπονθέν ἐκάσιν, ἢ ἀσία ἀσίᾳ ἥνωται, ἢ δύο εἰσὶν· οἷον ἂν αἱρῆσθε, κηρύξατε, ἢ δύο φύσις ὁ Χριστὸς, ἢ παντελῶς ἓ δύο. τὰ γὰρ ἀντιφατικῶς λεγόμενα, ὁλικῶς ἀντίκειται. ἢ τοίνυν δύο κηρύτλετε, ἢ μίαν ἀπολυτῶς εἴπατε. τί γὰρ λέξιν συσβάλλεσθε, ἧς ἀρνεῖσθε τὴν δύναμιν συὸς ἐξαπάτλιν τ ἁπλουσέρων;

ξή. Μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκομένην λέγοντες, ἢ τοῦ, σεσαρκωμένῃ, ἀρνεῖσθε τὴν δύναμιν, ἢ ἐξ ὀνόματος καὶ ὅρου δύο φύσεις κατὰ συέφρασιν λέγετε· μίαν μὲν φύσιν ἀναφανδὸν ὀνομάζοντες, τὴν δὲ ἑτέραν ἐξ ὅρου μηνύοντες. εἴπερ σὰρξ ἐψυχωμένη ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ ἀνθρώπου φύσις ἐσί.

ξθ'. Τὰ ἑτερούσια ἑνώσει γίνεται ἓν, καὶ ὐ φύσει. φύσει γὰρ ἓν τὰ ὁμούσια. ἕτερον τοίνυν φύσις καὶ ἕτερον ἕνωσις, καὶ τὸ ἐξ ἑκάτου ἀποτελούμενον ἓν ἕτερον ἐξ ὁμοουσιότητος μὲν φύσις μία, ὐκ δὲ τῆς καθ' ὑπόσασιν ἑνώσεως, μία ὑπόσασις.

ο'. Τὸ Χριστὸς ὄνομα, κατὰ τὸν μακάριον Κύριλλον, ὅτε μὲν δύναμιν ὅρου ἐφέ, ὅτε τὴν τινος οὐσίαν δηλοῖ. εἰ δὲ μὴ ἐσίαν δηλοῖ, καὶ ὅρου δύναμιν ὐκ ἔχει, ὑπόσασις ἂν εἴη καὶ ὐ φύσις. ὅρῳ μὲν γὰρ ἐσία καὶ φύσις δηλοῦσθαι πέφυκεν, ὑπογραφῇ δὲ, συόσωπον καὶ ὑπόσασις, εἴπερ ὁ μὲν ἐξ ἐσιωδῶν, ἢ δὲ ἐξ ἐπουσιωδῶν σύγκειται. τὸ δὲ Θεὸς ὄνομα, δηλωτικὸν ἐσίας ἐσὶν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἄνθρωπος. τί ἂν τὸν ἕνα Χριστὸν, (α) τὸν Θεόν τε καὶ τὸν ἄνθρωπον, μὴ μίαν μὲν ὑπόσασιν σύνθετον, ὡς Χριστὸν, ὡς Θεὸν δὲ καὶ ἄνθρωπον, δύο φύσις (β) κηρύξατε.

οά. Εἰ δὲ καὶ ὐκ τέλειων ἡ ἕνωσις ἦν, ἀλλά γε καὶ συὸς τὸ ὅλον, ἤτοι τὸ ὐκ τῆς ἑνώσεως ἀποτέλεσμα, μέρη τὰ συὸς ἕνωσιν συνελθόντα λέγεται, ὡς ὐκ χοὸς τυχὸν, ἡ πλίνθος, καὶ ἀχύρου, καὶ ὕδατος, ὧν ἕκαστον, καθ' αὑτὸ μὲν τέλειον, μέρος δὲ συὸς τὴν πλίνθον λελόγισται. μέρη τοίνυν Χριστοῦ δύο φύσις. ὐκ θεότητος γὰρ οὗτος καὶ ἀνθρωπότητος. πῶς ἂν ὐκ ἐν τῷ ὅλῳ τὰ μέρη, καὶ τὸ ὅλον ἐν τοῖς μέρεσιν. ἢ γὰρ ἐν αὐτῷ, ἢ ἀλλαχόσε, ἢ ἀνήρηται καὶ αὐτὸς, ἢ ἐν ἄλλοις ὡδὶ ταῦτα, ἢ ἐδαμοῦ,

οβ'. Εἰ τ αὐτῆς φύσεως ἡ σὰρξ τῇ τοῦ Λόγου θεότητι, πῶς ὐ γέγονε τετρὰς ἡ τριάς; τὰ γὰρ ὁμοούσια ἑτέρας ἐσὶν ὑποσάσεως. εἰ δὲ ἑτέρας ἐσὶν ὑποσάσεως. εἰ δὲ ἑτέρας

assumta caro mutata fuit in naturam illius a quo assumta est, vel per naturæ assumentis in assumti naturam conversionem, ita ut a substantiâ propriâ moveri passa sit: vel demum quatenus substantia substantiæ unita fuit, & duæ consistunt. Quod horum vobis arriserit, edicite: vel duæ naturæ Christus est, vel nequaquam duæ. Nam quæ per contradictionem enuntiantur, omnibus modis opposita sunt. Vel ergo duas naturas prædicate: Vel unam absolutè dicite. Quid enim dictionem producitis, cujus vim abnegatis, ad simpliciores decipiendos?

LXVIII. Cum naturam unam Dei Verbi incarnatam dicitis, aut vim vocis, *incarnatam*, inficiamini; aut per circumloquutionem eo nomine & termino naturas duas effertis; unam quidem apertè nominantes, aliam vero adjuncto termino indicantes: si quidem caro animâ rationis participe animata & intelligente, hominis natura sit.

LXIX. Quæ sunt diversæ substantiæ, unione fiunt unum, & non naturâ. Naturâ quippe ea quæ sunt ejusdem substantiæ, unum sunt. Aliud igitur est natura, & aliud unio, & aliud quod ex pluribus perficitur. Quamobrem ex consubstantialitate una natura est: ex unione penes hypostasim, hypostasis una.

LXX. Nomen *Christi*, ut B. Cyrillus auctor est, neque vim definitionis habet, nec alicujus essentiam declarat. Quod si nec essentiam declarat alicujus, nec vim habet definitionis, hypostasis erit, non natura. Definitione enim essentia declaratur: descriptione vero, persona & hypostasis: quandoquidem definitio ex essentialibus componitur; descriptio verò ex iis quæ sunt in substantia. Porrò nomen Dei essentiam substantiamve significat, similiter nomen hominis. Quid causæ est igitur, cur unum Christum, Deum & hominem, hypostasim unam compositam, quatenus Christus est, non prædicetis; quatenus vero Deus & homo, non duas naturas.

Cyrill. in schol. citat. a S. Max. ep. 1. ad Thalass. To. II. p. 277.

LXXI. Etsi verò ex perfectis unio fiat: attamen ratione totius, id est ejus quod unitione effectum est, partes dicuntur, quæ ad unionem concurrunt; ut puta ex terra, & palea, & aqua lateres fiunt: quorum quodlibet per se seorsim perfectum est: ad laterem verò quod attinet, pars censetur. Partes ergò Christi duæ naturæ sunt: ex divinitate siquidem & humanitate exstitit. Quomodo igitur non sunt partes in toto, nec totum in partibus? aut enim in ipso sunt, aut alibi; aut ipse quoque exstinctus erit, aut in aliis est præter ista, aut nusquam.

LXXII. Si caro ejusdem naturæ est cum divinitate Verbi, quomodo Trinitas in quaternitatem non transiit? Quæ enim consubstantialia sunt, diversæ sunt hypostasis. Sin vero

(α) Articulus τὸν, utrobique superfluus est. (β) Leg. κηρύξητε.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

vero diverſæ eſſentiæ caro eſt; quî fit ut Chriſtus non ſit duæ naturæ?

LXXIII. Si Deus Verbum & Pater ſecundum quiddam duo ſunt; caro autem & Deus Verbum ſecundum duo nihil ſunt, plus unitum eſt carni Verbum, quam Patri. Sin vero non plus, ſecundum aliquid ſunt duo Deus Verbum & caro. Quod ſi ſecundum aliquid duo ſunt; omnino ſecundum naturam: non enim ſecundum hypoſtaſim.

LXXIV. Unus Chriſtus, compoſita illa hypoſtaſis, naturâ idem eſt cum Patre, & Spiritu, cum matre itidem & nobis. Eſt enim tum Patri, tum nobis conſubſtantialis; cùm tamen hypoſtaſi diſcrepet. Si igitur naturam unam compoſitam ei tribuitis, Patrem proinde & Spiritum compoſitæ naturæ eſſe dicetis; quinimo Trinitatem & homines unius eſſe naturæ fatebimini. Sin vero hypoſtaſim in naturis duabus exſtantem, ſecundum aliud Patri conſubſtantialis erit, & ſecundum aliud, nobis.

LXXV. Deitas de tribus vivificæ Trinitatis hypoſtaſibus enuntiatur: conſimili modo humanitas de infinitis naturæ humanæ hypoſtaſibus. Si ergo naturam unam Deitatis humanitatiſque dicatis, una natura, ſecundum veſtram opinionem, in Chriſto trium ſanctarum Trinitatis hypoſtaſium fuit, infinitarumque hypoſtaſium humanitatis.

LXXVI. Si particularem ſpecialemque Verbi ſubſtantiam aſſeritis, idemque eſſe naturam & hypoſtaſim; indicate nobis ſanctorum Patrum aliquem, qui tres naturas ſubſtantiaſve dixerit in ſancta Trinitate, noſque impoſitâ ori manu conticeſcemus. Sin vero oſtendere poteſtis, eccur vanè de corde, & non ex Deo, loquentes fremitis.

LXXVII. Quantitas rerum non ſolum definito numero repræſentatur, verum etiam indefinito; ut e. g. multis & paucis, pluribus & paucioribus. Comparatio idem quoque præſtare ſolet, ut majus, & æquale, & minus: imo & vox demonſtrandi, *hoc*, inquam & *illud*, & *hæc*, & *aliud*, & *alterum*; itemque *ordo*; ut *ante hoc*, & *poſt illud*, & *a principio*, & *poſtea*, aliique fortaſſis modi. Si igitur omnes modos, quibus quantitas rerum declaratur, diviſionem inducere dicitis, obvia faciliſque confutatio eſt. Unam quippe atque unam naturam, diverſum item & diverſum, aliud & aliud, naturas etiam indefinitè, & proprietates, majus & minus, prius & poſterius dicitis. Sin vero ſolummodo numerum definitum, & maxime vinarium, dividere ponitis, hoc veſtræ licentiæ erit. Quinam enim id ſortitus ſit, quando veritas aliter ſe habet? Dualitas quippe & duo, ea quæ numerantur,

ρούσιος, πῶς ἃ δύο φύσεις ἐστὶν ὁ Χριστός;

SÆC. VIII. ANNO 730.

ογ'. Εἰ Θεὸς Λόγος καὶ ὁ πατὴρ κατά τι εἰσὶ δύο, ἡ δὲ σὰρξ καὶ ὁ Θεὸς Λόγος κατ' οὐδέν εἰσι δύο, πλεον ἥνωται τῇ σαρκὶ. Θεὸς Λόγος, ἢ τῷ Πατρί. εἰ δὲ ἃ πλέων· κατά τι γοῦν εἰσι δύο ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σάρξ. καὶ εἰ κατά τι, δύο κατὰ φύσιν. ἃ γὰρ καθ' ὑπόστασιν.

οδ'. Ὁ εἷς Χριστὸς, ἡ σύνθετος ὑπόστασις, κατὰ μὴν φύσιν ταυτίζεται τῷ Πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι, τῇ μητρί τε καὶ ὑμῖν· καὶ τῷ Πατρὶ γάρ ἐστι καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος· διαφέρει δὲ καθ' ὑπόστασιν. εἰ μὴν ἓν μίαν φύσιν αὐτῷ δῶτε σύνθετον, συνθέτου φύσεως τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα λέξατε, καὶ μιᾶς φύσεως τὸν Τριάδα καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἴπατε. εἰ δὲ ὑπόστασιν ἐν δύο γνωριζομένοις φύσεσι, κατ' ἄλλο ἕτερα τῷ Πατρὶ καὶ κατ' ἄλλο ἡμῖν ὁμοούσιος.

οε'. Ἡ θεότης κατὰ τῶν τριῶν τῆς ζωαρχικῆς Τριάδος ὑποστάσεων φέρεται, ὁμοίως καὶ ἀνθρωπότης κατὰ τὰ ἀπείρων τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑποστάσεων. εἰ τοίνυν μίαν φύσιν τὴν θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος εἴπητε, μία φύσις καθ' ὑμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ γέγονε τῶν ἁγίων τῆς Τριάδος τριῶν ὑποστάσεων.

οϛ'. Εἰ μερικὴν καὶ ἰδικὴν οὐσίαν τοῦ Λόγου φατὲ, καὶ ταυτὸν φύσιν καὶ ὑπόστασιν, δείξατε ἡμῖν τίνα τῶν ἁγίων Πατέρων τρεῖς φύσεις ἢ οὐσίας ἐσὶ τῆς ἁγίας Τριάδος εἰπόντα, κἀμεῖς σιγήσομεν, χεῖρα ἐπὶ στόματι θέμενοι. εἰ δὲ μὴ δεῖξαι δύνασθε, τί μάτην ἀπὸ καρδίας, καὶ οὐκ ἐκ Θεοῦ, λαλοῦντες φράττεσθε;

οζ. Τὸ τῶν πραγμάτων ποσὸν, οὐ μόνον ὡρισμένοις ἀριθμοὺς παρίσησιν, ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἀόρισος, ὁ πολλὰ τυχὸν, καὶ ὀλίγα, καὶ πλείονα, καὶ ἐλάττονα· καὶ ἡ ἀναλογία ἣ ταυτὸν οἶδε πολλάκις ποιεῖν, ὡς τὸ μεῖζον καὶ ἴσον καὶ ἧττον· ἀλλὰ καὶ ἡ δεικτικὴ φωνὴ, τοῦτό φημι, κἀκεῖνο, καὶ ταῦτα, καὶ ἄλλο, καὶ ἕτερον· καὶ ἡ τάξις, ὡς πρὸ τοῦδε, καὶ μετ' ἐκεῖνο, καὶ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὕστερον, καὶ ἕτεροι ἣ τρόποι τυχόν. εἰ μὴν ἓν πάντας τοὺς τρόπους δηλωτικοὺς τοῦ τῶν πραγμάτων ποσότητος, διαιρετικοὺς λέγετε, ἔγνωθεν ὁ ἔλεγχος. μιᾶς γὰρ καὶ μίαν φύσιν ἑτερόν τε ἕτερον, ἄλλο καὶ ἄλλο, φύσεως ἀορίστου ἰδότητας, μεῖζον ἔλαττον, πρότερον καὶ ὕστερον λέγετε. εἰ ἣ μόνον τὸν ὡρισμένον ἀριθμὸν, καὶ μάλιστα τῆς δυάδος, διαιρεῖν ὑποτίθεσθε τὴν ἐξουσίας, τίς γὰρ ἡ (a) ἀποκλήρωσις τῆς ἀληθείας ἑτέρως ἐχούσης·

(a) Arabicus legiſſe videtur, ut Turrianus, ἀποκλήρωσις, *ſortitio*.

SÆC. VIII. ANNO 730.

ἐχούσης· ἡ δυὰς γὰρ κ τὰ δύο ὁμῦ τὰ ἀριθμούμενα συλληπτικῇ δυνάμει παρίσησιν, ἢ τ μιᾶς Ϲ μιᾶς ὑμῶν ὁ Ἀλληλουϊάριος ἀριθμός, κ καθ' ἑαυτὸν θεωρούμενος.

οη. Ἐπὶ πᾶσι τοῦτο ἡμῖν ἀπαγγείλατε· ἔχει θείαν φύσιν ὁ Χριστὸς κ μ τὴν ἕνωσιν; ναὶ, ἐρεῖτε. ἔχει ἢ κ ἀνθρωπίνην; κ τοῦτο συνομολογήσετε, εἴ γε μὴ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἀσεβεῖν βεληθείητε. φύσις ἓν θεία κ φύσις ἀνθρωπίνη, μία φύσις, ἢ δύο εἰσίν; ἀλλ' εἰ μὲν μίαν εἴπητε, ἔσαι ὁ πατὴρ ἡμῖν ὁμοούσιος. εἰ ἢ δύο κ ἐ μία, τί μὴ τ τύφον σὺν τῷ τούτου γνησίῳ μακρὰν ἀποῤῥίψαντες, μεθ' ἡμῶν ἕνα Χριστὸν, ἕνα κύριον, μίαν ὑπόστασιν ἐκ δύο φύσεων, κ δύο φύσεις, κ ἐν δυσὶ φύσεσι, μ τ ἕνωσιν ὁμολογήσετε; εἰ μὲν γὰρ ἐδέ ποτε δύο φύσεων τὸν Χριστὸν φατὲ, τί μάτην μιᾶς αὐτὸν φύσεως μ τ ἕνωσιν λέγετε. εἰ ἢ πρὸ τ ἑνώσεως δύο φύσεων αὐτὸν φάσκοντες, μιᾶς ὁμολογεῖτε μ τ ἕνωσιν, ἀντικρὺς πρὸς τ ἀλήθειαν ἀποµάχεσθε. πρὸ γὰρ τ ἑνώσεως, ἤτοι τῆς θείας σαρκώσεως, μιᾶς φύσεως ἁπλῆς, ἤτοι τ θείας, μία τελῶν ὑπόστασις, ἐδὲ Χριστὸς ἦν. ἢ τοίνυν παντελῶς τὰς δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ἀναιρήσετε, ἢ διφυᾶ πρὸ τ ἐκ παρθένου τὸν Χριστὸν σαρκώσεως λέξετε, μὴ διδόναι αὐτῷ τὰς κυρίως ὅσας αὐτῷ δύο φύσεις μ τ ἕνωσιν ἀνεχόμενοι. ἡμεῖς γὰρ ἐν τῷ λιμένι τῆς εὐσεβείας ἱσάμενοι, κ πάσης αἱρετικῆς κακονοίας ἀποκρουόμενοι καταιγίδα, ταῖς ἄυραις τ πνεύματος, ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας κ ὑπερυμνήτου Τριάδος μίαν ἐσίαν καὶ φύσιν θεότητος, τρεῖς ἢ τελείας τὰς ὑποστάσεις σέβομεν, μηδεμίαν αὐτὰς πρὸς ἀλλήλας κεκτῆσθαι διαφορὰν ὁμολογοῦντες. πάσας ἢ κοινῶς, κ ἐνιαίως, Ϲ ταυτῶς, κ ἁπλῶς, κ ἀμερῶς, Ϲ ὁλικῶς τὰς θεωνυμίας ἐπὶ πάσης τ θεότητος ἀναμβάνομεν, ἤτοι τῶν τριῶν ὑποστάσεων τὴν ἐσίαν, εἴτ' ἓν φύσιν, τ κυριότητα, κ τὴν ἁγιότητα, τὴν βασιλείαν, τὴν δύναμιν, τὴν ἐνέργειαν, τ θέλησιν, τ ἐξουσίαν· διακεκριμένως δὲ τὸ Πατὴρ, τὸ υἱὸς, Ϲ τὸ πνεῦμα γινώσκομεν. τὸ ἀγέννητόν φημι, Ϲ τὸ γεννητὸν, Ϲ τὸ ἐκπορευτόν· μόνον ἀγέννητον τὸν πατέρα εἰδότες, μόνον γεννητὸν τὸν υἱὸν, μόνον ἐκπορευτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μὴ μεταπιπτούσης ἢ κινουμένης τ ἑκάστου ἰδιότητος. ἀ συμβεβηκότα ταῦτα γινώσκοντες· οὐδὲν γὰρ ἐπισυμβαίνει θεῷ, ἀλλὰ χαρακτηριστικὰ τ ἑκάστου ὑποστάσεως ἰδιώματα. Θεὸν τέλειον τὸν πατέρα, Θεὸν τέλειον τὸν υἱὸν, Θεὸν τέλειον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· Θεὸν Ϲ Θεὸν Ϲ Θεὸν, ἀλλ' ἕνα τὰ τρία Θεὸν, σὺν ἀλλήλοις νοούμενά τε Ϲ γινωσκόμενα, ἀ συναλειφόμενα εἰς ἓν πρόσωπον Ϲ μίαν ὑπόστασιν· ἄπαγε·

vi quadam colligante, simul repræsentant; sicut & unius & unius, ut vos loquimini, numerus solutus, & in se consideratus.

SÆC. VIII. ANNO 730.

LXXVIII. Præter hæc omnia, narrate nobis, habetne Christus divinam naturam post unitionem? omnino, aietis. Habetne verò etiam humanam? & hoc utique confitebimini, nisi aperto capite impietatem ostentare velitis. Divina ergo natura & humana, unane natura, an duæ sunt? Quod si unam dixeritis; erit igitur Pater nobis consubstantialis: sin vero, duæ, nec una solum? cur non abjecta procul superbiâ cum ejus parente, non unum nobiscum Christum, unum Filium, unum Dominum, unam hypostasim ex duabus naturis, naturasque duas & in duabus naturis post unitionem fateamini? si enim Christum nunquam naturarum duarum dicitis, curnam ipsum naturæ unius post unitionem vanè pronuntiatis? si vero eum duarum naturarum ante unitionem dicendo, eâ peractâ, unius naturæ esse confitemini, plane cum veritate pugnatis. Nam ante unitionem, id est, ante divinam incarnationem, unius naturæ simplicis, sive divinæ, nequidem una hypostasis erat Christus: Aut igitur duas in Christo naturas tolletis, aut duplicis naturæ Christum ante sumtam ex Virgine carnem dicetis, duas ipsi post unitionem naturas, quæ ipsius propriè sint, tribui non sustinentes. Nos enim qui in portu sinceræ pietatis versamur, & dispulsâ per Spiritus sancti afflatus omni hæreticæ nequitiæ procella, in sancta & supraquam laudabili Trinitate substantiam unam naturamque divinitatis, tres item perfectas hypostases colimus, nullam eas inter se differentiam substantialem habere confitentes; sed omnia divina nomina communiter, & unitè, eodemque modo, simpliciter, indivisim, & universim de tota divinitate accipimus; substantiam puta, seu naturam trium personarum, dominationem, & sanctitatem, regnum, potentiam, operationem, voluntatem, auctoritatem: discretim demùm cognoscimus Patrem & Filium & Spiritum sanctum; ingenitum, inquam, & genitum, & procedentem; uti solum ingenitum Patrem, solum genitum Filium, solum procedentem Spiritum sanctum, sciamus, non inversâ aut dimotâ uniuscujusque proprietate: novimus enim ea accidentia non esse (nihil quippe accidit Deo) sed esse proprietates, quibus unaquæque hypostasis sigillatur: Deum perfectum Patrem, Deum perfectum Filium, Deum perfectum Spiritum sanctum: Deum & Deum & Deum, sed tria Deum unum, simul intellecta & cognita, non contracta in personam unam & unam hypostasim, absit; sed ad unum principium, Patrem

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

relatis Filio & Spiritu ſancto. Unus quippe Deus eſt, quia una divinitas; non tres Dii, ſicuti tres homines. Haudquaquam enim ſubſtantiâ dividuntur, non dirimuntur poteſtate, non loco, non operatione, non voluntate ſeparantur, habentes indivulſam in ſeipſis mutuò manſionem & circumineſſionem. Ubinam ſiquidem erunt, niſi ſe invicem pervadant? alioqui perſona quælibet circumſcripta foret. Unus itaque eſt Deus ex perfectis tribus hypoſtaſibus, ne natura ex imperfectis compoſita cenſeatur: una verò ex tribus perfectis, ſimplex, & compoſitionis expers, ſupra modum perfecta, & perfectionis origo.

LXXIX. In incarnatione verò ſalutari, quæ intelligentiam omnem ſuperat, confitemur unum de Trinitate, unigenitum, Filium Verbumque Dei, beneplacito Patris incarnatum de Spiritu ſancto eſſe, & ex ſancta ſemper Virgine & Dei genitrice Maria: duaſque ejus generationes colimus, unam ante ſecula & æternam, nullâ cauſâ, ex Patre ſine Matre: & unam ex Virgine Matre, ſine Patre, propter noſtram ſalutem. Neque incarnatum Patrem, neque Spiritum ſanctum. Proprietas enim filiationis immobilis eſt. Filius igitur cum eſſet, Filius denuò factus eſt: Filius namque Dei & Patris, hominis filius factus eſt, unaque ex naturis duabus hypoſtaſis compoſita. Cum enim hypoſtaſis eſſet in ſubſtantia exiſtens, naturam ſubſtantem aſſumſit, maſſæ noſtræ primitias. Subſtantem porrò dicimus, non tanquam habuerit propriam hypoſtaſim, ſed quæ exſtiterit in hypoſtaſi Verbi. Simul quippe caro, ſimul Dei Verbi caro, ſimul caro animata rationis particeps, ſimul Dei Verbi caro animata rationis particeps, minimè ſublatâ propter unionem differentiâ naturarum (quandoquidem ea ex quibus unus Chriſtus & Dominus conſtat, immota nec permutata manſerunt) ſed illis in unam hypoſtaſim compoſitam concurrentibus ſine confuſione & ſejunctione. Unionem enim ſecundum hypoſtaſim dicimus. At vero unio ſecundum hypoſtaſim concurrentium quoque naturarum diſcrimen ſervat, & unitatem naturæ cuſtodit. enim Verbum carni conſubſtantiale non eſt, nec diſcretum ab eo quod ſimul cum eo ſubſiſtit, nec unam proinde in ipſo dicere naturam licet, neque duas hypoſtaſes. Hæc ſiquidem hypoſtaſes conſtituunt: ut conſubſtantiale unum idemque ſecundum ſubſtantiam declaret, unaque diverſitatem penes hypoſtaſim: contrà vero diverſæ ſubſtantiæ eſſe, unum quidem ſecundum hypoſtaſim efferat, diverſam vero unitorum naturam.

LXXX. Hoc pacto efficitur, ut non ſit alius & alius Chriſtus, ne quaternitati ſerviamus: aliud vero & aliud ſit, an divinitati paſſionem adnectamus. Si enim

ἀλλ' εἷς ἓν αἴτιον τὸν πατέρα συναναφερομένης ἅ τε καὶ πνεύματος. εἷς γὰρ Θεός, ἐπειδὴ μία θεότης, ἃ τρεῖς ὑ θεοὶ, ὥσπερ τρεῖς ἄνθρωποι· ἀδ' γὰρ οὐσία τέμνονται, ἃ δυνάμει χωρίζονται, ἃ τόπῳ, οὐκ ἐνεργείᾳ, ἃ βουλήσει μερίζονται, ἀνεκφοίτητον ἔχοντες τ' ἐν ἀλλήλοις ἵδρυσίν τε καὶ ἀνεχώρησιν. πῶ γὰρ ἔσονται, μὴ ἐν ἀλλήλοις μένοντα. ἀπεγραπτὸν αὖ εἴη ἕτως ἑκάτερον. εἷς ἂν Θεὸς ἐκ τριῶν τελείων τῶν ὑποστάσεων, ἵνα μὴ σύνθετος ἐξ ἀτελείων φύσις νομίζοιτο, μία δὲ ἐκ τριῶν τελείων ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος, ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος.

οθ'. Ἐπὶ δέ γε τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ πᾶσαν ὑπεραίρουσης κατάληψιν, ὁμολογοῦμεν τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ, εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς σεσαρκῶσθαι ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τ ἁγίας ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου. καὶ δύο αὐτοῦ τὰς γεννήσεις σέβομεν, μίαν τὴν πρὸ αἰώνων καὶ ἀΐδιον, ἀναιτίως, ἐκ πατρὸς ἄνευ μητρὸς, καὶ μίαν τὴν ἐκ τ παρθένου μητρὸς ἄνευ πατρὸς δι' τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. ὅτε τὸν πατέρα σεσαρκῶσθαι καὶ γεγεννῆσθαι λέγοντες, ὅτε τὸ πνεῦμα ἅγιον· ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος τῆς ὑότητος. υἱὸς ὢν ὑπάρχων, υἱὸς πάλιν γέγονεν. υἱὸς γὰρ ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, υἱὸς ἀνθρώπου ἐγένετο, ἐκ δύο φύσεων μία ὑπόστασις σύνθετος. ὑπόστασις γὰρ ὑπάρχων ἐνώσις, φύσιν ἀνέλαβεν ἀνυπόστατον, ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος. ἀνυπόστατον δὲ φαμὲν, οὐχ ὡς ἰδίαν ἐσχηκυῖαν ὑπόστασιν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Λόγου ὑποστάσει ὑπάρξασαν. ἅμα γὰρ σὰρξ, ἅμα Θεοῦ Λόγου σὰρξ· ἅμα σὰρξ ἔμψυχος λογικὴ, ἅμα Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἔμψυχος λογικὴ· ἀδαμῶς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνηρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· μεμένηκε γὰρ τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστός τε καὶ κύριος, ἄτρεπτα καὶ ἀμετάβλητα· ἀλλ' εἰς μίαν ὑπόστασιν σύνθετον συνδραμοῦσῶν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως· καθ' ὑπόστασιν γὰρ τὴν ἕνωσιν δογματίζομεν. ἢ ἓν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, καὶ τῶν συνελθουσῶν ἰδιοτήτων φυλάττει τὴν διαφορὰν, καὶ τὸ προσώπου τηρεῖν οἶδε τὴν ἑνότητα εἰ γὰρ οὐχ ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῇ σαρκὶ, ὅτε κεχωρισμένος τοῦ συνυφεσῶτός ἐστιν, ὅτε μίαν ἐπ' αὐτοῦ φύσιν λέγειν θεμιτὸν, ὅτε δύο τὰς ὑποστάσεις· ταῦτα γὰρ τὰς ὑποστάσεις ποιεῖ. τὸ γὰρ ὁμοούσιον, τὸ ἓν μὲν καὶ ταὐτὸν κατ' οὐσίαν δηλοῖ. τὸ καθ' ὑπόστασιν δὲ, διάφορον· τὸ πάλιν δὲ τὸ ἑτεροούσιον, τὸ καθ' ὑπόστασιν μὲν, ταὐτὸν, τὸ δὲ κατὰ φύσιν, τὸ διάφορον τῶν ἡνωμένων.

π'. Οὕτως οὐκ ἔστιν ἄλλος ὲ ἄλλος ὁ Χριστὸς, ἵνα μὴ τετράδι λατρεύωμεν, ἄλλο δὲ ὲ ἄλλο, ἵνα μὴ τῇ θεότητι τὸ πάθος προσάπτωμεν.

SÆC. VIII. ANNO 730.

εἰ

SÆC. VIII. ANNO 730.

εἰ μὲν γὰρ ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, μάτην μεγαλαυχοῦμεν, τὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως θέωσιν διὰ τῆς τοῦ Λόγου γεγενῆσθαι σαρκώσεως. εἰ γὰρ ἡ ἄλλου ἐν ἄλλῳ ἐνοίκησις, σάρκωσις, πλείονας σαρκώσας ὁ Θεὸς ὑπέμεινεν. ἐνοικήσω γάρ φησιν ἐν ὑμῖν, καὶ ἐμπεριπατήσω· καὶ, οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐνοικεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δὲ μὴ ἄλλο καὶ ἄλλο, ταυτὸν καὶ φύσιν ἡ σὰρξ καὶ θεότης, καὶ πάντα συγκέχυται καὶ συμπέφυρται. εἰ μὲν οὖν οὐκ ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, εἷς ὁ Χριστὸς, καὶ μία ὑπόστασις. ἄλλο γὰρ, ἡ ὑπόστασις. εἰ δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο, οὐκ ἐν δηλαδὴ καὶ φύσιν. εἰ δὲ μὴ ἓν, παντί που δῆλον, ὡς δύο. εἷς οὖν ἐστι κατ' ὑπόστασιν, πρὸς ἑαυτὸν ταυτιζόμενος, τῶν δ' ἄκρων τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἀφορίζόμενος ἰδιώμασιν. εἰ γὰρ καὶ τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων ἡ ἁγία αὐτοῦ σὰρξ οὐκ ἄμοιρος ἦν, ἀλλά γε ταύτων τὸ ἄθροισμα, καὶ ἡ σαρκὸς ἡ ὑπόστασίς τε καὶ σύμπηξις, οὐ κατ' αὐτὴν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Λόγου ὑποστάσει γεγένηται, καὶ αὐτῷ οὐκ ἰδίαν ἔσχεν ὑπόστασιν. ἐντεῦθεν ὅτε ἀνυπόστατος ἦν, ὅτε ἰδίαν ἔσχεν ὑπόστασιν· δύο δὲ φύσις ὑπάρχει, ὁμοουσιότητι μὲν τῶν ἄκρων, ἑτεροουσιότητι δὲ τῶν μερῶν, ἑνώμενός τε καὶ διαιρούμενος.

πᾶ δύο δὲ φύσις λέγοντες, οὐ διαιροῦμεν τὴν ἕνωσιν, τὴν δὲ τροπὴν καὶ τὴν σύγχυσιν φεύγομεν. λόγῳ γὰρ καὶ τρόπῳ τὰς διαφορὰς ταύτας ἀριθμεῖσθαι γινώσκομεν. οὐ γὰρ τρόπον τὴν σύγχυσιν φεύγομεν, οὕτω καὶ τὴν διαίρεσιν ὑποδυόμεθα, ἐπί τε τῆς ἁγίας καὶ θεαρχικῆς Τριάδος, καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τοῦ ἁγίας Τριάδος οἰκονομίας. ὡς γὰρ ἐκεῖ τρεῖς μὲν ὑποστάσεις ὁμολογοῦμεν, μίαν δὲ οὐσίαν καὶ φύσιν κηρύττομεν, οὐδ' ὁπωστέρων μὲν τῶν ὑποστάσεων εἰδότες ἀνούσιον· ἀλλ' οὐ ταύτην οὐσίαν ἑκάστῃ ἰδιαιρέτως προσνέμοντες, οὐδ' ἀφοριστικὴν ποσότητος ἀριθμὸν οὐσιῶν καταγγέλλοντες, ἵνα μὴ τὸ ἑτεροφυὲς καὶ ἑτεροούσιον εἰσάγωμεν. ὅτω καὶ ἐνταῦθα, δύο λέγοντες φύσεις, οὐ διαιροῦμεν τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, οὐδ' ὑποστάσεων ἀριθμὸν συνεισφέρομεν, εἰ καὶ μὴ ἀνυπόστατοι εἶεν· τὸ ἑτεροειδὲς δὲ δηλοῦμεν καὶ ἑτεροούσιον· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ ὁ τῶν ὑποστάσεων ἀριθμὸς τὸ ὁμοούσιον οὐ λυμαίνεται, οὐδὲ τὴν κατὰ φύσιν διαίρεσιν εἰσάγει ταῖς ὑποστάσεσιν, ἀλλὰ τὸ τῶν ὑποστάσεων σημαίνων, τὸ ἑνιαῖον τῆς οὐσίας οὐ διατέμνει, οὕτως οὐδὲ, ἡ ποσότης τῶν φύσεων τὸ ταυτὸν καὶ τὸ ἑνιαῖον οὐ διαιρεῖ τῶν ὑποστάσεων, τὴν ὡς ἐν ποσότητι ἢ φυσικῇ διαφορὰν, ἢ τῶν συνελθόντων τὴν σωρείαν δηλοῖ· διὸ δὴ οὐκ δύο φύσεων τελείων

alius & alius, vanè fruſtraque gloriaremur factam eſſe per Verbi incarnationem naturæ noſtræ deificationem. Etenim ſi alius in alio inhabitatio incarnatio eſt, plurimas omnino Deus incarnationes ſuſtinuerit. *Inhabitabo*, inquit, *in vobis, & inambulabo.* Et, *Neſcitis quod templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis?* Sin vero non eſt aliud & aliud, idem naturâ ſunt caro & divinitas, omniaque confuſa & commiſta ſunt. Si itaque non eſt alius & alius, unus eſt Chriſtus, & una hypoſtaſis: alius enim hypoſtaſis eſt. Si vero eſt aliud & aliud; plane non eſt unum ſecundum naturam. Quod ſi non eſt unum, nemo dubitaverit, quin duo ſint. Unus eſt ergo, ut idem hypoſtaſi ſit, extremorum tamen proprietatibus characteriſticis diſcretus. Nam etſi ejus ſancta caro proprietatum quibus ſigillaretur, expers non fuit; harum nihilominus collectio; & carnis conſiſtentia, conſtitutioque, per ſe minime ſubſtitit, ſed in hypoſtaſi Verbi, ut ipſam Verbi hypoſtaſim, non propriam ſuam habuerit. Quo factum eſt, ut ſine hypoſtaſi non exſtiterit, nec hypoſtaſi propriâ prædita ſit. Eſt porrò duæ naturæ, qui extremorum conſubſtantialitate, ac partium diverſitate, cùm unitus, tum diſcretus eſt.

LXXXI. Naturas duas dicendo, unionem non divellimus, ſed converſionem & confuſionem vitamus. Ratione enim & modo differentiæ has numerari novimus. Quemadmodum enim confuſionem fugimus, ſic quoque ſejunctionem exhorremus, cùm in ſanctâ divinâque Trinitate, tum in incarnatione unius de S. Trinitate. Nam ſicut tres quidem illic hypoſtaſes confitemur; unamque prædicamus ſubſtantiam & naturam, ut nullam prorſus ex tribus illis hypoſtaſibus, ſubſtantia carere agnoſcamus, imo nec unicuique ſubſtantiam ſuam ſpecialiter tribuamus, aut definitum quantitatis ſubſtantiarum numerum dicamus, ne diverſitas naturarum ſubſtantiarumque introducatur: ſic etiam, cùm hic duas naturas pronuntiamus, non dividimus hypoſtaticam unionem, neque hypoſtaſium numerum inferimus, tametſi naturæ iſtæ ſubſiſtentiæ minimè ſint expertes; ſed diſcrimen naturarum eſſentiarumve declaramus. Nam velut illic numerus hypoſtaſium ſubſtantiæ unitatem non lædit, nec propter hypoſtaſes naturæ diverſitatem inducit; quin potius hypoſtaſes ſignificando, unitatem ſubſtantiæ non ſcindit: ita perinde hîc quantitas, ſive numerus naturarum unam & eandem hypoſtaſim non dirimit, ſed velut in naturarum quantitate, diſcrimen congeriemque exprimit eorum, quæ ſimul coivere.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Lev. 26. v. 11. 12. 2. Cor. 6. vers. 16. 1. Cor. 6. vers. 16.

(a) Clarius Int. Arab. *eſtque Chriſtus natura duæ, unitus & diſcretus, Unitus unitate hypoſtaſis, diſcretus diverſitate naturarum.*

SÆC. VIII. ANNO 730.

coivere. Quamobrem, cum ex duabus naturis perfectis unionem esse factam dicimus, eam non aimus esse factam secundum conversionem, aut confusionem, aut demutationem, aut permistionem, neque secundum affectum, aut dignitatem, aut demum per communionem voluntatis ejusdem, vel nominis, vel dignitatis, sicut dixit impius Nestorius: quin potius unionem substantivam & secundum hypostasim rectâ fide prædicamus: non ut duæ substantiæ, sive essentiæ, essentiam unam compositam perfecerint; sed ut unitæ inter se fuerint secundum veritatem in unam Dei Filii compositam hypostasim: earumque adeo substantialem differentiam sartam tectam servari definimus. Manst enimvero creatum, quod creatum erat, & non creatum, quod creatum non erat: mortale item quod mortale erat, & immortale quod immortale. Unum quidem coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis. Etsi enim unus est qui hæc patitur, & illa mirabiliter operatur, ut utraque communia unius fuerint: aliud tamen illud est, ex quo contumelioſa communia erant, & aliud id, ex quo communia præcelsa quæque. Ceterum aliud & aliud, ratione & modo differentiæ: communia vero utriusque utraque, modo mutuæ communicationis propter circuminsessionem partium in se invicem, & propter unionem hypostaticam. Agit enim utrâque formâ cum alterius communione, quod proprium habet: quo fit ut Dominus gloriæ crucifixus dicatur (nimirum non deitate, sed carne unà cum illa subsistente) & filius hominis ascendisse scriptus sit, ubi erat prius. Non ubi priùs homo erat, sed ubi tanquam Deus exsistebat, indivulsus a Patre. Nequaquam enim deitatem patiendi capacem, aut carne passam docemus; neque carnem, sive humanitatem, ante secula exstare confitemur: sed eum qui ambas, hanc & illam, habet, aliquando quidem ex utraque Christum nominamus, aliquando vero ex altera partium; atque ex divinitate quidem, Deum, hominem vero rursum, ex humanitate. Cumque Deum passibilem dicamus, non tamen ut Deum, sed tanquam hominem: quin puerum seculis anteriorem, non uti puerum, sed ut qui etiam Deus sit, annunciamus. Unus quippe est, hoc & illud, Deus & homo, Deus perfectus & perfectus homo, omnes in se ferens deitatis proprietates; deitatem inquam, immunitatem a principio, immortalitatem, dominatum, voluntatem omnipotentem & operationem; omnem item carnis substantiam gerens nulla parte destitutam, animam, corpus, sensum, seu mentem, eorumque naturalia, affectusque & proprietates inculpatas, liberam voluntatem & actionem, famem,

Leo Mag. epist. ad Flav.

1. Cor. 2. vers. 8.

Joan. 6. vers. 62.

τλὼ ἕνωσιν γεγενῆται λέγοντες, οὐ κατὰ φυρμὸν, ἢ σύγχυσιν, ἢ τροπλὼ, ἢ ἀνάκρασιν φάσκομεν. οὐδ' αὖ πάλιν μεσωπικλὼ, ἢ σχετικλεὶ, ἢ κατ' ἀξίαν, ἢ ταυτοβυλίαν, ἢ ταυτωνυμίαν, ἢ ὁμοτιμίαν, ὡς ὁ Θεοσυγὴς ἔφη Νεσόρι. οὐσιώδη δὲ μᾶλλον καὶ καθ' ὑπόστασιν ὀρθοδόξως κηρύτομεν· οὐχ ὡς τῶν δύο οὐσιῶν μίαν ἐξ οὐσίαν ἀποτελεσασῶν σύνθετον, ἀλλ' ἑνωθεισῶν ἀλλήλοις κατ' ἀλήθειαν εἰς μίαν ὑπόστασιν σύνθετον τῦ υἱοῦ τῦ Θεοῦ, σώζεσθαι αὐτῶν τλὼ οὐσιώδη διαφορὰν ὁμολογόμεθα· μεμένηκε γὰρ τὸ κτιστὸν μὲν, κτιστὸν, τὸ δὲ ἄκτιστον, ἄκτιστον· (*) γνητὸν, τὸ θνητὸν, καὶ ἀθάνατον, τὸ ἀθάνατον· καὶ τὸ μὲν διαλάμπει τοῖς θαύμασι, τὸ δὲ ταῖς ὕβρεσιν ὑποπέπτωκεν, εἰ γὰρ καὶ εἷς ὁ ταῦτα πάσχων, καὶκεῖνα θαυματουργῶν, καὶ κοινὰ τῦ ἑνὸς ὑπῆρχεν ἀμφότερα, ἀλλ' ἕτερον ἐξ ὃ κοινὰ τὰ τῦ ὕβρεως, καὶ ἐξ ὃ κοινὰ τὰ αὐχήματα, ἕτερον· ἕτερον μὴν καὶ ἕτερον λόγῳ καὶ τρόπῳ τῦ διαφορᾶς, κοινὰ δὲ ἑκατέρῳ ἑκάτερα τῷ τρόπῳ τῦ ἀντιδόσεως, διὰ τὸ εἰς ἀλλήλα τῶν μερῶν περιχώρησιν, καὶ τὸ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφῆ μετὰ τῦ θατέρᾳ κοινωνίας, τῦθ' ὅπερ ἴδιον ἔχηκε· διὸ δὴ καὶ ὁ κύριος τῦ δόξης ἐσταυρῶθαι λέγεται, δηλαδὴ, ὡς ἀ θεότητι, ἀλλὰ τῇ συνυφεσηκυίᾳ σαρκί. καὶ ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπε ἀνελήλυθέναι ὅπᾳ ἦν τὸ πρότερον γέγραπται· ἦν ἢ τὸ πρότερον ἄνθρωπος θεὸς, ἀλλ' ἔνθα ὡς Θεὸς ὑπῆρχε, καὶ τῦ Πατρὸς διαίρετος. ὅτε γὰρ τὰ θεότητα παθητλὼ, ἢ πάσχειν σαρκὶ καταγέλλομεν, ὅτε τὰ σάρκα, ἤτοι τὰ ἀνθρωπότητα, προαιώνιον ὁμολογοῦμεν, ἀλλὰ τὸν ἀμφοτέρας, ταυτλὼ τε καὶκεῖνλω ἔχοντα, ὅτε μὲν ἐκ τῦ συναμφοτέρε, χριστὸν ὀνομάζομεν, ὅτε δὲ ἐξ ἑνὸς τῶν μερῶν, ἐκ μὲν θεότητος Θεὸν, ἄνθρωπον δὲ πάλιν ἐξ ἀνθρωπότητος φάσκομεν· καὶ Θεὸν μὲν παθητὸν, οὐχ ὡς Θεὸν δὲ, ἀλλ' ὡς καὶ ἄνθρωπον λέγομεν· παιδίον δὲ προαιώνιον, οὐχ ἧ παιδίον, ἀλλ' ὡς καὶ Θεὸν καταγέλλομεν. εἷς γάρ ἐστι τῦτο καὶκεῖνο, Θεός τε καὶ ἄνθρωπος· Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος, πάντα φέρων τὰ τῆς θεότητος ἰδιώματα, τλὼ θεότητα, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀθάνατον, τλὼ κυριότητα, τλὼ παντοδύναμον θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, καὶ πᾶσαν φέρων τλὼ τ σαρκὸς οὐσίαν ἀνελλιπῶς, ψυχλὼ, σῶμα, νοῦν, καὶ τὰ τούτων φυσικὰ καὶ ἀναμάρτητα πάθη καὶ ἰδιώματα, τλὼ αὐτεξούσιον θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, τλὼ πεῖναν, τλὼ δίψαν,

(*) Leg. θνητὸν, sic Turr. *mortale* Arab.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

ψαν, τὸ δάκρυον, τ̃ λύπλω τλ̃ ἀδημονίαν, τὸν θάνατον. ὁ κύριός μου καὶ ὁ Θεός, φησὶν ὁ Θῶμας, καὶ, Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ὁ Θεολόγος εἶπεν ἐν πνεύματι. καὶ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ, θέλω, καθαρίσθητι, καὶ, οὐκ ἂν τὸν κύριον τ̃ δόξης ἐσταύρωσαν. Ταῦτα, καὶ ἡ τῶν θεοσημειῶν δύναμις, τ̃ θείαν αὐτ̃ ἀνακηρύττ φύσιν τε καὶ ἐνέργειαν.

πβ'. Εἶτα, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τ̃ ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν· καὶ, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα· Ϛ, ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν· καὶ, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν, ἠθέλησεν ἵνα μή τις γνῷ, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν· καίπερ, μὴ ἐμὸν γενέσθω θέλημα, ἀλλὰ τὸ σόν· Ϛ ἡ κλάσις τ̃ ἄρτων, Ϛ ἡ βάδισις, Ϛ ἡ ἐπὶ τ̃ σταυρ̃ τ̃ χειρῶν ἔκτασις, Ϛ ἡ νόησις, Ϛ ἡ ζωτικὴ, τροφική τε, Ϛ αὐξητικὴ, Ϛ αἰσθητικὴ δύναμις παρέσησι τλ̃ ἀνθρωπίνλω ἐνέργειαν. Ϛ τὸ, ὕστερον ἐπείνασε· Ϛ τὸ ἐπὶ Λαζάρῳ δάκρυον, Ϛ τὸ, διψῶ. Ϛ, νῦν ἡ ψυχή μου τετάραχται· Ϛ, περίλυπός ἐστιν ἕως θανάτου. καὶ, ἤρξατο λυπεῖσθαι, Ϛ ἀδημονεῖν, Ϛ ἀθυμεῖν. (α) Ϛ πέρας, εἰς χεῖρές σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου· Ϛ τοῦτο εἰπὼν ἐξέπνευσεν. ἆρ' οὖν σαφῶς ὥσπερ τὰ πρότερα μαρτυρεῖ τ̃ θεότητα, οὕτω Ϛ ταῦτα τ̃ αὐτ̃ ἀνθρωπότητα, Ϛ τὸ τ̃ φύσεων διάφορον Ϛ ἀσύγχυτον; πῶς γὰρ ταῦτα μὲν ἐπὶ μιᾶς λεχθήσεται φύσεως;

πγ'. Θεὸς τοιγαροῦν ἐστι τέλειος, Ϛ ἄνθρωπος τέλειος. Θεὸς κατὰ φύσιν, καὶ ἄνθρωπος κατὰ φύσιν. ἐν θεότητι τέλειος, καὶ ἀνελλιπὴς ἐν ἀνθρωπότητι. εἰ γὰρ καὶ κατ' οἰκονομίαν γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλὰ φύσει γέγονεν ἄνθρωπος· ὅλος Θεὸς καὶ μετὰ τ σαρκὸς αὐτ̃, καὶ ὅλος ἄνθρωπος μετὰ τ̃ ὑπερουσίου θεότητος αὐτ̃. φαμὲν Ϛ τοῦτο δηλοῦντα τὸν Θεολόγον Γρηγόριον εἰρηκέναι· ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δ' ἐθεώθη, Ϛ τολμῶ λέγειν ὁμόθεον· ὡς γὰρ τλ̃ σάρκωσιν ἄνευ τροπ̃ς τ̃ λόγου καὶ μεταβολ̃ς οἴδαμεν, οὕτω Ϛ τλ̃ θέωσιν· αὐτὸς γὰρ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, κυηθεὶς μὲν ἐκ τ̃ς παρθένου, προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τ̃ς προσλήψεως· ἤδη Ϛ αὐτ̃ς ὑπ' αὐτ̃ θεωθείσης ἅμα τ̃ εἰς τὸ εἶναι ταύτ̃ς προαγωγ̃· ὡς ὁμοῦ γενέσθαι τὰ τρία, τλ̃ προσλ̃ψιν, τλ̃ ὑπαρξιν, Ϛ τλ̃ θέωσιν τ̃ ἀνθρώπου· (β) ἅμα ἡ σύλληψις Ϛ ἡ ὕπαρξις τεθαυματούργηται· ἡ μὲν σύλληψις τ̃ Λόγου, τ̃ς δὲ σαρκὸς ἡ ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ ὕπαρξις. δι' αὐτ̃ς τ̃ θεομήτορος ὑπερφυ̃ς χορηγούσης τὸ πλασθ̃ναι τ̃ πλάσῃ, Ϛ τὸ ἀνθρωπισθ̃ναι τῷ Θεῷ Ϛ ποιητ̃ῇ τ̃

sitim, lacrymas, mœrorem, angorem, mortem. Ait quippe Thomas: *Dominus meus & Deus meus.* Et, *Deus erat Verbum*, & *Verbum caro factum est*, dixit in Spiritu Theologus. Et, *In principio erat Verbum.* Item, *volo mundare.* Rursum: *Nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Hæc & alia ejusmodi, potestasque miraculorum divinam ejus naturam actionemque prædicant.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Joan. 20. *vers.* 28. *Ibid.* 1. *vers.* 14. *Ibid. v.* 1. *Matth.* 8. *vers* 3. 1. *Cor.* 2. *vers.* 8.

LXXXII. Insuper ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Et, *Palpate & videte, quod spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Item, *Nos autem sensum Christi habemus. Ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Pater, non fiat voluntas mea, sed tua.* Fractio panum, deambulatio, extensio manuum in cruce, intellectio, vis vitalis, nutriendi, augendi, & sentiendi, humanum actum perhibent. Illudque rursum, *Postea esuriit:* & illæ Lazari causa lacrymæ, nec non illud, *sitio:* &, *nunc anima mea, turbata est: Tristis sum usque ad mortem.* Ad hæc, *cœpit pavere & tædere & mœstus esse:* denique, *Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum*, & *cum hoc dixisset, exspiravit.* Annon plane sicut priora illa divinitatem testantur, ita quoque hæc ipsius humanitatem, duarumque naturarum discrimen, & inconfusam unionem. Quinam enim hæc & illa de una natura dicentur?

Voluntas & operatio duplex in Christo.

Joan. 10. *vers.* 8. *Luc.* 24. *vers.* 39. 1. *Cor.* 2. *vers.* 16. *Marc.* 7. *vers.* 14. *Luc.* 22. *vers.* 42. *Matth.* 4. *vers.* 2. *Joan.* 11. *vers.* 35. *Ibid.* 19. *vers.* 28. *Ibid.* 12. *vers.* 27. *Marc.* 15. *vers* 33. *Luc.* 23. *vers.* 46.

LXXXIII. Deus ergo est perfectus, & perfectus homo: naturâ Deus, & naturâ homo: perfectus in divinitate, nulla re defectus in humanitate. Etsi enim secundum dispensationem factus homo est; at naturâ est factus homo: totus Deus, etiam cum sua carne, & totus homo cum supersubstantiali Deitate sua. Sed & addimus, hoc Gregorium Theologum loquutum esse: „ Ex quibus (naturis) illa „ quidem deificavit, hæc autem deificata „ est; quin & dicere ausim, simul Deus „ facta est". Nam sicut Incarnationem citra conversionem Verbi demutationemque novimus, sic & deificationem. Ipsum quippe Verbum caro factum est, ex virgine quidem prognatum, procedens vero Deus cum assumta carne, quæ jam ab ipso deificata fuerit, simul atque esse incepit. Quo evenit, ut tria simul gesta fuerint, assumtio, exsistentia, & deificatio humanitatis. Assumtio & exsistentia prodigiosè simul patratæ sunt, Verbo quidem assumente, carne vero in ipsomet Verbo exsistente; ipsius utique Dei genitricis operâ, quæ modo naturâ sublimiori præstitit, ut effictor effingeretur, homoque fieret Deus & opifex universi, a quo assumta natura

Christus natura utraque perfectus,

Greg. Naz. orat. 42.

(α) Turr. legit πάτερ, ut & interp. Arab. (β) Hæc usque ad δι' αὐτ̃ς, omisit Turrianus.

Sæc. VIII. Anno 730.

ra deificata fuit, unione ſervante quæ unita ſunt, qualia unita fuere; non id ſolum quod divinum eſt, inquam, ſed hoc etiam quod humanum eſt in Chriſto, quod noſtri gratia & ad inſtar noſtri habuit. Neque enim cùm primùm noſtri ſimilis eſſet, poſtmodum ſupra nos factus eſt: quin potius ſemper, & ex quo primùm exſtitit, utrumque fuit, quia a conceptionis ejus initio in ipſomet Verbo exſiſtentiam habuere. Quod ergo humanum eſt, ſecundum ſuam naturam exſiſtit, quod vero Dei & divinum, ſupra naturam.

S. Virgo proprie Dei genitrix eſt.

LXXXIV. Porro ſanctam virginem propriè verèque Dei matrem prædicamus: quippe cum, ſicut Deus verus eſt qui ex ea natus eſt, ſic verè mater Dei, quæ Deum ex ſe carnem factum peperit. Atqui Deum ex ipſa natum eſſe aimus, non ut ex ipſa æternam Deitatis exiſtentiam acceperit, ſed quod ex ipſa ſit incarnatus ſine converſione, factuſque, & genitus homo, Chriſtus unus, Filius unus, Dominus unus, hypoſtaſis una, idem ipſe Deus & homo, qui alteram Trinitati perſonam non invexerit.

Contra Triſagii hymni interpolatores.

LXXXV. Quocirca adjectionem quoque Triſagio (1) hymno factam blaſphemam eſſe decernimus, ceu quâ Trinitati quarta perſona inſeratur, & ſeorſim ponat ſubſiſtentem Dei virtutem, ſeorſimque eum qui crucifixus eſt, ac ſi alius foret præter illum *fortem*: vel quâ Trinitas ſancta laudetur ceu paſſibilis, unáque cum Filio crucifigatur Pater & Spiritus ſanctus: vel qua denique Spiritus ſanctus *immortalis*, paſſibilis ſignificetur. Nam hymnus hic (2) *Triſagius* olim a Spiritu ſancto per Seraphim, miniſtros ejus ſpiritus, videnti Deum Eſaiæ revelatus eſt, quo tres Deitatis hypoſtaſes arcano modo declarabantur, unuſque dominatus, & natura. Ipſe ſiquidem Eſaias ſe vidiſſe Deum & Patrem ait: Joannes vero Theologus Filium ei manifeſtatum ait: Paulus denique, divinus ille Apoſtolus, Spiritum ſanctum. Hinc omnes ſancti Patres ter ſanctum hunc hymnum de ſancta Trinitate acceperunt. Quocirca Gregorius Theologus ait: „ Hoc pacto itaque ſancta ſancto-
„ rum quæ a Seraphinis obteguntur,
„ celebranturque tribus ſanctitatis accla-
„ mationibus, in unam dominationem
„ Deitatemque coeunt, de quo alius quiſ-
„ piam ante nos egregie admodum & altiſ-
„ ſime philoſophatus eſt.

Eſai. 6.

vers. 1. Eſai. 6. vers. 1. Joan. 12. vers. 41. Act. 28. vers. 25.

LXXXVI. Fertur in libris hiſtoricis,

παντὸς, θεῷντι τὸ προσλημμα, σὼ ζούσης τ ἑνώσεως τὰ ἑνωθέντα, τοιαῦτα οἷα ἥνωται· ὃ τὸ θεῖον λέγω μόνον, ἀλλὰ κ τὸ ἀνθρώπινον τῦ Χριστοῦ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς κ καθ' ἡμᾶς· ὅτε γὰρ ἡμόμεθα πρότερον καθ' ἡμᾶς, ὕστερον γεγονεν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀλλ' ἀεὶ ἐκ πρώτης ὑπάρξεως ἄμφω ὑπῆρχε διὰ τὸ ἐξ ἄκρας συλλήψεως ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ τὴν ὕπαρξιν ἐσχηκέναι· ἀνθρώπινον μὴν ἔν ἐστι κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, θεῖ δὲ κ θεῖον, ὑπερφυῶς.

Sæc. VIII. Anno 730.

τδ'. Τὴν γ ἁγίαν παρθένον κυρίως κ ἀληθῶς θεοτόκον κηρύτ⟨τ⟩ομεν. ὡς γὰρ θεὸς ἀληθὴς ὁ ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος, ὅτω θεοτόκος ἀληθὴς, ἡ θεὸν ἐξ αὐτῆς σεσαρκωμένον κυήσασα. θεὸν γ φαμὲν ἐξ αὐτῆς γεγεννῆσθαι, ἐχ ὡς ἐξ αὐτῆς ἐσχηκότα τ αἴδιον τ θεότητος ὕπαρξιν, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτῆς ἀτρέπ⟨τ⟩ως σαρκωθέντα, κ γ ἡνωμένον ἄνθρωπον, κ γ γννηθέντα, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον, μίαν ὑπόστασιν, τὸν αὐτὸν θεόν τε κ ἄνθρωπον, ἐχ ἕτερον ἐν τῇ Τριάδι παρεισάγοντα πρόσωπον.

πέ. Ἐντεῦθεν κ ἐν τῷ Τρισαγίῳ προσθήκην βλάσφημον ὁρίζομεθα, ὡς τέταρτον ἐν Τριάδι παρεντιθεῖσαν πρόσωπον, κ ἀνὰ μέρος τιθεῖσαν τὴν θεῖ τ ἐνυπόστατον δύναμιν, κ ἀνὰ μέρος τὸν ἐσταυρωμένον, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν ἰσχυρὸν, ἢ παθητὴν τ ἁγίαν Τριάδα δοξάζουσαν, κ συσταυροῦσαν τῷ υἱῷ τὸν πατέρα κ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κ ἀθάνατον, παθητὸν ἀποδεικνύουσαν. ὁ γὰρ τρισάγιος οὗτος ὕμνος, πάλαι μὲν ὑπὸ τῦ πνεύματος τῦ ἁγίου διὰ τ λειτουργικῶν αὐτῦ πνευμάτων τ Σεραφὶμ τῷ θεόπλ Ησαΐᾳ μεμυσταγώγητο, τὰς τρεῖς ὑποστάσ⟨τ⟩ς τ θεότητος μυστικῶς (α) ἐμφαίνοντος, κ τὴν μίαν κυριότητα, κ φύσιν. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ησαΐας τὸν θεὸν κ πατέρα ἔφη ἑωρακέναι· ὁ θεολόγος δὲ Ιωάννης τὸν υἱὸν αὐτῷ ἔφη ἀποκεκαλύφθαι· Παῦλος γ ὁ θεῖος ἀπόστολος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐντεῦθεν ἅπας τῶν ἁγίων πατέρων ἑσμὸς, εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα τοῦτον τὸν Τρισάγιον ἐξειλήφασιν ὕμνον. φησὶ γοῦν ὁ θεολόγος Γρηγόριος· ὅτω μὲν ἔν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ κ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται, κ δοξάζεται τρισὶν ἁγιασμοῖς εἰς μίαν συνιοῦσι κυριότητα· ὁ κ ἄλλῳ τινὶ τ περὶ ἡμῶν πεφιλοσόφηται κάλλιά τε κ ὑψηλότατα, ἔκ τινος δὲ θείας ἀποκαλύψεως.

πς'. Αἱ ἱστορικαὶ ἀπαγορεύουσι βίβλοι,

(1) Facta fuerat illa additio a Petro Fullone Antiocheno præſule; voluit autem Eccleſiam ſic canere: Sanctus *qui crucifixus es pro nobis*, quod divinitatem paſſam & crucifixam indicare videbatur. Basn.

(2) Hoc argumento utebantur adverſus Petrum Fullonem diu ante Damaſcenum, Quintianus Epiſcopus, Juſtinus Alacius & alii, quorum Epiſtolæ leguntur Conciliorum tomo quarto, dubitatur tamen de fide tanti miraculi, quinimo confutatur a viro doctiſſimo, & invictiſſimis argumentis convellitur. Cum diſſertationem habere Lector facile poſſit, eam hic in notis non deſcribemus. Basn.

(α) Leg. ἐμφαίνων.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

ἕλοι, ἐπὶ Πρόκλῳ τῷ πρώτῳ Κωνσταντινουπόλεως, λιτανεύοντος τῷ αὐτόθι λαῷ διά τινα θεήλατον ἀπειλὴν, ἁρπαγῆναι τῷ λαῷ παιδίον, καὶ τὸν ὕμνον οὕτω διδαχθῆναι ὑπ' ἀγγελικῆς τινος μυσταγωγίας· ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, καὶ κελευσθῆναι ἄδειν. σκύρωσε γὰρ τὸ ἀποκάλυψιν ἡ σύντομος ἔκβασις· ἅμα γὰρ ἦσαν, καὶ ἐκόπασεν ἡ ὀργή. φαμὲν δὴ ταύτῃ εἶναι τοῦ ὕμνου τὴν δύναμιν· ἅγιος ὁ Θεὸς, ὁ πατὴρ ἐξ οὗ ὁ Θεὸς ὁ υἱὸς, καὶ Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἅγιος ἰσχυρὸς, ὁ υἱὸς, ἡ τοῦ Πατρὸς σοφία καὶ δύναμις· ἅγιος ἀθάνατος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ πνεῦμα γάρ ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, καὶ ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς· καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαβὶδ, ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα· ταύτῃ δὴ λέγομεν, οὐ μόνον τῷ πατρὶ περιορίζοντες τὴν θεότητα, οὐδὲ μόνῳ τῷ υἱῷ τὴν δύναμιν, ἢ τὴν ἀθανασίαν μόνῳ τῷ πνεύματι, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων πάσας τὰς θεωνυμίας ἁπλῶς καὶ ἐνιαίως λαμβάνοντες, τὸν θεῖον ἀπόστολον σκιμμούμενοι φάσκοντα· ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς (α) εἰς αὐτὸν· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ· (β) καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν θεολόγον Γρηγόριον ὧδε πη λέγοντα· ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα· τὸ ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, μὴ φύσεις τεμνόντων, ἀλλὰ χαρακτηριζόντων μιᾶς καὶ ἀσυγχύτου φύσεως ἰδιότητας.

πζ'. Γέλως δὲν ὄντως καὶ παίγνιον, τὴν δι' ἀγγέλων μυηθεῖσαν πρότερόν τε καὶ τῇ τῆς ἐπαγωγῆς λήξει πιστωθεῖσαν, καὶ τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων μαρτυρίᾳ βεβαιωθεῖσαν τρισάγιον ᾠδὴν, ὡς τριάδος τρισυποστάτου θεότητος ἐμφαντικὴν, τῇ τοῦ κναφέως οἷον καταπατηθῆναι ἀλόγῳ οἰήσει· ὡς γὰρ ἱμάτιον τὸν ἱερὸν τοῦτον ὕμνον καθαίρειν οἰόμενος, καὶ πλέον λαμπρύνειν, ἢ καλῶς ἔχει, προσθήκην τῷ τρισαγίῳ, ὡς δῆθεν τῶν Σεραφὶμ ὑπέρτερος, παρενέθετο, ὥσπερ ἀντινομοθετῶν τῷ ἁγίῳ πνεύματι· ἀλλ' ὦ τῆς αὐθαδίας, ἵνα μὴ λέγω τῆς ἀνοίας. ἡμεῖς δὲ ἅτε φαμὲν, κἂν οἱ δαίμονες διηρρήγνυνται· ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

πή. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένων πίστωσιν, καὶ χρήσεις τῶν ἁγίων Πατέρων, ὧν τὸ στόμα Θεοῦ κεχρημάτικε στόμα, ὑποτάξαμεν. ὧν δυσωπηθέντες τὸ ἀιδέσιμον, μεθ' ἡμῶν καὶ τῆς ἀληθείας ἕνα

Proclo Patriarcha Conſtantinopolitano, cum populus illic ſupplicaret propter Dei quandam comminationem, raptum e plebe puerum, hymnum hujuſmodi Angelis docentibus didiciſſe, *ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere nobis*, quem etiam canere juſſus eſt. Id quod revelatum erat confirmavit eventus: ſimul enim atque cecinerunt, ira ceſſavit. Atqui hanc eſſe hymni vim ſenſumque dicimus. *Sanctus Deus*, Pater ſcilicet, ex quo Deus Filius, Deuſque Spiritus ſanctus. *Sanctus fortis*, Filius, ſapientia Patris & virtus: *Sanctus immortalis*, Spiritus Sanctus; ut pote qui vivificus ſit; eſtque *lex Spiritus vitæ*. Quinimo Dei-parens David, *Sitivit anima mea*, inquit, *ad Deum fortem vivum*. Quod quidem a nobis dictum non ſit, ut in ſolo Patre divinitas circumſcribatur, in ſolo Filio virtus, & in ſolo Spiritu ſancto immortalitas; quin potius in unaquàque hypoſtaſi cuncta nomina divina ſimpliciter & ſingulariter accipimus, Apoſtolum imitati, ubi ait: *Nobis autem unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos ex ipſo*; & *unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum*; & *unus Spiritus ſanctus, in quo omnia, & nos in ipſo*. Imo Gregorium quoque Theologum ita loquentem: „ Nobis autem unus Deus Pater, „ ex quo omnia, & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia; & unus „ Spiritus ſanctus, in quo omnia. Illud „ *ex quo*, & *per quem* & *in quo*, naturas „ non ſcindentibus, ſed proprietates exprimentibus unius & non confuſæ naturæ.

Rom. 8. vers. 2. Pſal. 41. vers. 2. 1. Cor. 8. vers. 6.

LXXXVII. Ridiculum ergo eſt & ludicrum, canticum Triſagium, quod Angeli olim, poſtmodumque docuerunt, quod ceſſatio inflictæ plagæ comprobavit, quod ſancti Patres teſtimonio ſuo confirmarunt, Divinitatem trium perſonarum declarare, inſanà arrogantià Petri Fullonis modo quodam conculcari. Sacrum ſiquidem hymnum iſtum pallii inſtar repurgare ſe putans, ſplendidioremque reddere, ac ſi Seraphinis foret præſtantior, adjectione Triſagium inferſit, adverſus Spiritum ſanctum veluti leges ſanciens. O ſupremam arrogantiam, ne dicam, inſaniam; Nos vero, rumpantur licet dæmonibus ilia, ſic dicimus: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere noſtri.*

LXXXVIII. Ceterum ad confirmanda quæ dicta ſunt, auctoritates ſubjicimus ſanctorum Patrum, quorum os, os Dei fuerit: ut eorum reverentia perculſi, nobiſcum & cum veritate unum Deum, unamque

(α) Als. εἰς αὐτὸν. (β) Hæc poſtrema pars deeſt in Arabica tranſlatione & in textu Apoſtoli: at multis in locis legitur apud Damaſcenum, ut & apud Baſilium.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

que naturam in tribus perſonis, unum item de ſancta Trinitate unigenitum, Dei Filium, unum, inquam, poſt incarnationem Chriſtum, Filium unum, Dominum unum, hypoſtaſim unam, in duabus naturis, ſine confuſione, & ſine diviſione, recta ſinceraque fide prædicetis.

Θεὸν, καὶ μίαν Φύσιν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι, καὶ τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ σάρκωσιν ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα Κύριον, καὶ μίαν ὑπόστασιν ἐν δυσὶ Φύσεσιν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ὀρθοδόξως κηρύξατε.

SÆC. VIII. ANNO 730.

AUCTORITATES SS. PATRUM quibus demonſtratur, unum eſſe Chriſtum ex naturis duabus, & naturas duas, inque duabus naturis, poſt ejus ſalutarem infinitæque bonitatis incarnationem.

ΧΡΗΣΕΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ἀποδεικνύουσαι, ὡς εἷς ὁ Χριστὸς, ἐκ δύο Φύσεων, καὶ δύο Φύσις, καὶ ἐν δυσὶ Φύσεσι, καὶ μὴ τὴν σωτηριώδη ὑπερέχαθον αὐτοῦ σάρκωσιν.

INSPICE QUI LEGIS.

ΣΚΟΠΕΙ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΩΝ.

S. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis, contra Valentinum.

Τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου ἐπισκόπου Λουγδούνων, ἐκ τοῦ κατὰ Οὐαλεντίνου.

SIcut enim arca aurata intus & extra erat auro puro; ſic etiam Chriſti corpus purum ſplendidumque fuit, intrinſecus quidem Verbo ornatum, extrinſecus vero ſpiritu munitum, ut ex utroque naturarum ſplendor manifeſtus eſſet.

Ὥσπερ γὰρ ἡ κιβωτὸς κεχρυσωμένη ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν χρυσίῳ καθαρῷ, οὕτως καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καθαρὸν ἦν, διαυγὲς, ἔσωθεν μὲν τῷ Λόγῳ κοσμούμενον, ἔξωθεν δὲ τὸ πνεύματι φρουρούμενον, ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ τοῦ φανὲς τῶν Φύσεων ἀναδειχθῇ.

1. *S. Juſtini Philoſophi & Martyris, ex libro tertio de Trinitate, cap.* 3.

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου Φιλοσόφου καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου, τοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, κεφάλ. γ'.

Ejus porro uterum, ceu divinum ſemen ſubiens, templum ſibi ipſe perfectum effingit, accepta quadam ex illius natura particula, quam in templi formam condendo, ſubſtantiam eſſe ſuam fecit, hocque per ſummam unionem indutus, Dei Filius utroque modo proceſſit.

Καὶ (α) ταύτῃ τῇ νηδὺν εἰσδὺς οἱονεὶ θείῳ ἀπόρῳ, πλάττῃ ναὸν ἑαυτῷ τέλειον, ἀνθρώπου μέρους τι λαβὼν τῆς ἐκείνης Φύσεως, καὶ εἰς τὸν τοῦ ναοῦ διάπλασιν ὑσιώσας· ἐνδύς τε τοῦτον κατ' ἄκραν ἕνωσιν, υἱὸς Θεοῦ ἄμφω πεφήνθεν. (β)

Ejuſdem, ex eadem lucubratione, cap. 17.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ συγγράμματος, κεφάλ. ιζ.

Quemadmodum unus quidem homo eſt, in ſe vero naturas duas diverſas habet, atque aliâ quidem ratiocinatur, aliâ vero quod ratione concepit exſequitur; animâ ſcilicet

Ὥσπερ εἷς μὲν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἔχει δὲ Φύσεις διαφορὰς δύο, καὶ κατ' ἄλλο μὲν λογίζεται, κατ' ἄλλο δὲ τὸ λογισθὲν ἐνεργεῖ. ψυχῇ μὲν γὰρ νοερᾷ λογισᾶ-

(1) Habentur hæc in Expoſitione Fidei, quæ edita eſt inter opera Juſtini, vocaturque a Leontio & aliis *Liber tertius de Trinitate.* Nam duos alios libros ſubſequebatur, in quibus Auctor contra Judæos & Græcos diſputabat. Sic enim initio tertii hujus operis loquitur. Ἱκανῶς τὸν κατὰ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων λέξαντες ἔλεγχον, ἀκολούθως αὖθις τὸν ὑγιῆ τῆς πίστεως ἐκτιθέμεθα λόγον. *Poſtquam ſatis ſuperque Judæorum Græcorumque errores arguimus, ex conſequenti rurſum rectam fidei doctrinam exponemus. Oportebat enim ut, oſtenſa priùs veritate, eos qui ad illam accederent, quomodo de ea ſentiendum ſit, reſcirent.* Inter opera S. Maximi varia librorum priorum fragmenta edita ſunt, quorum inſcriptione addiſcimus, duos ſcriptos fuiſſe propter Sophiſtam quendam, *Euphareſium* nomine. Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ τίλου μάρτυρος, ἐκ τοῦ πρὸς Εὐφράσιον σοφιστὴν, περὶ προνοίας καὶ πίστεως λόγου, ἧς ἡ ἀρχή. Ἀχραντος ὁ λόγος. *Juſtini Philoſophi & tandem Martyris, ex libro ad Euphraſium Sophiſtam, de Providentia & fide, cujus principium eſt: Immaculatus ſermo.* Tertia porrò pars operis tertiuſve liber, ſeu Expoſitio fidei inſcribitur, *de Trinitate*, quia primùm de hoc myſterio diſputat, deinde verò de Incarnatione, cujus rectam fidem explicat, ac tandem hæreticorum cavillos diluit. Quod vero fragmentum quod hic affert Damaſcenus, ſumtum dicitur ex cap. 3. & aliud quod proximè ſequitur, ex cap. 17. non ſine Libriariorum vitio ſcriptum fuit; quandoquidem paucis lineis diſtant, & primum habetur initio ſecundæ partis hujus Expoſitionis. In Actis concilii Lateranenſis ſub Martino apud Leontium Byzantinum l. 1. contra Neſtor. & Eutych. citantur fragmenta libri *contra Paganos*, ſive Græcos, κατὰ Ἑλλήνων. In priore loco ſic legitur: Εἷς γὰρ ἀληθῶς ὁ Κύριος, Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος καὶ τὰ μὲν παραδόξα, κατὰ τὴν Φύσιν ἐνεργεῖ τὴν κρείττονα, τὰ δὲ ταπεινὰ κατὰ τὴν ἐλάττονα Φύσιν ὑπέμεινεν. *Eſt enim verè Dominus, Deus ſimul & homo: & glorioſa quidem ſecundum præcipuam naturam operabatur, humilia verò ſecundum inferiorem naturaliter ſuſtinebat.* Eadem porrò iiſdem ferè verbis reperiuntur in Expoſitione fidei, quæ ut alia complura auctorem indicant hæreſis Eutychianæ exortu recentiorem, referuntque decantatiſſimum hoc Leonis M. dictum in epiſtolâ ad Flavianum. *Agit enim utraque forma, cum alterius communione quod proprium eſt, Verbo ſcilicet operante quod Verbi eſt, & carne exſequente quod carnis eſt. Unum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit injuriis.* In Lateranenſi Synodo totum hoc opus citatur tanquam Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου, ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος. *S. Juſtini Philoſophi, Epiſcopi & martyris.* Quod firmare poſſet conjectationem eorum, qui expoſitionem fidei attribuerunt Juſtino Epiſcopo *Siciliæ*, ſive ut emendare volunt *Ciliciæ*, cujus exſtat epiſtola ad Petrum Fullonem. Sed de rebus abſtruſis adeo præſtat a judicio ferendo abſtinere. Vellem certiſſimè conſtaret & genuinas eſſe epiſtolas quæ circumferuntur, Felicis Papæ, Quintiani, Juſtini, & aliorum ad Petrum Fullonem.

(α) Edit. ταύτης. (β) Edit. & Leont. addunt, τὰς Φύσεις.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

λογισάμενος, εἰ τύχοι τὴν πλοΐαν σύμπηξιν, χερσὶ τὸ νοηθὲν εἰς πέρας ἄγει. ἕτως ὁ υἱὸς εἷς ὢν, καὶ δύο φύσεις, κατ' ἄλλο μὲν τὰς θεοσημείας εἰργάζετο, κατ' ἄλλο δὲ τὰ ταπεινὰ παρεδέχετο.

intelligente cogitans, navigii puta compagem, remque conceptam ad finem perducit; ita Filius, unus cum sit, duæque naturæ, alterâ quidem divina miracula edebat, alterâ verò humilia admittebat.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ κατὰ αἱρέσεων.

Sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, ex sermone contra hæreses.

Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. δύο ἔχεις μορφάς· κράτησον ταύτας· μηδετέραν ἀποβάλῃς. ὅτε γὰρ ἄνθρωπος ὢν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ἠφάνισε τὴν θείαν μορφήν· ὅτε Θεὸς ὢν, παρῃτήσατο τὴν ἀνθρωπίνην μορφήν. ἐπεὶ οὖν δύο ἔχομεν μορφὰς, τὴν δεσποτικὴν φημὶ καὶ τὴν δουλικήν· τὴν μὲν φύσει Θεοῦ, τὴν δὲ φύσει ἀνθρωπείαν· τὴν μὲν πρὸ αἰώνων, τὴν δὲ ἐξ ὑστέρων καιρῶν· τὴν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὴν δὲ ἐκ τῆς παρθένου· τὴν μὲν ἐκ μόνου, τὴν δὲ ἐκ μόνης· ἐπειδὴ δύο ταῦτα ὑφέστηκε πράγματα, δύο ἐν ἑνί· ὅτε γὰρ διαιροῦμεν τὸν Θεὸν Λόγον ἀπὸ τοῦ σώματος, οὔτε δύο οἴδαμεν υἱοὺς, καὶ Χριστούς· ἀλλὰ τὸν πρὸ αἰώνων υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐν ὑστέροις καιροῖς ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς μήτρας τῆς παρθένου γεγονόμενον τέλειον. ὡς γὰρ ὁ γεννήσας πατὴρ, τέλειον ἐγέννησεν υἱὸν, ὕτως καὶ ὁ αὐτὸς καὶ εἷς υἱὸς, καὶ λόγος τοῦ πατρὸς, τὸν τελείως ἀπολλυμένον ἄνθρωπον σῶσαι βουλόμενος, τέλειος ἐγένετο ἄνθρωπος, ἵνα μὴ τὸ ἔξωθεν σώσας, τὸ ἔσωθεν προδεδομένον ἐάσῃ· οὐδὲ γὰρ σῶμα ἀναλαβὼν, εἴασε τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν καὶ νοῦν ἀνέλαβεν.

Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Duas habes formas: eas retine, neutram adulteres. Neque enim homo cum esset Dei filius & Deus, formam Dei destruxit, neque Deus cum esset, humanam formam recusavit. Quandoquidem igitur duas habemus formas, Domini scilicet & servi, aliam ante secula, aliam postremis temporibus; aliam ex Patre, aliam ex virgine; aliam ex solo, aliam ex sola; atque duæ res istæ substant, duæ in uno. Non enim divinum Verbum a corpore dirimimus, neque duos filios, Christosque novimus: sed Filium Dei qui ante secula fuit, in ultimis temporibus hominem, ex ipsa Virginis vulva perfectum editum. Quemadmodum enim qui ipsum genuit Pater, perfectum genuit Filium, ita & ipse unus Filius & Verbum Patris, hominem qui in totum perierat, facere salvum cupiens, perfectus homo exstitit, ne exteriorem salvando, interiorem qui perditus erat, negligeret. Neque enim assumto corpore animam omisit, sed animam quoque & mentem assumsit.

Τοῦ ἁγίου Μεθοδίου ἐπισκόπου Πατάρων καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ Λόγου εἰς τὴν ὑπαπάντην.

Sancti Methodii Episcopi Patarorum & Martyris, ex sermone in Occursum, seu Purificationem

Τὸν ἐν ὁρατῷ ἀόρατον, τὸν ἐν ψηλαφήσει ἀπερίληπτον, τὸν ἐν σμικρότητι ὑπερμεγέθη, τὸν ἐν ναῷ καὶ ἐν ὑψίστοις, τὸν ἐπὶ θρόνου παρθενικοῦ, καὶ ἐπὶ ὀχήματος Χερουβικοῦ, τὸν κάτω καὶ ἄνω ἀδιαστάτως, τὸν ἐν μορφῇ δούλου καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ Πατρὸς, τὸν ὑπήκοον καὶ βασιλέα τῶν ἁπάντων.

Eum qui dum aspicitur, aspectabilis non est, qui dum prehenditur, incomprehensus, qui in parvitate supraquàm magnus est, qui in templo & in altissimis adest, qui throno virginali simul & currui Cherubico insidet, qui infirmus est, & supremus absque intercapedine ulla, qui in formâ servi, inque Dei Patris forma, subjectus, & universorum Rex, &c.

Ὅτι ταυτόν ἐστι οὐσία καὶ μορφή.

(1) Τοῦ ἁγίου ἐπισκόπου Βασιλείου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐκ τοῦ κατ' Εὐνομίου α'.

Sancti Basilii Episcopi Cæsareæ Cappadociæ, ex libro contra Eunomium.

Quod essentia & forma idem sint.

Ἐγὼ γὰρ καὶ τὸ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, ἴσον δύνασθαι τῷ ἐν οὐσίᾳ Θεοῦ φημί. ὡς γὰρ τὸ μορφὴν ἀνειληφέναι δούλου, ἐν τῇ οὐσίᾳ τῆς ἀνθρωπότητος τὸν κύριον γεγενῆσθαι σημαίνει, οὕτω τὸ λέγειν, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, τῆς θείας οὐσίας παρίστησι τὴν ἰδιότητα.

Ego etenim in forma Dei esse tantumdem valere dico, quantùm esse in Dei essentia. Sicut enim accepisse servi formam, significat fuisse Dominum in essentia humanitatis; sic dicere esse in forma Dei, id quod est divinæ essentiæ proprium exprimit.

Ejusdem,

(1) Turr. habet: *quod idem sit substantia & forma, ex Basilio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ ex libro contra Eunomium.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

Ejuſdem, (1) *ex diſputatione contra Aëtium Arianum.*

Non enim poteris unquam tu aut quivis alius, evincere, aut demonſtrare verum eſſe, ſanctos Patres, quos diximus, & magiſtros noſtros, aut nos aut quemquam eximiorum Patrum & Doctorum ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ, aut pronuntiaſſe, aut ſcriptis prodidiſſe, aut etiam, ſine ſcriptis, id quod tu ais, in Chriſto Deo noſtro unam naturam compoſitam, uniuſve ſpeciei, vel unam voluntatem, & unam operationem; aut quidpiam ex vetitis dogmatis, & à ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia rejectis. Si enim quæ deſtruximus, hæc rurſum, ut Apoſtolus ait, ædificamus, tranſgreſſores nos ipſi conſtituimus. Contrà potius duplicem per omnia eſſe Dominum Jeſum Chriſtum in una hypoſtaſi prædicavimus, inque una perſona ſine ulla qualicunque diviſione vel confuſione. Dicere unam naturam, & voluntatem & operationem in eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto, & non duas, doctrina ſententiaque eſt hominum perverſæ opinionis & blaſphemorum, eorumque qui tecum ſentiunt.

Τῦ αὐτῦ, ἐκ τῆς διαλέξεως τῆς πρὸς Ἀέτιον τὸν Ἀρειανόν.

Οὐ γὰρ δυνήσῃ ποτὲ σὺ, ἢ ἄλλος τις, διελέγξαι ἢ ἀποδεῖξαι, τοὺς προειρημένους ἁγίους πατέρας ἡμῶν καὶ διδασκάλους, ἢ ἡμᾶς, ἤ τινα τῶν ἐκκρίτων πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἢ εἰπόντας, ἢ διδάξαντας ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως, ὡς σὺ λέγεις ἐπὶ Χριστοῦ τῦ Θεῦ ἡμῶν μίαν φύσιν σύνθετον, ἢ μονοειδῆ, ἢ ἓν θέλημα, καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἤ τι τῶν ἀπηγορευμένων δογμάτων, καὶ ἀποβεβλημένων ἐκ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. εἰ γὰρ κατελύσαμεν, ταῦτα πάλιν οἰκοδομοῦμεν, καὶ τὸν θεῖον ἀπόστολον, παραβάτας ἑαυτοὺς συνιστάνομεν. Ἐναντίον ἢ μᾶλλον, διπλῆν ἐκηρύξαμεν ὑπάρξειν καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἑνὶ προσώπῳ, χωρὶς οἱασδηποτοῦν διαιρέσεως ἢ συγχύσεως. τὸ γὰρ λέγειν μίαν φύσιν, καὶ θέλησιν, καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ τῦ αὐτῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐ δύο, τουτέστι κακοδόξων καὶ βλασφήμων καὶ ὁμοφρόνων σοῦ ἀνδρῶν ὑπάρχει δίδαγμά τε καὶ φρόνημα.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Et paulo poſt. (2) Quis infernus ructando hoc dictum protulit, corpus ex Maria conſubſtantiale eſſe divinitati Verbi?

S. Athanaſii, ex epiſtola ad Epictetum.

Si Verbum ejuſdem ſubſtantiæ eſt ac corpus quod de terra naturam habet: eſt vero ſecundum Patrum confeſſionem, Verbum Patri conſubſtantiale: erit igitur Pater conſubſtantialis corpori, quod e terra editum eſt. Cur itaque accuſant Arianos, qui Filium eſſe creaturam dicant, quando ipſi Patrem creaturis conſubſtantialem aiunt?

Τῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τῆς πρὸς Ἐπίκτητον ἐπιστολῆς.

Εἰ ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῷ σώματι ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν· ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῷ πατρὶ, καὶ τοιοῦτον τὸν πατέρων ὁμολογίαν, ὁμοούσιος καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ σώματι τῷ ἐκ γῆς γενομένῳ. καὶ τί ἔτι μέμφονται τοῖς Ἀρειανοῖς λέγουσι τὸν υἱὸν κτίσμα, λέγοντες αὐτοὶ καὶ πατέρα ὁμοούσιον;

S. Gregorii Theologi, ex ſecunda ad Cledonium epiſtola.

Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quoniam anima & corpus: filii vero non duo, neque dii. Neque enim hic duo homines; etſi Paulus, hominem qui foris eſt, & hominem qui intus eſt, appellarit.

Καὶ μετὰ βραχέα. Ποῖος ᾅδης ἐξηρεύξατο ὁμοούσιον εἰπεῖν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα τῇ τῦ Λόγου θεότητι;

Τῦ ἁγίου Γρηγορίου τῦ Θεολόγου, ἐκ τῆς πρὸς Κληδόνιον ἐπιστολῆς δευτέρας.

Φύσεις μὲν γὰρ δύο Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα· υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί. οὐ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ ἔτως ὁ Παῦλος τὸν ἐκτὸς τῦ ἀνθρώπου καὶ τὸν ἐντὸς προσηγόρευσεν.

Ejuſdem, ex Apologetico.

Hoc nobis lex vult pædagogus: hoc Prophetæ Chriſto & legi interjecti: hoc Chriſtus legis ſpiritualis perfectio & finis: hoc exinanita Deitas: hoc aſſumta caro: hoc nova miſtio, Deus & homo, unum ex ambobus, & utraque per unum.

Τῦ αὐτῦ, ἐκ τοῦ ἀπολογητικοῦ.

Τοῦτο ἡμῖν ὁ παιδαγωγὸς βούλεται νόμος· τοῦτο οἱ μέσοι Χριστοῦ καὶ νόμου προφῆται· τοῦτο τῦ πνευματικοῦ νόμου τελειότης καὶ τὸ τέλος Χριστός· τοῦτο ἡ κενωθεῖσα θεότης, τοῦτο ἡ προσληφθεῖσα σάρξ· τοῦτο ἡ καινὴ μίξις, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐν ἐξ ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφότερα.

Ejuſdem, ex ſermone ſecundo de Filio.

Signum verò hoc eſt: quando naturæ cogitatione diſcrepant, ſimul nomina dividuntur. Audi Paulum dicentem, *Ut Deus &*

Τῦ αὐτῦ, ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ, δευτέρου λόγου.

Σημεῖον δὲ, ἡνίκα αἱ φύσεις διίστανται τῇ ἐπινοίᾳ, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα· Παῦλου λέγοντος ἄκουσον· ἵνα ὁ Θεὸς

(1) Hoc opus Baſilio M. imo & Severo hæreſiarcha Antiocheno recentius eſt, nec editum hactenus fuit.
(2) Hæc aliaque Ambroſius imitatus eſt, citandus infra.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

ὁ Θεὸς καὶ ὁ Πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης· Χριστοῦ μὲν Θεὸς, τῆς δὲ δόξης Πατήρ· εἰ γὰρ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ.

Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater gloriæ: Chriſti quidem Deus, gloriæ verò Pater. Si enim utrumque unum; at non naturâ, ſed coïtione.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Τοῦ αὐτοῦ, ἀναπλήρωσις τοῦ περὶ μικροῦ χρήσεως ἐκ τοῦ πρὸς Κληδόνιον β. ἐπιστολῆς.

Ejuſdem, reliqua pars auctoritatis paulo antè citatæ ex epiſtola ad Cledonium.

Εἰ δὲ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ σωτήρ. εἰπερ μὴ ταὐτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑποχρόνῳ· οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος. μὴ γένοιτο· τὰ γὰρ ἀμφότερα ἐν τῇ συγκράσει, θεὸς μὲν ἀνθρωπήσαντος, ἄνθρωπος δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε. λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἔμπαλιν, ἢ ἐπὶ τοῦ Τριάδος ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν, οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο· ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταὐτὸν τῇ θεότητι.

Σχόλιον. Εἰ οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο, διὰ τὸ μίαν εἶναι τὴν φύσιν, τὸ ἄλλο ἄρα καὶ ἄλλο οὐ μία φύσις. καὶ εἰ ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τοῦ τριάδος ἐκεῖ δὲ τρεῖς ὑποστάσεις, διὰ τὸ, ἄλλος καὶ ἄλλος, μία δὲ φύσις διὰ τὸ μὴ ἄλλο καὶ ἄλλο· ἐνταῦθα δύο μὲν φύσεις διὰ τὸ, ἄλλο καὶ ἄλλο, μία δὲ ὑπόστασις διὰ τὸ, οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος.

Si vero ſummà dicendum eſt, aliud quidem & aliud, ea ex quibus eſt Salvator, quippe cùm idem non ſint, id quod aſpectabile eſt, & illud quod ſpectari nequit: eſſe extra tempus, & ſubeſſe tempori: at non alius & alius; abſit. Ambo ſiquidem unum temperatione, Deo homine facto, & homine facto Deo, vel quomodocunque nominare ipſum lubuerit. Dico autem aliud & aliud, contrà atque in ſancta Trinitate ſe habet, Illic enim alius & alius dicitur, ne confundamus hypoſtaſes: non item aliud & aliud. Unum enim tria ſunt, idemque Deitate.

Scholium: Si non eſt aliud & aliud, quia eſt una natura, aliud igitur & aliud non ſunt una natura. Et ſi rurſum, contrà ac in ſancta Trinitate, illic autem tres hypoſtaſes ſunt, quia alius & alius; una vero natura, quia non eſt aliud & aliud; hic igitur duæ quidem naturæ, quia aliud & aliud, una autem hypoſtaſis, quia non eſt alius & alius.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ δευτέρου λόγου.

Ejuſdem, ex ſermone ſecundo de Filio.

Τοῦτό ἐστιν ὃ ποιεῖ αἱρετικοῖς τὸ πλάνῳ, ἡ ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐπαλλαττομένων τῶν ὀνομάτων, διὰ τὴν σύγκρασιν. Σημεῖον δὲ ὡς ἡνίκα αἱ φύσεις διίστανται τῇ ἐπινοίᾳ, συνδιαιρεῖται τὰ ὀνόματα. Παύλου λέγοντος ἄκουσον· ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης· Χριστοῦ μὲν Θεὸς, τῆς δὲ δόξης πατήρ. εἰ γὰρ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. τούτων τί ἂν γένοιτο γνωριμώτερον;

Σχόλιον. Τὰ μὲν φύσει ἕν, πάντως δύο. εἰ δὲ ἡ σύνοδος καθ' ὑπόστασιν, ἄρα ἡ θεότης τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ, δύο μὲν τῇ φύσει, ἓν δὲ τῇ ὑποστάσει.

Atqui hoc eſt quod hæreticos in errorem adducit, conjunctio nuncupationum. commutatis propter contemperationem nominibus. Certum vero ſignum eſt, quando naturæ cogitatione ſecernuntur, ſimul nomina dividi. Audi Paulum dicentem, *Ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater gloriæ:* Chriſti quidem Deus, gloriæ verò Pater. Etſi enim utrumque unum eſt, non tamen naturâ, ſed coïtione. Quo quid eſſe notius poſſit? *Eph.* 1. *v.* 17.

Scholium. Quæ naturâ non ſunt unum, omnino duo ſunt. Sin vero coïtio ſecundum hypoſtaſim eſt; ergo Deitas Chriſti ejuſque humanitas, naturâ quidem duo ſunt, unum autem hypoſtaſi.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῶν ἐπῶν.

Ejuſdem ex verſibus.

Ἦλθε Θεὸς θνητός τε, φύσις δύο εἰς ἓν ἀγείρας,
Τὴν μὲν κεκρυμμένην, τὴν δ' ἀμφαδίην μερόπεσσιν.

Venit Deus ac mortalis, naturas ambas in unum copulans.
Aliam quidem occultam, patentem aliam hominibus.

Carm. de teſt. & adv. Chriſt.

Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου Μεδιολάνων, ἐκ τοῦ περὶ ἀνθρωπήσεως, ἤτοι κατὰ Ἀπολιναρίου λόγου.

S. Ambroſii Mediolanenſis, ex libro de incarnatione, ſeu contra Apollinarium.

Ἀλλ' ἐν ὅσῳ τούτοις ἐλέγχομεν, ἀνεφύησαν ἕτεροι, λέγοντες τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ τὴν θεότητα μιᾶς εἶναι φύσεως. ποῖος ἄδης τοσαύτην βλασφημίαν ἠρύξατο; Ἀρειανοὶ γὰρ ἤδη τυγχάνουσι φορητότεροι· οἷς ἐκ τούτων αὔξεται τὸ φιλονεικίας, καὶ ἀπιστίας τὸ σκέλεχος, φιλονικώτερον διὰ

Sed, dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini & divinitatem dicant unius eſſe naturæ. Quæ tantum ſacrilegium inferna vomuerunt? Jam tolerabiliores ſunt Ariani, quorum per iſtos [rixarum &] perfidiæ robur adoleſcit, ut majore contentione aſſerant Patrem & Filium

Sæc. VIII. Anno 730.

lium & Spiritum ſanctum unius non eſſe ſubſtantiæ ; quia iſti divinitatem Domini & carnem ſubſtantiæ unius dicere tentaverunt.

βεβαιούμενον λέγειν τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μιᾶς οὐσίας μὴ εἶναι. ἐπειδὴ ἕτο τὴν θεότητα τῆς κυρίας καὶ τὴν σάρκα, μιᾶς (α) φασὶν ὑπάρχειν οὐσίας.

Ejuſdem, ex libro ad Gratianum Imperatorem, Quam auctoritatem Cyrillus protulit in Epheſina ſynodo.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ πρὸς Γρατιανὸν τὸν Βασιλέα. Ταύτῃ δὲ χρῆσιν προήγαγεν ὁ Κύριλλος ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον συνόδῳ.

Servemus diſtinctionem divinitatis & carnis. Unus in utraque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura eſt.

φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκός, εἷς γὰρ ἐν ἑκατέρᾳ (β) τελεῖ ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός. ἐπειδήπερ ἐν αὐτῷ ἑκατέρα φύσις ἐστίν.

Ejuſdem, ex interpretatione divini ſymboli.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ θείου συμβόλου.

Eos vero qui nudum hominem Chriſtum dicunt, aut paſſibile Verbum Dei, aut mutatum in carnem, aut conſubſtantiatum cum Verbo corpus habuiſſe, aut illud e cœlo traxiſſe, aut phantaſma eſſe, aut Deum Verbum eſſe mortalem, aut opus illi fuiſſe ut ſuſcitaretur a Patre, aut corpus animæ expers, vel hominem abſque mente accepiſſe, aut duas Chriſti naturas permiſtione confuſas, unam factas eſſe naturam ; non vero etiam confitentur Dominum Jeſum Chriſtum ſubſtantias duas eſſe citra confuſionem ; unam autem perſonam, quatenus Chriſtus unus eſt, unus Filius, his anathema dicit Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

Τοὺς δὲ λέγοντας ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, ἢ παθητὸν τὸν Θεὸν Λόγον, ἢ εἰς σάρκα τραπέντα, ἢ συγκατασιωμένον ἐγχηκέναι τὸ σῶμα, ἢ ἀρχηνόθεν αὐτὸ κεκομικέναι, ἢ φάντασμα εἶναι, ἢ θνητὸν λέγοντες, τὸν Θεὸν Λόγον, ἢ δεδεῆθαι τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀναστάσεως, ἢ ἄψυχον σῶμα, ἢ ἄνουν ἄνθρωπον ἀνειληφέναι, ἢ τὰς δύο οὐσίας τοῦ Χριστοῦ κατ' ἀνάκρασιν συγχυθείσας μίαν γεγενῆσθαι οὐσίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντες τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δύο εἶναι οὐσίας ἀσυγχύτους, ἐν ᾧ πρόσωπον, καθ' ὃ εἷς Χριστὸς, εἷς υἱὸς, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

S. Amphilochii Epiſcopi Iconii, ex epiſtola ad Seleucum.

Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τῆς πρὸς Σέλευκον ἐπιστολῆς.

Sic Chriſtum Deum & hominem confiteor, Dei Filium, Filium unum, duarum naturarum, paſſibilis ſcilicet & impaſſibilis, mortalis & immortalis.

Οὕτω θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ὁμολογῶ, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἕνα υἱὸν, δύο φύσεων, παθητῆς τε καὶ ἀπαθοῦς, θνητῆς τε καὶ ἀθανάτου.

Et paucis interjectis : Unum Filium, duarum inquam naturarum, ſine confuſione, converſione, ſeparatione. Patitur itaque Chriſtus, Dei Filius, non deitate, ſed humanitate.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἕνα υἱὸν, δύο φύσεων φημὶ, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως. πάσχει τοίνυν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὐ θεότητι, ἀλλ' ἀνθρωπότητι.

Ejuſdem ex eadem epiſtola.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Natura aſſumta patitur : quæ verò aſſumſit, hæc impaſſibilis perſtat. Humanas proprii templi ſui paſſiones Deus Verbum eſſe ſuas facit ; crucem dico, mortemque, & alia, quæcunque circa ipſum propter diſpenſationem ſpectantur. Hæc ſibi vindicat, nihil ipſe patiens : quia in perſonam unam naturæ duæ conveniunt.

Ἡ ληφθεῖσα πάσχει φύσις, ἡ δὲ λαβοῦσα ἀπαθὴς μένει. οἰκειοῦται δὲ ὁ Θεὸς Λόγος, τὰ τοῦ ἰδίου ναοῦ ἀνθρώπινα πάθη· σταυρόν φημι, καὶ θάνατον, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα περὶ αὐτὸν οἰκονομικῶς θεωρεῖται· αὐτὸς πάσχων οὐδέν. ἐπειδὴ εἰς ἓν πρόσωπον συντελοῦσιν αἱ δύο φύσεις.

Sancti Gregorii Nyſſeni, ex epiſtola ad Philippum Monachum.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης, ἐκ τῆς πρὸς Φίλιππον μονάζοντα ἐπιστολῆς.

Epiſtola hæc edita hactenus non fuit.

Quæ ſunt ejuſdem ſubſtantiæ, hoc habent, ut ſint idem : contrà autem, quæ diverſæ.

Τὰ μὲν ὁμοούσια ταυτότητα κέκτηται, τὰ δὲ ἑτεροούσια τὸ ἀνάπαλιν. κἂν

(α) Alioqui legendum eſſet, λέγειν πεπείρανται, aut ſimile quidpiam.

(β) Leg. λαλεῖ, ut Leontius poſt Cyrillum : *Ambros. Loquitur*. Fragmentum iſtud non occurrit in tractatu in *Symbolum Apoſtolorum*, qui inter Ambroſii opera editus fuit : acceptum verò eſt tam a Damaſceno, quam a Leontio Byzantino ex dialogo 2. Theodoreti, cum Eraniſta.

Quæ hic citantur S. Ambroſii opera, miſſa fuerunt a Martiano Mediolanenſi ad Theodoſium Juniorem, quo tempore Neſtorius hæreſim ſuam edidit, tuncque adeo tranſlata fuere in Græcam linguam. Quo factum eſt, ut varia paſſim horum excerpta citata ſint a Græcis ſcriptoribus.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

καὶν γὰρ ἀῤῥήτῳ ἑνώσῃ τὰ ἀμφότερα ἓν, ἀλλ' ὡ τῇ φύσῃ, ᾗ τὸ ἀσύγχυτον. ὁ τοίνυν Χριστὸς δύο ὑπάρχων φύσις, ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀληθῶς γνωριζόμενος, μοναδικὸν ἔχῃ τῆς υἱότητος τὸ πρόσωπον.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς κατὰ Ἀπολιναρίου.

Εἰ οὖν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἰδιώμασιν ἡ ἑτέρα τούτων θεωρεῖται φύσις, τῆς σαρκὸς λέγω καὶ τῆς θεότητος, πῶς μία αἱ δύο φύσις εἰσίν;

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πρὸς Φωνητικοῦ τοῦ πρὸς Ἀλεξανδρεῖς.

Ἐγὼ τὸ συγκεκραμένον οὐ καταδέχομαι· ἀλλότριον γάρ ἐστι τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ὀρθῆς παραδόσεως. ἡ γὰρ σύγκρασις ἀφανισμὸν τῶν φύσεων ἐργάζεται. ἡ δὲ ἄῤῥητος ἕνωσις πρὸς τῶν ὀρθῶς φρονούντων ὁμολογουμένη, ἀμφοτέρας σώζει ἀσυγχύτως τὰς φύσις, καὶ ἕνα ἀποτελεῖ ἐξ ἀμφοῖν τὸν ὀφθέντα Χριστὸν, Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον γενόμενον τὸν αὐτὸν, καὶ οὐ δύο Χριστούς. ἕνα δὴ μᾶλλον ἑνωθέντα καὶ οὐ κεκραμένον. εἰ γὰρ κέκρανται αἱ δύο φύσις εἰς μίξιν μίαν, ἑτεροούσιοι τυγχάνουσαι, οὐδ' ὁ ποτέρα σώζεται, ἀλλ' ἀμφότεραι συγχυθεῖσαι ἠφανίσθησαν.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Καὶ λύεται μὲν ὁ ναὸς ἐν τῷ καιρῷ τῆς τριημέρου ταφῆς, βουλομένῳ αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἀνέστησεν αὐτὸν, καὶ ἡνώθη αὐτῷ ἀῤῥήτῳ καὶ ἀφράστῳ λόγῳ· οὐ κεκραμένος ἐν αὐτῷ, ἢ ἀποσεσαρκωμένος, ἀλλ' ἀποσώζων ἐν ἑαυτῷ τῶν ἑτεροουσίων ἀσυγχύτους τὰς ἰδιότητας. οὐ γὰρ δήπου συνεκράθησαν αἱ φύσις ἐν τῇ ἀῤῥήτῳ καὶ ἀσυγχύτῳ ἑνώσει, ἀλλ' ἡνώθησαν ἀῤῥήτῳ καὶ ἀφράστῳ λόγῳ, καὶ ὑπερέκεινα παντὸς νοῦ τυγχάνουσι, καὶ τὸν τρισμακάριον καὶ ἀληθῶς οἰκουμενικὸν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως διδάσκαλον, καὶ ἀρχιεπίσκοπον ἡμῶν Ἀθανάσιον, τὸν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ διαγράψαντα μεταξὺ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, εἰπόντα. δύο πραγμάτων ἀνομοίων καὶ ἀνίσων καὶ τὴν φύσιν σύνοδος γέγονεν, οὐ σύγκρασις, θεοῦ ἀφράστου καὶ θνητοῦ σώματος, οὐ κατ' ἀφανισμὸν ἢ ἀποσάρκωσιν, ἀλλὰ καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ ἀνεκδιήγητον. δύο φύσεων τῶν ἑτεροουσίων, τῶν ἐν ἑνὶ Χριστῷ, υἱῷ δὲ τοῦ Θεοῦ σωζομένων, καὶ μήτε συγχεομένων, μήτε ἀπολλυμένων, ἢ διαιρεθεισῶν.

Σχόλιον. Ὁρᾶτε, ὡς οἱ ἅγιοι πατέρες ἐξ ἴσης τὴν σύγχυσιν καὶ τὴν διαίρεσιν φεύγοντες, σώζεσθαι τὰς δύο φύσις φασὶν ἐν ἑνὶ Χριστῷ, ἤτοι μιᾷ ὑποστάσει.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου.

Οὐδέποτε γὰρ ἀπέστη τῆς ἰδίας θεό-

Etsi enim ambo unione quæ exprimi non possit, unum sunt, non tamen naturâ, quia non confusæ. Christus itaque cùm duæ naturâ sit, in quibus vere cognoscatur, & singularem filiationis personam habet. SÆC. VIII. ANNO 730.

Ejusdem, ex libro contra Apollinarium.

Si ergo in contrariis proprietatibus, alterutrius horum natura cernitur, carnis nempe & deitatis; quomodo naturæ duæ una sunt? §. 40

S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini, ex alloquutione ad Alexandrinos.

Ego *contemperatum* non probo, quod alienum sit ab Apostolica fide, & recta Christi traditione. Contemperatio enim naturarum interitum parit: unio vero inenarrabilis, quam sancti Patres confitentur, naturas ambas citra confusionem servat, unumque Christum, qui apparuit, ex ambabus constituit, Deum simul & hominem, & non duos Christos; sed unum potiùs, unitione, non temperatione. Nam si contemperatæ duæ naturæ essent in mistionem unam, cùm diversæ sint substantiæ, neutra salva foret, sed per confusionem ambæ deletæ essent.

Et post pauca: Ac quidem templum solvitur triduanæ sepulturæ tempore, ipsomet ita volente: rursumque illud excitavit. Unitus illi est modo qui nec dici, nec exprimi possit, non in eo temperatus, aut exuta carne; sed illæsas in seipso servans ambarum essentiæ diversæ naturarum proprietates. Non enim contemperatæ naturæ sunt in inexplicabili & inconfusa illa unione, sed copulatæ sunt arcanâ ratione quæ efferri sermone non potest; suntque supra intelligentiam omnem, juxta ac pronuntiavit beatissimus vereque œcumenicus orthodoxæ fidei magister, Archiepiscopusque noster Athanasius, qui inter trecentos decem & octo Præsules splenduit in magno Concilio Nicæno. „ Duarum rerum dissimilium & inæqualium „ coïtio secundum naturam facta est, non „ contemperatio" ; Dei, inquam, qui „ verbis exprimi nequit, ac mortalis corporis: non per exstinctionem, aut expoliationem carnis, sed per ineffabilem, inexplicabilemque, & inenarrabilem unionem duarum essentiæ diversæ naturarum, quæ in uno Christo, Dei autem Filio, salvæ sunt, nec confusæ, nec deperditæ, nec divisæ.

Scholium: Videtis, quomodo sancti Patres confusionem divisionemque ex æquo fugientes, salvas esse naturas duas docent in Christo, id est, in una hypostasi.

Ejusdem, ex libro de fide.

Nequaquam enim defecit a sua divinitate,

SÆC. VIII. ANNO 730.

vinitate, tametsi semetipsum exinanivit, formâ servi propter nos assumtâ, non amissâ divinâ, ut, quemadmodum ais, de facili quatenus erat homo, evaderet Deus: absit. Quin potius animatum sibi templum perfectumque in utero Virginis fabricavit, in quod ingressus, eique ineffabili modo unitus, naturis ambabus salvis, non unà contemperatis, prodiit, ita ut homo quidem cerneretur, Deus verò intelligeretur, Jesus Christus.

Ejusdem, ex epistola ad Joannem Antiochenum.

Scimus viros divinarum rerum peritos Evangelicas & Apostolicas de Domino voces; alias quidem communes facere, tanquam in unâ personâ: alias verò dividere, tanquam in duabus naturis; atque alias quidem quæ Deum deceant, pro Christi divinitate; alias vero, quæ humiles sint, pro ejusdem humanitate.

Scholium: Si verè una persona post unitionem est in Christo, verè prorsus duæ quoque naturæ sunt.

Ejusdem, ex epistola ad Acacium Melitenæ Episcopum.

Sed enim fortassis illud dicent adversarii. Ecce jam qui rectæ fidei confessionem edunt, duas quidem naturas apertè nominant: dividi vero contendunt sanctorum Patrum voces secundum naturarum ipsarum discrimen. At quomodo hæc non adversantur adsertioni tuæ? Nequaquam enim possis voces istas personis duabus distribuere. Verum, cum bonâ vestrâ gratiâ dicam, in capitulis scripsimus: „ Si quis duabus personis, seu hypo-
Anath. 4. „ stasibus voces distribuit, & alias qui-
„ dem tanquam homini, seorsum a Ver-
„ bo, quod ex Deo est intellecto accom-
„ modat, alias vero, quippe quæ Deum
„ deceant, soli Verbo, quod ex Deo Patre
„ est, hic damnatus esto. Discrimen autem
„ vocum nullatenus negavimus.

Scholium: Vides, quomodo duas naturas dicere non dubitat, sed recusat confiteri, eas per se & sejunctim existare.

Ejusdem, ex Glaphyra in Leviticum.

Duas siquidem aviculas jubet accipere, mundas & vivas, ut intelligas per vivos alites, cœlestem hominem simul & Deum in naturas duas distinctum, pro consentanea singulis ratione. Verbum quippe erat ex Deo Patre in carne ex Virgine assumta splendescens, sed citra sejunctionem. Unus enim est ex ambobus Christus.

Ejusdem, ex libris de Trinitate.

Lib. 3. ad Herm. Christus velut confinium quoddam est divinitatis & humanitatis, utriusque habens

(a) Deest ἐν in editis.

τητος, εἰ καὶ ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν δι' ἡμᾶς, οὐκ ἀπολέσας τ' θεϊκὴν μορφὴν, ἵνα κατά σε ἑτοίμως θεοποιηθῇ, ὡς ἄνθρωπος μὴ γένοιτο. ἀλλὰ γὰρ ναὸν ἑαυτῷ ἔμψυχον, καὶ τέλειον κατασκευάσας ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθενικῇ μήτρᾳ, καὶ ἐνδυσάμενος αὐτὸν καὶ ἑνωθεὶς αὐτῷ ἀῤῥήτῳ τῷ λόγῳ, σωζομένων ἀμφοτέρων τῶν φύσεων, καὶ ἐκενωμένων, προῆλθε, φαινόμενος μὲν ἄνθρωπος, νοούμενος δὲ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστός.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας ἐπιστολῆς.

Τὰς δὲ διαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Κυρίου φωνὰς ἴσμεν τοὺς θεολόγους ἄνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας, ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων, καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τ' θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Σχόλιον. Εἰ ἀληθῶς ἓν πρόσωπον ἐπὶ Χριστοῦ μετὰ τ' ἕνωσιν, πάντως ἀληθῶς καὶ δύο φύσις.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πρὸς Ἀχάκιον ἐπισκοπον Μελιτηνῆς ἐπιστολῆς.

Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἐκεῖνο φαῖεν ἄν οἱ δι' ἐναντίας· ἰδοὺ δὴ σαφῶς οἱ τῆς ὀρθῆς πίστεως τ' ὁμολογίαν ποιούμενοι, δύο μὲν ὀνομάζουσι φύσις, διαιρεῖσθαι δὲ τὰς τ' θεηγόρων φωνὰς διατείνονται, καί γε τ' διαφορὰν αὐτῶν. εἶτα πῶς οὐκ ἐναντία ταῦτα τοῖς σοῖς; ἐὰν γὰρ αὖ ἔχεις πρόσωπα δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τὰς φωνὰς διανέμειν· ἀλλ', ὦ βέλτιστοι· φαίην ἄν γεγράφαμεν ἐν τοῖς κεφαλαίοις. εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, διανέμοι τὰς φωνὰς, καὶ τὰς μὲν, ὡς ἀνθρώπῳ πρέπει τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον νοουμένῳ προσάπτοι, τὰς δὲ, ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς Λόγῳ, οὗτος ἔγω κατάκριτος. φωνῶν δὲ διαφορὰν κατ' ἀδένα τρόπον ἀνηρήκαμεν.

Σχόλιον. Ὁρᾷς, ὡς καὶ τὸ δύο φύσις λέγειν προῄρηται, ἀλλὰ τὸ, ἰδίᾳ καὶ ἀναμέρως αὐτὰς ὁμολογεῖν.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὸ Λευιτικόν.

Δύο μὲν γὰρ ὀρνίθια ληφθῆναι κελεύει ζῶντα καὶ καθαρὰ, ἵνα νοήσῃς διὰ τ' πετεινῶν τὸν ἐπουράνιον ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ Θεὸν, εἰς δύο μὲν φύσις, ὅσον ἦκεν εἰς τὴν ἑκάστῃ πρέπουσαν λόγον, διαιρούμενον. Λόγος γὰρ ὢν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀναλάμψας ἐν σαρκὶ τῇ ἐκ γυναικὸς, πλὴν ἐμεριζόμενον. εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστός.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ περὶ Τριάδος λόγου.

Μεθόριον ἦν ὥσπερ τι θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, ὁ Χριστὸς τ' (a) ἐν ἀμφοῖν ἔχων

SÆC. VIII. ANNO 730.

χων ὡς ἐν ἑνὶ σύνοδον, καὶ τῶν τῇ φύσει διεσπασμένων τὴν εἰς ταυτότητα συνδρομὴν καθ' ἕνωσιν καὶ ἀναπλοκήν.

tanquam in unum coitionem, & rerum naturâ discrepantium concursum in identitatem per unionem & implicationem.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Τῆς αὐτῆς, ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς.

Ejusdem, ex epistola ad Successum.

Ἐννοοῦντες τοίνυν, ὡς ἔφην, τῆς οἰκονομίας τὸν τρόπον, ὁρῶμεν, ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, ἀτρέπτως τε καὶ ἀμεταβλήτως· ἡ γὰρ σὰρξ, σὰρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε θεοῦ σὰρξ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λόγος θεός ἐστι, καὶ οὐ σὰρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα οἰκονομικῶς. ὅταν δὲ ἐννοῶμεν τοῦτο, οὐδὲν ἀδικοῦμεν τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομήν· τὸ γὰρ δύο φύσεων γεγενῆσθαι λέγοντες, μὴ μύτοι τὴν ἕνωσιν, οὐ διαιροῦμεν τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ εἰς δύο τέμνομεν υἱοὺς τὸν ἕνα καὶ ἀμέριστον, ἀλλ' ἕνα φαμὲν υἱόν, καὶ, ὡς οἱ πατέρες εἰρήκασι, μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. ὅσον μὲν οὖν ἦκεν εἰς ἔννοιαν, καὶ εἰς μόνον τὸ ὁρᾶν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι, τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενής, δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμὲν, ἕνα δὲ υἱόν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον ὁμολογοῦμεν, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον.

Διοικονομήσεως οὖν οὕτω λεγομένης, μηδὲν ἀδικοῦμεν τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομήν. Εἰ γὰρ μίαν εἰπόντες τοῦ Λόγου φύσιν, σεσιγήκαμεν, οὐκ ἐπενεγκόντες τὸ, σεσαρκωμένου, ἀλλ' οἷον ἔξω τιθέντες τὴν οἰκονομίαν, ἴσως ἂν αὐτοῖς τάχα που καὶ ἀπίθανος ὁ λόγος προσποιουμένοις ἐρωτᾶν, εἰ μία φύσις τὸ ὅλον, ποῦ τὸ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι, ἢ πῶς ὑφέστηκεν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐσία· ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐν ἀνθρωπότητι τελειότης, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας ἡ δήλωσις εἰσκεκόμισται διὰ τοῦ εἰπεῖν, σεσαρκωμένην, παυσάσθωσαν καλαμίνην ῥάβδον ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες.

Disposationis itaque, ut dicebam, modum animo reputantes, videmus naturas duas mutuò coivisse indivulsâ unione, nullâ conversione, nullâ mutatione. Nam caro caro est, & non Deitas; etsi caro Dei facta est. Consimiliter etiam Verbum Deus est, & non caro, licet carnem propriam dispensatoria ratione sibi fecerit. Igitur cum hoc consideramus, nihil injuriæ irrogamus concursui illi, qui in unitatem desiit. Dicendo ex naturis duabus eum esse, post unitionem scilicet, naturas ab invicem non dirimimus, nec illum qui unus indivisibilisque est, in duos filios scindimus, sed Filium unum pronunciamus, &, veluti Patres dixerunt, *unam naturam Verbi incarnatam.* Itaque quantùm in mentem cadit, & solo animi obtutu considerando quâ ratione unigenitus factus sit homo, naturas duas esse aimus: unum vero Filium, & Christum, & Dominum confitemur, Verbum Dei factum hominem & incarnatum.

Σχόλιον. Σκοπείτω πᾶς τις μὴ τυφλώττων τὸν νοῦν, τῆς πατρὸς τὴν ἔννοιαν. οὐκ εἶπε γὰρ μὴ μέντοι τὴν ἕνωσιν, οὐχ ὁμολογοῦμεν τὰς φύσεις, ἀλλ', οὐ διαιροῦμεν. δύο γὰρ τὰς φύσεις εἶναι φησὶν, ἕνα δὲ υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον. καὶ εἰπὼν, ἕνα φαμὲν υἱὸν, ἐπήγαγε, καὶ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένου. φύσιν ἐνταῦθα τὴν ὑπόστασιν ὀνομάσας. ἡ γὰρ φύσις, ἤτοι οὐσία, ὁ υἱὸς, ἀλλ' ὑπόστασις. εἰ γὰρ φύσις ὁ υἱὸς, οὐκ ἔστι δὲ ὁ πατὴρ υἱὸς, οὐκοῦν οὐδ' ἂν εἴη ὁ πατὴρ τῆς αὐτῆς φύσεως τῷ υἱῷ· ὅμως καὶ τῆς σαρκὸς ἐνδείκνυται τὴν φύσιν, πρὸς τὸν αὐτὸν Σούκενσον γράφων· ὥστε εἰ καθ' ἡμᾶς οὐσίαν ἐνταῦθα τὴν φύσιν φησὶν, εἰσκομίζει καὶ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν διὰ τοῦ εἰπεῖν, σεσαρκωμένου. γράφει γοῦν οὕτως.

Scholium: Consideret quisquis mente cæcus non est, sensum hujus Patris. Non enim dixit, *post unitionem naturas non confitemur*, sed, *non dirimimus.* Nam duas esse ait, *Filium vero unum, Christumque, & Dominum.* Et postquam dixit, *Filium unum pronuntiamus*, subjungit, *& naturam unam Verbi Incarnatam.* Ubi *naturam* vocat hypostasim. Non enim natura est, aut substantia Filius, sed hypostasis. Nam si esset natura, cum Pater Filius non sit, Pater ejusdem ac Filius naturæ non foret. Attamen naturam carnis indicat, cùm ad eundem Successum scribit. Quamobrem etsi substantiam, essentiamve, hîc naturam perinde ac vos appellat, inducit etiam naturam carnis, cum ait, *Incarnatam.* Ita quippe scribit.

Τῆς αὐτῆς, ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον δευτέρας ἐπιστολῆς.

Ejusdem, ex secunda ad Successum Epistola.

Εἰ μὲν γὰρ μίαν εἰπόντες τοῦ Λόγου φύσιν, σεσιγήκαμεν, οὐκ ἐπενεγκόντες τὸ, σεσαρκωμένου, ἀλλ' οἷον ἔξω τιθέντες τὴν οἰκονομίαν, ἴσως αὐτοῖς τάχα που καὶ ἀπίθανος ὁ λόγος προσποιουμένοις ἐρωτᾶν, εἰ μία φύσις τὸ ὅλον, ποῦ τὸ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι, ἢ πῶς ὑφέστηκεν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐσία· ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐν ἀνθρωπότητι τελειότης, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας ἡ δήλωσις εἰσκεκόμισται διὰ τοῦ εἰπεῖν, σεσαρκωμένην, παυσάσθωσαν καλαμίνην ῥάβδον ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες.

Si enim *unam Verbi naturam* dicendo, conticuissemus, nec subjunxissemus, *incarnatam*, velut excluså incarnationis dispensatione, esset fortassis eorum non ineptus sermo, cùm rogare simulant: si una natura totum est, ubinam illa in humanitate perfectio sit, aut quo pacto natura nostra consistat? quoniam vero *incarnatam* pronuntiando, ipsa quoque perfectio quoad humanitatem, & essentiæ nostræ declaratio allata est, inniti jam desinant baculo arundineo.

Σχόλιον. Παύσασθε τοιγαροῦν, ὦ ἤτοι, καλαμίνην ῥάβδον ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες, τῷ διδασκάλῳ πειθόμενοι. ἰδοὺ γὰρ σαφῶς εἴρηκε διὰ τοῦ, σεσαρκωμένου, εἰπεῖν τὴν ἐν ἀνθρωπότητι τελειό-

Scholium: Desinite itaque & vos baculo niti arundineo, morem gerentes Doctori. Ecce enim luculenter ait, *incarnatam* pronuntiando: significari perfectionem quoad humanitatem, expressamque substantiæ nostræ

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

ſtræ declarationem; imo non unam naturam totum eſſe. Si autem non una; nemini non perſpicuum eſt, duas eſſe.

(1) *S. Joannis Chryſoſtomi, ex ſermone in Lazarum.*

Stannum plumbi & argenti particeps eſt, argenti quidem quoad adſpectum, plumbi verò naturâ. Sic Chriſtus Deus & homo cum ſit, duas in ſeipſo naturas conſervat. Sic & ipſe in ipſis eſt, nec aliud præter ipſas exſiſtit.

Scholium iſtud quod in Turriani tranſlatione reperi, deſideratur in cod. Vat.

Scholium. Neceſſe non eſt ut exemplum omni parte ſimilitudinem referat illius cum quo componitur. Stannum, eſſe quidem argentum videtur, ſed non eſt: Chriſtus autem verè eſt homo.

Ejuſdem, ex epiſtola ad Cæſarium Monachum.

(2) Sic etiam hîc divinâ naturâ in ipſo inſidente, unum Filium, unam perſonam, utrumque conſtituit; qui quidem indiviſâ inconfuſâque ratione agnoſcitur, non in una ſola natura, ſed in duabus perfectis. Si quidem in una, ubi illud, citra confuſionem? ubi extra diviſionem? ubi unio dici queat? Unam enim ſibi ipſi uniri, vel dividi impoſſibile eſt. Quis infernus eructando protulit, unam in Chriſto naturam poſt unitionem? Vel enim divinam naturam tenentes, humanam negant, imo noſtram inquam ſalutem: aut humanam tenentes, divinam naturam ejurant. Quocirca dicant, quænam quod proprium ſibi erat, amiſit? Nam ſi adhuc ſalva unio eſt, proprietates omnino eſſe ſalvas oportet. Alioqui hoc unio non eſſet, ſed confuſio & exſtinctio naturarum.

τητα, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς οὐσίας τιμὴ δήλωσιν εἰσκεκομίσθαι, καὶ ὡς ἐκ μίας φύσις τὸ ὅλον ἐστίν· εἰ δὲ ἐκ μίας, παντὶ που δῆλον, ὡς δύο.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἐκ τοῦ εἰς τὸν Λάζαρον λόγου.

Καττίτερος μολίβδου καὶ ἀργύρου μετέχει· ἀργύρου τιμὴν ὄψιν, μολίβδου τιμὴν φύσιν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς Θεὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος, τὰς δύο φύσεις ἐν ἑαυτῷ διασώζει [τὰς φύσεις] οὕτω καὶ αὐτὸς ἐν αὐταῖς ἐστιν, ἐκ ὑπαρχόντων ἕτερον παρ' αὐτάς.

* * * * *
* * * *
* * * *
* * * *

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ πρὸς Καισάριον τὸν μοναζοντα ἐπιστολῆς.

Οὕτω καὶ ταῦθα τὴν θείας αὐτῷ φύσεως ἐνιδρυσάσης, ἕνα υἱὸν, ἓν πρόσωπον, τὸ συναμφότερον ἀπετέλεσε, γνωριζόμενον μυστικῶς ἀδιαιρέτῳ καὶ ἀσυγχύτῳ λόγῳ· οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ τῇ φύσει, ἀλλ' ἐν δυσὶ τελείαις. ἐπὶ γὰρ μιᾶς, ποῦ τὸ ἀσύγχυτον; ποῦ τὸ ἀδιαίρετον; ποῦ ἡ ἕνωσις λεχθείη· ἑαυτῇ γὰρ ἑνοῦσθαι ἢ διαιρεῖσθαι ἀδύνατον. πόθος ἄδης ἠρύξατο μίαν ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν λέγειν μὴ τὴν ἕνωσιν; ἢ γὰρ τὴν θείαν φύσιν κρατέντες, τὴν ἀνθρωπίνην ἀρνοῦνται, φημὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν· ἢ τὴν ἀνθρωπίνην κατέχοντες, τὴν θείας φύσεως τὴν ἄρνησιν ποιοῦνται· ἐπεὶ λεγέτωσαν ποῖα ἀπολώλεκε τὸ ἴδιον. εἰ γὰρ ἔτι ἔρρωται ἡ ἕνωσις, πάντως καὶ μὴ τὰ ἑνώσεως ἰδιώματα διασώζεσθαι ἀνάγκη. ἐπεὶ δὲ οὐχ ἕνωσις τοῦτο, ἀλλὰ σύγχυσις καὶ ἀφανισμὸς τῶν φύσεων.

(1) Excerptum iſtud non reperi in genuinis, dubiiſve, aut ſpuriis Chryſoſtomi homiliis de Lazaro, quæ hactenus editæ ſunt. Ceterum Chalcedonenſis ſynodi ætate recentior homilia eſt, proindeque Chryſoſtomo: quemadmodum epiſtola ad Philippum paulò antè citata, quæ Gregorii Nyſſeni nomen præfert.

(2) Hæc leges revera apud Chryſoſtomum in epiſtola ad Cæſarium à nobis edita an. 1687. videtur tamen argumentum Chryſoſtomi hic debilitari; nitebatur enim ſimilitudine ab Euchariſtiæ ſacramento elicita, quam ſilet Damaſcenus. Unde factum? niſi quod illud ſacramentum ex Damaſceni ſententia minus appoſitum videretur ad refellendos Hæreticos; quippe qui diverſum a Chryſoſtomo hac in re ſentiret. BASN.

IN

Digitized by Google

JOANNIS DAMASCENI
ADVERSUS
NESTORIANOS
DISSERTATIO.

PATRIS LE QUIEN
IN DISSERTATIONEM
CONTRA
NESTORIANOS
ADMONITIO.

DISSERTATIO Damaſceni contra Neſtorianos Latinè prodiit Tom. 4. Antiq. Lect. Henrici Caniſii, ex interpretatione Franciſci Turriani: nunc vero Græcum contextum nactus in cod. Reg. n°. 2926. eandem Græcè Latinèque exhibeo. Ad hujus operis commendationem hoc unum monebo, Joannem Damaſcenum pro tuenda unius perſonæ Chriſti deitate variis ſacræ Scripturæ utriuſque inſtrumenti teſtimoniis ea arte, vi, & perſpicuitate pugnare, ut vel unum hoc opuſculum ſufficere mihi videatur ad obfirmandos fidelium animos contra graſſantem hodie Socinianæ perfidiæ luem, illoſque ad Catholicam fidem revocandos, qui ſincero noſcendæ veritatis ſtudio id perlegerunt. Ad unicum monumentum, quo de primæva traditione conſtare poſſit, auctor provocat; ad Nicænum ſcilicet ſymbolum, quod Neſtoriani ceu fidei teſſeram amplecti non dubitarent. Compendioſiorem enim viam hanc eſſe Patres noverant, quâ venire quilibet facile poſſit ad certò cognoſcendum quæ primis Eccleſiæ ſeculis fides totius Catholici orbis de Dei Verbi facti hominis myſterio fuerit. SÆC. VIII. ANNO 730.

Opuſculi hujus parentem fuiſſe Joannem Damaſcenum teſtantur codices, Bavaricus quo Turrianus uſus eſt, Regius, Vaticanus itidem, & tranſlatio Arabica, quæ inter Mss. Bibliothecæ Patrum Oratorii Pariſienſis aſſervatur; nec non methodus eadem quæ in polemicis aliis ejuſdem auctoriis lucubrationibus obvia eſt; eædem denique ſententiæ, quas in libris de Fide Orthodoxa tradit, verbis iiſdem enuntiatæ. Citatur etiam tanquam genuinum opus Joannis Damaſceni a Gregorio Protoſyncello, in Apologia Concilii Florentini contra epiſt. Marci Epheſini.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

EJUSDEM JOANNIS DAMASCENI Dissertatio accuratissima adversus exosam Deo Nestorianorum hæresim.

I. INITIUM dicendi sic faciendum est adversus eos qui cum Nestorio sentiunt. Vos, velim, dicatis nobis: quemnam sancta Dei genitrix concepit? Num naturâ Filium Dei & Deum; an hominem? Siquidem eum naturâ Filium Dei Deumque dixerint, jam otthodoxi sunt. Hoc enim ipso beatam Virginem esse Dei genitricem confitebuntur. Eccur enim non Dei mater, quæ Deum concepit, eundemque incarnatum genuit? Sin autem hominem dicant, tùm eos, tanquam hæreticos, sic excipiemus. Illum qui Dei & Patris Filius est, atque ante secula Verbum, naturâ Filium Dei, ac naturâ Deum, Deoque & Patri consubstantialem dicitis? Planè, inquient. Tum nos: Virginis Filius nunquid naturâ Dei Filius & naturâ Deus est? Nequaquam, inquient. Tunc urgebimus: Duos igitur Dei Filios confitemini, unum naturâ, gratiâ alterum: sicque quos adoratis filios, vestrâque sententiâ Trinitas in quaternitatem evasit. Quamobrem dicite nobis, a quonam duas hypostases prædicare edocti estis? annon ex Evangelio palam audistis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum?* & post pauca. *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Unde accepistis post animatæ carnis conceptionem concussam ei esse Verbi Dei ininhabitationem? nonne scriptum est, quod *Angelus ad Mariam ingressus dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Quæ cum audisset turbata est in sermone, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & respondens Angelus dixit illi: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo & quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei?* En clarè demonstratum est, Angelum Mariæ conceptûs modum quærenti, non dixisse: Concipies prius, moxque fiet inhabitatio Dei. Quin potius per adventum operationemque Spiritus Sancti, ac per inhabitationem Verbi patrandam esse conceptionem: ut nempe virtutis Altissimi obumbratio, seu, quod idem est, Verbi conceptio facta sit, simulque carnis in ipso Verbo subsistentis exsistentia. Quod autem Verbum factum sit homo, inclamat Joannes

Joan. I. vers 1.

Luc. I. v. 28.

Τοῦ αὐτοῦ ΙΩΑΝΝΟΥ τοῦ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ, Ἐπιφανέστατον, κατὰ τῆς θεοσυγοῦς αἱρέσεως τῶν Νεστοριανῶν.

SÆC. VIII. ANNO 730.

α. ΠΡΟΣ τοὺς Νεστορίου ὁμοφρονας ἕως ἀρκτέον τοῦ λόγου. εἴπατε ἡμῖν, ὦ ἕτοι, τίνα συνέλαβεν ἡ ἁγία θεοτόκος, τὸν φύσει υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν, ἢ ἄνθρωπον; κἂν μὲν εἴπωσι, τὸν φύσει υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν, ὀρθόδοξοί εἰσιν· ἐξ ἀνάγκης γὰρ καὶ θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον ὁμολογήσουσιν· ἡ γὰρ Θεὸν συλλαβοῦσα, τοῦτον καὶ σεσαρκωμένον γεννήσασα, πῶς οὐ θεοτόκος; εἰ δὲ εἴπωσιν ἄνθρωπον, τότε ὡς αἱρετικοὺς ἕως ἀποδεξώμεθα· τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς υἱὸν καὶ λόγον τὸν προαιώνιον, φύσει υἱὸν τοῦ Θεοῦ φύσει Θεὸν λέγετε, καὶ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ πατρί; ναὶ φήσουσιν· εἶτά φαμεν. τὴν παρθένον υἱὸν, φύσει υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ φύσει Θεὸν λέγετε; οὐ, ἐροῦσι. τότε φήσομεν· οὐκοῦν δύο υἱοὺς ὁμολογεῖτε τοῦ Θεοῦ, ἕνα μὲν φύσιν, καὶ ἕνα μὴ χάριν, καὶ δύο υἱοὺς προσκυνεῖτε· καὶ γέγονε καθ' ὑμᾶς τετρὰς ἡ τριάς. εἴπατε δὴ ἡμῖν, πόθεν δύο τὰς ὑποστάσεις κηρύττειν ἐμάθετε; οὐκ ἀκούετε τοῦ εὐαγγελίου διαῤῥήδην φάσκοντος· ἐν ἀρχῇ ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. καὶ μετ' ὀλίγον· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· πόθεν δὲ καὶ μὴ τῆς ἐμψύχου σαρκὸς σύλληψιν, καὶ τοῦ Θεοῦ λόγου ἐνοίκησιν λέγετε; οὐ γέγραπται, ὅτι εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν Μαριὰμ, εἶπε· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετά σου. ἡ δὲ, ἐπὶ τῷ λόγῳ διεταράχθη, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ. μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον. πῶς ἔσταί μοι τοῦτο; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Ἰδοὺ σαφῶς ἀποδέδεικται ὡς τῆς Μαρίας ζητούσης τὸν τῆς συλλήψεως τρόπον, οὐκ εἶπεν ὁ ἄγγελος, ὅτι συλλήψῃ πρῶτον, καὶ τότε ἔσται τοῦ Θεοῦ ἡ ἐνοίκησις· ἀλλὰ διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως καὶ ἐνεργείας τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου σκηνώσεως, ἔσται ἡ σύλληψις, ὥστε πρῶτον γενέσθαι τὴν δυνάμεως τοῦ ὑψίστου ἐπισκίασιν, ἤτοι τοῦ Λόγου τὴν σύλληψιν, καὶ τότε τὴν σαρκὸς ὕπαρξιν ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ ὑφισαμένης. ὅτι δὲ αὐτὸς

SÆC. VIII. ANNO 730.

αὐτὸς ὁ Λόγος ἐγήνετο ἄνθρωπος, Ιωάννης ὁ θεολόγος κέκραγε λέγων· καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγήνετο· ἐγήνετο δὲ ἀμεταβλήτως καὶ ἀτρέπτως· ἄτρεπτον γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἀναλλοίωτον.

β'. Ο Λόγος τοίνυν σὰρξ ἐγήνετο, ἀ τραπεὶς τὴν φύσιν, ἀδὲ φαντάσας τὴν οἰκονομίαν, ἀλλὰ ὑποστάσις ὢν, μία τῆς θεότητος ὑποστάσεων, ἐκ τῆς ἀπειρογάμου παρθένου ψυχῷ ἐψυχωμένῳ ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὑποστάσει ὑποστήσας, καὶ χρηματίσας αὐτῇ ὑπόστασις· ὥσπερ γὰρ ἐστι μάχαιρα ἐκ σιδήρου κατεσκευασμένη μία τῶν ὑποστάσεων τοῦ σιδήρου φύσεως, καὶ ἔστι πῦρ ἁπλοῦν μία τῶν ὑποστάσεων τοῦ πυρὸς φύσεως. καὶ προσελθοῦσα μάχαιρα ἐπυρακτώθη, καὶ οὐκ ἀυτῷ τῷ προϋποστᾶσαν τοῦ πυρὸς ὑπόστασιν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ἀπαρχήν τινα τοῦ πυρὸς φύσεως λαβοῦσα, ἐγήνετο καὶ αὐτῇ ὑπόστασις· καὶ γέγονεν ἡ μάχαιρα ἡ πρότερον ἁπλῆ ὑπόστασις ἅσα μόνης σιδήρου φύσεως, σύνθετος ὑπόστασις, γεγονυῖα καὶ πυρὸς φύσεως ὑπόστασις, καὶ ἔχει τε τοῦ σιδήρου φύσιν ἀναλλοίωτον, καὶ τε ὑπ' αὐτοῦ προσληφθεῖσαν τοῦ πυρὸς φύσιν ἀμείωτον· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ὑπόστασις ὢν μία τῆς θεότητος ὑποστάσεων, πᾶσάν τε τοῦ θεότητος φύσιν ἐν ἑαυτῷ ἔχων ἀνελλιπῆ, προσελάβετο ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σάρκα ἐνυπόστατον, οὐχ ὑπόστασιν ἐν ἑαυτῷ ἢ μᾶλλον ὑποστᾶσαν, ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως· καὶ πρότερον ἁπλῆ ἅσα, γέγονεν ὕστερον σύνθετος, ἀ φύσις σύνθετος, ἀλλ' ὑπόστασις σύνθετος ἐκ τῆς προϋπαρχούσης ἐν ἑαυτῇ θεότητος, καὶ ἐκ τῆς ὕστερον προσληφθείσης αὐτῆς σαρκὸς ἐψυχωμένης ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ.

γ'. Εἰ δὲ φατὲ, ὅτι ὥσπερ ἁμαρτία καὶ κατάρα ἐγήνετο, οὕτω σάρξ· φαμὲν, ὅτι, οὐκοῦν ὥσπερ ἐπ' ἀναιρέσει ἁμαρτίας καὶ κατάρας ἐγήνετο ἁμαρτία καὶ κατάρα, οὕτω ἐπὶ ἀναιρέσει σαρκὸς σὰρξ ἐγήνετο· ὥσπερ οὐκ ἐπὶ συγχύσει καὶ ἀνακαινισμῷ ἁμαρτίας καὶ κατάρας, ἁμαρτία καὶ κατάρα ἐγήνετο. ἀλλ' ἁμαρτία μὲν καὶ κατάρα οὐκ οὐσία, οὐδὲ κτίσμα Θεοῦ· σὰρξ δὲ κτίσμα Θεοῦ· οὐκ ἄρα ὡς ἁμαρτία καὶ κατάρα ἐγήνετο, οὕτω σὰρξ ἐγήνετο.

δ'. Τίς ὁ μεταχὼν παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός; ἄνθρωπος γὰρ ψιλὸς σὰρξ καὶ αἷμα τυγχάνων, οὐ μετέχειν λέγεται σαρκὸς καὶ αἵματος· εἰ δὲ πάντα ἡμῖν ὡμοιώθη, τίς ὁ ὁμοιωθείς; τὸ γὰρ πᾶσιν ὁμοιοῦσθαι, εἶναι πάντως ἀνάγκη διάφορον.

ε'. Πῶς ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός; ὁ γὰρ μὴ ὢν, οὐκ ἀποστέλλεται. τί ἦν οὖν, τί ἐκ γυναικὸς γέγονεν, εἴπατε.

ς'. Εἰ μὴ κατὰ φύσιν υἱὸς Θεοῦ ὁ ἐκ παρθένου, καὶ φύσει Θεὸς, πῶς ἐκά-

Theologus dicens: *Et Deus erat Verbum: & Verbum caro factum est.* Factum est, inquam, absque conversione, aut mutatione. Immutabilis siquidem Deus est, & invariabilis.

II. Verbum igitur factum est homo; non per mutationem naturæ, neque per imaginariam fictamque incarnationem: sed cùm una ex divinitatis personis esset, ex intactâ Virgine carnem animâ rationali atque intelligenti animatam subsistentiâ sua sustentando, eidem est factum hypostasis. Sicut enim gladius ex ferro confectus, una naturæ ferri hypostasis est: igni vero admotus accenditur, nec tamen ipsam quæ prius exstabat hypostasim ignis suscepit, sed quibusdam naturæ ignis veluti primitiis acceptis, iisdem factus est hypostasis; ita ut cum gladius simplex antea naturæ solius ferri hypostasis esset, compositæ deinde natura etiam ignis evadens, ferri quoque naturam habet nullatenus alteratam, unaque naturam ignis absque ulla imminutione: pari modo Christus, cùm una divinæ naturæ hypostasis esset, omnem in se deitatis naturam integram habens, ex sancta Virgine carnem quæ subsisteret, assumsit, non hypostasim; carnem, inquam, in ipso potius subsistentem, naturæ nostræ primitias. Unde quæ antè simplex erat, composita deinceps fuit; non quidem composita natura, sed persona, ex divinitate scilicet, quæ in seipsa priùs exstabat, & ex assumtâ carne animâ rationali & intelligente instructâ, constans.

III. Si autem dixeritis, quod sicut *factus est peccatum, & maledictum*, ita & caro factus sit: Respondemus: Ergò sicut ad tollendum peccatum & maledictum factus est peccatum & maledictum, ita ad auferendam carnem factus esset caro: quemadmodum peccatum & maledictum nullatenus factus est, ut peccatum & maledictum consistere faceret, & instauraret. Atqui peccatum quidem & maledictum, minime substantia sunt, nec quidquam a Deo conditum: caro autem Dei creatura est: non igitur sicut peccatum & maledictum, ita quoque factus est caro. Gal. 3. v. 13.

IV. Quisnam ille est; qui *participavit carni & sanguini, nobis similis factus?* nudus enim homo, caro & sanguis cum sit, carni & sanguini participare non dicitur. Quod si *per omnia similis nobis factus est*; quis igitur ille est qui nobis similis evasit? quod enim alteri simile fit, prius diversum fuerit necesse prorsus est. Hebr. 9. v. 7.

V. Quonam modo *miserit Deus Filium suum factum ex muliere?* nam ille qui non est, non mittitur. Ecquid igitur erat? quidnam ex muliere factum est? hæc velim edicite. Gal. 4. v. 4.

VI. Si non est secundum naturam Dei Filius, nec naturâ Deus, ille qui ex Virgine

Digitized by Google

natus est, cur *sedet in dexterâ Dei Patris?* Perspicuum est, quod secluso qui natura Deus est, aut quaternitatem adoremus, & nos omnesque spirituales virtutes hominis cultores simus.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Hebr. 10. *vers.* 11. *Esai.* 44. *vers.* 8.

VII. *Gloriam meam alteri non dabo*, inquit ipse Deus. Quomodo igitur, ille qui ex Virgine ortum habuit, adoratur & colitur, si alius sit præter eum qui naturâ Filius Dei ac Deus est?

Phil. 2. *vers.* 7.

VIII. Si Jesus Virginis Filius, Dei Filius naturâ ac Deus non est, quomodo *in nomine ejus omne genu flectetur, cœlestium & terrestrium, & infernorum?* Si illi soli qui secundum naturam Dei Filius est, curvatur omne genu; quâ etiam ratione Deo ipsi, nisi etiam ipse homo sit, id quod est super omne nomen conceditur? quatenus enim Deus est, non illud accipit; ut pote quod ab æternitate habeat.

Rom. 9. *vers.* 5.

IX. Si *Christus* ex Judæis *est secundum carnem*, relinquitur, ut ipse intelligatur, & sit, ac dicatur ex alio secundum aliud. Dicendo enim, *secundum carnem*, significavit eum ex alio esse secundum aliud. Ex quo autem, ac secundum quidnam aliud, nisi ex Deo secundum quod Deus est? Qui enim illum dixit Deum, & *benedictum*, & *super omnia*, significavit eum, cùm esset ex Patre *Deus super omnia benedictus in secula*, Deum scilicet ex Deo, factum esse ex Judæis secundum carnem, quando factus est homo.

Phil. 2. *vers.* 5.

X. Beatus Paulus ait: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus; & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* Dicatis ergo, quis ille sit, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus, se esse æqualem Deo, sed seipsum exinanivit formam servi accipiens? homo non est in forma Dei. Non enim in naturâ Dei est homo. Omnis siquidem sanctorum cœtus per formam intelligit naturam. Nec item exinanivit seipsum servus qui servi formam accipit. Quî enim id accipiat quod ipse est? quomodo etiam homo similis hominibus fiat, ac Deo obediens factus, humiliaverit semetipsum? homo enim Deo factus obediens, exaltatur po-

θισεν ἐν δεξιᾷ τῦ πατρὸς· δῆλον ὡς ἐξωσθεντὸς τῦ κατὰ φύσιν, ἢ τετράδι λατρεύομεν, καὶ πᾶσαι αἱ νοεραὶ δυνάμεις καὶ ἡμεῖς ἀνθρωπολάτραι ἐσμέν.

SÆC. VIII. ANNO 730.

ζ. Τὴν δόξαν μυ ἑτέρῳ ὐ δώσω, φησὶν ὁ Θεός· πῶς ἄν, εἰ ἄλλον παρὰ τὸν φύσει υἱὸν Θεῦ καὶ Θεὸν ὁ ἐκ παρθένυ, προσκυνεῖται καὶ λατρεύεται.

η. Εἰ μὴ φύσει υἱὸς καὶ Θεὸς ὁ Ιησῦς τῆς παρθένυ υἱός· πῶς ἐν τῷ ὀνόματι Ιησῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων; εἰ τῷ κατὰ φύσιν υἱῷ μόνῳ κάμπτῃ πᾶν γόνυ, πῶς τῷ Θεῷ, εἰ μὴ καὶ ἀνθρωπος ἦν ὁ αὐτὸς, τὸ, ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, χαρίζεται; ὡς γὰρ Θεὸς, ὐ λαμβάνει· ἔχει γὰρ αὐτὸ προαιωνίως.

θ'. Εἰ ὁ Χριστὸς ἐκ Ιυδαίων τὸ κατὰ σάρκα, λείπεται αὐτὸν ἐξ ἄλλυ καθ' ἕτερον νοεῖσθαι, καὶ λέγεσθαι· τὸ γὰρ εἰπεῖν, κατὰ σάρκα, προδιωρίσατο, ὡς ἐξ ἄλλυ καθ' ἕτερον· καὶ τίνος, ἢ κατὰ τί, εἰ μὴ ἐκ Θεῦ καθὸ Θεός· ὁ γὰρ, καὶ Θεὸν, καὶ ὑλογητὸν, καὶ ἐπὶ πάντων αὐτὸν καλῶν, τῦτα σημαίνει. ὅτι ὁ ὢν Θεὸς ὑλογητὸς ἐπὶ πάντων, πρὸ αἰώνων ἐκ τῦ πατρός. Θεὸς γὰρ ἐκ Θεῦ (a) δὴ ἔσαι τὸ κατὰ σάρκα ἐξ Ιυδαίων γέγονεν, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος.

ι. Ο μακάριος Παῦλος φησί· τῦτο φρονεῖσθε ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ιησῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεῦ ὑπάρχων, ὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν μορφὴν δούλυ λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτυ, θανάτυ δὲ σταυρῦ· διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ιησῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ιησῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεῦ πατρός. εἴπατε τοίνυν, τίς ὁ ἐν μορφῇ Θεῦ ὑπάρχων, ὃς οὐκ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλυ λαβών; ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἐν μορφῇ Θεῦ, οὐκ ἐν φύσει Θεῦ γὰρ ὁ ἄνθρωπος. φύσιν γὰρ τ μορφὴν οἶδεν σύμπας ὁ τ ἁγίων χορὸς καὶ δοῦλος δὲ κενοῖ ἑαυτὸν μορφὴν δούλυ λαμβάνων· πῶς γὰρ λαμβάνει ὅπερ ἐσί; πῶς ἄνθρωπος ἀνθρώποις ὁμοιῶται, καὶ ὑπήκοος τῷ Θεῷ γενόμενος ταπεινοῖ ἑαυτόν, ἄνθρωπος γὰρ μᾶλλον ὑψοῦται, ὑπήκοος τῷ Θεῷ γινόμενος. καὶ

(a) Emendo δῆλον ὅτι, juxta atque Turrianus transtulit, *Deus scilicet ex Deo.* Ubi etiam legisse non videtur particulam γὰρ, *enim.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

καὶ ἴσον τὸ θεῷ γινόμενον, ἁρπαγμὸν ἡγεῖται. ὥστε πρὸ τοῦ φύσει υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς ταῦτα εἴρηται, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὢν πρῶτον, ὕστερον Θεὸς ἐχρημάτισεν· οὕτω γὰρ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, (a) ἀλλὰ Θεὸς ὢν ἀπ' ἀρχῆς, ὕστερον γέγονεν ἄνθρωπος. καὶ ὡς μὲν Θεὸς ὢν κατὰ φύσιν, ταπεινοῖ ἑαυτὸν γινόμενος ἄνθρωπος· ὡς δὲ γινόμενος ἄνθρωπος, ὑπερυψοῦται τὸ πᾶν ὄνομα, ὀνόματι υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. ὁ αὐτὸς γὰρ ὢν, καὶ ἐστιν υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν· οὕτω γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος ἀπεφήνατο· ὁ γὰρ εἰπὼν, ἄνθρωπος ὢν, ἐλήλυθε Θεὸς, ἀλλ' ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· οὐχ ὑψοῦται γὰρ ὁ ὕψιστος, ἀλλὰ ταπεινοῖ ἑαυτὸν, ἐκκενώσας ἄνθρωπος γενόμενος. ὁ μὲν ἄλλα τοίνυν τὴν ταπείνωσιν ἔφη, καὶ μὲν ἄλλα τὴν ὕψωσιν, ἀλλὰ μὲν τοῦ αὐτοῦ. εἷς γὰρ ἐστιν ὁ τοῦτο κἀκεῖνο δεξάμενος, τὸ μὲν καθὸ Θεὸς ὢν, γέγονεν ἄνθρωπος· τὸ δὲ, καθὸ ἄνθρωπος γεγονὼς, ᾠκειώσατο τὰ τῆς φύσεως, καὶ οὕτως ὑπερυψῶσθαι λέγεται.

ιά. Φησὶν ὁ κύριος πρὸς τὸν πατέρα. πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. εἰ Θεὸς μόνον, πῶς δοξάζεται; εἰ δὲ μόνον ἄνθρωπος, πῶς πρὸ αἰώνων εἶχε τὴν δόξαν.

ιβ'. Οὐκ ἔσται ἓν σοι Θεὸς πρόσφατος. πῶς ἂν θεοποιεῖται καθ' ὑμᾶς ἄνθρωπος τῇ πρὸς τὸν Λόγον σχετικῇ συναφείᾳ, καὶ κοινωνὸς τῷ πατρὶ τῆς δόξης καὶ τῆς ἀξίας δείκνυται· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἄνθρωπον προσφάτως θεοποιεῖσθαι φάσκομεν· ἀλλὰ τὸν πρὸ αἰώνων ὄντα υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν, σεσαρκῶσθαι ἀτρέπτως· μεμένηκεν γὰρ ὅδεν ἔλαττον Θεὸς, καὶ γενόμενος ἄνθρωπος.

ιγ'. Ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· εἰ γάρ εἰσι θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοὶ, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς, πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. ἕνα Χριστὸν δι' οὗ τὰ πάντα φησί· ποῖον φατε τοῦτον; ἀλλ' εἰ μὲν τὸν ἐκ παρθένου, ἀνάγκη ὑμᾶς τὸν αὐτὸν λέγειν, τὸν ἐκ Θεοῦ τὸν προαιώνιον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα· εἰ δὲ τὸν ἐκ Θεοῦ, ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν ἐκ παρθένου, ὁ Χριστὸς καθ' ὑμᾶς ἐκ παρθένου· ἕνα γὰρ ἔφησεν, δι' οὗ τὰ πάντα. εἰ δὲ τὸν ἐκ παρθένου, ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ· ἢ δύο δημιουργοὺς φήσετε τοῦ παντὸς, ἢ οὐκ ἔσται ὁ ἐκ Θεοῦ, Χριστὸς, οὐδὲ δημιουργός.

(a) Membrum hoc deest apud Turrianum.

tius, Deoque se similem faciens, rapinam id esse novit. Quapropter de Filio Dei & Deo secundum naturam, dicta hæc sunt, quando nempe factus est homo. Non enim, cùm priùs esset homo, postea dictus est Deus: sic enim rapinam arbitratus esset: sed cum esset ab initio Deus, deinde factus est homo. Et quatenus quidem naturâ Deus exsistit, seipsum humiliat, factus homo. Ceterum quatenus factus est homo, superexaltatur super omne nomen, Filii Dei nomen accipiens. Ipse enim erat, & Dei Filius, ac Deus secundum naturam, sicut & divinus Apostolus declaravit. Non enim dixit, cum esset homo, factus est Deus; sed, *cùm in formâ Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem* Deo. Nequaquam enim exaltatur Altissimus, quin seipsum potius deprimit, dum sponte fit homo. Non igitur alii humiliationem attribuit, alii verò exaltationem, sed eidem. Unus quippe & idem est, qui hoc & illud admisit: hoc quidem quatenus Deus cùm esset, factus fuit homo: istud vero quatenus factus homo, sua fecit, quæ naturæ humanæ propria erant: atque hoc pacto superexaltatus fuisse dicitur.

XI. Ait Dominus ad Patrem: *Pater glorifica me gloria, quam habui, priusquam mundus fieret, apud te.* Si Deus solum est, quomodo glorificatur? Si homo duntaxat, quâ ratione ante secula gloriam habuit?

XII. *Non erit* (inquit) *in te Deus recens.* Quomodo ergò de vestra sententia Deus homo fit propter connexionem habitudinis cum Verbo, evaditque consors gloriæ ac dignitatis ejusdem cum Patre. Nos autem non hominem recenter fieri Deum dicimus, verum qui erat Dei Filius & Deus ab æternitate, hunc citra mutationem incarnatum esse confitemur. Manst enim nihilominus Deus, dum factus est homo.

XIII. Beatus Paulus ait: *Siquidem dii multi & Domini multi: nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Unum Christum dicit, per quem omnia. Quemnam vos illum dicitis? si quidem eum qui ex virgine natus est; omnino necesse erit, ut & ipsum eundem esse fateamini, qui ex Deo est ante secula, ac per quem omnia: sin verò eum qui ex Deo est, quasi hic alius sit ab eo qui ex Virgine exstitit: igitur Christus ex Virgine ortus non est. Unum etenim esse dixit per quem omnia. Denique si illum qui ex Virgine est, alium dixeritis ab eo, qui ex Deo natus est: aut duos universi conditores inducetis, aut Christus ille non erit, qui ex Deo est, nec universorum conditor.

XIV. Scriptu-

SÆC. VIII. ANNO 730.

XIV. Scriptura dicit: *Quisquis confessus fuerit, quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.* Non dixit simpliciter ὑὸς τῦ Θεῦ, *filius Dei, (sine articulo) sed* ὁ ὑὸς τῦ Θεῦ, (*cum articulo*) *ipse Dei Filius*, qui unicus est.

XV. Duas in Christo naturas confitemini, an unam? duas, inquiunt. At quasnam demùm illas? Divinitatem planè & humanitatem. Quomodo igitur neque naturâ Deus sit, neque naturâ homo, si duas habet naturas. Relationis unionem Verbi & carnis utique afferetis. Verum, ubinam erit exinanitio? ubi humanitatis assumtio? si enim hæc omnia de unione secundum relationem exponitis, plurimas Dei incarnationes, & humanitatis assumtiones, quantumvis particulares, inducetis. Multis enim deiferis viris, justis, Patriarchis, & Prophetis per relationem & affectum unitus est Deus: ac proinde ex vestra sententiâ, in unoquoque incarnationem, atque (ut ita dicam) inhumanationem subiit.

Mich. 5. vers. 2. XVI. Michæas Propheta de eo qui natus est ex Virgine in Bethleem, ait: *Et egressus ejus ab initio à diebus æternitatis.* Quomodo egressus ejus ab initio a diebus æternitatis, si ipse non erat Deus ante sæcula.

Joan. 8. vers. 58. XVII. Dominus de sempiterna suâ existentiâ testificans, ait: *Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.* *Ibid. 3. vers. 13.* Et iterum: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.* Quomodo ille qui erat ex semine David, filius Abraham, ante exstabat, quam Abraham fieret, nisi quia Deus erat? Quomodo verò Abrahæ filius fuit, nisi quatenus factus est homo in novissimis temporibus? *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo.* Quomodo filius hominis de cœlo descendit & est in cœlo? quo etiam modo qui est in cœlo, hic ascendit in cœlum: nisi quia idem ipse & Deus & homo est. Ut Deus quidem ad nos per accommodationem descendit, incarnaturque, & homo efficitur. Ex cœlis, inquam, descendit, nec tamen a Patris sinu discedit: Porrò in quantum homo, *ascendit, ubi erat priùs* uti Deus; quemadmodum ipsemet a mendacio alienissimus, *Joan. 6. vers. 63.* subsistensque veritas, dixit: *Cùm videritis filium hominis, ascendentem ubi erat prius.* Nam quatenus Deus, sempiternus est & incircumscriptus, etsi descendisse dicitur. Nam descensum illius accommodationem potiùs interpretamur, & humiliationem, atque sui in terra manifestationem. Verum quatenus homo apparuit, circumscriptus fuit, ac tempori subditus.

Joan. 1. vers. 30. XVIII. Joannes præcursor & Baptista ait: *Ipse est, de quo dicebam: post me*

ιδ'. Φησὶν ἡ γραφὴ, ὅτι, ὃς ὁμολογήσῃ, ὅτι Ιησοῦς ἐστιν ὁ ὑὸς τῦ Θεῦ, ἐν αὐτῷ μενεῖ, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ· οὐκ εἶπεν ὑὸς τῦ Θεῦ, ἀλλ' ὁ ὑὸς τῦ Θεῦ, ὁ μόνος, ὁ εἷς.

ιέ. Δύο φύσεις φατὲ τὸ Χριστοῦ, ἢ μίαν; δύο φασί· ποίας ταύτας; θεότητα πάντως καὶ ἀνθρωπότητα· πῶς οὖν ὁ Θεὸς φύσει καὶ ἄνθρωπος φύσει, εἰ δύο φύσεις ἔχει; σχετικὴν φατε τὴν ἕνωσιν τῦ Λόγυ καὶ τῆς σαρκός; πῦ ἡ κένωσις; πῦ ἡ σάρκωσις; πῦ ἡ ἐνανθρώπησις, εἰ γὰρ ἐπὶ σχετικῆς ἑνώσεως ταῦτα ἐκλάβοιτε, πλείσας Θεῦ σαρκώσεις καὶ ἐνανθρωπήσεις, εἰ καὶ μερικὰς, εἰσάξετε· πολλοῖς γὰρ θεοφόροις ἀνδράσι, δικαίοις, καὶ πατριάρχαις, καὶ προφήταις σχετικῶς ἡνώθη Θεός· ἐφ' ἑκάστῳ ἡμῶν (α) καθ' ὑμᾶς σάρκωσιν καὶ ἐνανθρώπησιν ὑπομεμένηκε.

ις'. Μιχαίας ὁ προφήτης περὶ τῦ ἐκ παρθένυ τεχθέντος ἐν Βηθλεὲμ, ὧδε, φησί· καὶ ἔξοδοι αὐτῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος. πῶς τοίνυν αἱ ἔξοδοι ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος, εἰ μὴ καὶ Θεὸς ἦν αὐτὸς προαιώνιος:

ιζ. Ο κύριος τ προαιώνιον ὕπαρξιν ἑαυτῦ μαρτυρῶν φησίν. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γένεσθαι ἐγώ εἰμι. καὶ πάλιν· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τῦ οὐρανῦ καταβάς, ὁ ὑὸς τῦ ἀνθρώπυ, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. πῶς ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, ὁ ὑὸς Ἀβραὰμ, πρὶν Ἀβραὰμ γένεσθαι, εἰ μὴ ὡς Θεός; πῶς ὑὸς ἐστι τῦ Ἀβραὰμ ὁ αὐτὸς, εἰ μὴ ἐπ' ἐσχάτων γυόμενος ἄνθρωπος; οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τῦ οὐρανῦ καταβάς, ὁ ὑὸς τῦ ἀνθρώπυ, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ; καὶ πῶς ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ ἀναβαίνει εἰς τὸν οὐρανὸν, ἢ ὅτι αὐτὸς Θεὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος, καθὸ μὲν Θεὸς, συγκαταβατικῶς κάτεισι, καὶ σαρκοῦται, καὶ ἄνθρωπος γίνεται· καὶ τ οὐρανῶν, οὔτε μεῖον τ πατρικῶν ἐξίσταται κόλπων· καθὸ δὲ ἄνθρωπος γέγονεν, ἄνεισιν ὅπου ἦν τὸ πρότερον ὡς Θεὸς, καθὼς πάλιν ὁ αὐτὸς ἀψευδὴς, ἡ ἐνυπόστατος ἀλήθεια εἴρηκε. θεωρεῖτε τὸν ὑὸν τῦ ἀνθρώπου ἀνερχόμενον ὅπου ἦν τὸ πρότερον. ὡς γὰρ Θεὸς, προαιώνιός τε καὶ ἀπερίγραπτος, κἂν εἰ καταβήναι λέγεται. κατάβασιν γὰρ αὐτῦ τὴν συγκατάβασιν φαμὲν, καὶ ταπείνωσιν, καὶ τὴν ἐπὶ γῆς φανέρωσιν· ὡς δ' ἄνθρωπος πεφηνὼς, περιγραπτὸς καὶ ὑπόχρονος.

ιή. Ιωάννης καὶ προδρομος καὶ βαπτιστὴς φησίν· οὗτός ἐστι περὶ ὃ εἶπον· ὀπίσω

(α) Turrianus legit, καθ' ἡμᾶς. *In unoquoque igitur nostri similium.* At potior est alia lectio, quam & Interpres Arabicus expressit, *de vestrâ sententiâ.*

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 730.

πίσω μὲ ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μὲ γέγονεν, ὅτι πρῶτός μὲ ἦν, κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ισραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν ὕδατι βαπτίζων· καὶ ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. σύνετε, ὅπως ἄνδρα λέγων, καὶ ἀμνὸν ὀνομάζων, οὐχ ἕτερον φησὶ τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ τὸ μέγα τοῦτο καὶ ἐξαίσιον ἀληθῶς καὶ θεοπρεπὲς ἀξίωμα προσενενέμηκεν αὐτῷ. ἔμπροσθεν ἢ καὶ πρῶτον εἶναι φησὶν αὐτὸν, καίτοι κατόπιν ἐρχόμενον, κατά γε φημὶ τὸν τῆς σαρκὸς γενέσεως χρόνον. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ὀψιγενὴς ὁ Ἐμμανουὴλ, ἀλλ' ὢν πρὸ παντὸς αἰῶνος ὡς Θεός· αὐτοῦ τοιγαροῦν καὶ τὸ πρόσφατον ἀνθρωπίνως, καὶ τὸ ἀΐδιον θείως· διὸ καὶ Ζαχαρίας ὢν Ἰωάννου πατὴρ, πρὸς τὸ ἑαυτοῦ παιδίον προφητεύων φησί· καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ.

ιθ'. Ὁ ὅν παρθένου υἱὸς ἠρώτα τοὺς μαθητάς· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἑτέρων δὲ λεχόντων ἕτερον, καὶ ἕνα τῶν προφητῶν ἱστοπαζόντων, οὐκ ἀποδεξάμενος ὡς ταληθῆ λεγόντων, πάλιν ἠρώτα· ὑμεῖς δὲ οἱ πλέον τῶν ἄλλων εἰδότες, τίνα με εἶναι λέγετε· τότε ὁ πανάριστος Πέτρος, ἡ κορυφαία τῶν ἀποστόλων ἀκρότης, ὁ γυμνὸν, ὁ ἄσαρκον καταθεώμενος λόγον, ὁ δὲ ψιλὸν καὶ θεοφόρον ἄνθρωπον, ἀλλ' ὑὸν Θεοῦ καὶ Θεὸν φύσει, καὶ φύσει γνώμενον ἄνθρωπον, καὶ ἕνα τοῦτό τε κἀκεῖνο ὄντα Χριστὸν, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ἔλεγεν, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος, οὐκ εἶπεν, υἱὸς· ἀλλ' ὁ υἱὸς ὁ μονογενὴς, ὁ εἷς, ὁ προαιώνιος. ἀκήκοέ τε. Μακάριος εἶ Σίμων βαρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὐδεὶς γὰρ ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ.

κ'. Καὶ οἱ μαθηταὶ δὲ ἐπὶ τὴν θαλάσσης πορείας θεοσημείαν κατιδόντες, ἔφασαν· ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ. ἀλλ' εἰ νόθος καὶ ἐπαποίητος, οὐκ ἀληθῶς. ἐκαλείσθωσαν τοίνυν οἱ μακάριοι μαθηταὶ πρὸς ὑμῶν.

κα'. Εἰ μία φύσις τῆς τριάδος καὶ μία ἐνέργεια, καὶ πάντα ἐπ' αὐτῆς καινὰ, πλὴν τῆς ἑνώσεως, ᾗ καὶ ἐνεργείᾳ ἥνωτο ὁ λόγος τῇ σαρκὶ τῇ ἐψυχωμένῃ ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, καὶ ἀφ' ἑνώσεως, ἀθὲν ἔλαττον καὶ ὁ πατὴρ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τούτῳ ἥνωτο. εἰ δὲ ἴση ἡ ἕνωσις καὶ μία πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος πρὸς τὴν σάρκα, λεγέσθω ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ πνεῦμα ἅγιον. τίς γὰρ (α) ἀποκλή-

venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat: & ego nesciebam eum: sed ut manifestetur Israeli, propterea ego veni in aqua baptizans. Et, *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Considerate, quemadmodum quando virum dicit, & agnum appellat, alium esse non dicit illum qui tollit peccatum mundi; imò eidem hanc vere magnam & insolitam, quæque Deum deceat excellentiam attribuit. Ante se autem seque priorem prædicat illum, qui tamen posterior prodierat secundum tempus, inquam, generationis carnalis. Etsi enim nuper genitus erat Emmanuel: attamen ante omnia secula exstabat ut Deus. Ipsius igitur est, & humano more recentem esse, & æternum esse divino modo. Quamobrem Zacharias Joannis pater cum esset, filio suo vaticinando dixit: *Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.* Luc. 1. v. 27.

XIX. Ipsemet Virginis filius discipulos suos alloquens, ait: *Quem me dicunt homines esse?* Cum itaque alii alium eum esse dicerent, atque unum ex prophetis esse conjicerent, nequaquam illis assentiens ceu vera pronuntiarent, rursum interrogat: *Vos autem*, qui plus aliis nostis, *quem me esse dicitis?* Tunc præstantissimus Petrus, supremus ille vertex Apostolorum, non nudum carnisque expers verbum, nec purum ac Deigerum hominem, quin potius naturâ Filium Dei & Deum, atque naturâ hominem factum, unumque hoc & illud exsistentem Christum intuens, *Tu es*, inquit, *Christus, ipsemet Filius Dei vivi.* Non (nudè) dixit *Filius*, sed (adjectione articuli) *ipsemet filius* unigenitus, ille unicus, ille ante sæcula exsistens. Quapropter audivit. *Beatus es Simon Bar-jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis.* Nam, *nemo novit Filium, nisi Pater.* Matth. 16. vers. 31. Matth. 14. vers. 32.

XX. Item discipuli divino incessus supra mare miraculo attoniti dicebant: *Verè Filius Dei es.* At si adulterinus & adscititius, non *verè*. Arguantur ergo a vobis beati discipuli. Matth. 11. vers. 27.

XXI. Si una est Trinitatis natura, unaque operatio, & in illa præter subsistentiam omnia communia sunt, carni autem animâ rationali & intelligente animatæ Deus Verbum, habitudine solum atque operatione unitus est, nihil minus & Patrem & Spiritum sanctum eidem omnino unitos fuisse oporteret. Quod si par eademque Patris & Spiritus sancti ad carnem unio est, dicatur igitur ille quem Virgo Deum & hominem edidit, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Quis enim hanc ei sortem dedit

(α) Emendo, τὶς γὰρ ἀποκλήρωσις τοῦ Λόγου μόνου καὶ υἱὸν ὀνομάζεσθαι Θεοῦ; Ita nempe Turrianus: *enim sortitio ejs Verbum solum & Filium Dei nominare.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

dit ut Verbum ac Filius Dei duntaxat appellaretur? Sin autem Filius unitus ei fuit relatione tantummodo atque operatione, planè diversæ a Patre & Spiritu Sancto virtutis & operationis erit. Verùm ex hypostatica unione nihil absurdi sequitur. Alterius enim a Patre hypostasis ac subsistentiæ Filius est.

1. Cor. 8. vers. 6.

XXII. Beatus Paulus, ait: *Unus Deus Pater ex quo omnia: & unus Dominus Jesus Christus per quem omnia.* Cur Jesus Christus Patri proxime conjungitur, nullo dirimente intermedio? Deinde ubi tandem Unigenitum locaturi sumus, qui hominem ejus in locum provehamus? eumque, ut vos dicitis, ab illo actum & afflatum, atque ejus operà cohonestatum. Quod si reponatis, quà ratione Christus in Bethleem natus cum esset, Nazarenus a loco domicilii dictus fuit, eà etiam Deum Verbum, eo quod in homine habitaverit, hominem appellatum fuisse; hinc sequitur, ut neque factus sit caro, neque homo, nec consentaneè Christus homo, sed carnalis & humanus fuerit nuncupatus, velut & Nazarenus. Non enim Nazaret dictus est Christus, sed Nazarenus.

XXIII. Si ob simplicem in homine in habitationem & relationis unionem, Dei Verbum appellatur homo: igitur & Pater & Spiritus sanctus homines appellantur. In nobis quippe per Spiritum inhabitat plenitudo sanctæ Trinitatis. Et sanè sapientissimus Paulus ait: *Nescitis, quia Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Ipse etiam Christus: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Atqui Pater nequaquam dictus est homo, neque Spiritus sanctus, quia in nobis habitant: ergo neque Filius eadem de causà homo appellatur, sed quia factus est homo secundum substantiam.

XXIV. Si quandoquidem Verbum in Christo, signorum patrator fuit, quia in eo erat: unum utique ex Prophetis Christum esse dicitis. Nam perinde (Verbum) sanctorum miracula patravit.

Matth. 16. vers. 24.

Joan. 10. vers. 36. Matth. 3. vers. 16. Ibid. v. 11.

XXV. Dicitur Christus fuisse sanctificatus a Patre, advenientemque Spiritum accepisse. Quomodo igitur baptizat in Spiritu sancto, & quæ soli divinæ naturæ, conveniunt, implet & exsequitur? ipse enim sanctitatem suppeditat, quam proprium sui ipsius esse donum significans, ait: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur: quorum retinueritis, retenta sunt.* Sanctificatur ergò, quatenus est homo: idem verò ipse sanctificat, uti Deus.

Joan. 20. vers. 23.

XXVI. De Christo scriptum est: *Qui*

ρωσιν τοῦ Λόγε μόνον ϗ υἱὸν ὀνομάζεσθαι Θεε̃; εἰ δὲ υἱὸς μόνος ἔχειν πρὸς αὐτὸν τὴν κατὰ σχέσιν ϗ ἐνέργειαν ἕνωσιν, ἑτερογενὴς ἔσαι πρὸς τὸν πατέρα ϗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον ἕψεται· ἑτεροϋπόστατος γὰρ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα.

αβ. Ο μακάριος Παῦλός φησιν· εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· ϗ εἷς κύριος Ιησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· ἀνθ' ὅπου Ιησοῦς Χριστὸς ἀμέσως τῷ πατρὶ συντάττεται, μεσολαβοῦντος οὐδενός. εἶτα ὅποι ποτὲ τὸν μονογενῆ θήσομεν, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἀναβιβάζοντες ἄνθρωπον; ϗ καθὼς φατὲ, ἐνεργούμενον ὑπ' αὐτε̃, ϗ δι' αὐτε̃ τιμώμενον. εἰ φατὲ ὅτι, ὥσπερ ὁ Χριστὸς ἐγεννήθη ἐν Βηθλεὲμ μὲν, Ναζωραῖος δὲ ἐκλήθη διὰ τ ἐν Ναζαρὲτ κατοίκησιν, οὕτω ϗ ὁ Θεὸς λόγος ἄνθρωπος ἐκλήθη διὰ τ ἐν αὐτῷ κατοίκησιν· σκηνοῦν δ σὰρξ, δὸ ἄνθρωπος γεγένηται· δὸ εἰκότως ἂν ἄνθρωπος ὀνομάζοιτο, ἀλλὰ σαρκαῖος ϗ ἀνθρωπαῖος ὀνομάζοιτο ὁ Χριστὸς, ὥσπερ Ναζωραῖος. δ γὰρ Ναζαρὲτ ὀνομάσας ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ Ναζωραῖος.

κγ'. Εἰ διὰ τ ἐν ἀνθρώπῳ κατοίκησιν ϗ σχετικὴν ἕνωσιν ἄνθρωπος ὁ τε̃ Θεε̃ λόγος ὀνομάζεται, σκηνοῦν ϗ ὁ πατὴρ ϗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἄνθρωποι ὀνομαζέσθωσαν· κατοικεῖ γὰρ ἐν ἡμῖν τὸ πλήρωμα τ ἁγίας Τριάδος διὰ τε̃ πνεύματος· ἥ γοῦν φησὶν ὁ πάνσοφος Παῦλος· οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεε̃ ἐστὲ, ϗ τὸ πνεῦμα τε̃ Θεε̃ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; ϗ αὐτὸς ὁ Χριστός· ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον με τηρήσῃ, ϗ ὁ πατήρ με ἀγαπήσῃ αὐτὸν, ϗ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, ϗ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα· ἀλλ' εὐδαμοῦ ἄνθρωπος εἴρηται ὁ πατὴρ, ἅτε μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ κατοικεῖν ἐν ἡμῖν. οὐκοῦν οὐδὲ ὁ υἱὸς διὰ τ ἐν ἀνθρώπῳ κατοίκησιν ἄνθρωπος ὀνομάζεται, ἀλλ' ὡς κατ' οὐσίαν νοούμενος ἄνθρωπος.

κδ'. Εἰ ἐπειδὴ ὁ λόγος ἐν τῷ Χριστῷ, σημείων γέγονεν ἀποτελεστὴς, ἕνα που τάχα τ ἁγίων προφητῶν εἶναι αὐτὸν φατὲ· ἐνήργηκε γὰρ ϗ διὰ χειρὸς ἁγίων τὰς θεοσημίας.

κε'. Ηγιάσθαι γέγραπται ὁ Χριστὸς πρὸς τὸ πατρὸς ϗ τὴν ἐπιδημίαν δεδεχθαι τὸ πνεύματος. πῶς ἂν ἐν ἁγίῳ βαπτίζῃ πνεύματι, ϗ τὰ μόνῃ πρέποντα τῇ θείᾳ φύσει πληροῖ; χορηγὸς γάρ ἐστιν ἁγιασμοῦ. ϗ τὸτο δεικνὺς ὡς ἴδιον ἀγαθὸν φησί· λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται. ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. ἁγιάζεται τοίνυν καθὸ ἄνθρωπος. ἁγιάζει δὲ καθὸ Θεὸς, εἷς ὢν ὁ αὐτός.

κς'. Γέγραπται περὶ Χριστοῦ· ὃς ἐν ταῖς

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

ἡμέραις τ σαρκὸς αὐτῦ, δεήσεις κ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτυ μ κραυγῆς ἰσχυρᾶς κ δακρύων προσένεγκε· κ εἰσακυσθεὶς ἀπὸ τ εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθε ἀφ' ὧν ἔπαθε τ ὑπακοὴν, κ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς πᾶσιν τοῖς ὑπακούυσιν αὐτῷ αἰτία σωτηρίας αἰωνίυ. ἔτι κ αὐτὸς ὁ κύριος, Θεέ μυ, Θεέ μυ, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; πρὸς ψιλοῦ ἀνθρώπου ταῦτα ἐλέγετο, (a) ἀκηδιῶντος ἄρα & ἀφόρητον ποιουμένυ τ πειρατμῶν τ ἔφοδον, κ δεδιενεικημένυ· & ὑ γυναίυ τὸν τρόπον, ὑδ' ἀνδρικὸν φρόνημα ἔχοντος. ἀλύοντος γὰρ ἐκ μικροψυχίας τὰ ῥήματα· πρόπολυπός ἐστιν ἡ ψυχή μυ ἕως θανάτυ. &, νῦν ἡ ψυχή μυ τε τάρακται. &, πατὴρ, εἰ δυνατὸν παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τῦτο. ταῦτα τὰ ῥήματα, ἢ μὴ εἰδότος τὸ θεῖον θέλημα, ἢ ἀντιπίπτοντος τῷ θείῳ θελήματι. εἰ γὰρ ὡς πρὸς Θεοῦ γυμνοῦ ἀνθρωπότητος, ἀπρεπῆ πάντη, & ἀπεμφαίνοντα. πρὸς δὲ Θεοῦ σεσαρκωμένυ & ἐνανθρωπήσαντος τοῖς οἰκείοις τ σαρκὸς αὐτῦ πάθεσι τὰ παρ' ἡμῶν θεραπεύοντος, & ὑπόγραμμον ἡμῖν καταλιμπάνοντος, λίαν ἐπιτετευγμένα. τῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἐν τ ἡμέραις τ σαρκὸς αὐτῦ, καίπερ ὢν υἱὸς· κατατέθηπε τὸ μύστηριον ὁ πνευματοφόρος Παῦλος, & τ πρὸς ἡμᾶς τῦ Θεῦ οἰκονομίαν, κ τ πρὸς ἡμᾶς φιλάνθρωπον συγκατάβασιν· ὅτι καίπερ ὢν υἱὸς, ἐν τ ἡμέραις τ σαρκὸς αὐτῦ, ταῦτα πάντα ὑπέμεινε τῇ ἡμετέρα φύσει, ἵνα νουθρώπῃ ταύτῃ κ τὸν Θεὸν βλέπειν, & αὐτὸν πρὸς ἐπικυρείαν καλεῖν, & ὅσον πρὸς τελείωσιν, & πρὸς ποῖα γέρα καταλήγῃ ἡ τ παθῶν ὑπομονὴ & ὑπακοή. διὸ & ὁ μακαρίος ἔγραψε Πέτρος. ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες & κολαφιζόμενοι ὑπομένετε· ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες & πάσχοντες ὑπομενεῖτε, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ. ὅτι κ Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπολιμπάνων ὑπόγραμμον, ἵνα ἐπακολυθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτῦ. οὐκοῦν οὐκ ἄνθρωπος μόνον, οὐδὲ γυμνὸς Θεὸς, ἀλλὰ Θεὸς σεσαρκωμένος ὢν ὁ Χριστὸς, ἐν τ ἡμέραις τ σαρκὸς αὐτῦ πέπονθέ τε κ δίδρακε ταῦτα, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπόγραμμον. ἐπειπερ ἐπιτιμᾷ τῷ Πέτρῳ φήσαντι. ἵλεώς σοι κύριε, οὐ μὴ ἔσαι σοι τοῦτο, ὅτε τὸ πάθος αὐτοῖς προὐλέγετο.

κζ. Εἰ λέγοιτο προκόπτειν ὁ Ἰησοῦς σοφίᾳ, κ ἡλικίᾳ & χάριτι, μὴ ψιλὸν ὑποτόπαζε ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν ἀνθρωπήσαντα & σεσαρκωμένον, ἐφιέντα τῇ οἰκείᾳ σαρκὶ διὰ τ οἰκείων εἶναι τ ἰδίας φύσεως· ἵνα μὴ τέρας νομισθῇ ἡ ἐνανθρώπησις.

in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſet ipſum ſalvum facere a morte, cum clamore valido, & lacrymis obtulit. Et exauditus eſt pro reverentiâ: tametſi Filius erat, didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus cauſa ſalutis æternæ. Hebr. 5. v. 7.

Præterea ipſe Dominus: *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti?* Matth. 27. vers. 46. Hæc dicebantur ut de puro homine? velut igitur de eo qui animo concideret, & cui intolerabilis eſſet tentationum incurſio, ac metu vinceretur. Deficientis enim præ puſillanimitate verba hæc ſunt: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Matth. 26. vers. 38. Et, *Nunc anima mea turbata eſt.* Joan. 12. vers. 27. Et, *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte.* Matth. 26. vers. 39. Sunt iſtæ voces vel ejus quem voluntas divina lateat, vel qui illi reſiſtat. Quod ſi velut de Deo qui non ſit homo, hæc quis dicta accipiat, ſunt plane abſona, nec prorſus congruentia. Sin autem de Deo incarnato & homine facto, qui ſuæ ipſius carnis cognatis paſſionibus noſtras curet, ſeque nobis relinquat exemplum, valdè appoſita ſunt. Hoc enim declarat illud: *In diebus carnis ſuæ, tametſi Filius erat.* Hebr. 5. v. 7. Obſtupuit myſterium divino Spiritu plenus Paulus, Deique nobiſcum commercium atque benevolam ad nos demiſſionem; quod, tametſi Filius erat in diebus carnis ſuæ, univerſa hæc carne noſtrâ ſubſtinuit, ut eam contra paſſiones firmaret, doceretque dum tentationes ingruerent, in Deum reſpicere, ejuſque auxilium implorare, nec non quantùm ad perfectionem conducant, & in quæ deſinant præmia, paſſionum tolerantia & obedientia. Idcirco enim B. Petrus ſcripſit: *Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? ſed ſi benefacientes, patienter ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud Deum: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* 1. Pet. 2. vers. 29. Non ergo tantùm homo, nec Deus purus, ſed Deus in carne Chriſtus, *qui in diebus carnis ſuæ*, illa & paſſus eſt, & geſſit, nobis *relinquens exemplum.* Petrum quippe durè reprehendit, dicentem, dum ipſe paſſionem prænunciaret ſuam: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* Matth. 16. vers. 22.

XXVII. Quod ſi dicatur *Jeſus profeciſſe ſapientiâ, ætate, & gratiâ*, Luc. 1. v. vers. 81. ne propterea purum hominem æſtimaveris; ſed Deum factum hominem & incarnatum, qui propriæ ſuæ carni ea permiſerit quæ ejus naturæ conſentanea eſſent, ne incarnatio monſtrum quoddam eſſe videretur.

XVIII. Au-

(a) R. ἀκηδιῶν, at Turr. tranſtulit *dolentis*: quare emendare non dubitavi ἀκηδιῶντος uti paulo poſt legitur πονουμένου.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

XXVIII. Audet Paulus, etiam non hominem vocare Jesum, non quasi non hominem, sed velut qui sit etiam Deus. Scribit ergo ad Galatas. *Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum.* Et iterum: *Notum vobis facio Evangelium, quod evangelizatum est a me; quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi.* Scriptum est: *Non Angelus, non legatus, sed Dominus ipse salvavit nos.* Ait Paulus: *Estote imitatores Dei sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.* Qui mœstus erat, ac calicem recusabat, quonammodo semetipsum tradiderit, nisi quia non homo tantum erat.

Gal. 1. vers. 1. Ibid. v. 11. Isai. 63. v. 9. sec. 70. Eph. 5. vers. 1.

1. Petr. 4. vers. 1.

XXIX. Quomodo B. Petrus, ait: *Christo igitur passo carne?* cur illud, *carne*, adjunxit; nisi quia sciebat Deum illum esse impassibili Deitate? Si homo purus pro nobis passus est, quonam pacto *Verbum crucis, Dei Virtus est?* quid etiam causæ est, ut *qui sanguinem ejus pollutum duxerit, condemnatus sit*, velut qui Dei Filium conculcaverit.

1. Cor. 1. vers. 18. Hebr. 1. vers. 29.

Joan. 6. vers. 62.

XXX. Quomodo se *Christus ascendere* ait, *ubi erat prius.* Non enim ascendit tanquam Deus; quandoquidem incircumscriptus est. Ascendere autem ac descendere propria sunt circumscriptæ naturæ. Neque rursum ut homo prius erat in cœlo, quam eò ascenderet. Ascendit igitur ut homo, ubi prius erat ut Deus. Simul enim ipse idem, & Deus, & homo est.

Joan. 5. vers. 16.

XXXI. Scriptum est: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, habeat vitam æternam.* Quænam dilectionis exuberantia, si pro nobis hominem communem, adoptionis gratiâ filium factum dederit? Quî verò etiam Unigenitus, si adoptionis duntaxat honore, non naturâ filius sit; Scripturâ dicente: *Ego dixi, Dii estis, & filii excelsi omnes.* Et, *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Verum sicuti, cum multi adoptione & gratia Dii sint, unus tamen est Deus naturâ: sic cum multi adoptionis honore polleant, unus quoque est naturâ filius, Unigenitus ille quem dedit pro nobis.

Psal 81. vers. 6. Joan. 1. vers. 12.

Joan. 1. vers. 18.

XXXII. Clamat divinus Joannes dicens: *Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Quis porrò ille est, qui enarrat, præter eum qui ex Virgine natus est, & cum hominibus conversatus est? *Hic est Deus noster: non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ. Post hæc in*

Bar. 3. v. 36.

κή. Τελρᾶ ὁ Παῦλος, ϗ οὐκ ἄνθρωπον καλῶν τ Ιησοῦν, ἐχ ὡς οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' ὡς Θεὸν ὄντα. γεγρᾴ ἓν πρὸς Γαλάτας. Παῦλος ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ (α) δι ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ. ϗ πάλιν γνωρίζω ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κτ' ἄνθρωπον· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρ' ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό, οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι ἀποκαλύψεως Ιησοῦ Χριστοῦ. γέγραπται οὐκ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. Φησὶν ὁ Παῦλος· γίνεσθε μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, ϗ περιπατεῖτε, καθὼς ϗ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, ϗ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. ὁ λυπούμενος ϗ ἀπθυχόμενος τὸ ποτήριον, πῶς ἑαυτὸν παρέδωκεν, εἰ μόνον ἄνθρωπος ἦν.

κθ'. (β) Πῶς ὁ μακάριος Πέτρος φησί· Χριστοῦ οὖν παθόντος σαρκί; τίνος ἕνεκεν προσέθηκε τὸ, σαρκὶ, εἰ μὴ εἰδὼς, ὅτι Θεὸς ἦν ἀπαθεῖ τῇ θεότητι; εἰ φιλὸς ἄνθρωπος ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, πῶς ὁ λόγος τοῦ σταυρῷ δύναμις Θεοῦ ἐστι; ϗ πῶς τὸ αἷμα αὐτοῦ κοινὸν ἡγησάμενος κατακέκριται, ὡς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας.

λ'. Πῶς Χριστὸς ἀνιέναι ἑαυτόν φησιν, ὅπου ἦν πρότερον; ὅτε γὰρ ὡς Θεὸς ἄνεισιν· ἀπείρατος γὰρ τοῦ διὰ ἀνιέναι ϗ κατιέναι περιγραπτῆς φύσεως· ὅτε ὡς ἄνθρωπος ἦν ἐν ἐρήμῳ, πρὶν ἀνελθεῖν. ἀλλ' ἄνεισιν ὡς ἄνθρωπος, ὅπου ἦν τὸ πρότερον ὡς Θεὸς· Θεὸς γὰρ ἅμα ὁ αὐτὸς ϗ ἄνθρωπος.

λά. Γέγραπται· ὅτως ἠγάπησε ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. ποία ἀγάπης ὑπερβολὴ, εἰ κεῖνον ἄνθρωπον χάριτι υἱοποιηθέντα ὑπὲρ ἡμῶν ἔδωκε; πῶς γὰρ ϗ μονογενὴς, εἰ υἱοθεσίᾳ τετιμημένος, ϗ φύσει ὢν υἱὸς, τ γραφῆς λεγούσης· ἐγὼ εἶπα Θεοί ἐστε, ϗ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ϗ, ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι; ἀλλ' ὥσπερ πολλῶν ὄντων Θεῶν θέσει ϗ χάριτι, εἷς δέ ἐστιν ὁ φύσει Θεὸς, οὕτω ϗ πολλῶν υἱοθεσίᾳ τετιμημένων, εἷς ἐστιν ὁ φύσει υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενὴς, ὃν ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν.

λβ'. Ιωάννης ὁ θεῖος κέκραγε λέγων· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. τίς ἦ ὁ ἐξηγούμενος; εἰ μὴ ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς, ϗ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς; ὅτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος παρ' αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης.

(α) In Bibliis Græcis ubique legitur διὰ ἀνθρώπου: in Vulgatâ, *neque per hominem*: atque sic legendum auctoris mens exigit. (β) Turrianus videtur non legisse πῶς.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

μης. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τ γῆς ὤφθη, κ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. πῶς ἀφθη ἐπὶ τ γῆς, & συνανεστράφη ἀνθρώποις. αὐτὸς γὰρ ἔφη· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱὸς, κ τὰ ἑξῆς.

λγ'. Φησὶν ὁ ἀπόστολος· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. ὁ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ τὸ σῶμα κεκόμισαι· ἀλλὰ Θεὸς ὢν κ υἱὸς Θεοῦ, ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκε, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, δεύτερος Ἀδὰμ, ὡς ἀρχὴ δευτέρα τῶν ἀναπλαττομένων, καὶ πρὸς ἀφθαρσίαν διὰ τῆς ἀναστάσεως μεταστοιχειουμένων. διὸ καὶ φησίν· ὁ πρῶτος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ὁ δεύτερος εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν.

λδ'. Φησὶν ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς ὄνομα τοῦ πατρὸς κ τοῦ υἱοῦ κ τοῦ ἁγίου πνεύματος. & Παῦλος ὁ θειότατος φησίν· ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθητε· ἑνὸς υἱοῦ ἐμνημόνευσεν ὁ κύριος εἰπὼν, κ τοῦ υἱοῦ, ἀχρὶ οὗ, τοῦ κ τ υἱῶν· ὁ δ' ἀπόστολος, εἰς τὸν Χριστὸν, κ τὸν αὐτοῦ θάνατον βεβαπτίσθαι ἡμᾶς φησὶν· ἐώθη τοίνυν καθ' ὑμᾶς ὁ φύσει υἱὸς, κ εἰσκεκόμισαι ὁ υἱοθετηθεὶς διὰ χάριτος, ἢ εἰς τετράδα ἡμεῖς ἐβαπτίσθητε. ἀ γὰρ ἡμεῖς μὴ γένοιτο· ἡμεῖς γὰρ βεβαπτίσμεθα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς κ τοῦ υἱοῦ & τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τριάδα ὁμοούσιον & ἀδιαίρετον· μεμύηκε γὰρ οὐχ ἧττον τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, & ἐνανθρωπήσας, ὁ φύσει υἱὸς τοῦ Θεοῦ & Θεὸς, ὁ μονογενὴς· καθὼς & τῆς ἐκκλησίας διδάσκει τὸ σύμβολον.

λέ. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα· ποιητὴν οὐρανοῦ & γῆς· ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ· τὸν ἐκ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τ αἰώνων· φῶς ἐκ φωτός· Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, κ διὰ τὴν ἡμετέραν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν· σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τ παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου· καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα. καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κτ' τὰς γραφάς· καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, & καθεζόμενον ἐκ δεξιᾶς τοῦ πατρός· & πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας & νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Ορα πῶς τῶν ἁγίων & θεοφόρων πατέρων ἡ πληθὺς, ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἔφησε, τὸν πρὸ αἰώνων ἐκ πατρὸς γεννηθέντα, & οὐ ποιηθέντα· τὸν ὁμοούσιον τῷ πατρί· τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, φῶς· τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθι-

terris visus est, & cum hominibus conversatus est. Quonam modo visus est in terrâ, & cum hominibus conversatus? nam ipse dixit: *Deum nemo vidit unquam. Unigenitus filius, &c.* SÆC. VIII. ANNO 730.

XXXIII. Ait Apostolus: *Primus homo de terrâ terrenus; secundus homo, Dominus de cœlo.* Non enim corpus delatum de cœlo est, sed cum esset Deus Deique Filius, de cœlo descendit, & homo factus est. Secundus Adam, veluti principium secundum eorum qui reformantur, ac per resurrectionem ad vitam incorruptibilem transmittuntur. Quamobrem ait: *Primus Adam factus est in animam viventem: secundus Adam in spiritum vivificantem.* 1. Cor. 15. vers. 47. Ut in cod. Græcis & Syris. Ibid. v. 45.

XXXIV. Ait Dominus discipulis suis: *Euntes docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris & Spiritus Sancti.* Porrò divinissimus Paulus dicit: *Quicumque in Christo baptizati estis, in morte ipsius baptizati estis.* Unius Filii meminit Dominus dicens, *Et Filii*; non verò etiam, & *filiorum:* Apostolus autem, in Christo & ejus morte nos baptizatos dicit. In vestrâ igitur sententiâ naturâ filius explosus est, filiusque per gratiam adoptivus invectus; vel ipsi in quaternitate baptizati estis. Absit vero ut in ea nos simus baptizati: baptizati quippe sumus *in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti* in consubstantialem ac indivisam Trinitatem. Nihil quippe minus consubstantialis Patri, etiam factus homo, permansit Dei Filius naturâ ac Deus, unigenitus ille: quemadmodum Ecclesiæ Symbolum docet. Matth. 28. vers. 19. Rom. 6. vers. 3.

XXXV. *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem: factorem cæli & terræ: visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula; lumen de lumine: Deum verum, de Deo vero: genitum non factum: Consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de cœlis. Et incarnatus est, ex Spiritu sancto & Maria Virgine: & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit ad cœlos: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos. Cujus regni non erit finis.* Vide, ut sanctorum divinorumque Patrum cœtus, unum Dominum Jesum Christum dixerit, ex Patre ante sæcula genitum, non factum, consubstantialem Patri, lumen de lumine, verum Deum de Deo vero, incarnatum, passum carne, qui resurrexit, & ascendit in cœlos, sedetque a dextris Dei, Symbolum Nicænum, seu, CP.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Dei, ac rursum venturus est judicare vivos & mortuos. Nam & illud, *Iterum venturus est*, aliquid amplius indicat; quod nempe jam è cœlis venerit, quando voluntariâ assumta carne factus est homo. Non enim alium posuerunt, ex Patre ante sæcula genitum, & alium de Virgine natum: sed ipsum unum & eundem.

Nestorionorum objectio, ejusque solutio.

XXXVI. At inquies: Ipsum ergò Dei Verbum pro nobis esse passum dicimus? omnino fatemur; sed carne, non deitate; si verè quidem de eo dixerit Paulus: *Qui est imago Dei invisibilis: primogenitus omnis creaturæ: quia in eo condita sunt omnia, visibilia & invisibilia: sive Throni, sive Dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput Ecclesiæ: qui est primitiæ, primogenitus ex*

Coloss. I. vers. 15.

νοῦ, θεὸν ἀληθινόν· τὸν σαρκωθέντα καὶ παθόντα σαρκὶ, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ κεκαθικότα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καὶ πάλιν ἐρχόμενον, ὡς ἤδη ἐξ οὐρανῶν ἐλήλυθεν, ὅτε καθ' ἑκούσιον ἕνωσιν, σαρκωθεὶς ἐνανθρώπησεν. οὐ γὰρ ἄλλον τὸν πρὸ αἰώνων ἐκ πατρὸς γεννηθέντα, καὶ ἄλλον τὸν ἐκ παρθένου τεχθέντα· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτόν.

λς'. Ἀλλ' ἐρεῖς· αὐτὸν οὖν ἄρα φαμὲν (1) τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς Λόγον, παθεῖν δι' ἡμᾶς; πάνυ μὲν οὖν· σαρκὶ μέντοι, καὶ οὐ θεότητι. εἴπερ ἐστὶν ἀληθὴς ὁ Παῦλος λέγων περὶ αὐτοῦ· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, ὁρατὰ καὶ ἀόρατα· εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα συνέστηκε· καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, ὅς

ἐστιν

(1) Τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον παθεῖν δι' ἡμᾶς. *Ipsum ergò Dei Verbum.* Vetustus Christianorum sermo hic olim fuit, Deum nostri causâ passum esse. Id vero etiam prædicavit Arius, quò Filium naturæ alterius a Paternâ esse adstrueret: quia divinitatem illam qualemcunque Verbi animæ loco corpori fuisse conjunctam in Christo sibi finxerat. Apollinarius perinde dixit, *Deum Verbum esse passum carne*: sed hæreticè; quo Nyssenus in Antirrhetico explicat sensu: eoque libentius hoc docuit, quod deitatem Verbi humanæ mentis vices explêsse in Christo existimaret. Unde primùm natum est Θεοπαθητῶν, seu Θεοπασχιτῶν, q. d. *Dei passionorum* nomen. Hæretici hujus dictum habemus præsertim in confessione fidei ad Jovianum, quam Cyrillus Alexandrinus falsâ Athanasii Magni inscriptione, allegavit contra Nestorium in libro *de recta fide*, & in defensione Anathematismi sui 8. adversus Orientales: habemus itidem in ejus epistola ad Dionysium, quæ simili mendacio Julio Papæ attributa fuit. Quocirca Damasus in Synodo Romana anathemati subdidit eum *qui dixerit, Filium Dei Deum in passione crucis dolorem sustinuisse, non carnem cum anima, quam induerat.* Cyrillus vero nihilominus anathematismo 12 definivit, Deum Verbum esse passum carne, sed Catholico prorsus sensu, quem exposuit coram Patribus Ephesinis, & lib. 5. adversus Nestorium, descenditque adversus Theodoretum & alios hujus hæretici patronos. Hi siquidem ideo se Alexandrino præsuli succensere clamabant, quod cum *naturam unam* in Christo esse diceret; *unam*, inquam, *naturam Dei Verbi incarnatam*, quod familiare Apollinario fuerat, *Deum Verbum esse passum carne* definisset. Quam Cyrilli vocem sanam planè & Orthodoxam, ut de deitate per carnem passa interpretarentur, admodum contulerant nonnulli partium ipsius studiosi, ut puta Acacius Melitinensis, Saturninus, & alii, qui perpessam esse deitatem concedebant. Orientalium querelas passim exhibet Synodicon sive Tragœdia Irenæi Tyrii, quam Eutherius Tyanensis persequutus est in capitibus, quæ, ceu magni Athanasii essent, laudavit Euthymius in Panoplià contra Theopaschitas, quæque multoties edita sunt cum aliis sancti Doctoris operibus. Duodecimi præsertim capitis hic titulus est, *Adversus eos qui dicunt Deum Verbum esse passum carne.* Quocirca Ibas Edessenus in epistola ad Marim Persam, quæ lecta est act. 10. Concilii Chalcedonensis, quæque damnari meruit a quinta Synodo, narrat Cyrillum non antè cum Antiochenis fuisse conciliatum, quàm anathemati devovisset eos qui dicunt, ὅτι ἡ θεότης ἔπαθε, *Quia deitas passa est: quodque* μία φύσις ἡ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, *una natura est deitatis & humanitatis.* Proclus verò CP. Propter Nestorianos profitendum cum Cyrillo censuit, *Deum Verbum esse passum carne*; si non in epistolâ ad Armenos; at saltem in alterâ quam dedit ad Joannem Antiochenum; ut fidem facit fragmentum, quod Facundus Hermianensis lib. 1. *de tribus capitulis*, & Liberatus in Breviario recitant. Eutyches idem subinde dixit; dixerunt & alii Monophysitæ; cum unam in Christo naturam agnoscerent, divinam scilicet, cujus appendix solùmmodo esset humanitas, vel compositam ex utraque. Quod cùm Euthychiani in Concilio Chalcedonensi retinere affectaverint, id in causa fuisse crediderim, ut, quemadmodum Christianus Lupus observavit, capitula seu Anathematismi Cyrilli a Patribus tunc approbati denuo non fuerint. Et quia ejusdem synodi hostes Basilisci, Zenonis, & Anastasii Imperatorum potentiâ freti, in id incumbebant, ut *unus de Trinitate passus carne* diceretur, imo Petrus Fullo interpolato Trisagio carmine significasse putabatur, affixam esse Deitatem cruci; hinc Catholicis metuendi locus erat, ne sub his vocibus Eutychianum, imo Theopaschitarum virus lateret. Aliunde verò qui Nestorii, seu potiùs, ut aiebant, Diodori Tarsensis & Theodori Mopsuesteni placitis adhærescebant, cum Synodum quartam se recipere jactitarent, nullum non funem movebant, ne ejusmodi propositio admitteretur. Photius cod. 167. testatur Basilium Cilicem Antiochenæ Ecclesiæ Presbyterum, non aliâ de causa adversus Joannem Scythopolitam calamum strinxisse, nisi quia Joannes duodecim capitula Cyrilli tueretur, & illud in primis quo *passus Deus* introducitur. Mihi penè persuasum est ex hac officina prodiisse epistolas Græcas, quæ tanquam a Felice Papa, Acacio CP. Quintiano, Justino, Antheone, & Asclepiade ad Petrum Fullonem scriptæ feruntur, acceptasque esse ex historia Ecclesiasticâ ejusdem Basilii, quæ variis variorum Pontificum litteris intertexta fuisse dicitur a Photio. In his enim hoc unum datâ operâ inculcatur, sine impietate affirmari non posse, *Deum Verbum, unum de Trinitate esse passum carne*: sed secundum Apostoli effatum esse confitendum, *Christum in carne passum.* Quisquis sanè epistolas istas contulerit cum iis quæ Photius cod. 42. & 107. de Basilio, ejusque libris enarrat, ad ejus sensum ac forsan stylum confictas eas sentiet. In primis verò Cyrilli Alexandrini adversarium agnoscas in illo epistolæ primæ Fœlicis loco, quo pronunciatur, hanc vocem, *unam Dei Verbi naturam incarnatam, Apollinaris hæresim roborare.* Esto, Nestorius in his litteris censeatur hæreticus. Aft Basilianorum, Acœmetorumve, hic dolus fuit, qui, ut Leontius libro contra ipsos narrat, Nestorio ore tenus anathema dicerent, Theodori vero Mopsuesteni auctoritatem obtenderent. Auctor epistolæ ad Cæsarium Monachum, quæ S. Joannis Chrysostomi nomen præfert, quamque post Chalcedonense concilium scriptam esse pro certo habeo, præsertim hoc etiam adstruere nititur, Deum nequaquam dici debere perpessum carne. Horum dolum agnovere tandem Monachi quidam de Scythiâ sub Justino I. qui tamen, cùm *unum Trinitate passum* importunius obtruderent, neque Constantinopoli, neque Romæ admissi sunt, quoad Pontificatum gessit Hormisdas Papa. Demum, retectâ fraude Monachorum Acœmetorum, quibuscum, ceu Nestorianis, Scythæ contenderent, Joannes II. Pontifex Romanus, imàque Justinianus Imperator, cum Cyrillo, priscisque Patribus, piè verèque dicendum sanxere, *Deum Verbum unum de Trinitate esse passum carne*, Acœmetorum legatis a communione semotis. Quod subinde definitum fuit in Quinta Synodo generali; nec non Catholico sensu dici posse, *unam Dei Verbi naturam incarnatam.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

ἐστιν ἀπαρχὴ, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων. ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ καλὰ καὶ μάλα σαφῶς, τὴν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, ὁρατῆς καὶ ἀοράτου, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, κεφαλὴν διδόαται τῆς ἐκκλησίας φησίν· εἶναι δὲ καὶ νεκρῶν πρωτότοκον, ὃς ὑπέμεινεν σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας· ὁ γὰρ ἄνθρωπον ἁπλῶς, συναφείᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως λέγετε, τετιμημένον, ὑπὲρ ἡμῶν διδόαται φαμὲν· ἀλλ' ἔστιν αὐτὸς ὁ τῆς δόξης κύριος ἐσταυρωμένος· εἰ ἔγνωσάν, φησιν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

λζ. Πῶς ἂν αὐτὸς πέπονθε; εἰ γὰρ ὅλως ὁ πέπονθε ὡς Θεὸς, καὶ πεπονθέναι λέγεται, πῶς ἂν εἴη Θεός; σκοπεῖν ὁ παθὼν νοοῖτο μόνον, ὁ ἐκ σπέρματος Δαβίδ· καίτοι πῶς οὐκ ἀσθενοῦς διανοίας ταῦτα φάναι· ὁ γὰρ κοινὸν ἄνθρωπον δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ πατὴρ, σχετικῇ συναφείᾳ καὶ υἱοθεσίᾳ τετιμημένον· γράφει γὰρ ὧδε ἵνα πῶς ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· ἐπειδὴ ἂν ἤθελε διὰ τὸ κόσμου σωτηρίαν παθεῖν· ἀδύνατον ἦ τοῦτο δίχα σαρκὸς, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν φύσει ἀπαθῆ· ὡς Θεὸς, τοῦ παθεῖν δεκτικὴν ἔλαβε σάρκα, καὶ Θεὸς ὢν, γέγονε καὶ ἄνθρωπος, ἵνα δύναιτο παθεῖν· ὥστε ἄμφω πρόσῃν αὐτῷ· σαρκὶ μὲν, τὸ παθεῖν, θεότητι δὲ, τὸ μὴ παθεῖν· ἓν γὰρ αὐτὸς Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. ἀσθενὴς ἂν πᾶσα ὑπολήψεως ἐπίνοια, πρὸς γε τοσοῦτον τοῦ μυστηρίου ἐξεικόνισιν· ὅμως γέτοι πρὸς ἰσχνὸν φαντασίαν τάδε φαμὲν· ὥσπερ σίδηρος, ἦγουν ἑτέρα τις ὕλη τοιαύτη, ταῖς τοῦ πυρὸς προσομιλήσασα προσβολαῖς, εἰσδέχεται μὲν αὐτοῦ καὶ καταδύνει τὸ φλέγα· εἰ δὲ πλήττοιτο τυχὸν ὑπὸ τοῦ παίοντος, δέχεται μὲν ἡ ὕλη τὸ βλάβος, ἀδικεῖται δὲ ὅλως πρὸς τοῦ παίοντος οὐδέν, ἡ τοῦ πυρὸς φύσις· οὕτω νοήσῃς καὶ ἐν τῷ σαρκὶ λέγεσθαι τὸ παθεῖν, θεότητι δὲ μὴ παθεῖν τὸν υἱόν.

λή Ἐπεὶ δὲ τάς τε προφητικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ Χριστοῦ φωνὰς, πῆ μὲν περὶ ἀνθρώπου, πῆ δὲ ὡς περὶ Θεοῦ, πῆ δὲ ὡς περὶ Θεοῦ ἅμα καὶ ἀνθρώπου διαλεγομένας εὑρίσκομεν, τίνα τρόπον μὴ ἐναντιολογεῖσθαι ταύτας φήσομεν, εἰ μή πως τὸν φύσει υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν εἶναι ποιήσομεν, φύσει γεγενῆσθαι ἄνθρωπον; εἶναί τε μετὰ τὸν ἐνανθρώπησιν, τὸν αὐτὸν Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον; ὅτι γὰρ εἰ καὶ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας σαρκὸς, καὶ τὸν ἀπόστολον, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ· καὶ ἐγήγερται παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἑαυτὸν ἐξανέστησε, καὶ ἀνείληπται, καὶ αὐτεξουσίως ἀνέστη, καὶ κεκράθικεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης

mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Ecce enim, ecce quam bene & perspicuè, Dei invisibilis imaginem, primogenitum omnis creaturæ, visibilis & invisibilis: eum per quem omnia, & in quo omnia, datum asserit caput Ecclesiæ; esseque primogenitum mortuorum; eum, inquam, *qui sustinuit crucem, confusione contemptâ.* Non enim hominem solum, cujusdam cum ipso conjunctionis, quam ego non noverim, honore donatum, pro nobis esse traditum dicimus: sed ipse est *Dominus gloriæ*, qui cruci affixus est. *Si enim cognovissent*, inquit, *nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

SÆC. VIII. ANNO 730.

Heb. 12. vers. 2.

1. Cor. 2. vers. 8.

XXXVII. Quo igitur modo passus est? cum enim nullatenus passus sit tanquam Deus: passus tamen dicitur; quomodo erit Deus? debuerit ergò solus ille intelligi passus, qui ex semine David. Verùm imbecillis judicii esse videtur assertio ista. Non enim Pater communem hominem sociali conjunctione atque adoptione ornatum pro nobis tradidit. Nam hunc in modum scribitur: *Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Cum igitur pro mundi salute voluerit pati, atque id sine carne perficere non valeret (quia secundum naturam suam impassibilis est, ut potè Deus) carnem passioni obnoxiam assumsit; & cum esset Deus, etiam factus est homo, ut pati posset. Ambo itaque hæc illi aderant, ut & pateretur carne, & ut minimè pateretur Deitate. Erat enim idem ipse Deus pariter & homo. Inferior igitur ac debilis est omnis exemplorum excogitatio, quàm ut mysterium istud clarè repræsentet. Ad exiguam tamen illius expositionem hæc afferemus. Veluti ferrum aliave similis materia familiariori cum igne congressu, ignem in se concipit, ac parit flammam: si autem ab aliquo percutiatur, materia quidem damnum patitur; remanet vero ignis natura, nihil ab eo qui percussit, læsa, sic & intellexeris id quod dicitur, *Filium carne pati, ac Deitate non pati.*

Adversariorum instantia.

Responsio.

Joan. 3. vers. 16.

Simile.

XXXVIII. Porrò, cum Propheticas & Apostolicas de Christo voces, modo uti de homine dictas inveniamus, modo ut de Deo; aliquando etiam ut de Deo pariter & homine; quâ tandem ratione eas sibi invicem contrarias non esse propugnaverimus; nisi Dei Filium qui naturâ Deus est factum naturâ hominem dixerimus, esseque eundem ipsum, postquam factus est homo, Deum pariter & hominem? Sic enim, *Etsi crucifixus est ex infirmitate carnis*, ait Apostolus, *sed vivit ex virtute Dei.* Fuitque suscitatus à Patre, seque ipse suscitavit, & sedit *in Dei dextra in cœlestibus, super omnem principatum, & potestatem, & dominationem;*

Scripturæ modo Christum hominem, modo ut Deum indicant, aliquando utrumque simul.

2. Cor. 13. vers. 4. Ephes. 1. vers. 21.

SÆC. VIII. ANNO 730.

nem, & omne nomen quod nominatur.

XXXIX. Nisi absque intermedio facta fuit Verbi propria caro quæ ipsi inenarrabili ratione unita est, quomodo vivifica intelligatur? *Ego*, inquit, *sum panis vivus qui descendi de cœlo, & do vitam mundo. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.* Atqui nisi hæc ab ipsomet dicerentur qui descenderat, utique fateremur, ea tamquam de homine in filium adoptato, dicta esse. At cum dicat, *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi*; quomodo caro ejus alterius ab ipso fuerit? Etsi verò scriptum est: *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; eundem tamen Dei, & hominis Filium intelligimus: illud quidem, quippe cùm ab æterno sit ut Deus: hoc autem, eo quod novissimis temporibus factus sit homo. Alioqui quo pacto ipse, & homo sit, & descenderit de cœlo?

Joan. 6. v. 51. & 33.

Joan. 6. vers. 54.

XL. Beatus Paulus scribit: *Olim Deus loquutus est Patribus in Prophetis: novissime diebus istis loquutus est nobis in Filio.* En quomodo Prophetæ quidem adoptione digni habiti sunt: ille autem Filius, in quo novissime Deus nobis loquutus est, non adoptivus, sed naturâ est Filius. Unde & a Prophetis secernitur. Quod quidem liquet quando dicit; *Quem constituit hæredem universorum, per quem fecit & secula.* Quânam ratione fiat hæres universorum is per quem fecit secula, nisi ipse Deus & homo fuerit: qui, ut quidem Deus, auctor est seculorum; ut autem homo, hæres constituitur. *Qui, cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedit ad dexteram majestatis in excelsis. Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit.* Vide, ut ipse splendor sit gloriæ, & paternæ figura substantiæ; qui omnia portet verbo virtutis suæ; qui constituatur hæres universorum, ac sublimius præ Angelis hæreditate nomen acquisierit. Quînam ergo ipse & splendor est gloriæ, & portat universa, idemque universorum, quin & ipsiusmet nominis constituitur hæres, nisi quia & ipse idem, & Deus est, & factus est homo? non enim ista dicuntur, ut de alio & alio, sed de uno ipsomet Dei Filio, in quo novissimè nobis loquutus est.

Hebr. 1. vers. 1.

ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου.

λθ'. Εἰ οὐκ ἀμέσως ἰδία τοῦ Λόγου γέγονε ἡ ἀπορρήτως ἑνωθεῖσα αὐτῷ σὰρξ, πῶς ἂν νοοῖτο ζωοποιός; ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ὁ οὐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τοῦ τοῦ κόσμου ζωῆς. εἰ μὴ πρὸ τοῦ κατελυθότος αὐτῷ ταῦτα ἔλεγε, εἰκότως ἂν ὡς (α) ἐξ ἀνθρώπου ὑιοθετηθέντος λέγεσθαι. ἐπειδὴ δέ φησιν, ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, πῶς ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἑτέρου ἂν εἴη παρ' αὐτόν; εἰ μὴ καὶ γέγραπται· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς· συνίεμεν ὡς εἷς ἐστιν υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, τὸ μὲν ἀϊδίως, ὡς Θεός, τὸ δὲ γενάμενος ἐπ' ἐσχάτων, ὡς ἀνθρωπήσας. ἐπεὶ πῶς υἱὸς τε ἀνθρώπου ἐστὶ, καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκε;

μ'. Ὁ μακάριος Παῦλος γράφων φησί· (β) πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ· ὁρᾷς ὡς υἱοθεσίας μὲν καὶ οἱ θεοφόρητοι ἠξιωμένοι, οὗτος δὲ υἱὸς, ἐν ᾧ ἐπ' ἐσχάτων ἡμῖν ὁ Θεὸς λελάληκεν, ὁ θετὸς υἱὸς, ἀλλὰ φύσει· διὸ καὶ διήρηται ἐκ τῶν προφητῶν. καὶ δῆλον· φησὶ γὰρ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον, πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. πῶς κληρονόμος πάντων γίνεται, ὁ δι' οὗ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε, εἰ μὴ Θεὸς ἦν καὶ ἄνθρωπος; καθὸ μὲν Θεὸς, ποιητής ἐστι τῶν αἰώνων· καθὸ δὲ ἄνθρωπος, κληρονόμος καθίσταται· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς δυνάμεως ἐν ὑψηλοῖς· τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα· ὅρα ὡς αὐτός ἐστιν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, ὁ φέρων τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, οὗτος κληρονόμος πάντων καθίσταται, καὶ τὸ τῶν ἀγγέλων ὑψηλότερον κεκληρονόμηκεν ὄνομα. πῶς οὖν ὁ αὐτὸς ἀπαύγασμά τε ἐστὶ τῆς δόξης καὶ φέρει τὰ σύμπαντα, καὶ κληρονόμος τῶν ἁπάντων καὶ τοῦ ὀνόματος καθίσταται, εἰ μὴ αὐτὸς Θεὸς ὢν καὶ γεγονὼς ἄνθρωπος; ὁ γὰρ ᾧδε ἄλλα καὶ ἄλλα ταῦτα λέγεται· ᾧδε ἑνὸς ὄντος καὶ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἡμῖν ἐπ' ἐσχάτων ἐλάλησεν.

μά. Ἐπὶ

(α) Fortè περὶ, vel ἐπ' ἀνθρώπου *de homine*; ut Turr. transtulit. (β) Turrianus legisse videtur prima verba epist. ad Hebr. Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, posuit enim. *Multifariam*, inquit, *multisque modis olim*: quæ tamen Arab. Int. non expressit.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

μά. Εωὶ τούτοις πᾶσι τί μέγα ϗ καινὸν ϗ ἀπόκρυφον, ὃ τοῖς ὑμεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη; ἢ ποῖ⊙ πλοῦτος, ἢ ποῖα ἀπόῤῥητ⊙ σοφία, ἢ ποῖα ἀγάπης ὑπερβολὴ, εἰ δὶ ἀνθρώπου σωτηρία γεγένηται; ἢ πῶς κένωσις, ϗ ἐνανθρώπησις, ϗ σάρκωσις λεχθείη τὸ τ οἰκονομίας μυσήριον, εἰ μὴ δὶ ὑᾶς Θεᾶ ϗ φύσ Θεᾶ σεσώσμεθα, ἀλλ' ὑφ' ἑνὸς τ ὑπὸ φθορᾶς, χάριτι μεθ' ἡμῶν λαχάντος τὸ σώζεσθαι; εἰ δὲ ϗ μὴ ϗ ἀλήθειαν ὁ φύσ υἱὸς τᾶ Θεᾶ ϗ Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπ⊙, ϗ πάντα παθεῖν κατεδέξατο, ποῦ ἡ κένωσις; πῶς ἑαυτὸν ἐταπείνωσε; ποῖα ἣ σάρκωσις, τὸ μὴ γενέσθαι σάρκα; εἰ ἣ ϗ ψιλῷ ἀνθρώπῳ λατρεύ νῦν μετὰ τ ἐπιγείων τὰ ἐπουράνια, ϗ γόνυ κάμπτ, πῶς οὐκ εἰς τὸ χεῖρον κατέστη τὰ πράγματα; πάλαι γὰρ ἄνθρωποι τῇ κτίσ ἐλάτρευον· νῦν ἣ καθ' ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἐπιγείοις ϗ καταχθονίοις, ϗ τὰ ἐπουράνια· ἀλλ' ὑμεῖς μόν τὴν ἐλπίδα ἐπ' ἀνθρωπον ἔχοντες, ϗ ἀνθρώπῳ χάριτι σεσωσμένῳ λατρεύοντες, ἀνθρωπολάτραι δικαίως ἂν ὀνομάζοισθε· ἡμεῖς ἣ προσκυνοῦμεν ϗ λατρεύομεν ϗ πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ϗ εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τᾶ Θεᾶ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τᾶ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεᾶ ἀληθινᾶ· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ πρὸ αἰώνων ἐκ πατρὸς γεννηθέντα, ϗ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων σαρκωθέντα ἐκ πνεύματ⊙ ἁγία, ϗ Μαρίας ἀειπαρθένα ϗ ἐνανθρωπήσαντα, ϗ σαρκωθέντα, ϗ ταφέντα, ϗ ἀναστάντα, ϗ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ϗ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τᾶ πατρὸς, ϗ πάλιν ἐρχόμενον κρίναι ζῶντας ϗ νεκρούς· ἂ τ βασιλείας οὐκ ἔσ τέλ⊙. ϗ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

μβ'. Οτι ἣ ὁ γεννηθεὶς ἐκ τ ἁγίας παρθένα ϗ σταυρωθεὶς, αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τᾶ Θεᾶ ὁ πρεσβυτ⊙, μάρτυρεῖ πρῶτον μὲν ὁ τ προφητῶν θεῖ⊙ χορός· Δαβὶδ μὲν γὰρ ἀνεβόησε λέγων· ὁ θρόνος σα ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τᾶ αἰῶνος. ἰδοὺ πρὸς τὸν Θεὸν Δεσπότην λέγεται· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδ⊙ τ βασιλείας σα. ἠγάπησας δικαιοσύνην, ϗ ἐμίσησας ἀνομίαν· Διὰ τᾶτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς σα, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σα. ἰδοὺ σαφῶς τὸν Θεὸν, ὅτιν⊙ ὁ θρόν⊙ εἰς τὸν αἰῶνα τᾶ αἰῶνος, φησὶ κεχρίσθαι ὑπὸ τᾶ Θεᾶ ϗ πατρὸς τᾶ πατρὸς μὲν, ὡς Θεᾶ· Θεᾶ δὲ αὐτᾶ, ὡς ϗ σεσαρκωμένα, ϗ ὡς ἀνθρώπου χριομένα. Μιχαίας ἣ, ϗ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ιούδα, οἶκος τοῦ Εφραθα, ὀλιγοστὸς εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ιούδα. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μα τὸν Ισραήλ· ϗ αἱ ἔξοδοι αὐτᾶ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν

XLI. Ad hæc omnia, quid magnum, quid novum, quid occultum, quod *generationibus non est agnitum:* aut quæ *divitiæ:* vel quæ *sapientia abscondita:* quæ denique *caritatis* exuberantia, si per hominem salus parta est? aut quâ ratione humanæ salutis mysterium, exinanitio, inhumanatio, & incarnatio vocitetur, nisi nos Dei Filius ac naturâ Deus salvos fecit; sed unus quispiam interitui obnoxius, ipseque nobiscum, ut salvus fieret, per gratiam consequutus? Quod si etiam naturalis Dei Filius ac Deus, non verè factus est homo; neque omnia pati dignatus est; ubi erit exinanitio? quonam modo seipsum humiliavit? quodnam incarnationis genus, carnem non fieri? Quod si modò unà cum terrestribus puro homini serviunt cœlestia, ac genuflectunt, quî non res in deterius cesserunt? olim quidem homines creaturæ serviebant; nunc autem, ut vultis, cum terrestribus & infernis, in ejusdem servitutem cœlestia transierunt. At vos quidem in hominem spem habentes, atque hominem per gratiam salutem consequuto religione servientes, jure optimo dicti fueritis Anthropolatræ ἀνθρωπολάτραι, i. e. *hominis cultores.* Nos verò adoramus, servimus, ac credimus, „ in unum Patrem omnipotentem: & in „ unum Dominum Jesum Christum Filium „ Dei unigenitum ex Patre natum ante „ omnia sæcula: lumen de lumine: Deum „ verum de Deo vero: consubstantialem „ Patri: ante sæcula ex Patre genitum, & „ in novissimis temporibus, de Spiritu san„ cto & Maria Virgine incarnatum, & ho„ minem factum: crucifixum atque sepul„ tum: qui resurrexit, & ascendit in cœ„ lum, sedetque ad dexteram Patris: & „ iterum venturus est judicare vivos & mor„ tuos: cujus regni non erit finis. Et in „ Spiritum sanctum.

Symbolum repetit paucis immutatis.

XLII. Quod autem is qui ex sancta Virgine natus, crucifixusque est, ipse sit Dei Filius, seculis antiquior, testatur primùm divinus Prophetarum chorus. David quidem exclamavit dicens: *Thronus tuus Deus in seculum seculi.* Ecce Deum alloquitur. *Virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem. Propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* En clarè Deum, cujus sedes in seculum seculi, unctum esse ait a Deo & Patre: ab ipsius quidem Patre, ut Dei: a Deo autem, ea ratione quâ carnem assumsit, & quatenus homo, ungitur. Michæas autem: *Et tu Bethleem terra Juda, domus Ephrata, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel: & egressus ejus ab initio a diebus æternitatis.* Cujusnam ab initio egressus fuit, præterquam ejus;

Comprobatur Christi Deitas conglobatis Scripturæ locis.

Eph. 3. vers. 5. Ibid. v. 3. 1. Cor. 2. vers. 7. Ephes. 2. vers. 4.

Mich. 5. vers. 2.

SÆC. VIII. ANNO 730.

ejus; de quo Joannes Theologus ait: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Rursumque David: *Deus judicium tuum regi da, & justitiam tuam Filio Regis.* Et post pauca: *Et humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum Sole & ante Lunam in generationem & generationem.* Nonne hæc Christi ante secula exsistentiam perspicuè declarant! Baruch etiam: *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Joannes Theologus & Evangelista: *In principio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.* Post pauca: *Et Verbum caro factum est & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis.* Joannes testimonium perhibet de illo, & clamat dicens: *Qui post me venit, ante me factus est; quia prior me erat.* Prior erat, ut Deus utique: nam ut homo post Joannem natus est Christus. Et rursum. *Deum nemo vidit unquam. Unigenitus, qui est in sinu Patris ipse enarravit.* Quis verò enarravit, nisi Christus? Est ergò ipse Unigenitus, qui est in sinu Patris. Præcursor quoque Joannes ait: *Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.* Dicendo (articuli adjectione) ὁ υἱὸς, i. *ipse Filius Dei*, non υἱὸς, i. e. *Filius Dei* tantùm, disertè significat, illum unum, illum Unigenitum. Et Dominus ipse ad Nathanael: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo.* Quomodo filius hominis descendit de cœlo nisi quia, cùm Dei Filius esset, ac seipsum humiliavit? nam in hoc consistit ille descensus. Non enim Deus a naturâ habet, ut de loco in locum migret, cùm nullis ipse terminis claudatur. Rursum Christus: *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum; sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credit in nomine Unigeniti Filii Dei.* Et iterum Joannes: *Qui desursum venit, super omnes est.* Et post pauca: *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Omnia hæc dicta sunt de Christo. Rursus verò Dominus. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Propterea ergò magis quærebant eum Judæi interficere: quia non solum solverat sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se*

Psalm. 71. *vers.* 2.

Bar. 3. *vers.* 36.

Joan. 1. *vers.* 1.

Ibid. v. 14.

Ibid. v. 30.

Ibid. v. 18.

Ibid. v. 34.

Joan. 30. *vers.* 13. Imò ad Nicodemum memoriæ lapsus auctoris.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 3.

ἀιῶνα· τίς ἔσχε τ ἔξοδον ἀπ' ἀρχῆς, εἰ μὴ πρὸς ὃν Ἰωάννης ὁ Θεολόγος φησίν· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. καὶ πάλιν Δαβὶδ ὁ Θεὸς τὸ κρίμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως. καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ ταπεινώσει συνοφάντην. καὶ συμπολεμήσεται ἡλίῳ, καὶ πρὸ τ σελήνης γενεᾶς γενεῶν. ταῦτα δὲ σαφῶς δηλοῖ τοῦ Χριστοῦ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν; καὶ Βαρούχ. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, δ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη· Ἰωάννης ὁ Θεολόγος καὶ εὐαγγελιστής· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε. καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τ δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε λέγων· οὗτος ἦν ὃν εἶπον· ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. πρῶτος ἦν, ὡς Θεὸς δηλαδή· ὡς γὰρ ἄνθρωπος, τῷ Ἰωάννῃ ἐτέχθη ὁ Χριστός. καὶ πάλιν· Θεὸν οὐδὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. τίς ἢ ἐξηγήσατο, εἰ μὴ ὁ Χριστός; αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. καὶ Ἰωάννης ὁ πρόδρομος· κἀγὼ ἑώρακα καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· τὸ εἰπεῖν, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ εἰπεῖν υἱὸς Θεοῦ, ἀνάρθρως σημαίνει αὐτὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἕνα, τὸν μονογενῆ. καὶ αὐτὸς ὁ κύριος τῷ Ναθαναὴλ· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. πῶς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κατέβη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, εἰ μὴ υἱὸς Θεοῦ ὢν, καὶ φύσει Θεὸς, υἱὸς ἀνθρώπου γέγονε, καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτόν; τοῦτο γὰρ ἡ κατάβασις. οὐ γὰρ πέφυκε τὸ θεῖον μεταχωρεῖν ἐκ τόπων εἰς τόπους. ἀσώματον γάρ. καὶ πάλιν ὁ Χριστός· οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ· ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται. ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. καὶ πάλιν Ἰωάννης· ὁ ἐρχόμενος ἐπάνω πάντων ἐστί. καὶ μετ' ὀλίγα· ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν. ταῦτα περὶ τοῦ Χριστοῦ πάντα λέλεκται. καὶ πάλιν ὁ κύριος· ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

SÆC. VIII. ANNO 730.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐζήτων αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. καὶ πάλιν ὁ κύριος· ὁ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. καὶ μετ' ὀλίγα· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσῃ. καὶ πάλιν· πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. εἰ οὖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκεν ὁ Χριστὸς, πῶς ἄλλος ἐστὶ παρὰ τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν τοῦ Θεοῦ υἱόν; καὶ εἰ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις, ζωὴ ἐστιν αἰώνιος, πῶς οὐκ ἔστι φύσει Θεός; οἱ γὰρ εἰς κτίσμα πιστεύοντες, ἢ εἰς προφήτας, ἔχουσι ζωὴν αἰώνιον, ἀλλ' οἱ εἰς τὸν ἀληθῆ Θεὸν μόνον. καὶ πάλιν· ὅτι τὸν πατέρα ἑώρακέ τις, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα. καὶ πάλιν· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· καὶ πάλιν· ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον. εἰ μὴ ὁ αὐτός ἐστιν υἱὸς ἀνθρώπου καὶ υἱὸς Θεοῦ ὁ προαιώνιος, πῶς ὅπου ἦν τὸ πρότερον ἀνέβη; ἀνέβη μὲν γὰρ ὡς ἄνθρωπος, ὅπου ἦν τὸ πρότερον ὡς Θεὸς, ὢν ὁ αὐτὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος. καὶ πάλιν· ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν· οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ· ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. τίς ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχει, εἰ μὴ Θεὸς μόνος; καὶ πάλιν· ἐγὼ καὶ πατὴρ ἕν ἐσμεν. οὐκ ἐρεῖ ποτὲ ἄνθρωπος, ἐγὼ καὶ Θεὸς ἕν ἐσμεν, οὐδὲ, ἐγὼ καὶ ἄγγελος ἕν ἐσμεν· ἀλλ' ὅτε ἄγγελος εἴποι ἄν, ἐγὼ καὶ ὁ Θεὸς ἕν ἐσμεν, ἢ, ἐγὼ καὶ ἄνθρωπος ἕν ἐσμεν· κατεξαίρετον ἦ, κτίσμα οὐκ ἐρεῖ ποτέ· ἐγὼ δὲ ὁ δημιουργὸς ἕν ἐσμεν. ἐπεὶ γὰρ τὰ κτισμάτων, τυχὸν αὖ εἴποι ἄνθρωπος, ἐγὼ δὲ ἄγγελος ἕν ἐσμεν, καὶ τὸ κτιστὸν, καὶ τὸ δοῦλον· κτίσμα ἦ κτίσῃ κατ' οὐδέν. δὲ μετ' ὀλίγα συγκρίσει ἑαυτὸν πρὸς τοὺς θεσμοὺς δὲ φύσει θεοποιηθέντας, φησίν· οὐκ ἔστιν ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν γεγραμμένον, ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, δὲ υἱοὶ ὑψίστου πάντες; εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐγένετο τοῦ Θεοῦ, δὲ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή· ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε δὲ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, υἱὸς Θεοῦ εἰμι; δὲ δείκνυς δὲ ὅτι ἐστὶ δὲ πατρὶ ὁμοούσιος, οὐκ ἀπὸ τῶν ἔργων ὁμοιότητος, φησίν· εἰ δὲ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με, μὴ πιστεύετέ μοι. εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύετε, ἵνα γνῶτε, δὲ πιστεύσητε, δὲ ἐπιγινώσκητε, ὅτι ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί. ὡς δὲ ἀνώτερόν φησιν· ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς δὲ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς, οὓς θέλει ζωοποιεῖ, ἐπήγαγε· διότι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί· μὴ θαυμάζετε τοῦτο· ὅτι ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν, ὅτι οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. εἰπὼν, ὥσπερ

faciens Deo. Iterum quoque Dominus: *Panis Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.* Et post pauca. *Ego sum Panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam.* Et rursum: *Omnis qui videt Filium, & credit in eum, habet vitam æternam.* Si ergò Christus de cœlo descendit, quomodo alius est præter Deum Verbum, Dei Filium? ac si fides in ipsum, vita æterna est, eccur naturâ Deus non sit? Non enim qui in creaturam credunt, habent vitam æternam, sed qui credunt in solum Deum verum. Et iterum: *Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem.* Et rursum: *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi.* Et insuper: *Si ergò videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius.* Quod si non idem ipse est filius hominis, & æternus Dei Filius; quonam modo ascendit, ubi erat prius? Equidem ascendit ut homo, ubi prius erat ut Deus, ipse simul Deus & homo. Præterea: *Ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Quis habet potestatem vitæ & mortis præter solum Deum? Et iterum: *Ego & Pater unum sumus.* Homo nunquam dixerit; ego & Deus unum sumus: neque, ego & Angelus unum sumus. Neque Angelus dixerit: ego & Deus unum sumus: vel etiam, ego & homo unum sumus. In primis autem creatura nunquam dixerit, ego & opifex unum sumus. Forte enim in creatis dixerit homo, ego & Angelus unum sumus: eo nempe quod creati sunt; eo quod servi. At creatura nullatenus unum fuerit cum creatore. Post pauca verò, seipsum comparans cum filiis adoptione, non naturâ divinitatem consequutis, ait: *Nonne scriptum est in lege vestra: Quia ego dixi, Dii estis? si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura: quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis: quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum,* Seque Patri etiam consubstantialem, ex operum similitudine probans, ait; *Si non facio opera ejus qui me misit, nolite mihi credere: Si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis, quia Pater in me, & ego in Patre.* Quod etiam superius ait: *Sicut enim Pater suscitat mortuos & vivificat: sic etiam filius quos vult vivificat;* subjunxitque, *quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, & qui audierint vivent.* Ubi dixit, *Sicut Pater suscitat mortuos & vivificat,* adjecit: *Sic & Filius, quos vult, vivificat.* Quo significet

SÆC. VIII. ANNO 730.
Joan. 6. vers. 33. Ibid. v. 35.
Vers. 51.
Ibid. v. 63.
Ibid. 10. vers. 34.
Ibid. v. 37.
Joan. 5. vers. 21.

SÆC. VIII. ANNO 730.

ficet habere Filium ut vivificet, quemadmodum & Pater hoc habet, libera voluntate, ac naturà, non gratià. Deinde subdit, *Quia*, hic Dei Filius, qui ex natura ſua vivificat, *filius hominis eſt.* Non ait, dicitur filius hominis, ſed, *eſt. Nolite vero*, inquit, *mirari hoc*, quod filius hominis, Dei Filius eſt: non nomine tenus, & gratia, ſed natura. Nam Filius naturâ vivificat, ſicut Pater naturâ vivificus & Deus eſt. Et iterum ad Martham: *Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, vivet.* Et rurſum: *Qui videt me, videt & Patrem. Non credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt?* Et rurſum: *Hæc eſt vita æterna ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti, Jeſum Chriſtum.* Cum dixiſſet Philippus: *Oſtende nobis Patrem & ſufficit nobis:* Videns Dominus fieri non poſſe, ut Deus corporeis oculis videatur: aliunde vero cognitionem ipſius, Patris eſſe cognitionem, ut qui unius cum ipſo ſubſtantiæ eſt, (Quorum enim eſſentia una eſt, eorum una eademque notitia eſt.) quaſi tantillùm increpans ait: *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſti me, Philippe?* Equidem eum hominem noverat. At ideo increpatur, quod fide ac mentis oculis ut Deum non cognoviſſet. Nam ſi noviſſet ipſum Deum, cognoviſſet utique & Patrem. Non enim qui eum duntaxat hominem novit, is ſtatim & Patrem agnovit. Non enim Pater homo eſt. Hæc porrò cognitio, noſſe nimirum Deum Patrem, & ipſum Jeſum Chriſtum, eſt vita æterna. Sic ſane hoc neſcire æterna mors eſt. Thomas quoque eum, qui palpabatur, *Dominum* dixit ac *Deum.* Et ipſe quidem reprehenditur, ut qui non credidiſſet, priuſquam videret: beati verò dicuntur, qui cùm non viderint, credunt. Porrò Apoſtolus Paulus. *Quando judicabit Deus mundum ſecundum Evangelium per Jeſum Chriſtum: qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.* Et in epiſtola ad Epheſios: *Ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege. Conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum: qui fidelis eſt ei, qui fecit illum*: ſicut & *Moyſes in omni domo ejus. Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quantò ampliorem honorem habet Domus, qui fabricavit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit Deus eſt. Et Moyſes quidem fidelis erat in toto domo ejus tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant: Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua: Quæ domus ſumus nos*, ut dicendo, factum eſſe Jeſum tanquam hominem, eumque cum Moyſe comparando ampliori præ illo gloria dignum habitum ſubjunxit; quin eâ tali tantaque, quantâ opi-

Ibid. 11. *vers.* 25.

Joan. 14. *vers.* 9.

Joan. 17. *vers.* 3.

Joan. 20. *vers.* 18.

Rom. 2. *vers.* 16. & 9. *v.* 5.

Gal. 4. *vers.* 4.

Hebr. 3. *vers.* 1.

ὁ πατὴρ ἐγείρῃ τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ, ἐπήγαγε· ὥτω καὶ ὁ υἱὸς οὺς θέλῃ ζωοποιεῖ, δεικνὺς ὅτι αὐτεξουσίως καὶ φύσει ἔστι ζωοποιὸς ὁ υἱὸς, ὡς καὶ ὁ πατὴρ, καὶ ἀ χάριτι εἶτα ἐπάγει. ὅτι οὗτος ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ φύσει ζωοποιὸς, υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. οὐκ εἶπε, υἱὸς ἀνθρώπου λέγεται, ἀλλ' ἔστι. καὶ μὴ θαυμάζετε τοῦτό, φησιν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ζωοποιεῖ. οὕτω γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀνόματι, ἀλλὰ χάριτι, ἀλλὰ φύσει· ἐπειδὴ ὁ υἱὸς φύσει ζωοποιεῖ, ὥσπερ ὁ πατὴρ ζωοποιὸς & Θεός. & πάλιν πρὸς τὴν Μάρθαν· ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται. καὶ πάλιν· ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἃ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί; καὶ πάλιν· αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν. τῷ Φιλίππῳ εἰπόντος, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, & ἀρκεῖ ἡμῖν, εἰδὼς ὁ Κύριος, ὡς ἀμήχανον σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν Θεὸν, αὐθίς τε ὡς ἡ αὐτοῦ ἐπίγνωσις, τοῦ πατρὸς ἐστὶν ἐπίγνωσις ὡς ὁμοουσίου· τῆς γὰρ ὁμοουσίων, μία & ἡ αὐτὴ ἡ γνῶσις· ἐπιπληκτικώτερον φησὶ πρὸς αὐτόν· τοσοῦτον χρόνον ἔχω μεθ' ὑμῶν, & οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; ἔγνω γὰρ αὐτὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἐπιπλήττεται, ὡς μὴ Θεὸν αὐτὸν πίστει & διανοίας ἐπεγνωκότα ὅμμασιν. εἰ γὰρ ἐπεγνώκει αὐτὸν Θεὸν, ἐπεγνώκει ἂν & τὸν πατέρα· ἃ γὰρ ὁ ἄνθρωπον αὐτὸν ἐπιγνοὺς μόνον, ἤδη & τὸν πατέρα ἔγνω, ἀλλ' ὁ ἑωρακὼς αὐτὸν, Θεὸν δηλαδὴ, ἐπέγνω & τὸν πατέρα· ἃ γὰρ ἄνθρωπος ὁ πατήρ· αὕτη ᾗ ἡ γνῶσις, τὸ γινώσκειν δηλαδὴ Θεὸν πατέρα, & αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ζωὴ αἰώνιος ἐστί· & μὴτοι τὸ μὴ εἰδέναι τοῦτο, θάνατος αἰώνιος· & ὁ Θωμᾶς τὸν ψηλαφώμενον, ἔφη κύριον & Θεὸν καὶ ἐγκαλεῖται μὴ αὐτὸς, ὡς μὴ πρὸ τοῦ μὴ ἑωρακέναι πιστεύσας· μακαρίζονται δὲ οἱ μὴ ἑωρακότες καὶ πιστεύσαντες. Παῦλος ᾗ ὁ ἀπόστολος· ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους. ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ἐπὶ νόμου· & ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους· ὅθεν ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωσῆν ἠξίωται, καθόσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου, ὁ κατασκευάσας αὐτήν· πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος. ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός· καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων. Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς. ὅρα ὡς εἰπὼν τὸν Ἰησοῦν πεποιημένον ὡς ἄνθρωπος,

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

θρωπος, καὶ τῷ Μωσῇ θεραπαλών, πλείονος δόξης παρὰ Μωσῆν ἠξιῶσθαι φησί. καὶ τοσοῦτον, ὅσον ὁ δημιουργὸς τοῦ δημιουργήματος; καὶ υἱὸς δοῦλος· ὁ μὲν γὰρ Μωσῆς θεράπων θεοφόρος, ὁ δὲ Χριστός, θεὸς καὶ δεσπότης ἔνοικος. ἕ οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς. ναὸς γὰρ θεοῦ ἐσμέν. καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἐνοικεῖ ἐν ἡμῖν. θεὸς ἄρα ὁ Ἰησοῦς. καὶ ποιητὴς φύσει θεός· ὁ γὰρ οἱ χάριτι καὶ μετοχῇ θεοειδεῖς, καὶ δημιουργοί.

μβ'. Ταῦτα πάντα περὶ τοῦ ἐκ Μαρίας τεχθέντος καὶ σταυρωθέντος λεχθέντα, οὐκ ἀρρήλως θεὸν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ἐμφαντικώτατα δηλοῖ; ἀλλὰ τὸ σκότος τῆς κενῆς δόξης, οἷα λήμη τοῖς νοεροῖς τῶν αἱρετιζόντων ὀφθαλμοῖς ἐπίκειται, μὴ ἐῶν διαυγάζεσθαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου; ὁ γὰρ δύνασθε πιστεύειν δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ μὴ ζητοῦντες· ἡμεῖς δὲ οἷς ἐδόθη διὰ θεοῦ, φυγοῦσι τὴν δεισιδαίμονα πλάνην, καὶ μετὰ θεοῦ γενέσθαι, ὅτῳ νοοῦμεν, ὅτῳ φρονοῦμεν, καὶ ὅτῳ κηρύττομεν· ἕνα θεὸν τὸν πατέρα, ἕνα θεὸν τὸν υἱόν, ἕνα θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕνα θεὸν, τὰ τρία σὺν ἀλλήλοις νοούμενα, θεὸν ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ, ἕνα θεὸν τὰ τρία· τὸ μὲν, διὰ τὴν μοναρχίαν, τὸ δὲ, διὰ τὰς ἰδιότητας. μία γὰρ φύσις ἐν τρισὶ ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτῆς τῷ ἀναφορὰν ἔχει. διὸ εἷς θεὸς, τὰ τρία, τελεία δὲ ἡ φύσις, ἤτοι ἡ θεότης, ἐν ἑκάστῃ τῶν ὑποστάσεων· διὸ καὶ ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ τέλειος θεός. εἷς θεὸς τὰ τρία· θεὸς γὰρ καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, εἷς θεός· εἰπεὶ καὶ ἄνθρωπος καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, οὐ τρεῖς ἄνθρωποι, ἀλλ' εἷς. θεὸς τέλειος ἕκαστον· οὐ γὰρ δυνάμεις ἀνυπόστατοι, οὐδ' εἰς ἀέρα χεόμεναι, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἕκαστον ὑπόστατόν τε καὶ τέλειον· ἵνα μὴ σύνθετος εἴη θεὸς, ἐξ ἀτελῶν συγκείμενος τέλειος· ἀλλ' εἷς τέλειος ἐν τρισὶ τελείοις, ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος.

μγ'. Πιστεύομεν καὶ ἀνενδυάστως κηρύττομεν, αὐτὸν τὸν ἐκ πατρὸς πρὸ αἰώνων γεννηθέντα, μόνον υἱὸν καὶ λόγον τὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, τὸν φύσει υἱὸν, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς συνειληφθαι ἐν τῇ παναχράντῳ καὶ παναμώμῳ μήτρᾳ τῆς ἁγίας παρθένου, οἱονεὶ θεῖον σπόρον, καὶ σεσαρκῶσθαι ἀπόρως ἀτρέπτως καὶ ἀμεταβλήτως· ἤτοι ἐν ἑαυτῷ ὑποστήσασθαι σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, καὶ γενενῆσθαι τέλειον ἄνθρωπον, μὴ τῷ μεῖναι ὅπερ ἦν, τέλειος θεός. οὐκ ἄνθρωπον συνέλαβεν ἡ ἁγία παρθένος,

fex opificium ſuperat, ac filius ſervum. Ut Moyſes quidem Deifer ſervus fuerit; Chriſtus vero, Deus ac Dominus in domo propriâ: cujus domus ſumus nos. *Nam ſumus templum Dei: & Spiritus Dei habitat in nobis.* Jeſus ergò Deus eſt: Deus, inquam, naturæ conditor. Non enim, qui gratiæ participatione Dei ſimiles ſunt, ii etiam rerum ſunt conditores.

SÆC. VIII. ANNO 730.

1. Cor. 3. vers. 16.

XLII. Univerſa hæc de illo, qui natus ex Maria & crucifixus eſt pronuntiata ſunt: nonne perſpicuè admodum illis qui intelligentiâ præditi ſunt, Deum hominem palam faciunt? at non ſinit inanis gloriæ effuſa caligo, ceu lema hæreticorum mentis inſidens oculis, ut illis fulgeat illuminatio Evangelii. Non enim poſſunt credere qui gloriam ab hominibus quærunt, eamque quæ a ſolo Deo eſt, non quærunt. Nos autem, quibus a Deo conceſſum eſt, ut abjecto ſuperſtitionis errore, Deo adhæreamus; ſic intelligamus, ſic ſapiamus, ſicque prædicemus: Unum Deum Patrem: unum Deum Filium: unum Deum Spiritum ſanctum. Tria hæc ſimul invicem intellecta, unum Deum: unumquodque ſecundum ſe Deum; unum quidem propter unum principatum: tria verò propter proprietates; una quippè natura in tribus hypoſtaſibus eſt, atque ad unum referuntur, quæ ab uno illo ſunt. Ac propterea, unus Deus, tria ſunt. Perfecta porrò in ſingulis perſonis natura ſeu Deitas conſiſtit; atque ideo quælibet ſecundum ſe perfectus eſt Deus: Deus unus, tria. Deus quippe, ejuſque Verbum, & Spiritus ejus, unus Deus eſt. Nam & homo & ejus verbum & ſpiritus ejus non tres homines, ſed unus homo. Unumquodque perfectus Deus: non enim Dei Verbum, ejuſque Spiritus ſanctus, virtutes ſunt ſine ſubſtantia, aut in aërem effuſæ; ſed ſingulum quodque ſubſiſtens atque perfectum eſt: ne ſcilicet Deus ex imperfectis perfectus per compoſitionem conſiſteret: quin potiùs perfectus unus in tribus perfectis, omni perfectione ſublimior & anterior.

Joan. 12. vers. 38.

XLIII. Credimus itaque, ac fide non dubia prædicamus, eundem ipſum qui ex Patre ante ſecula genitus eſt, ſolum Filium ac Verbum, conſubſtantialem Patri, naturâ Filium; per quem omnia facta ſunt, ultimis temporibus ex beneplacito Patris, in Virginis ſanctæ illibato atque caſtiſſimo utero, ceu divinum ſemen, conceptum, & ſine ſemine, ſine mutatione, ſive converſione incarnatum eſſe, ſive carnem animâ rationali & intelligente animatam ſubſtentando, factum eſſe hominem perfectum; ſic tamen ut quod erat, perfectus Deus perſeveraret. Non enim Virgo ſancta ho-

SÆC. VIII. ANNO 730.

minem concepit ; sed Deum naturâ, sempiternum illum Filium Dei Verbum, ex se incarnatum. In unaquaque enim muliere conceptio fit ex semine sato ex viro ; adeoque conceptio seminis virilis est, ac semen hypostasis, præbente muliere simul cum conceptu suos sanguines in coïtu, exsistuntque per se ipsi sanguines in semine viri sato, quod quidem sanguinibus ipsis hypostasis fit, fit semenque adeo, tum sibiipsi, tum sanguinibus est communis hypostasis. Non sic autem in sancta Virgine ; quippe quæ ex viri semine non concepit, sed ubi consensum præbuit, Spiritus sanctus secundum Domini sermonem, quem nuntiaverat Angelus, in eam venit, purgans ipsam, vimque præbens, quâ Verbi Deitatem excipere posset. Atque tunc ei obumbravit subsistens Dei Altissimi sapientia & virtus, Dei Filius, ille Patri consubstantialis ; sibique ex sacris ejus mundissimisque sanguinibus carnem compegit animâ rationali & intelligente animatam, ipse factus ejus hypostasis ; atque ita cùm Deus ipse naturâ ex Patre esset, factus est naturâ homo ex matre, idem ipse hoc & illud : Deus verè perfectus, & citra mendacium homo naturâ perfectus, hypostasis una in duabus indivisè naturis. Non enim hominem confitemur Deitate donatum, sed Deum incarnatum, & factum hominem. *Et Verbum caro factum est :* totum Deum, & totum hominem cum divinissima ipsius Deitate, ac Verbi Dei naturam unam incarnatam docemus. Duas quoque ejus qui natura Dei Filius ac Deus est, nativitates novimus & annunciamus ; alteram ex Patre ante secula, sine corpore & causa : alteram novissimis temporibus propter nostram salutem, ex sancta Virgine, corpoream & temporalem. Quamobrem Virginem sanctam, Deiparam prædicamus ; velut quæ Deum corpore & veritate ex se incarnatum genuerit. Ceterum Christiparam eam scimus ; Christum enim genuit. At quia justo Dei judicio impius pestilentissimusque Nestorius ea voce ad nominis *Deiparæ* exstinctionem est abusus, non *Christiparam*, sed à meliori *Deiparam* ipsam nominamus. Sunt

Littera obscurior ex Turiano reddita.

Joan. v. vers. 14.

ἀλλὰ φύσῃ Θεὸν, τὸν προαιώνιον υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθησόμενον. ἐφ' ἑκάστης γὰρ τῶν γυναικῶν, σύλληψις γίνεται σπορᾶς ἐξ ἀνδρὸς καταβαλλομένης, καὶ τὸ ἀνδρὸς σπορᾶς ἔστιν ἡ σύλληψις· καὶ ἡ σπορά ἐστιν ἡ ὑπόστασις, ἅμα τῇ συλλήψει χωρηγούσης τὸ γυναικὸς τὰ οἰκεῖα αἵματα, καὶ συναφείας γινομένης, * καὶ ἐν τῇ ἀνδρὸς σπορᾷ ὑφισταμένης τὰ αἱμάτων, καὶ αὐτῆς τὸ σπορᾶς γινομένης αὐτοῖς ὑποστάσεως, ἑαυτῇ τε καὶ τοῖς γυναικείοις αἵμασι τὸ σπορᾶς γινομένης. ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας παρθένου οὐχ οὕτως. ὁ γὰρ ἐκ σπορᾶς ἀνδρὸς ἡ σύλληψις, ἀλλὰ μὴ συγκατάθεσιν τῆς ἁγίας παρθένου, πνεῦμα ἅγιον ἐπεισῆλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ τὸν τοῦ κυρίου λόγον ὃν εἶπεν ὁ ἄγγελος, καθαῖρον αὐτὴν, καὶ δύναμιν δεκτικὴν τοῦ Λόγου θεότητος παρέχον, καὶ τότε ἐπεσκίασε ἐπ' αὐτὴν ἡ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου ἐπισκιάσασα σοφία καὶ δύναμις, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, καὶ συνέπηξε ἑαυτῷ ἐκ τῶν ἁγίων καὶ καθαρωτάτων αὐτῆς αἱμάτων, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ τε καὶ νοερᾷ, αὐτὸς γεγονὼς αὐτῆς ὑπόστασις. ὅτῳ τὲ Θεὸς ὑπάρχων, ἐκ πατρὸς φύσει, καὶ γέγονε φύσει ἄνθρωπος. ἐκ μητρός. ἔστι δὲ ὁ αὐτὸς τοῦτο κἀκεῖνο. Θεὸς τέλειος ἀληθῶς, καὶ φύσει τέλειος ἄνθρωπος ἀψευδῶς, μία ὑπόστασις ἐν δυσὶν ἀδιαιρέτως τε φύσεσιν. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα ὁμολογοῦμεν, ἀλλὰ Θεὸν σεσαρκωμένον καὶ ἐνανθρωπήσαντα· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. καὶ ὅλον Θεὸν, καὶ ὅλον ἄνθρωπον, μὴ τῆς ὑπερθέσεως αὐτῷ θεότητος, καὶ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην δογματίζομεν. καὶ δύο τὰ φύσει υἱὸν τὸν Θεὸν καὶ Θεὸν τὰς γεννήσεις γινώσκομέν τε καὶ καταγγέλλομεν· μίαν μὲν ἐκ πατρὸς προαιώνιον ἀσωμάτως (1) καὶ ἀναιτίως· καὶ μίαν τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σαρκωθέντος καὶ ἐνανθρωπήσαντος, σωματικῶς τε καὶ χρονικῶς· διὸ καὶ (2) θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον κηρύττομεν, ὡς Θεὸν κυρίως καὶ ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα γεννήσασαν. Χριστοτόκον δὲ αὐτὴν οὐκ ἴσμεν. Χριστὸν γὰρ ἐγέννησε· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς θεοτόκου φωνῆς ὁ θεήλατος Νεστόριος ταύτῃ κατεχρήσατο. οὐ Χριστοτόκον, ἀλλ' ἐκ τοῦ χρείττονος

SÆC. VIII. ANNO 730.

(1) Καὶ ἀναιτίως. *Sine causa* [Sic planè principium distinxit a causa, ut Latini Patres, inquit Turrianus. Causam itaque intellexit efficientem sive creantem, a qua dicitur Deus γενεσιουργός.] Nequaquam : sed significat Damascenus Filium a Patre produci nullam ob causam *finalem* : cum tamen in tempore assumta carne natus sit propter hominum salutem. Ubi Nazianzenum imitatur qui orat. 35. docet Verbum fuisse ἐν ἀρχῇ ἀναιτίως, *in principio nullâ causâ. Ecquæ enim Dei causa sit ? τίς γὰρ αἰτία Θεοῦ ; ἀλλ' ὕστερον γέγονε διὶ αἰτίαν· ἦ δὲ ἦν, τὸ σὲ σωθῆναι τὴν ὑβρυστήν. Posthac autem fuit propter causam ; ut tu contumeliosus salvus esses.* Filium esse propter Patrem, Auctor dixit cap. 8. lib. de fid. hoc est ad Patrem tanquam ad sui principium referri, cum quo intimè conjungitur.

(2) Θεοτόκον. *Dei genitricem*, Vocem hanc diu ante Nestorii tempora usitatam fuisse, certum fit ex testimoniis Patrum quarti ac tertii seculi, quæ omnibus jam obvia sunt. Sed juvat hic addere testimonium aliud Alexandri Hierapolitani, qui tametsi Nestorio addictissimus semper fuit, in epistola ad Theodoretum quæ Latine exstat cap. 94. Synodici Irenæi, eandem vocem *Catholicam* esse pronuntiat his verbis. *Et insuper novi quod præmeditata a multo tempore nunc venerit ad effectum prodire Catholicæ vocis. Et quidem in festivitatibus* (seu festivis Orationibus, ἑορταστικαῖς.) *sive præconiis atque Doctrinis incirca spectat* Dei genitrix, *sive Deum vivum, ab orthodoxis tantummodo sine adjectione diceretur, vel Deicida Judæi, vel quia Verbum* incrassatum est, *& quæcumque sunt talia, quæ magis insuspicere dicta ab Orthodoxis invenimus.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 730.

τον & αὐτὴν Θεοτόκον κατονομάζομεν. Χριστοτόκοι γὰρ καὶ ἄλλαι τῶν προφητῶν καὶ βασιλέων μητέρες, μόνη δὲ Θεοτόκος, ἡ ἁγία Θεοτόκος (a) Μαρίαμ· δύο δὲ τὰς φύσεις τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὁμολογοῦμεν. καὶ δύο τὰς φυσικὰς θελήσεις τε καὶ ἐνεργείας. ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ, καὶ θέλει, τοῦτ' ὅπερ θέλειν ἴδιον ἔσχηκεν μετὰ τοῦ πατέρος κοινωνίας· καὶ τριάδι, καὶ μετὰ τὸν ἀνθρώπησιν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, λατρεύομεν, ἑνὶ υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ τῇ παρθένῳ, τῷ αὐτῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ, καὶ ἑνὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

quidem & aliæ Prophetarum Regumque matres, Christiparæ : Deipara vero nulla, nisi sancta Maria. Duas porrò Christi qui unius Dei Filius est, naturas scimus : duasque naturæ voluntates & operationes. Operatur enim & vult in unaquaque formâ quod velle proprium habuit, cum alterius communione. Quamobrem post incarnationem Dei Filii, non quaternitatem, sed Trinitatem religiosè colimus ; unum Patrem, unum Dei Virginisque Filium, unum denique Spiritum sanctum, in secula seculorum.

SÆC. VIII. ANNO 730.

(a) In Regio cod. 2428. ad caput 1. lib. 3. de fide orthodoxâ, hujus opusculi fragmentum nobis exhibetur : in quo legitur, Παρθένος Μαρία γνωρίζεται, καὶ δύο φύσ.

Sæc. VIII. Anno 745.

SANCTI ZACHARIÆ PONTIFICIS SEX CUM DIMIDIO CAPITA, EX LIBRO TERTIO DIALOGORUM S. GREGORII MAGNI,

QUOS

ZACHARIAS *in Græcum transtulit*;

GRÆCA HACTENUS DESIDERATA,

Ex membranis m. s. Reipublicæ Augustanæ edita

A B

HENRICO CANISIO

SS. CANONUM PROFESSORE INGOLSTADII.

JACOBI BASNAGII CIRCA DIALOGOS GREGORII MAGNI

Et eorum fragmenta a ZACHARIA PONTIFICE *Græco idiomate reddita*

OBSERVATIO.

AN *Dialogi* qui nomen *Gregorii Magni* præferunt, sint genuini tanti Pontificis fœtus, diu dubitarunt eruditi. Quippe autumabant aliqui *simplicitatis* notam inuri Gregorio, si illi Dialogos fabulis ineptis, ut ita loquar, refertas vindicarent. Deinde plurima refert, quæ cum Historica fide conciliari nequeunt. Ignotus est Litteratis omnibus *Petrus Diaconus*, quem sæpissime Gregorius in scenam inducit tanquam sibi amicissimum. Colitur quidem aliquis *Petrus Diaconus Salutiolæ* in pago Vercellensis Dioceſis

Digitized by Google

Diœceſis, quem dicunt obiiſſe diem ſuum, eo quod ferebat impatienter æmulos Gregorii ejus ſcripta igni damnaſſe. Sed eam fabulam ridet *Baronius*, nonnunquam nimis credulus ipſe. Denique notant Critici in Dialogis qui nomen *Gregorii* præferunt, ſententias aliquot, quæ plane Pontificis fidei ſunt oppoſitæ : At errare humanum eſt. In varias abeunt ſententias qui plurima ſcribunt: ubi diverſas agitant quæſtiones, alter eſt ſcriptor ubi rationibus & demonſtrationibus utitur in demonſtranda fidei doctrina; alter vero ubi miraculorum relationibus incertis abreptus fidem adhibet plebi vel monachis qui incredibilia quærunt, & inde argumenta elicit. SÆC. VIII. ANNO 745.

Ab altera parte patet ex ipſius *Gregorii* Epiſtolis eam ſibi fuiſſe mentem conſarcinandi miracula, & fanaticis ſæpius adhibuiſſe fidem, quos potius emendare debuiſſet. Scripſit ad plurimos & eorum Teſtimonia emendicavit, quæ apud ipſum ſummo contemptui debebant eſſe, ſi illa ſerio examini ſubjeciſſet. Deinde verum eſt, illum Pontificem, quamquam *Magni* nomine decoratum, abſit invidia verbo, fuiſſe credulum nimis, & auræ nonmodo popularis ſed aulæ tenaciter addictum. Qui veritatem illam ab aliis jam demonſtratam ſibi probare voluerit, legat adulatorias ipſius epiſtolas ad *Phoçam* & *Brunechildem*, in quibus uterque ſexus de criminum & vitiorum ſupremo faſtigio *contendere* videbatur. Quod ſupinam Gregorii Pontificis credulitatem evincit, fuit ejus ſententia de fine mundi quaſi proxima ejus tempore: hanc duabus potiſſimum rationibus tuebatur, quibus ſe ridendum præbuit. Prima fuit morbus quo detinebatur ipſe ab undecim menſibus in lecto per podagram, & Romæ, ut fit ſæpius per æſtatem, laborabant ſervi & liberi, ita ut nemo poſſet officia debita præſtare; quin imo regnabant in Oriente deſolationes & in Africa *morbi lethales*, ex *his itaque omnibus quia appropinquante mundi fine generalem eſſe percuſſionem cognoſcitis, affligi nimis de propriis moleſtiis non debetis.* Secunda ratione exagitabat Mauritium Imperatorem, qui lege prohibuerat, ne milites in monaſteriis ſuſciperentur. Revocari legem cupiebat Pontifex, quia appropinquabat *finis ſæculorum ; ecce enim non erit mora & ardente cœlo, ardente terra; coruſcantibus elementis & Archangelis, tremendus Judex apparebit.*

Talia qui ſcripſerit Pontifex fidem fabulis anilibus potuerit habere, & qui Bibliothecam ampliſſimam pluteoſque in cineres redigi juſſerit, ne Mathematices ſtudioſi illi ſcientiæ navarent operam, potuit traditiones novas credulitate nimia ſibi proprias facere. Ideo, quanquam olim *Gregorium Magnum* a ſuſpicione credulitatis tantæ vindicare tentaverimus, & ei Dialogos qui tantum virum non ſapiebant, abrogare, nunc illos ipſi adſcribimus, ut argumentis quanquam diverſis ipſi vindicavit *Gouſſanvillæus* in editione Pariſienſi Operum Gregorii Magni.

Dialogos Græce reddidit *Zacharias*, ipſe Græcus, ſed Pontifex electus anno 741. *Lambecius* in Commentario eruditiſſimo Bibliothecæ Vindobonienſis ſic loquitur: „ Continentur codice 189. Dialogorum Grego„ rii cognomine Magni, Liber ſecundus, de vita & miraculis S. Bene„ dicti a principio uſque ad caput decimum & Liber IV. a principio uſ„ que ad caput LXI. quod eſt ultimum. Diviſa autem eſt unaquæque „ pagina in duas columnas, quarum dextra ſive prior continet dialogorum „ tranſlationem Græcam a Zacharia Papa compoſitam; ſecunda ve„ ro complectitur S. Gregorii contextum Litteris Gothicis circa Ca-

„ roli

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 745. „ roli Magni tempora confectum, ſed lectu difficillimum" Hæc Lambecius.

Verſio Græca *Zachariæ Pontificis* Romæ fuerat edita, ſed, ut monet *Caniſius*, deerant fragmenta, quæ ipſe e tenebris prodidit in lucem. Nunc vero Græca leguntur integra in poſterioribus editionibus Lutetiæ Pariſiorum ſumma cum cura confectis. Nos tamen noluimus abſtinere quo minus in hac editione reponerentur, ne quid Caniſianæ collectioni deeſſet. Non Græca tantum, ut fecerat *Caniſius*, ſed Latina ſubjicimus, in gratiam Lectorum. Annum quo Zacharias hoc opus elucubravit, incerti nimis, aſſignare non potuimus, eum indicantes, ex quo turbulentis temporibus vivens aliquo potuit otio frui. Fallitur certe *Petrus Diaconus*, quanquam ſcriptor vitæ Gregorianæ, indicans hanc verſionem à Zacharia confectam poſt annos ferme centum quinquaginta quinque, ex quo Gregorius dialogos elucubraverat. Quippe ſcripſerat illos anno 594. at ab eo tempore ad Zachariam non potuerunt numerari anni centum & quinquaginta; quippe jam obierat ille Pontifex. Aliud eſt obſervatione dignum, Zachariam Pontificem in eadem Sede Romana collocatum & Latina Gregorii primi Græco idiomate reddentem, penitus immutaſſe ſententiam deceſſoris ſui; quippe cum Gregorius ſcripſerit hæc verba: *Cum enim conſtet quia paracletus Spiritus a Patre ſemper procedat & Filio*; in Græco Zachariæ legatur: *aperte igitur patet, quod Paracletus a Patre procedit & in Filio permanet.* Itaque Zacharias amplectebatur ſententiam Græcorum circa proceſſionem Spiritus ſancti a Patre ſolo, & quod mirandum magis, contribulium ſuorum ſententiam Gregorii nomine decorabat, & ipſi contra mentem adjudicabat. Quæ fides hominibus etiam *cœleſtibus*, ut vocant, eſt habenda, ſi ſupinis lectoribus ita poſſint imponere? Aliud forſan mirabitur lector, quod Gregorium dialogorum authorem non debuit fugere, ſi fidem hiſtoriæ aliquo habebat in pretio; & ideo nonmodo *Baronius*, ſed & eruditiſſimus *Ruinartius* in hiſtoria Wandalicæ perſecutionis illum vindicare totis viribus conati, ſpe, nî fallor, ſua exciderunt. Narrat Gregorius filium viduæ cujuſdam in Campania, dum ibi graſſarentur Wandali, captum in Africam abductum & Regis Wandalorum genero venditum ut ipſi inſerviret: mater filium amore materno proſequebatur, adivitque *Paulinum Nolanum* Epiſcopum, ut ipſi ſuppeditaret æs quo filium poſſet redimere: deerat Paulino redemptionis pretium, ſed ſe tanquam Hortulanum Regis genero in Africa conſignavit, ea via captivum liberaturus. Poſtmodum cœleſti viſione admonitus docuit Regis Wandalici generum brevi obiturum, & completo oraculo, omnes Campaniæ captivi cum ipſo libertatem ſunt adepti. Mutentur quantumvis voluerint Critici, ut fidem tum Gregorii tum Zachariæ Pontificum tueantur, nomina Gothorum in Wandalos, aut Wandalorum in Gothos; hanc fabulam cum veritate Hiſtorica conciliare nequaquam poterunt.

An. 1640. & 1711.

Dial. L. II. cap. 38.

Dial. Lib. III. c. 1.

Baronius autumabat hoc eveniſſe ſub Guntharo Genſerici fratre, Ruinartius vero ſub Genſerico, dum varias in Imperio Romano faceret excurſiones. Si vera nobis refert Gregorius, inquit inter Reformatos ſcriptor celeberrimus, *Campania* à Gothis devaſtata, Paulinus Nolanus cuncta ſua captivis redimendis erogabat; cumque nihil amplius ſupereſſet, ſeipſum pro redimendo viduæ cujusdam filio, quem in Africam Wandali deduxerant, eo profectus in ſervitutem Vicarium dedit, Regisque Wandalorum genero ſe mancipium tradidit, ab eo horto excolendo præfectus, tandem vero quiſnam eſſet agnitus in

Italiam

Digitized by Google

Italiam honorifice remissus est dono ei datis cunctis suæ civitatis captivis navibusque plurimis frumento onustis. Vides, Lector, tum Gothorum tum Wandalorum Regibus ea tribui, quanquam diversæ fuerint gentes, Reges & gesta. His non immoramur. Sed primo obiit Paulinus Nolanus præsul anno 431. jam septuagenarius; at tunc temporis Wandali qui Hypponem Augustini Sedem antea Episcopalem obsidione cinxerant & vix in Africa superiores erant, non potuerunt Campaniam vastare & inde captivas & tot mancipia in Africam abducere: deinde quomodo potuit Paulinus jam per annos triginta sepultus an 461. in Africam captivus transvehi & ibi Genserico mortem certam ominari? Denique si ad Gothos confugias, tunc ipsi Imperium non tenebant in Africa a Wandalis occupata, multo minus ibi captivos ex Campania transvehere poterant. SÆC. VIII. ANNO 745.

CANISIUS
AD LECTOREM.

INter Opera S. Gregorii Magni dedit nobis Roma anno Domini M. D. XCI. etiam Dialogos ejusdem sanctissimi Pontificis, & quidem Græco-Latinos, sed non sine insigni lacuna libri tertii, cui sex integra capita desunt, nempe 27, 28, 29, 30, 31, 32. & pars quoque 26. Et quia bibliotheca inclytæ Reipublicæ Augustanæ codicem nobis suppeditavit; quem Editoribus Romanis Bibliotheca Vaticana & Cryptæ Ferratæ negaverat, in quo tota Zachariæ Pontificis versio continebatur; committere non potuimus, quo minus Romanam editionem mutilam & imperfectam redintegraremus & expleremus: separatim interea his capitibus exscriptis & publicatis, donec omnes Dialogi S. Gregorii uno in volumine separatim græcè & latinè prodeant. Quod futurum aliquando, spem fecit ille, qui nuper typis Ingolstadiensibus secundum Dialogorum librum utraque lingua in lucem dedit. Illud lectorem admonitum volumus, non modò sex prædicta capita in Romana editione deesse; sed & partem non modicam capitis vigesimi sexti, hanc nimirum. (a)

(a) Vide Greg. primi Dialog. Lib. III. cap. 26.

Quia enim esse possit & sine aperta passione martyrium, testatur in Evangelio Dominus: qui Zebedæi filiis adhuc præ infirmitate mentis majora sessionis loca quærentibus dicit: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Cui videlicet cùm responderent, *Possumus:* ait utrisque: *Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis.* Quid autem calicis nomen, nisi passionis poculum signat. Et cùm nimirum constet, quia Jacobus in passione occubuit; Joannes verò in pace

Matth. 20. Ibidem.

Οἱ δὲ δύνασαι καὶ ἐκτὸς φανερᾶς μιμωσίας εἶναι μαρτύριον ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δείκνυσι, ὅτε τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου ἐκ τοῦ λογισμοῦ ἀκμὴν ἀσθενείας μεγάλης τὰς καθέδρας τόπους ἐπιζητοῦσιν εἶπεν, δύνασθαι πίνειν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν; αὐτῶν δὲ ἀποκριθέντων: δυνάμεθα, τοῖς ἀμφοτέροις εἶπεν, τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, τὸ δὲ καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται. Τί δὲ ἐστι ποτηρίου ὄνομα, εἰ μὴ τὸ πάθος δι' αὐτοῦ σημαίνει; ἐν τούτῳ οὖν δείκνυται ὅτι Ἰάκωβος μὲν πάθει ἐτελειώθη. Ἰωάννης δὲ ἐν εἰρήνῃ τοῦ

SÆC. VIII. ANNO 745.

Eccleſiæ quievit, incunctanter colligitur eſſe & ſine aperta paſſione martyrium, quando & ille calicem Domini bibere dictus eſt, qui ex perſecutione mortuus non eſt. De his autem talibus tantiſque viris, quorum ſuperius memoriam feci, cur non dicamus, quia ſi perſecutionis tempus extitiſſet; martyres eſſe potuiſſent: quia occultè antiqui hoſtis inſidias tolerantes, ſuoſque in hoc mundo adverſarios diligentes, cunctis carnalibus deſideriis reſiſtentes, per hoc quòd ſe omnipotenti Deo in corde mactaverunt, etiam pacis tempore martyres fuerunt: dum noſtris modò temporibus viles quoque & ſecularis vitæ perſonas, de quibus nil cœleſtis gloriæ præſumi poſſe videbatur, oborta occaſione contigit ad martyrii coronas perveniſſe? Hæc narrare tentabo.

Martyres pacis tempore,

ἐκκλησίας ἀνέστανε. ἐν ἄπασιν τοίνυν δεῖκνυται, ὅτι καὶ φανερᾷ πάθος μαρτύριον εἶναι, ὁπότ' ἂν κἀκεῖνος πιεῖν τὸ τοῦ κυρίου ποτήριον ἐρρέθη, ὅστις ἐν διωγμῷ οὐκ ἀπέθανεν. περὶ τούτων δὲ τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν, ὧν ἀνωτέρω μνείαν πεποίημαι, πῶς οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν, ὅτι εἰ αὐτοὺς ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς κατέλαβεν, ἑαυτοὺς εἰς μαρτύριον ἐτοιδᾶναι εἶχον, οἵτινες τοῦ ἀφανοῦς πολεμήτορος τὰς ἐνέδρας διὰ παντὸς ὑπήνεγκαν, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀντιδίκους ἐν αὐτῷ τῷ κόσμῳ ἠγάπησαν, καὶ πάσας τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας ἀντέσησαν, διὰ τὸ ἑαυτοὺς θυσίαν τῷ παντοδυνάμῳ θεῷ προσενέγκαι. ὅτι δὲ καὶ ἐν τῷ τῆς εἰρήνης καιρῷ ἀρτίως ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων μάρτυρες γεγόνασιν κοσμικοί τινες καὶ τῇ ζωῇ ἀπράγμονες, καὶ ἐν τῇ ἐρανῷ δόξῃ στεφάνῳ μαρτυρίᾳ κατεκοσμήθησαν, προφάσεως δικαίᾳ ἐπελθούσης, διηγήσασθαι πειράσωμαι.

Hæc capite 26. etiam deſiderantur, quibus tu, lector, ut ſequentibus additamentis, feliciter fruere!

Kεφ. κζ.

Digitized by Google

DIALOGORUM GREGORII MAGNI PONTIFICIS.

LIBER TERTIUS.

SÆC. VIII. ANNO 745.

ΚΕΦ. κζ.

Περὶ τῶν μὴ θελησάντων μιαροφαγῆσαι τεσσαράκοντα γεωργῶν, καὶ ὑπὸ τῶν λογγοβάρδων ἀποκεφαλισθέντων.

Πρὸ δεκαπέντε τῶν ἐτῶν καθὼς ἔτοι μαρτυροῦσιν, ὅτινες μεθ' ἡμῶν αὐτῶν τότε διῃρεθῆναι λέγουσιν, τεσσαράκοντα γεωργοὶ ὑπὸ τῶν λογγοβάρδων αἰχμαλωτισθέντες, * κρέη δ' αὐτῶν θυσίας φαγεῖν ἠναγκάζοντο. σφόδρα δὲ αὐτῶν ἀντισταθέντων, καὶ βρώσεως μιαρᾶς ἅψασθαι μὴ ἀνεχομένων, ἤρξαντο οἱ αἰχμαλωτίσαντες αὐτοὺς λογγόβαρδοι θάνατον αὐτοῖς ἀπειλεῖν, ἐὰν μὴ τῶν θυσιασθέντων κρεῶν φάγωσιν, ἐκεῖνοι δὲ τῷ αἰωνίου μᾶλλον ζωὴν ἀγαπήσαντες ὑπὲρ ταύτῃ τῷ πρόσκαιρον καὶ παρερχομένην, πιστῶς ἐστάθησαν, καὶ ἐν τῇ ἑαυτῶν ὁμολογίᾳ πάντες ἐσφάγησαν. τί οὖν; οὐχὶ μάρτυρες δι' ἀληθείας πάντες αὐτῶν ἐγένοντο, ὅτινες ἵνα μὴ τὸ κωλυθὲν φάγωσιν καὶ τῷ κτίσῃ αὐτῶν πρόσκοψωσιν, ἑαυτοὺς ἐξελέξαντο μᾶλλον διὰ ξίφους τῷ ζωὴν ταύτῃ ἀπαλλάξαι;

* κρέα.

SÆC. VIII. ANNO 745.

CAPUT XXVII.

De quadraginta ruſticis, qui pro eo quòd carnes comedere immolatitias noluerant, à Longobardis occiſi ſunt.

NAm ante hos ferè annos quindecim, ſicut hi teſtantur qui intereſſe potuerunt, quadraginta ruſtici à Longobardis capti, carnes immolatitias comedere compellebantur. Qui cùm valde reſiſterent, & contingere cibum ſacrilegum nollent, cœpere Longobardi qui eos tenuerant, niſi immolata comederent, mortem eis minari. At illi æternam potius vitam, quàm præſentem ac tranſitoriam diligentes, firmiter perſtiterunt, atque in ſua conſtantia ſimul omnes occiſi ſunt. Quid itaque iſti, niſi veritatis martyres fuerunt, qui ne, vetitum comedendo, conditorem ſuum offenderent, elegerunt gladiis vitam finire?

xl. ruſtici à Longobardis occiſi.

ΚΕΦ. κη.

Περὶ τῶν αἰχμαλώτων τῶν μὴ θελησάντων τῷ τοῦ αἰγὸς κεφαλὴν προσκυνῆσαι καὶ κατασφαγέντων.

Ἐν τῷ αὐτῷ τοίνυν καιρῷ ἑτέρους μέχρι τῶν τριακοσίων ἐκράτησαν οἱ λογγόβαρδοι, καὶ δὲ τὸ ἔτος αὐτῶν κεφαλὴν αἰγὸς τῷ διαβόλῳ ἔθυσαν, κύκλῳ προτρέχοντες, καὶ ἄσματι μιαρῷ ᾠδὴν ἀναπεμπουντες τοὺς αὐχένας αὐτῶν τούτῳ ὑποκλίνοντες καὶ προσευχόμενοι. τοῦτο δὴ πρᾶξαι καὶ οὓς ἐκράτησαν ὁμοθυμαδὸν ἠνάγκαζον. ἅπαν δὲ αἰχμαλώτων τὸ πλῆθος ἐξελέξαντο μᾶλλον διὰ τοῦ προσκαίρου θανάτου τὸν ἀθάνατον ζωὴν ἐπιποθήσασθαι, ἢ τοῖς αὐτῶν μιαροῖς κελεύσμασιν ὑπακοῦσαι, καὶ σὺν αὐτοῖς προσδεξαμένους ζῆν τεθανατωμένην ζωήν. αὐχένα γὰρ αὐτῷ κτίσῃ πάντοτε ὑπέκλιναν, τῷ κτίσματι ὑποκλῖναι οὐκ ἠνέσχοντο. ὅθεν γέγονε τοὺς κρατήσαντας αὐτοὺς πολεμίους σφοδροτάτῳ θυμῷ ἐκκαυθέντας πάντας αὐτῶν ξίφεσιν ἀνελεῖν, ὥσπερ ἐν τῇ ἰδίᾳ

CAPUT XXVIII.

De multitudine captivorum, qui pro eo quod caput capræ adorare noluerunt, occiſi ſunt.

EOdem quoque tempore dum ferè (a) quadraginta captivos alios Longobardi tenuiſſent, more ſuo immolaverunt caput capræ diabolo, hoc ei per circuitum currentes, & carmine infando dedicantes. Cumque illud ipſi prius ſubmiſſis cervicibus adorarent, eos quoque, quos ceperant, hoc adorare pariter compellebant. Sed ex eiſdem captivis maxima multitudo magis eligens moriendo ad vitam immortalem tendere, quam adorando vitam mortalem tenere: obtemperare juſſis ſacrilegis noluit, & cervicem quam ſemper creatori flexerat, creaturæ inclinare contempſit. Unde factum eſt, ut hoſtes qui eos ceperant, gravi iracundia accenſi, cunctos gladiis interficerent, quos in errore ſuo participes non haberent. Quid ergo

(a) *al. quadringentos.*

Chriſticolarum mul.

SÆC. VIII. ANNO 745.

ergo mirum, si erumpente persecutionis tempore illi martyres esse potuissent, qui in ipsa quoque pace Ecclesiæ semetipsos semper affligendo, angustam martyrii tenuerunt viam, quando ingruente persecutionis articulo hi etiam meruerunt martyrii palmas accipere, qui in pace Ecclesiæ latas hujus seculi vias sequi videbantur? Nec tamen hoc quod de eisdem electis dicimus viris, de cunctis jam quasi in regula tenemus. Nam cùm persecutionis apertè tempus irruit, sicut plerique martyrium subire possunt, qui esse in pace Ecclesiæ despicabiles videntur: ita nonnunquam in debilitatis formidinem corruunt, qui in pace Ecclesiæ prius fortiter stare videbantur. Sed eos de quibus prædiximus fieri martyres potuisse fidenter fatemur; quia hoc jam ex eorum fine colligimus. Cadere enim nec in aperta persecutione poterant hi de quibus constat, quia & usque ad finem vitæ in occulta animi virtute perstiterunt.

titudo à paganis occisa.

πλάνη συμμετόχως σχεῖν ἐκ ἠδυνήθησαν, τί ἂν λοιπὸν θαυμαστὸν ἦαν καιρῷ διωγμῷ καταλαβόντος ἑαυτὸς εἰς μαρτύριον παρέδωκαν, ἐκεῖνοι ἐν τῷ τ̃ εἰρήνης τ̃ ἐκκλησίας καιρῷ ἑαυτὸς πάντοτε, δι' ἐγκρατείας σκτήκοντες, καὶ σενὴν μαρτυρίκ κρατοῦντες ὁδὸν, ὁπότ' ἂν οἱ τλὼ κ̃ κόσμ πλατεῖαν ὁδεύοντες ὁδὸν ἐν τῇ τ̃ ἐκκλησίας εἰρήνῃ διωγμῷ αὐτοῖς ἐπεσῶτος μαρτυρίκ Στεφάνυς λαβεῖν ἠξιώθησαν, ἀσφαλῶς τοίνυν κ̀ ὁμολογκμένως κρατοῦμεν ὅτι ἐκλεκτοὶ ἄνδρες ἔτοι πρὸ ὧν λέγομεν καὶ ἐν καιρῷ φανερῷ διωγμῷ μαρτυρίκ ἐπιδοῦναι ἑαυτὸς ἠδύναντο. καθώσπερ κ̀ πλεῖσοι ἐν τῷ τ̃ εἰρήνης καιρῷ, οἵτινες οἰκτροὶ καὶ ἀδαμινοὶ ἐφαίνοντο. συμβαίνει δὲ πολλάκις. ἐν καιρῷ διωγμῷ εἰς δειλείαν ἀδυναμείας καταπεσεῖν, οἱ πρότερον ἐν τῷ τῆς εἰρήνης καιρῷ δυνατὸς εἶναι ἐπιστευόμεν. ἀλλ' ἐκ ἔστοι τοιοῦτο πρὸ ὧν προείπαμεν δύνασθαι μάρτυρας, ἐκ γὰρ τὰ αὐτῶν τέλυς ἀσφαλῶς δείκνυται ὅτι ὥτε ἐν φανερῷ διωγμῷ πεσεῖν ἠδύναντο, οἵτινες μέχρι τ̃ ζωῆς αὐτῶν τέλυς ἐν τῷ κρυπτῷ τ̃ ψυχῆς ἀκίνητοι ἔσησαν.

Petrus:

Ut asseris ita est: sed super indignos nos divinæ misericordiæ dispensationem miror, qui Longobardorum sævitiam ita moderatur, ut eorum sacerdotes sacrilegos qui esse se fidelium quasi victores vident, orthodoxorum fidem persequi minimè permittat.

Πέτρος.

Τῆς θείκης οἰκονομίας τὸ ἐλέη θαυμάζω, πῶς τλὼ τῶν λογγοβάρδων σκληρότητα κατέχει καὶ τῶν μιερέων αὐτῶν ἱερέων, οἵτινες πιστὸς ἑαυτὸς εἶναι νομίζυσι, διὰ τὸ νικητὰς αὐτὸς φαίνεσθαι, ὅτι τλὼ ὀρθοδόξων πίσιν ἀδαμῶς αὐτοῖς καταδιῶξαι συγχωρεῖ.

CAPUT XXIX.

De Ariano episcopo cæcato.

Κεπ. κθ.

Περὶ Ἀρειανὸ ἐπισκόπυ τυφλωθέντος.

Gregorius:

HOc, Petre, facere plerunque conati sunt, sed eorum sævitiæ miracula superna restiterunt. Unde unum narro quod per Bonifacium monasterii mei monachum, qui usque ante quadriennium cum Longobardis fuit, adhuc ante triduum agnovi. Cùm ad Spolitanam urbem Longobardorum episcopus, scilicet Arianus, venisset, & locum illic ubi solennia sua ageret, non haberet, cœpit ab ejus civitatis episcopo Ecclesiam petere, quam suo errori dedicaret. Quod dum valde episcopus negaret, idem qui venerat Arianus beati Pauli Apostoli Ecclesiam illic cominus sitam se die altero violenter intraturum esse professus est. Quod ejusdem Ecclesiæ custos audiens festinus cucurrit, Ecclesiam clausit, seris munivit. Facto autem vespere lampades omnes extinxit, seque in interioribus abscondidit. In ip-

Arianus Longobardorum episcopus.

Τοῦτο Πέτρε πάσῃ δυνάμει ποιῆσαι ἠγωνίσαντο. ἀλλὰ τῇ ἐκείνων ὠμότητι τὰ ἄνωθεν ἀντέσῃ θαυμάσια. ὅθεν ἐν διηγῆμαι, ὅπερ διὰ Βονιφατίυ τὸ τ̃ μονῆς μυ μοναχὸ πρὸ τριῶν ἀκμὴν ἡμερῶν ἔγνων, ὅσις μετὰ τῶν λογγοβάρδων ὑπῆρχεν ἕως πρὸ τ̃ τεσσάρων τότων ἐτῶν. ἔστος τοίνυν διηγεῖται, ὅτι ἐν τῇ πόλει Σπολίτης ὁ τ̃ λογγοβάρδων ἐπίσκοπος ἐλθὼν, Ἀρειανὸς δηλαδὴ ὑπάρχων, κ̀ τόπον ἐκεῖσαι μὴ ἔχων, ἐν ᾧ τλὼ ἑορτλὼ αὐτὸ ἐπιτελέσει, ἤρξατο τῷ τ̃ πόλεως ἐκείνης ἐπισκόπῳ ἐκκλησίαν ἐπιζητεῖν, ἣν περ ὤφειλε κ̃ τλὼ ἰδίαν αὐτὸ πλάνην ἐγκαινίσαι. τοῦτο δὲ ὁ ἐπίσκοπος μὴ ποιῆσαι παντολῶς διεχυρίσατο. ὁ δὲ Ἀρειανὸς ἐκεῖνος εἰς τλὼ τ̃ μακαρίυ Παύλυ τ̃ ἀποστόλυ ἐκκλησίαν τλὼ ὄσαν ἐκεῖσαι ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ εἰσελθεῖν βραχίονι διεβεβαιώσατο. τοῦτο δὲ ὁ τ̃ αὐτῆς ἐκκλησίας φύλαξ ἀκηκοὼς πρωΐαις ὥραις τλὼ

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 745.

τῳ ἐκκλησίαν ἠσφάλισεν. ἑσπέρας δὲ γενομένης πάσας τὰς καντδίλας ἔσβεσε, καὶ ἑαυτὸν ἐν τοῖς τῆ ναῷ ἐνδοτάτοις κατέκρυψεν. τῆ δὲ φωτὸς τ ἡμέρας ἐπακθλιθήσαντος ἐν αὐτῇ τῇ αὐγῇ ὁ Ἀρειανὸς ἐπίσκοπος συνάξας πλῆθος λαῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεγένετο τὰς κεκλεισμένας θύρας ἕτοιμος ὢν κατακλάσαι. αἴφνης δὲ πᾶσαι θύραι ὁμοθυμαδὸν θεόθεν τινα χθεῖσαι τ κλείθρων μήκοθεν ῥιφέντων μ μεγάλῃ ἤχῃ ἀνεῴχθησαν, φωτὸς δὲ ἄνωθεν ἐκχυθέντος ἑσθεσμέναι καντδίλαι πᾶσαι ἀνήφθησαν. ὁ δὲ Ἀρειανὸς ἐπίσκοπος ὁ βίαν ποιῆσαι θελήσας ἄιφνης τυφλώσει πληγεὶς ἀλλοτρίαις χερσὶν ὁδοιγούμενος εἰς τὸ ἴδιον οἴκημα ἀνεπέστρεψεν. τῦτο δὲ μαθόντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ ὄντες λογγόβαρδοι ἐδαμῶς τῆ λοιπῆ ἐτόλμησαν ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις ἐπιβῆναι, θαυμασίως τῦ Θεῦ οἰκονομήσαντος, ὥστε ἐν μιᾷ καιρῷ ῥοπῇ καὶ τὸν Ἀρειανὸν τὸ φῶς ἀπολέσαι, καὶ ἐν ταῖς *σβεσθείσαις καντδίλαις ἐν τῇ τῦ μακαρίου Παύλου τῦ ἀποστόλου ἐκκλησίᾳ τὸ φῶς ἀποστρέψαι.

*σβεσθείσαις.

so autem subsequentis lucis crespusculo Arianus episcopus collecta multitudine advenit, clausas Ecclesiæ januas effringere paratus. Sed repentè cunctæ simul portæ divinitùs concussæ abjectis longius seris apertæ sunt, atque cum magno sonitu omnia Ecclesiæ claustra patuerunt. Effuso desuper lumine omnes quæ extinctæ fuerant lampades accensæ sunt. Arianus verò episcopus qui vim facturus advenerat, subita cæcitate percussus est, atque alienis jam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam ulterius præsumpserunt catholica loca temerare. Miro enim modo res gesta est, ut quia ejusdem Ariani causa lampades in Ecclesia beati Pauli fuerant extinctæ, uno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumen rediret.

Arianus episcopus cæcitate percussus est.

SÆC. VIII. ANNO 745.

ΚΕΦ. Λ.

Περὶ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἁγίας ἀγαθῆς εἰς τῳ σιβέραν.

CAPUT XXX.

De Arianorum Ecclesia, quæ in Romana urbe catholica consecratione dedicata est.

Ὅτι δὲ τῦτο ὄν παρασιωπήσω, ὅπερ εἰς κατάκρισιν τ αὐτῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πρὸ δύο χρόνων ἢ ἄνωθεν ἀπλαγχνία δεῖξαι ἠυδόκησεν. ἅπερ δὲ διηγῦμαι, τὰ μὲν ὁ λαὸς γινώσκει, τὰ δὲ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ φύλακες τ αὐτῆς ἐκκλησίας ἀκῦσαί τε καὶ θεάσασθαι μαρτυροῦσιν. ἐν ταύτῃ τοίνυν, καθὼς πρεπῶν, τῇ τ ῥωμαίων πόλει ἐν τῇ ῥηγεῶνι τῇ ἐπιλεγομένῃ σαβερᾶ τῶν Ἀρειανῶν ἐκκλησία ὑπῆρχεν ἥτις κεκλεισμένη ἦν ἀπομείνασα ἕως πρὸ ταύτης τ διείας. ἔδοξεν ὖν ἵνα καὶ μακαρίᾳ σεβασιανῦ καὶ τ ἁγίας μάρτυρος Ἀγάθης λείψανα ἐν αὐτῇ κατατεθῶσιν ὠφειλόσης αὐτῆς ἐγκαινισθῆναι, ὅπερ καὶ γέγονεν. μ μεγίστῃ δὲ πλήθυς λαῦ ἀπερχομένων ἡμῶν καὶ τῷ παντοδυνάμῳ κυρίῳ τὰς τ ψαλμῳδίας αἴνους ἀναπεμπόντων, τῳ αὐτῳ ἐκκλησίαν κατελάβομεν, καὶ ἐν αὐτῇ εἰσελθόντες τὰ τ θείας λειτυργίας ἑόρτια ἐτελῦμεν. διὰ δὲ τῳ τῆ τόπῳ στενοχωρίαν τὸ τῦ λαῦ πλῆθος ἑαυτὸς συνέσφιγγον, τινὲς ἢ ἐξ αὐτῶν ὁίτινες ἔξω τῦ ἱερατείου ἵσαντο αἴφνης χοῖρον ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν ὧδε κἀκεῖσε περιτρέχοντα ἐνόησαν. ἐν ὅσῳ δὲ εἷς ἕκαστος ἐνόησας τῷ πλησίον αὐτῦ ἰσαμῴῳ ἐμήνυσεν ἑ αὐτὸς χοῖρος τὰς θύρας τ ἐκκλησίας ἐξῆλθεν, πάντας δὲ οἷ ὧν παρῆλθεν ἐν θαύματι συνεκίνησεν, θεαθῆναι δὲ ἐδαμῶς ἠδυνήθη, εἰ μόνον ὡς εἴρηται περιτρέχοντα τῦτον ἐνόησαν. τῦτο

SEd neque hoc fileam quod ad ejusdem Arianæ hæreseos damnationem in hac quoque urbe ante biennium pietas superna monstravit. Ex his quippe quæ narro, aliud populus agnovit, aliud autem sacerdos & custodes Ecclesiæ se audisse & vidisse testantur. Arianorum Ecclesia in regione urbis illius quæ Subura dicitur, cùm clausa usque ante biennium remansisset: placuit ut in fide catholica introductis illic beati (a) Stephani & sanctæ (b) Marthæ martyrum reliquiis dedicari debuisset: quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes, atque omnipotenti Domino laudes canentes: eandem Ecclesiam ingressi sumus. Cumque in ea jam missarum solennia celebrarentur, & præ ejusdem loci angustia populi se turba comprimeret, quidam ex his qui extra sacrarium stabant, porcum subitò intra suos pedes huc illucque discurrere senserunt. Quem dum unusquisque sentiret, & juxta se stantibus indicaret, idem porcus Ecclesiæ januas petiit, & omnes per quos transiit, in admirationem commovit: sed videri à nullo

De consec. dist. 1. Arianorum.

(a) *alter Sebastiani.*

(b) *alter Agathæ.*

Porcus invisibilis ex ecclesia Arianorum exiit.

Lat. edit. beati Stephani & S. Marthæ.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 745.

potuit, quamvis sentiri potuisset. Quod idcirco divina pietas ostendit, ut cunctis patesceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione missarum recessimus, sed adhuc nocte eadem magnus in ejusdem Ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte gravior sonitus excrevit, ac subitò tanto terrore insonuit, ac si omnis illa Ecclesia à fundamentis fuisset eversa, & protinus recessit, & nulla illic ulterius inquietudo antiqui hostis apparuit, sed per terroris sonitum quem fecit, innotuit quòd à loco quem diu tenuerat, coactus exiebat. Post paucos verò dies in magna serenitate aëris super altare ejusdem Ecclesiæ nubes cœlitus descendit, suoque illud velamine operuit, omnemque Ecclesiam tanto terrore ac suavitatis odore replevit, ut patentibus januis nullus illic præsumeret intrare. Sacerdos quoque & custodes, & hi qui ad celebranda missarum solennia venerant, rem videbant, ingredi minimè poterant, & suavitatem mirifici odoris trahebant. Die verò alio cùm in ea lampades sine lumine deprehenderent, emisso divinitus lumine sunt accensæ. Post paucos iterum dies cùm expletis missarum solenniis extinctis lampadibus custos ex eadem Ecclesia egressus fuisset, post paululum intravit, & lampades quas extinctas reliquerat, lucentes reperit. Quas negligenter extinxisse se credens, eas jam sollicitus extinxit, & exiens Ecclesiam clausit. Sed post horarum trium spatium regressus lucentes lampades quas extinxerat, iterum accensas invenit, ut videlicet ex ipso lumine apertè claresceret, quia locus ille à tenebris ad lucem venisset.

Nubes cœlitus ascendit super aram.

Lampades divinitus accensæ.

Petrus:

Et si in magnis sumus tribulationibus positi, quia tamen à conditione nostra non sumus omnino despecti, testantur ea quæ audio ejus stupenda miracula.

Gregorius:

Quamvis sola quæ in Italia gesta sunt narrare decreveram, visne tamen ut pro ostendenda ejusdem Arianæ hæreseos damnatione transeamus verbo ad Hispanias, atque inde per Africam ad Italiam redeamus?

Petrus:

Perge quò libet. Nam lætus ducor, lætus reducor.

SÆC. VIII. ANNO 745.

ἢ ἡ τοῦ Θεοῦ εὐσπλαγχνία διὰ τοῦτο ὑπέδειξεν, ἵνα πᾶσιν φανερωθῇ ὅτι ἐνοικῶν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἀκάθαρτος δαίμων ἐξῆλθεν. πληρωθείσης οὖν τῆς ἱερᾶς λειτουργίας ἡμεῖς τῶν αὐτόθι ἀνεχωρήσαμεν. τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ μέγας κτύπος ἐν τοῖς κεραμίοις τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας γέγονεν, ὡς ὅτι πλανώμενός τις ἐν αὐτοῖς διέτρεχεν. ἐν δὲ τῇ ἐπελθούσῃ νυκτὶ βαρύτερος ἦχος ἐπηύξησεν. τοιοῦτος γὰρ κτύπος αἴφνης φανερῶς ἐγένετο, ὡς νομίζειν πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην ἐκ θεμελίων ἐπεγεῖραι. ἔκ τοτε δὲ ἀπέστη, καὶ οὐδεμία τοῦ λοιποῦ ἀκαταστασία τοῦ ἀρχαίου πολεμήτορος ἐκεῖσαι ἐφάνη. διὰ δὲ τοῦ φοβεροῦ ἤχους οὗπερ ἐποίησεν, ἔδειξεν πῶς ἂν ἀναγκαζόμενος βίᾳ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τόπου, ὅνπερ ἐπὶ πολὺ κατεῖχεν. μετ' ὀλίγας δὲ ἡμέρας ἐν μεγίστῃ εὐδίᾳ τοῦ ἀέρος ὑπάρχοντος, ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας νεφέλη οὐρανόθεν κατῆλθεν, καὶ ἰδίᾳ σκιᾷ τοῦτο ἐκάλυψε. πᾶσαν δὲ τὴν ἐκκλησίας τοσούτῳ φόβῳ καὶ ἡδύτητι εὐωδίας ἐπλήρωσεν, ὥστε καὶ θυρῶν ἀνεῳγμένων, μὴ τολμᾷν τινα ἐκεῖσαι εἰσελθεῖν, ἀλλὰ καὶ ὁ ἱερεὺς καὶ οἱ φύλακες πάντες οἱ συνελθόντες τὰ τῆς λειτουργίας ἑόρτια ἐπιτελέσαι, τὸ θαῦμα τοῦτο θεασάμενοι οὐδαμῶς εἰσελθεῖν ἠδυνήθησαν, τὴν δὲ ἡδύτητα τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης εὐωδίας πρὸς ἑαυτοὺς ἐπεσύροντο. ἐν δὲ ἄλλῃ ἡμέρᾳ τῶν κανδιλῶν ἄνευ φωτὸς * ὄντων; θεόθεν φωτὸς ἀποσταλέντος πᾶσαι ἀνήφθησαν. καὶ μετ' ὀλίγας πάλιν ἡμέρας κατὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν τῆς θείας λειτουργίας ἀκολουθίαν, σβέσας τὰς κανδίλας τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ὁ φύλαξ ἐξῆλθεν, μετ' ὀλίγον δὲ εἰσελθὼν, πάσας ἃς ἔσβεσεν κανδίλας αἰθούσας εὗρεν. νομίσας δὲ ὅτι ὡς ἔτυχεν πάυσας ἔσβεσεν, καὶ διὰ τοῦτο ἀνήφθησαν, πάνυ ἐπιμελῶς αὐτὰς σβέσας ἐξῆλθεν καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἠσφάλισεν. ὡρῶν δὲ τριῶν διαστήματος παρελθόντος ὑποστέψας φαινούσας πάλιν πάσας τὰς κανδίλας, ἅσπερ ἔσβεσεν, εὗρεν. ἐκ τούτου οὖν τοῦ φωτὸς δείκνυται, ὅτι ὁ τόπος ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς ἐπανῆλθεν.

* εὐσεν.

Πέτρος.

Κἂν εἰ ἐν μεγάλαις ἐσμὲν ἐνεχόμενοι θλίψεσιν, ἀλλ' οὖν ὅτι οὐκ ἐσμὲν παρὰ τοῦ κτίστου ἡμῶν παντάπας βδελυκτοὶ, μαρτυροῦσιν ἅπερ ἀκούω ἐκπληκτὰ αὐτοῦ θαυμάσια.

Γρηγόριος.

Ἐπειδὴ μόνα τὰ εἰς Ιταλίαν πραχθέντα διηγήσασθαι ὥρισα, θέλεις πρὸς τὸ ἐπιδειχθῆναι τῆς αὐτῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως τὴν κατάκρισιν, διέλθωμεν τῷ λόγῳ ἐν Σπανιχῇ, κἀκεῖθεν δι' Αφρικῆς εἰς Ιταλίαν ὑποστρέψωμεν.

Πέτρος.

Οπον δ' ἂν βούλει πορευθῆναι κἀγὼ γὰρ εὐφραινόμενος συμπορεύσομαι. καὶ εὐφραινόμενος πάλιν ἀνθυποστρέφω.

Κεπ. λα.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 745.

Κεφ. λα.

Περὶ Ερμινιγίλδου ῥηγὸς πρώην Ἀρειανοῦ ὑπάρχοντος, καὶ διὰ τὸ προσελθεῖν αὐτὸν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς σφαγέντος.

Γρηγόριος. Καθὼς παρὰ πολλῶν τῶν νῦν ἐρχομένων ἀπὸ τῶν μερῶν σπανικῆς διηγουμένων ἔγνων, Ερμινιγίλδος ὁ ῥὴξ υἱὸς ὑπάρχων Λιουβιγίλδου τοῦ ῥηγὸς τοῦ τῶν Βισιγόθθων ἔθνους ἐκ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ὑπέστρεψεν Λεάνδρου ταύτην κηρύττοντος τοῦ τῆς πόλεως ἱσπάλης ἐπισκόπου, ὅστις ἐμοὶ πάλαι γνησίως ἐν ταῖς φιλίαις προσεκολλήθη. ὁ δὲ τοῦ προλεχθέντος Ερμινιγίλδου πατὴρ Λιουβιγίλδος Ἀρειανὸς ὑπάρχων ἔσπευδε τοῦτον ἐν τῇ αὐτῇ αἱρέσει πάλιν ὑποστρέψαι. καὶ οὐ διέλιπεν ὑποσχέσεις δώρων αὐτὸν κολακεύων, καὶ πάλιν ἀπειλαῖς καταπλήττων, αὐτὸς δὲ ἑδραίως ἱστάμενος ἀπεκρίθη λέγων, μηδέποτε ἑαυτὸν τὴν ἀληθῆ πίστιν δύνασθαι καταλεῖψαι, ἥνπερ ἅπαξ μεμάθηκεν. θυμωθεὶς δὲ ὁ τούτου πατὴρ, ἐστέρησεν αὐτὸν τῆς βασιλείας, καὶ πάντων τῶν πραγμάτων τοῦτον ἐγύμνωσεν. μηδὲ οὗτος δὲ τὴν τοῦ λογισμοῦ αὐτοῦ σταθηρότητα ἁπαλύναι δυνηθεὶς ἐν στενωτάτῃ φυλακῇ τοῦτον κατέκλεισεν, τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ τοὺς πόδας σιδήρῳ ἀσφαλισάμενος ἤρξατο οὖν ὁ αὐτὸς Ερμινιγίλδος ὁ ῥὴξ, καίτοι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν τὴν ἐπίγειον βασιλείαν πάνυ βδελύττεσθαι, καὶ πάσῃ ἐπιθυμίᾳ τὴν οὐράνιον ἐπιζητεῖν. ὅθεν δεδεμένος ἐν κιλικίῳ κατέκειτο, τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ δεήσεις προσφέρων πρὸς τὸ ἐνισχύσαι αὐτὸν, ἐν δὲ τοσούτῳ τοῦ νοὸς ὕψει τὴν τοῦ παρερχομένου κόσμου δόξαν ἐβδελλύξατο, ὅσῳ τῷ τοῦ Θεοῦ πόθῳ δεσμευθεὶς ἐπέγνω μηδὲν εἶναι, ὅπερ δυνήσεται αὐτὸν τούτου χωρίσαι. τῆς δὲ τοῦ ἁγίου πάσχα ἑορτῆς ἐπελθούσης ἐν τῇ τῆς νυκτὸς ἡσυχίᾳ, σιγῇ πρὸς αὐτὸν ὁ τούτου κακόπιστος πατὴρ Ἀρειανὸν ἐπίσκοπον ἀπέστειλεν, ὅπως ἐκ τῆς αὐτοῦ χειρὸς τῆς ἀθεμίτου αὐτῶν μιερουργίας τὴν μετάληψιν δέξηται, καὶ ἐκ τούτου λοιπὸν εἰς τὴν τοῦ πατρὸς εὐμένειαν ἐπιστρέψαι ἀξιωθῇ: ὁ δὲ τῷ Θεῷ δεδωρημένος οὗτος ἀνὴρ τὸν πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα Ἀρειανὸν ἐπίσκοπον παντελῶς ἐβδελλύξατο, καὶ καθὼς αὐτῷ ἥρμοζεν τὴν κακοπιστίαν αὐτοῦ ἀξίως διελέγξας τοῦτον ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπεβάλετο. εἰ γὰρ καὶ ἔξωθεν δεδεμένος ἔκειτο, ἀλλ' ἔνδον παρ' ἑαυτῷ τῷ λογισμοῦ φωτὶ ἀμέριμνος ἵστατο. ὑποστρέψας δὲ ὁ Ἀρειανὸς ἐπίσκοπος πρὸς τὸν δυσσεβῆ τούτου πατέρα, καὶ τὰ ῥηθέντα αὐτῷ ἐπαγγείλας ἔβρυξεν κατ' αὐτοῦ. προσευθὺς δὲ τοὺς ἐπιφανεῖς τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ ἀποστείλας τούτοις ἐκέλευσεν, ἵνα τὸν σταθηρὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογητὴν, ἐν τῷ τόπῳ ἔνθα ἔκειτο, ἀποκτείνωσιν. ὅπερ καὶ γέγονεν.

CAPUT XXXI.

(a) De Ermigildo rege, Livigildi Wisigothorum regis filio, pro Fide Catholica ab eodem patre suo occiso.

SIcut multorum qui ab Hispaniarum partibus veniunt, relatione cognovimus, nuper Ermigildus rex, Livigildi regis Wisigothorum, filius ab Ariana hæresi ad Fidem Catholicam, viro reverentissimo Leandro (a) Spolitano episcopo dudum mihi in amicitiis familiariter juncto prædicante, conversus est. Quem pater Arianus ut ad eandem hæresin rediret, & præmiis suadere, & minis terrere conatus est. Cumque ille constantissimè responderet nunquam se veram fidem posse relinquere, quam semel agnovisset, iratus pater eum privavit regno, rebusque expoliavit omnibus. Cumque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset, in arcta illum custodia concludens, collum manusque illius ferro ligavit. Cœpit itaque idem Ermigildus rex juvenis terrenum regnum despicere, & forti desiderio cœleste quærens, in ciliciis vinculatus jacens, omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere, tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quantò & religatus agnoverat nil fuisse quod potuerit auferri. Superveniente autem paschalis festivitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arianum episcopum misit, ut ex ejus manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano episcopo venienti exprobravit ut debuit, ejusque à se perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etsi exterius jacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso episcopo, Arianus pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic ubi jacebat occiderent: quod & factum est.

(a) al. Hispalitano.

24. quæst. 1. Cœpit Ermilgildus.

Can. 1. quæst. 1. c. Superveniente.

Pater filium vitæ privavit.

(a) Græca ita: De Ermingildo Rege prius Ariano & a proprio Patre occiso, ex eo quod orthodoxam fidem fuisset amplexus.

SÆC. VIII. ANNO 745.

est. Nam mox ut ingressi sunt, securem cerebro ejus infigentes, vitam corporis abstulerunt, hocque in eo valuerunt perimere, quod ipsum quoque qui peremptus est in se constiterat despexisse. Sed pro ostendenda vera ejus gloria, superna quoque non defuere miracula. Nam cœpit in nocturno silentio psalmodiæ cantus ac corpus ejusdem regis & martyris audiri: atque ideo veraciter regis, quia & martyris. Quidam etiam ferunt, quòd illic nocturno tempore accensæ lampades apparebant: unde & factum est, quatenus corpus illius, ut videlicet martyris, jure à cunctis fidelibus venerari debuisset. Pater verò perfidus & parricida, commotus pœnitentia, hoc fecisse se doluit, nec tamen usque ad obtinendam salutem pertimuit. Nam quia vera esset Catholica fides agnovit, sed gentis suæ timore perterritus, ad hanc pervenire non meruit. Qui oborta ægritudine ad extrema perductus est, & Leandro episcopo, quem prius vehementer afflixerat, Richardum regem filium suum, quem in sua hæresi reliquerat, commendare curavit, ut in ipso quoque talia faceret, qualia & in fratre suis exhortationibus fecisset. Qua commendatione expletâ, defunctus est. Post cujus mortem Richaredus rex non patrem perfidum, sed fratrem martyrem sequens, ab Arianæ hæreseos pravitate conversus est, totam quoque Wisigothorum gentem ita ad veram perduxit fidem, ut nullum in suo regno militare permitteret, qui regni Dei hostis existere per hæreticam pravitatem non timeret. Nec mirum quòd veræ fidei prædicator factus est, qui frater est martyris, cujus hunc quoque merita adjuvant, ut ad omnipotentis Dei gremium tam multos reducat. Qua in re considerandum nobis est, quia totum hoc agi nequaquam posset, si Ermilgildus rex pro veritate mortuus non fuisset. Nam sicut scriptum est: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, mul-

Ermigildi regis in morte miracula.

Richardus rex fratrem Ermigildum secutus est.

Joan. 12.

ἡνίκα γὰρ πρὸς αὐτὸν εἰσήλθασιν, τὴν ἀξίνην ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ αὐτοῦ ἐμπήξαντες τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ ζωὴν ἀφείλοντο. οὕτως δὲ αὐτὸν ἐνίσχυσαν φονεῦσαι, ὥστε καὶ πρὸ τοῦ φονευθῆναι αὐτὸν εἰς σεαυτὸν, συνεστῶτα τοῦτον ἐπιπλῆξαι καὶ παροικειώσασθαι, διὰ δὲ τὸ ἐπιδειχθῆναι τὴν ἀληθινὴν αὐτοῦ δόξαν, οὐ παρέλειψαν ἄνωθεν θαύματα αὐτόθι γίνεσθαι. ἐν γὰρ τῇ νυκτερινῇ ἡσυχίᾳ ἤρξαντο ᾄσματα ψαλμῳδίας ἐν τῷ σώματι τοῦ ῥηγὸς καὶ μάρτυρος ἀκούεσθαι, καὶ *λαμπάδαι αὐτόθι φαίνεσθαι, † καὶ διὰ τοῦ τὸ μάρτυρος, ὅτι μάρτυρες ἀληθῶς οἱ ἐκεῖσαι παραγενόμενος. ὅθεν καὶ γέγονεν τὸ σῶμα αὐτοῦ παρὰ πάντων πιστῶν σεβασθῆναι ὡς ἀληθινοῦ δηλαδὴ μάρτυρος. ὁ δὲ κακόπιστος καὶ τεκνοκτόνος αὐτοῦ πατὴρ, δι' ὃν τοῦτο εἰργάσατο μεταγνοὺς, τῷ πόνῳ ἑαυτὸν συνετάραξεν. οὐ μὲν τοιγε πρὸς τὸ ἐγκρατεῖς γενέσθαι τῆς σωτηρίας ἑαυτὸν ἐπέδωκεν. ὅτι γὰρ ἀληθὴς ὑπάρχει ἡ καθολικὴ πίστις, ἐπέγνω, τὸ δὲ ἔθνος αὐτοῦ φοβηθεὶς ‡ ταύτης προσελθεῖν οὐκ ἠξιώθη. ἀσθενείας δὲ αὐτῷ ἐπελθούσης καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀπενεχθέντος, Λεάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ, ὅνπερ πρότερον σφοδρῶς ἦν καταπλήξας, Ρεκχάρεδον τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ ῥήγα, ὃν ἐν τῇ ἰδίᾳ αἱρέσει κατελείμπανεν, παραθέσθαι ἔσπευσεν, ἵνα καὶ εἰς τοῦτον τοιαῦτα ἐργάσηται οἷα τῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ καὶ εἰς τὸν ἐκείνου ἀδελφὸν πεποίηκεν. τῆς οὖν τοιαύτης παραθέσεως πληρωθήσης, παραυτίκα ἐτελεύτησεν. Ρεχάρεδος δὲ ὁ ῥὴξ οὐχὶ τῷ κακοπίστῳ πατρὶ ἀκολουθήσας, ἀλλὰ τῷ μάρτυρι ἀδελφῷ ἑπόμενος ἀπὸ τῆς δυσωνύμου Ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐπίστρεψεν καὶ ὅλον τὸ τῶν οὐισιγόθθων ἔθνος εἰς τὴν ἀληθινὴν ὡδήγησεν πίστιν, μὴ συγχωρῶν τινί ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν στρατεύεσθαι, ὅστις διὰ τῆς Ἀρειανῆς κακοπίστου αἱρέσεως ἐχθρὸς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας καθέστηκεν. κήρυξ οὖν τῆς ἀληθινῆς πίστεως γέγονε, ὅστις ἀδελφὸς ὑπεῖρχεν τοῦ μάρτυρος, τὰ παρ' ἐκείνου δικαιώματα τούτῳ συνεργοῦντα βοηθοῦσιν, ὥστε εἰς τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ κῆπον τοσοῦτον πλῆθος λαοῦ ἐπιστρέψῃ. ἐν τούτῳ οὖν τῷ πράγματι κατανοῆσαι ἡμᾶς δεῖ, ὅτι ὅλον τοῦτο πρᾶξαι οὐδαμῶς ἠδύνατο, εἰ μὴ Ἑρμανιγίλδος ὁ ῥὴξ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀπέθανεν, καθὼς καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται, ὅτι ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἐὰν μὴ ἀποθανῇ, αὐτὸς μόνος μένει, ἐὰν δὲ ἀποθανῇ, πολὺν

* λαμπάδες.

† Fort. καὶ τοῦτο διὰ τοῦ μάρτυρος.

‡ ταύτῃ.

SÆC. VIII. ANNO 745.

πολὺν καρπὸν φέρει. τοῦτο τοίνυν καὶ ἐν τοῖς μέλεσιν ὁρῶμεν γενόμενον, ὅπερ καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ἡμῶν Χριστῷ, ἐν γὰρ καὶ τῷ εἰσιγόθων ἔθνει εἷς ἀπέθανεν, ὅπως πολλοὶ ζήσωσιν, ἐν ὅσῳ γὰρ εἷς κόκκος πιστὸς ἔπεσεν εἰς τὸ καταχεῖν τὴν τῶν ψυχῶν πίστιν, καρποὺς πολυὺς ἀνέστη.

tum fructum affert. Hoc fieri videmus in membris, quod factum ſcimus in capite. In Wiſigothorum etenim gente unus mortuus eſt ut multi viverent, & dum unum granum fideliter cecidit, ad obtinendam fidem animarum ſeges multa ſurrexit.

SÆC. VIII. ANNO 745. *Mortuus eſt unus, ut multi viverent.*

Πέτρος.

Πρᾶγμα θαυμαστὸν ὄντως, ἐκπλήξεως γέμον ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις.

Petrus:

Res mira, & noſtris ſtupenda temporibus.

Κεφ. λβ.

CAPUT XXXII.

Περὶ τῶν ἀπὸ Ἀφρικῆς ἐπισκόπων τῶν διὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν γλωσσοκοπηθέντων καὶ πάλιν λαλησάντων.

(a) De epiſcopis Africanis; qui pro defenſione Catholicæ fidei abſciſſis ab Arianis Wandalorum linguis, nullum locutionis ſolitæ ſuſtinuere diſpendium.

Ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ Αὐγούστου τὸ τῶν βανδάλων ἔθνος τὴν καθολικὴν ἡμῶν καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἀναφυὲν ὁ Ἀρειανὸς διωγμὸς σφόδρα, καὶ ἐν Ἀφρικῇ ὑπῆρχεν. τινὲς οὖν τῶν ἐκεῖσε ἐπισκόπων εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐκδίκησιν ἐρρώσθησαν ἐσάμενοι εἰς μέσον ἤχθησαν. τούτους δὲ ὁ τῶν βανδάλων ῥὴξ λόγοις ἀπατηλοῖς καὶ δώροις ὑποχέσεσιν εἰς τὴν αὐτοῦ κακοπιστίαν κλίναι μὴ δυνηθεὶς ἐπείρατο διὰ πολλῶν βασάνων αὐτοὺς ἐπισπάσασθαι. ὡς δὲ καὶ ἐν τούτῳ διήμαρτεν, ἡσυχάζειν αὐτοῖς ἐπέτρεψε, καὶ μὴ λαλεῖν ὑπὲρ τῆς ἐκδικήσεως τῆς ἀληθείας. ἐκεῖνοι οὖν ἀδαμῶς τοῦτο ποιῆσαι ἠνέσχοντο, ἵνα μὴ σιωπῶντες συναινέσαι αὐτῷ νομισθῶσιν. ἐπὶ τούτοις δὲ ὁ αὐτὸς ῥὴξ θυμῷ ὑπερζέσας τὰς γλώττας αὐτῶν ἐκ τῆς φάρυγγος κοπῆναι προσέταξεν. θαῦμα οὖν συνέβη θαύματος πλῆρες, πολλοῖς καὶ τῶν ἡμετέρων γερόντων γεγνωσκόμενον. μὴ γὰρ τὸ τὰς γλώττας αὐτῶν ἐκκοπῆναι ὑπὲρ τῆς ἐκδικήσεως τῆς ἀληθείας, ὅτω ἐλάλουν, καθάπερ μὴ τῆς γλώττης τὸ πρότερον.

Ἰωάν. α.

Πέτρος.

Θαυμαστὸν ὄντως ὑπάρχει καὶ σφόδρα ἔκπληκτον.

Γρηγόριος.

Γέγραπται Πέτρε περὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ ἀνάρχου πατρὸς: ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος. ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος πρόσθεις δὲ ὁ Εὐαγγελιστὴς περὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως λέγει. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. τί οὖν θαυμάζομεν, ἐὰν ὁ λόγος ἀποφθέγγασθαι λόγους ἄνευ γλώσσης ἠδυνήθη ὁ τὴν γλῶτταν ποιήσας.

Ibidem.

Petrus:

Mirandum valde & vehementer ſtupendum.

Gregorius:

Scriptum Petre eſt de unigenito ſummi patris: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. De cujus etiam virtute ſubjungitur: Omnia per ipſum facta ſunt. Quid igitur miramur ſi verba edere ſine lingua potuit verbum quod fecit linguam?

Epiſcopi lingua prævati, loquelam non amiſerunt.

Petrus:

(a) Græca ita: De Africanis Epiſcopis, quibus ob orthodoxam fidem abſciſſa fuit lingua, & qui rurſus loquebantur.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 745.

Petrus:

Placet quod dicis.

Gregorius:

Hi itaque eo tempore profugi ad Conſtantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque tempore quo pro explendis reſponſis Eccleſiæ ad principem ipſe tranſmiſſus ſum, ſeniorem quendam epiſcopum reperi, qui ſe adhuc eorum ora ſine linguis loquentia vidiſſe teſtabatur, ita ut apertis oribus clamarent: Ecce videte, quia linguas non habemus, & loquimur. Videbatur enim à reſpicientibus ut ferebat, quia abſciſſis radicitus linguis, quaſi quoddam barathrum patebat in gutture: & tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur. Quorum illic unus in luxuriam lapſus mox privatus eſt dono miraculi, recto videlicet omnipotentis Dei judicio: ut qui carnis continentiam ſervare neglexerat, ſine lingua carnea non haberet verba veritatis. Sed hæc nos pro Arianæ hæreſeos damnatione dixiſſe ſufficiat: nunc ad ea quæ nuper in Italia geſta ſunt ſigna, redeamus.

Unus epiſcoporum in luxuriam lapſus, dono miraculi privatur.

Πέτρος.

Ἀρέσκει ὁ λέγεις.

Γρηγόριος.

Οὗτοι τοίνυν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ πρὸς φυγοι ἐν Κωνσταντινουπόλει παρεγένοντο. ἐν τῷ χρόνῳ δὲ ἐν ᾧ ἐγὼ ἀπεσάλην πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τὸ ἐκπληρῶσαι με τὰς τῆς ἐκκλησίας ἀποκρίσεις, γέροντά τινα ἐπίσκοπον εὗρον, ὅσις ἐμαρτύρει, ἀνὰ γλώτ]ης τὰ ἐκείνων σώματα λαλοῦντα ἑωρακέναι. ἀνοίγοντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν στόματα, ἔλεγον πᾶσιν, θεάσασθαι ὅτι γλώτ]ας μὴ ἔχοντες λαλοῦμεν. ἐθεωρεῖτο δὲ ὑπὸ πάντων καὶ καθὼς ἔλεγον, ὅτως ὑπῆρχον. τῶν δὲ γλωσσῶν αὐτῶν ῥιζόθεν * κοπέτων, καθάπερ τι βάραθρον ὁ λάρυγξ ἀνεῳγμένον ἐθεωρεῖτο. σαμάρχ δὲ τῶ στόματος ὑπαρχοντος, λόγοις πεπληρωμένοι προήρχοντο. ἑνὸς δὲ αὐτῶν σκεῖσαι εἰς πορνείαν σφαλέντος, εὐθέως τῷ θαυμαστῷ τότε χαρίσματος ἐστερήθη, δικαία τῷ Θεῷ κρίσει, ἵνα τὸν τῆς σαρκὸς ἐγκράτειαν φυλάξαι καταφρονήσας ἄνευ γλώτ]ης σωματικῆς μὴ ἔχῃ δύναμιν πρὸς τὸ λαλῆσαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ κατακρίσεως τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως λέγειν ἄυταρκες ἡγοῦμαι. εἰς δὲ τὰ νεωστὶ γεγονότα ἐν τῇ Ιταλίᾳ σημεῖα τὸν διήγησιν ὑποστρέψωμεν.

M. S. * κοπετιῶν

SÆC. VIII. ANNO 745.

VITA

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 745.

VITA,

SIVE POTIUS,

M. S. Mortain

HODOEPORICON SANCTI WILLIBALDI

PRIMI EPISCOPI AICHSTADIANI,

Scriptum à

CONSANGUINEA SANCTI WILLIBALDI,

SANCTIMONIALI HEIDENHEIMENSI.

A CANISIO *primum edita ex m. ſ. Monaſterii Rebdorffenſis, prope Aichſtadium.*

Digitized by Google

CANISIUS AD LECTOREM. DE S. WILLIBALDO

Ex Libri III. TRITHEMII *de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, Cap.* 187.

SÆC. VIII. ANNO 765.

WIllibaldus primus Epiſcopus Eiſtetenſis, à B. Bonifacio ordinatus, filius Regis Anglorum Richardi, cum patre & fratre regnum terrenum contemnens, pro amore Chriſti peregrinus factus, multis effulſit virtutibus. Hic cum eſſet quinque annorum, in Monaſterio, quod Waldheim vocatur, traditus eſt. in quo multum proficiens, vir doctus & ſanctus evaſit. Poſt plures verò annos patriam deſerens, venit Romam, ac deinde Hieroſolymam: viſitatiſque multis Sanctorum locis, tandem Monachus Caſſinenſis efficitur, decimo peregrinationis ſuæ anno. Tandem à Gregorio Papa III. in auxilium Bonifacio Archiepiſcopo dirigitur, & in Eiſtetenſis Eccleſiæ præſulem conſecratur. Claruit anno Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo: Cujus feſtum octavo Idus Julii colitur. Hæc Trithemius.

Scripſit vitam S. Willibaldi Reginoldus undecimus Epiſcopus Aichſtadianus, teſte Molano ad Martyrologium Uſuardi, die 7. Julii. Et Bruſchio in catalogo Epiſcoporum Eiſtetenſium; ubi hæc de Reginoldo. *Reginoldus vir doctiſſimus trium linguarum egregiè peritus, Muſicus eximius, tribus Othonibus Imperatoribus longè chariſſimus, à quibus multa inſignia privilegia conſecutus eſt. Eligitur in Epiſcopum Eichſtadianum, poſt mortem Starchandi. Præfuit laudabiliter ac utiliſſimè annos* 24. *Obiit* 4. *Aprilis. Anno Domini* 689. *Scripſit vitas S. Nicolai, Blaſii, Willibaldi item ac Wunibaldi fratrum, &c.*

Hæc tamen vita, quam nunc edimus, non à Reginoldo, ſed à ſanctimoniali Heidenheimenſi conſcripta eſt, quod planum fit ex præfatione: itemque ex his verbis, quæ non procul à fine hiſtoriæ reperies: *Transacto atque terminato prolixo itineris meatu ſancti Willibaldi, quem ille ſagax in ſeptem annorum induciis illuſtrando adibat, illa nunc reperta, & ex ritu rimata explanare, intimareque conabamur, & non ab alio reperta, niſi ab ipſo audita, & ex illius ore dictata perſcripſimus in Monaſterio Heidenheim: teſtibus mihi Diaconis ejus.* Ad quæ verba gloſſographus quidam in margine Rebdorffenſis Codicis, hæc adſcripſit: *Hinc conjici datur, S. Balpurgam ſcripſiſſe hanc legendam; quia etiam in prologo aſſerit, ſe eſſe de parentela S. Billibaldi.* Nec temerè id admonuit, aut ſuſpicatus eſt, quisquis ille fuit: quia in proœmio diſertè teſtatur, ſe ex Willibaldi & Wunibaldi *genealogiæ ſtirpe* progeneratam fuiſſe: ad quæ rurſus ignotus

Digitized by Google

tus ille gloſſator: *Fortè hæc illuſtris femina S. Walpurgis fuit, quia aſſerit ſe conſanguineam hic. Saxonica de gente* noviſſimam appellat: Nam Anglicana & Saxonica gens hoc loco unam eandemque gentem ſignificat: Angli enim Saxones fuerunt. *Tunc Anglorum ſive Saxonum gens invitata à Rege præfato in Britanniam*, inquit Beda lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 15. Veriſimillimum igitur eſt aliam hujus hiſtoriæ ſcriptricem non eſſe, præter S. Walpurgem; id enim adducta teſtimoniá ſatis teſtatum faciunt: ut & hoc, quod quæ chartis mandavit, ea ex ore narrantis, & quaſi dictantis Willibaldi accepit: qua humanitate vir ſanctus, vel in primis erga ſororem ſuam Walpurgem non immeritò uſus cenſeri poteſt. SÆC. VIII. ANNO 765.

Et hæc quidem plenam fidem facerent, niſi obſtaret vita S. Wunibaldi; quam ex eadem officina profectam eſſe, docet primò ipſe ſtylus & orationis genus: neque enim lac lacti ſimilius, quàm genus dicendi in vita S. Willibaldi & S. Wunibaldi. Secundo, quia utramque vitam ſcripſit fæmina: ut enim hîc ſexum ſuum diſertè; ita & initio hiſtoriæ de S. Wunibaldo eundem indicat; aitque in vita S. Wunibaldi circa initium, ſe prius etiam quædam de rebus à S. Willibaldo geſtis, in litteras retuliſſe: quod certè de alio commentario intelligere nequimus, niſi de hoc Willibaldino, ſicut & in hoc ipſo Willibaldinæ vitæ prologo copiosè reddit rationem, quare tam de actis ſancti Willibaldi, quàm etiam S. Wunibaldi velit ſcribere. Quod autem vita S. Wunibaldi non ſit ab ipſa S. Walpurge literis mandata, inde liquet, quod ſcriptrix illa ſemel atque iterum ſororis Wunibaldinæ, hoc eſt, Walpurgis mentionem facit. Ex cujus itidem relatione ſe pleraque de ſancto Wunibaldo accepiſſe profitetur: tametſi eorum, quæ mortem S. Wunibaldi conſecuta ſunt, ſpectatricem ſe fuiſſe aſſerit. Hæc ergò faciunt, ut num vero conſonent, quæ de S. Walpurge dicta ſunt, addubitemus. Si quis aliter ſentit, is aliter ſentiat, per nos licet: Neque enim cum quoquam contendemus; etiamſi affirmet vitam Willibaldi ab alia, & quidem à Walpurge: Vitam verò S. Wunibaldi ab alia vel alio conſcriptam eſſe. Illud perſpicuum eſt, lucubrationem iſtam non tam dici aut inſcribi debere vitam (etſi hanc inſcriptionem M. C. habet) quàm *Hodœporicon* ſeu *Itinerarium* S. Willibaldi. Nam ſi quis rem accuratius perpendat, nihil aliud S. Virgini propoſitum fuiſſe advertet, quàm ut fratris ſui peregrinationes in litteras referret, quod argumentum, ut aptius exſequeretur, nonnulla de ortu & puerili ejus ætate initio attexuit: cæteroquin in ſolis Willibaldi peregrinationibus percenſendis occupata. Scriptus eſt autem hic commentariolus ſancto Willibaldo adhuc in vivis agente: Nihilenim hic de obitu illius legitur, qui ſilentio prætermiſſus non fuiſſet, ſi S. Willibaldus tum vivere deſiiſſet: ut taceam Willibaldum ſorori ſuæ ſuperſtitem longè ultra mortem S. Walpurgis vitam ſuam produxiſſe.

Qui miratur ex fœminæ officina monumentum hoc prodiiſſe, is, ut cæteras ſileam, in memoriam revocet S. Hildegardem Bingenſem, & Bandominam Monialem; quarum illa præter alios tractatus ſcripſit vitam S. Ruperti ducis & Confeſſoris; & vitam S. Diſibodi Epiſcopi: lege ſi placet, Trithemium in catalogo illuſtrium virorum Germaniæ, & lib. 2. de illuſt. viris Ord. S. Benedicti, cap. 119. hæc verò vitam S. Radegundis litteris prodidit, quæ exſtat apud Surium tom. 4.

Quos ſtyli ſimplicitas & barbaries offendit, illi, ſi politius & elegantius

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 765.

ſcribunt, Deo inprimis, tum etiam huic tam erudito ſæculo, quo nati ſunt, gratias agant: Si verò nihilo plus elegantiæ habent: videant qua æquitate à ſcriptoribus; quorum vita in denſiſſimam barbariem incidit, id exigant; quod ipſi hac tam culta ætate præſtare non queunt. Omnes autem iſti tam rigidi elegantiæ exactores; hæc ſibi à Theodoreto dicta exiſtiment. lib. 9. de curand. Græcor. affect. Vos quidem elegantes, comptosque ſermones audire percupitis, quærentes his quàm maximè permulceri. Ubi verò tales non invenitis, riſu effuſo eos contemnitis ac maledictis inceſſitis, quin etiam obſtructis auribus, quæ dicuntur, audire non vultis. Contra verò animadvertere vos oportuit, ita uſu evenire, ut ea, quæ ſunt quàm maximè pretioſa, cuncta ferè vili materia integantur. Videre ſiquidem eſt pretioſum unionem, quales ampli ac magnifici viri apud ſe eſſe deſiderant, aſpernabili admodum teſtæ innaſci, eademque nutriri, augeſcere, occultari. Qui verò eum ſibi coëmunt, auri plurimum perſolventes, miſſam faciunt teſtam. Præterea pellucentes gemmas, ornandiſque regiis capitibus deſtinatas, alius lapis extrinſecus circumveſtit, deſpicabilis ille quidem atque inutilis: qui ergò eas gemmas expoliunt, ad ornatumque concinnant, ſuperfluam illam teſtam, nihilique pendendam circumamputantes abradenteſque nitorem lucentium lapillorum detegunt & expediunt. Aurum quoque quod paſſim à multitudine peramatur, ipſumque præterea æs, ferrum, argentum, terra atque arena obtegitur; verum qui auri venas atque argenti rimantur, metalla quidem effodiunt, ramenta verò ſibi & minutias colligunt: poſtquam verò impreſſis notis aurum jam ſignatum eſt, incuſſumque Imperatoris characterem accepit: non illud aurei loculi, ſed thecæ vel ex corio, vel ex marmore confectæ inditum ſervant. Jure igitur factum eſt, ut veriſſimas de divinis, humaniſque rebus traditiones, non illuſtres eloquentia, tumidique ſermones, ſed ſimplices, humileſque, ac omnibus mortalibus noti prædicent; magnumque adeò & infallibilem theſaurum viles admodum thecæ, deſpicabileſque circumferant. Hæc pulchrè & verè Theodoretus.

JACOBI

Digitized by Google

JACOBI BASNAGII DE WILIBALDO ET WUNIBALDO OBSERVATIO.

I. *Willibaldus* apud Anglo-Saxones an. 700. natus erat. Provinciam quæ vulgo Southampton, ipsi fuisse patriam conjecit *Mabillonius*; levi sane conjectura, quod Hamuleamuth navigaturus in Gallias portum cæteris prætulerit. Infantiam & ipsius peregrinationes accurate satis descripsit *Sanctimonialis* & post ipsam Anonymus. Obscuritas major circa Episcopatus tempora, quæ diversimode notantur. I. De Willibaldo.

Willibaldum an. 745. ordinatum Episcopum vult Gretserus, quem *Mabillonius* refellit ea ratione, quod Willibaldus adfuisse dicatur Concilio Germanico XI. Kal. Maii an. 742. Refert igitur Episcopatus initia ad an. 741. Supereſt summa difficultas sententiæ Mabillonii. Cum enim XII. Kal. Nov. an. 741. incidat in Diem Sabbati; quî potuit eo die ordinari Willibaldus, cum nonnisi Die Dominicâ fieri soleant ordinationes Episcoporum? Tunc autem annum 41. egisse Willibaldum testantur qui vitam ipsius nobis reliquerunt.

Annos Pontificatus XXXVI. Willibaldo assignat *Gretserus*, nullâ alia ductus ratione, nisi quod tot fluxerint ab anno 745. ad 781. quo Willibaldum ad superos evasisse sibi finxit. Melius omnino Mabillonius, qui comperto ex Traditionibus Fuldensibus, Willibaldum ad annum 786. vitam prorogasse, inde concludit, ipsi tribuendos esse Pontificatus annos XLV. natus igitur anno 700. vixit annos 86. aut circiter. Nos illi vitam breviorem olim tribuebamus: hîc errorem nostrum emendamus. Dimidium ætatis & ulterius in Episcopatu transegit: *Balæus* anno ætatis 70. e vivis abiisse anno 781. Muntzerus vero anno 794. obiisse credidit.

II. Plurimi fuere qui vitam *Willibaldi* scripto reliquerunt. Primo *Sanctimonialis* quædam, ipsius & Wunibaldi Consanguinea. Hanc sororem S. *Walpurgem* conjiciebat *Canisius*, mox tamen ipse de conjecturâ dubitans hanc eruditorum judicio commisit; & merito quidem: patet enim ex ipsis argumentis, quæ Canisius protulit, sororem non fuisse, nec Walpurgem, sed aliam quampiam Consanguineam, quæ peregrinationes Willibaldi potius quam ipsius vitam, rudi impolitoque stylo concinnavit. An obiisset Willibaldus cum hæc scripto mandavit sanctimonialis, dubium esse potest; de morte enim plane silet: vix tamen credam, illud opusculum vivo adhuc Willibaldo vulgasse. II. De vitâ S. Willibaldi.

Sancti-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765.

Sanctimonialem secutus est *Anonymus* passibus æquis; eadem enim levi cum discrimine lectorum subjecit oculis. Recentior proculdubio est Sanctimonialis quam descripsit, sed cum nec ætas ejus, nec nomen ullis designetur indiciis, nec de eo certi quicquam proferre possimus. A priori opere illud compendium tamen sejungere nobis non licuit.

Tertiam Willibaldi vitam edidit *Canisius*, quam tribuit *Reginoldo*, eaque ratione in sæculum decimum rejecimus, ibi tamen hoc opus Reginoldo abjudicaturi. Binas Willibaldi vitas in lucem protulit *Gretserus*. Prior est *Adalberti* Abbatis Eidenhemensis, qui scripsit duodecimo sæculo sub Eugenio Papa III. Hic primus Regale genus tribuit Willibaldo.

Secunda est *Philippi* Eistetensis Episcopi sæculo decimo tertio ineunte. Asseruit ille Canonisatum a Leone VII. fuisse Willibaldum: ignorabat scilicet, Canonisationes tunc temporis non fuisse in usu, nec nisi sub Joannis XV. Pontificatu in gratiam *Udalrici* Augustensis Episcopi fuisse notas.

Hic duæ priores vitæ Willibaldi subjicientur Mabillonii aliorumque notis illustratæ. Illas enim Actis Benedictinis tertio sæculo inseruit vir eruditus, ea ratione, quod Willibaldus quinquennis in Monasterio Benedictino apud Anglo-Saxones fuerit educatus plurimosque annos in Casinensi monte permanserit.

III. De Wunibaldi vita.

III. De vitâ *Wunibaldi* pauca sunt nobis dicenda: fatetur Mabillonius illum inter Sanctos non reponi: miracula tamen ipsi tribuuntur quamplurima & de ejus Translationibus plurima habent collectores Actorum sanctorum quæ nos omittimus. Barbaro plane stylo scripta est ipsius vita ab eadem Sanctimoniali, de qua superius.

INCIPIT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765.

INCIPIT PROLOGUS IN VITAM Sancti Confessoris atque Pontificis WILLIBALDI, Patroni, pariterque Pastoris nostri.

VEnerandis, imoque in Christo charissimis omnibus sacerdotalis infulæ honore ditatis Presbyteris, præclaræque indolis Diaconibus, & nihilominus Abbatibus, sive omnibus popularis conditionis proceribus, quos pastoralis curæ privilegio pius procerum Pontifex, alios (hagio, sancto) agio ordine Presbyteros, alios sobriæ pudicitiæ elegantes Diaconos, alios cœnobialis militiæ Monachos, & alios sub discipulari habitu, solertibus literarum studiis inhærendo, docendo, ad meliora recti regiminis principatu erudiendo provexit: & ita ut egregius exercituum alumnus sua industria per diocesim diligenter quodammodo ut natos proprios mulcendo, fovendo fovere solebat. Istis omnibus istic sub sacræ legis moderamine manentibus, ego indigna Saxonica de gente istinc venientium novissima, & non solum annis, sed etiam moribus; & de illorum comparatione contribulium meorum, quasi homuncula: ego quidem vobis religiosis ac Catholicis viris, cœlestis bibliothecæ ministris, ob utilitatem memoriæ, pauca perstringendo, paulatim de primordialis vitæ ejus venerandi Willibaldi proœmio disputare decreveram. Sed tamen præcipue ego femina fragilique sexus imbecillitate corruptibilis, nulla prærogativa sapientiæ suffulta, aut magnarum virium industria elata, sed spontanea voluntatis meæ violentia coacta, velut quadam ignari parvâ de pectoris prudentiâ pauca decerpens, & ex multis frondosis (a) frugerisque arboribus florum varietate mistorum, exigua qualibet arte, saltem extremis in ramis, vestræ memoriæ apta pauca excerpere, compaginare, edissereque me libet. Et nunc reciproco sermone iterando dico, non propriæ præsumptionis primordio, non (b) temeratis audaciâ freta instanter hoc incipere, nisi ut vix audeo. Sed quia nunc primum Dei gratia, venerandæque viri tanti visionis magnitudine, vestræque auctoritatis excellentia, & nihilominus bene valido vestræ voluntatis auxilio atque consensu, aliquatenus me credebam posse impetrare, ut tanti operis celsitudine, tantaque miraculorum, nec non etiam virtutum signa, quæ Dominus pro humani generis salute se humiliando, descendendo, in humani corporis assumptione, divinæ roboratus potentiæ privilegio, præstare atque perficere dignatus est in hoc mundo, suisque oculis venerandi viri Billibaldi corporaliter cognita, suisque plantis per omnia palpando, penetrandoque visibiliter comparere; hæc omnia intimando perstringimus. Et non solum signa, quæ nobis per Evangelii gratiam certa demonstrantur, ille videbat, sed etiam ipsa terrarum loca, ubi Dominus noster nascendo, patiendo, ac resurgendo nobis apparuit; & nihilominus alia prodigiorum virtutumque vestigia, quæ Dominus in isto orbe terrarum promere, diffamareque dignatus est, ille perspicax nostrorum omnium pædagogus, omnia transmeando, fide robustus, fato fortunatus, procaciter peragrans, omnia visitando repperiebat atque videbat. Unde nunc certè, ut ita dicam, mihi videbatur esse protervum, qui ista omnia muto tenacitatis silentio oppilatis labiis humana taceat lingua, quæ dominus suo servo per proprii corporis laborem, per visionem oculorum ostendendo, in nostris temporibus

Prologus Monialis.

Author fœmina.

(a) Frugiferisque.

(b) Temeritatis.

SÆC. VIII. ANNO 765.

ribus revelare dignatus est. Ista non Apochriforum, non erratica dissertione relata esse cognoscimus, sed sicut, ipso videnteque referente, de oris sui dictatione audire, & nihilominus scribere destinavimus, duobus diaconibus testibus, mecumque audientibus, nono Kalendas Julii, pridie ante solstitia die.

Audita scribit.

Istos certè litterarum apices non ideo ego idiota disputare inchoo, quòd de vestræ sagacitatis industria me aliquid diffidere æstimetis, seu quod bene non noverim ego multos (a) *virorum, quos Dominus Deus noster que Antistes mihi præstantiores non solum virilis sexus dignitate, sed etiam divinæ conditionis ministerio præferre dignatus est, multo magis divinæ legis eruditione ei nihilominus indagatione sollertis curæ procaciores disponere edissereque. Sed quia me, indignam tamen, de illorum (a) genealogiæ stirpe, non* (b) *aliunde propagatam, fortè de extremis ramorum cauliculis fore* (c) *noveram, de tantis talibusque virorum beatitudinibus venerabilisque vitæ eorum, non solum in actibus, sed etiam in itineribus variis, multifariisque miraculorum magnitudinibus, perfectè* (d) *proficiscentibus, aliquid memoriæ dignum lectoris legendi manibus imponere me libet. Quorum alter summæ sacerdotalisque infulæ, pastoralisque curæ prærogativa prælatus, inclitus crucicola, magnus magister Billibaldus; & alter rectæ * soliditatis iter arripiens, prava dirigens, indirecta asperaque & ferocia politè planitans, pravorum gentilium, protervasque peccatorum spurcicias non deside tepidè titubanti mente, sed felici temeritatis audacia procaciter, superneque sagacitatis telo rite roboratus, instante labore omnia exinaniit. Qui sacerdotali quoque prælatus infula, pastoralique computatus honore Abbas erat, præclarusque Christicola Bunebaldus. Ista omnia per albas camporum planicies sulcato tramite nigra perarata vestigia scripta, vestra cara coram scientia præsentata, contra omnes æmulorum vituperationes, Dei gratia, vestraque per omnia protectionis arma, & nihilominus placidæ vestræ, commendamus perceptionis, ut in omnibus læti laudemus nos liberantem, dona tribuentem Dominum.*

(a) al. vestrorum.

(b) Deest aliis non.

(c) al. esse.

(d) Mab. proficiscentium.

* Solitudinis.

INCIPIT VITA EJUSDEM.

I. PRimum igitur venerabilis, summique Dei Sacerdotis, atque Pontificis primordium, vitæque filius venerandi viri sancti Billibaldi sublimitatem, qui solerter sub sacræ legis moderamine alme priorum exempla sanctorum militando, serviendo, mente & moribus sectando inhærebat. Hujus itaque vitæ exordium & in ante juventutis medietatem, ad illius usque senectutem, processum & hactenus usque decrepitam ætatem intimando, gracilem opusculi hujus conjecturam glomerando ordiri decreveram, ordinandoque texere.

Cum ille in procemio suæ infantiæ (e) cunaculis amabilis, atque delectabilis, blandisque nutrientium adulationibus, præsertimque parentum circa illum magnæ devotionis affectu, diurnaque sollicitudinis providentia curam gerentium confortatus atque enutritus, ad triennium usque pervenit. Transactis itaque tunc tribus annorum curriculis, cùm parvus ille seu delicatus fragili ævo, infantiali ætate, teneri corporis adhuc gereret artus, subitò evenit, ut illum triennio gravis corporis aggravaret ægritudo, tantaque est arreptus corporis molestia, ut exiguæ membrorum stringerentur compages, & vix in eo permanens flatus, vicinum minabatur vitæ exitum. Cumque istud cernerent pater & mater, editum suum ægrotantem, jamque usque penè seminecem, timidi extasi, novaque mentis mœstitia valdè retenti, anxiari cœperunt, quod sobolem suam sibi genitam, recenti lue lassatam, exitialique discrimine ex improvisa morte irretitam fore viderunt, & illum, quem prius de primordialis infantiæ cunabulis ablactatum atque confotum, usque ad triennium nutriebant, illisque superstitem & hæredem habere optabant, jam exanimem seu extinctum, glebaque coopertum, dolere timebant. Sed omnipotens Deus, mundi fabricator, cœli terræque limator, servum suum infantem, & adhuc inoletum, exilibusque membrorum compagibus tenerum, hominibusque (f) incertum, de corporis ergastulo adhuc

(e) f. cunabulis. aut cunctis.

Willibaldus infans ægrotat.

(f) f. Insertum.

(a) In margine codicis m. s. à quodam glossatore hæc adscripta sunt verba: Fortè hæc illustris femina S. Balpurgis fuit; quia asserit se consanguineam hic. Vide quæ sup. ad Lectorem de hoc diximus. CAN.

Digitized by Google

adhuc educere nolebat, ſed ut magis (a) poſtea per orbem ſua norma neophytis patula panderet vitæ præmia. SÆC. VIII. ANNO 765.

Sed ad priſtinam redeamus iterum præfati viri infantiam. Cumque parentes ejus magno mentis exceſſu ſuſpenſi, & de incerta filii ſui evaſione eſſent ambigui, ſumentes filium ſuum, obtulerunt illum coram illa dominica ſanctaque Cruce Salvatoris. Quia ſic mos eſt Saxonicæ gentis, quòd in nonnullis nobilium, bonorumque hominum (b) prædium, non Eccleſiam, ſed ſanctæ Crucis ſignum, Domino dicatum, cum magna honore almum, in alto erectum, ad commodam diurnæ orationis ſedulitatem, ſolent habere. Illic ponentes illum coram cruce, Dominum Deum, omnium plaſmatorem, illos conſolari, ſoſpitemque ſuum ſervare natum, ſuis virtutibus, obnixè flagitabant; ſicque intentiſſimis illorum precibus ſe vicem reddere ſpondebant Domino, ut ſi priſtina illius infantis reſtituta foret ſanitas, extemplò illum ſub ſacri ordinis primordio tonſuram accipere, ſub cœnobialis vitæ diſciplina, ſub divinæ legis moderamine militando Chriſti famulatui ſubjicere promiſerunt. Statimque, priusquam illi vota voverunt, verba conſummaverunt, filiumque ſuum cœleſti commendaverunt regi militare, confeſtim gratiam, & præterea à Domino petitionum conſequebantur effectum, priſtinaque puero poſtea reſtituta eſt ſanitas.

(a) f. In altis. Willibald. conſecratur Deo.

(b) Prædiis Mab.

II. Quinquennis traditus Abbati Waltheimenſi.

Cumque illuſter ille puer in infantia ad quinquennium uſque perveniſſet. Aſt in eo jam tunc temporis germinabat ſapientiæ virgultum. Itaque parentes votiva deſideriorum implere properabant promiſſa, atque illuſtrem quantocius, cum conſultu amicorum, carnaliumque propinquorum conſilio ad ſacræ cœnobialis vitæ inſtrumenta præparare atque perficere feſtinabant. Confeſtimque illum venerando fideliſſimoque viro *Theodredo* commendabant, ſuaque providentia eum ad cœnobium ducere, omniaque prudenter de ſua cauſa diſpenſare, diſponereque rogabant. Cumque perrexiſſent, & illum ducerent ad Monaſterium, quod vocatur (a) *Waltheim*, venerando Abbati illius monaſterii, qui vocatur (c) *Egbalt*, offerebant, & illum ſuæ conditionis jure juniorem, ſeu obediendo diſcipulum ſuo ſubdiderunt imperio. Statimque ille Abbas monaſterii, ſecundum regularis vitæ diſciplinam, declarabat iſta ſuæ congregationi, ſicque ut cum eorum conſilio ſive licentia hoc foret, ille flagitabat. Cui protinus omnis illa conventio fratrum ſimul reſponſum ſeu licentiam dabant, ſuæque voluntatis arbitrio hæc omnia fas fore dicebant, acceptumque illum ocius inter cœnobiale vitæ eorum conſortium jungendo ſociabant.

(c) Egwalt Gretſerus.

III. Imbuitur Litteris.

Poſt hæc itaque cum protinus puer iſte pudicus, ſeu perfectus, ſacris litterarum ſtudiis imbutus, atque eruditus, ſacras Davidici carminis paginas ſolerti mentis intentione peragrans, ſed & etiam alia divinæ legis agiographorum armariola indagando, ſive legendo, procaci ſenſu (d) ſophyrus, mente moderatus, indagabat, & tamen non adhuc plurimorum ætate annorum grandævus, ſed ſicut divina ſemper ſupernæ pietatis clementia agere ſolet, ſecundum propheticum prophetiarum vaticinium, ex ore infantium ſeu lactentium, perficere ſibi dignatus eſt laudem. Deinde itaque in eo jam ſimul annorum ætas, mentiſque ſagacitas, divinæ diſpenſationis moderamine, pullulare cœperat, & multo magis in eo jam tunc divina Spiritus ſancti gratia, quàm corporis magnitudo creverat, aut membrorum valitudo. Totuſque jam ille in Dei amorem converſus, magna mentis diurnaque meditatione tractando monaſterialia moderationis inſtrumenta, monachialiſque vitæ monarchiam in abdita mentis quiete diu noctuque ſollicitè volutabat, quomodo illorum ſe copularet caſtæ monachorum clientelæ, aut qualiter illorum fauſtis interfore poſſit familiaris vitæ diſciplinis. Cumque iſta ſedulò intra mentis volubilitatem revolveret, tractare cœpit, qualiter hæc cogitatio promereri potuiſſet effectum, ut caduca cuncta (e) coſmi iſtius contempneret, ſive derelinquere potuiſſet: & non ſolum temporales terrenarum rerum divitias, ſed & patriam atque parentes, ac propinquos deſerere, peregrinationiſque temptare tellurem, & ignota externorum requirere rura. Cumque aliquanti temporis intercapedine tranſacta, poſt illa infantialis ejus oblectationis ludicra, & pueriles incentivorum laſcivias, & illecebroſas luxurioſæ ætatis petulantias, per indefeſſam atque ineffabilem divinæ diſpenſationis gratiam, ad lanuginem, & pubertatis adoleſcentiam perveniſſet, maximam in contubernio fratrum dilectionem, per obedientiæ affectum, per manſuetudinis munificentiam, in ſe provocabat; ita ut amore & honore inter omnes illos haberetur inſignis. Sicque diutius diurnæ ſollicitudinis cura, & divinis litterarum ſtudiis inhærendo die noctuque eatenus (f) ingeret, & rectitudinis rigore mentem edomaret, ut de die in diem ad meliora cœleſtis militiæ inſtrumenta proficeret.

(d) f. Sophyrus pro ſapiens, non ſemel uſurpat. *Pſal.* 8. *Matth.* 21.

(e) Mund iſtius contemneret.

(f) f. ingereret.

IV. Trahit ſecum Patrem & fratrem.

Poſtquam ille adoleſcens, Chriſti vernaculus, ſicut ſuprà diximus, ignotas peregrinationis ſuæ vias probare volebat, atque externas terminorum tellures adire, ſpecularique

(a) Dubitat Mab. an non ſit locus ſeu oppidum in agro Wintonienſi nomine Buſwaltham. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765.

cularique optaret, nec non (a) in maniſſana mari diſcrinare decreviſſet æquora, ſtatim ille iſta cordis ſui clandeſtina, cunctis occulta, carnali ſuo patri revelavit, atque illum obnixis flagitabat precibus, ut votivæ ſuæ voluntatis deſiderio pergendi conſilio præberet conſenſum; ut & illi tranſeundi licentiam daret, & ipſe ſecum pergeret, attentius poſcebat. Cumque illum ad tanti operis initium, tantæque vitæ converſationem invitando, à ſeculi voluptatibus, à mundi deliciis, à temporalis vitæ falſis divitiarum proſperis ſuggerendo, ſegregare vellet, & illum, opitulante Domino, ad rectæ conſtitutionis formam, & ad cœleſtis militiæ tyrocinium, divinum inchoare ſervitium, propriamque deſerere patriam, & patula ſecum peregrinationis perquirere rura rogaret, & ſic illum demum præmiis, blandis oraculorum ſtudiis alloquendo invitaret, ut comitatu filiorum fungens, egregia adiret Petri Apoſtolorum Principis limina. Tunc ille primitus, illo poſtulante, petitum negaverat tranſitum, excuſandoque conjugis & liberorum inolevitorum parvitatem & fragilitatem, illos orbare, & alienis derelinquere, inhoneſtum & crudele eſſe reſpondit. Tunc ille belliger Chriſti miles iteratis hortationum miraculis, magniſque precum perdurationibus, totiens per aſperiora rigidioris vitæ documenta metu & minis objurgabat, & totiens blandis vitæ æternæ ſponſionibus, amœnitate paradiſi, & amore Chriſti, mulcendo illum inſtigabat, & ita omnibus modis hortando, alloquendo, animum ejus ad ſuæ voluntatis aſſenſum provocare conatus eſt. Sicque tandem omnipotentis Dei auxilio, petentis & provocantis invaleſcebat voluntas, ita & ille ſuus pater & frater *Bunebaldus* adoptatam & hortatam ſe inchoare metam pollicerentur.

(a) f. In immanis maris diſcrimina ire decreviſſet. CAN. Leg. immaniſſima. MABIL.

Wunebaldus.

V. Willibaldus iter agreditur.

Poſthæc itaque cùm, temporum intervallo, & annorum vergente curriculo, æſtatis jam immineret tempus, pater ſuus & frater cœlebs prædeſtinatum & adoptatum inchoaverunt iter. Et congruo æſtatis tempore, prompti ac parati, (b) ſumptibus ſecum vitæ ſtipendiis, cum collegarum cœtu comitantium, ad loca venerunt deſtinata, quæ priſco dicebantur vocabulo, *Hamelea Multa*, juxta illud mercimonium, quod dicitur (a) *Hambich*. Et non multa poſt tranſacta temporis intercapedine, navigio parato, nauta ille cum claſſibus, ſuoque nauclero, naulo impenſo, Circio flante, ponte pollente, remis crepitantibus, claſſibus clamantibus, (c) velocem aſcenderunt. Cumque transmeatis maritimis fluctuum formidinibus, periculoſisque pelagi preſſuris, vaſtum per æquor, citato celocis curſu, proſperis ventis, velata nave, tuti aridam viderunt terram. Et ſtatim ovantes de navi deſcenderunt, & illic caſtrametati ſunt, & tentoria fixerunt, in ripa fluminis, quod nuncupatur (d) *Sigona*, juxta urbem, quæ vocatur (e) *Rotum*, ibi etiam fuit mercimonium. Et illic aliquantis dierum curriculis requieſcentes, iterum pergere cœperunt, & ſic multa illic Sanctorum oratoria, quæ illis commoda fuerunt, orando petierunt. Et ſic in ante (b) *Gorthonicum* gradatim ex parte peragrantes ſupervenerunt. Cumque pergentes veniſſent ad urbem, quæ vocatur *Lucca*, *S. Willibaldus* & *Bunebaldus*, patrem eorum in comitatu itineris pariter cum illis ducebant. Statimque ibi ſubitanea præventus eſt corporis infirmitate, ut præteritis temporum intercapedinibus (f) prope etiam inſtaret exitus ſui dies. Et invaleſcente in eo ægritudinis gravitate, feſſa ac frigida illius jam tabuerunt membra corporis; & ſic ultimum vitæ ſuæ exhalavit ſpiritum. Statimque illi germani filii ejus corpus patri eorum exanime paternæ pietatis affectu percipientes venuſtè involverunt, & terra tumulaverunt, & in urbe (g) *Lucca* ad ſanctum (c) *Frigdianum*. Ibi requieſcit corpus patris eorum. Confeſtimque illi pergentes, uſque dum per vaſtas Italiæ tellures perniciter, per concava vallium, per abrupta montium, per plana campeſtrium, ad arduas alpium arces, pedeſtrem ſcandendo greſſum dirigebant in altum. Cumque luſtratis alpium cacuminibus, glacialique nivium nebuloſarum turbine, almi Dei adminiculo, Sanctorumque ſuſtentaculo, cum cunctorum contribulium clientela, omnique collegarum cœtu tuti omnes timidas militum evaſerunt verſutias. (d) Illuſtra exemplo adierunt limina, & egregia Petri Apoſtolorum principis petierunt præſidia, immenſasque ibi omnipotenti Deo atque gratas referebant gratias; quod magnis transmeatis maris diſcriminibus, variisque peregrinationis externorum ignominiis per omnia proſperè ſcandere ſcholaſticam meruerunt (h) ſcalam, & præclaram adire ſpecularique S. Petri Baſilicam. Tunc illi duo germani ibi manſerunt à nativitate ſancti Martini, uſque ad aliud ſolemnitatis Paſcha (i). Et interim dum illa frigida, frugaliſque hyemps tranſiendo præteriit, vernaleque jam incumbendo inſtaret germen, & Paſchale

(b) f. Sumptis.

(c) f. Celocem, ſicut paulo poſt: citato celocis curſu. CANIS.

(d) Id eſt Sequana.

(e) Rothomagus ſæpius Rotuma dictæ vel Rotumum vel Rotum. B.

(f) f. Properè. ſic leg. prope jam inſtaret. BASN.

(g) Epitaphium S. Richardi, Lucæ, Italiæ civitate extat, quod vide apud Baro. tom. 9. an. 750. CAN.

(h) Scholam, id eſt Romam. MABIL.

(i) Vel Potius Paſchatis aut Paſchæ.

(a) Hamvich. i. e. Hamlvidy / Germanicum idioma hic recognoſce, quo vervex, Haml. CANIS. Mendoſe Caniſius; nam legi debet *Hamelea Mutba*, id eſt, oſtium fluminis Hamelea; nam *mouth* anglis eſt os & oſtium. de oſtio fluminis Hamelea vide Bedam l. 4. c. 16 p. eſt nunc Hamble, & portus Hamble-Haven ab incolis vocatur. MABILL.

(b) Forſan legendum Dertonicum agrum, qui ad Dertonam Liguriæ civitatem pertinet, hæc enim urbs in vita Caroli Magni, per anonymum ad an. 802. dicitur Chortona. Hic locus ſic legitur in vitâ Wunibaldi: Tunc illi pergentes per vaſta Gallicaniæ rura & per ſpatioſam Italiæ tellurem uſque ad urbem quæ vocatur Lucca. MAB.

(c) Male ſecundus author vitæ Willibaldi habet Preſciani. MAB.

(d) f. Illuſtria exemplo, ſed tamen ubique, illuſter, pro, illuſtris, uſurpat. CAN.

Digitized by Google

Paſchale per totum mundum fulgendo irradiaret tempus, ibi duo germani felicem monaſterialis diſciplinæ vitam, ſub ſacræ legis moderamine ducebant. Tum etiam decreſcente dierum calculo, & creſcente æſtatis (a) caumate, quæ ſolet præſaga futuræ eſſe febris, magna corporis illicò arrepti ſunt moleſtia, ita ut acriter anhelando, febricitando, & totiens algore frigeſcens, & totiens calore æſtuans, atrox per artus diffuſa eſſet peſtis, & ſic irretiti & retenti, magnoque mortis propè exitio conſtricti, febre fatigati erant, ut vix jam in illis vitæ halitus per laſſos luentium artus volitando verſaretur. Sed tamen indefeſſa paternæ pietatis providentia ſuis conſulere, ſuffragarique dignata eſt, ita ut unus de duobus unam ebdomadam, & alter unam in ſubſidium miniſtrandi illi requiem haberet. Et tamen, prout corporis infirmitas (b) perpetrare poterat à ſacræ inſtitutionis norma non recedebant, ſed propenſius ſacræ lectionis ſtudio perſeverantes inhærebant, juxta veritatis vocem dicentis: *Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

SÆC. VIII. ANNO 765.

(a) Caumate, i. e. calore.

(b) Vel permittere. *Math.* 24.

Poſtquam ille illuſter claruſque crucicola, magna mentis intentione, & cordis contemplatione ad ſupernam internæ vitæ ſpeculationem, provida circumſpectione, properabat, & ad ſublimioris, rigidioriſque vitæ virtutes anhelando, jam non planam, ſed arctam auſterioris vitæ viam per monachialis vitæ normam inhiando deſiderabat, quàm illa fuit, in qua tunc ſtare videbatur. Tunc ille ſtrenuus, conſilio amicorum, contribuliumque licentia flagitata, ut ſuarum opitulationem orationum illum ſequi dignaretur rogabat; ut tutis itineris curſibus, delectabilis atque optabilis civitatis Jeruſalem mœnia peragrare, ſpecularique, per illorum pia precum præſidia poſſibiliter potuiſſet.

VI. Willibaldus Hieroſolyma cogitat.

Cumque tranſactis Dominicæ Paſchalis ſolemnitatibus, agilis exercitus levavit ſe cum duobus ſuis ſociis, & pergere cœperunt. Cumque pergerent, venerunt uſque ad urbem (a) *Daterinam* in Oriente, & ibi manſerunt duobus diebus. Et inde pergentes venerunt ad urbem *Cajetanam*, quæ ſtat in littore maris. Et ibi tunc aſcendentes in navim, transfretaverunt ad (c) *Nebulem*. Et illic relicta nave, in qua pergebant, ſtabant ibi duabus ebdomadibus. Iſtæ civitates ſunt Romanorum. In *Beneventis* ſunt, ſed tamen Romanis ſunt ſubditæ. Statimque ſicut divina ſolet pietas inceſſanter agere, ut votiva vernaculorum deſideria ſuorum implere dignetur, navim illic de Ægypto invenerunt: & illic intro aſcendentes, navigarunt in terram *Calabriæ*, ad urbem, quæ dicitur *Regia*. Et ibi manentes duos dies levaverunt ſe, & venerunt in Inſulam Siciliam, in qua eſt urbs (d) Cathinenſia, ubi requieſcit corpus ſanctæ *Agathæ* virginis. Et ibi mons eſt Ætna, qui quando evenerit pro aliquibus rebus, ut ignis ille dilatare ſe voluerit ſuper regionem, tunc illi citò cives ſumunt velum S. Agathæ, & contra ignem ponunt, & ceſſat. Illic fuerunt tres ebdomadas. Et inde navigantes (b), venerunt ultra mare Adrium ad urbem *Manifaſtam*, in Sclavinica terra. Et inde navigantes in Inſulam nomine Choo, dimittebant Chorinthios in ſiniſtra parte. Et inde navigantes in Inſulam Samo. Et inde navigantes in Aſiam, ad urbem Epheſum, ſecus mare unum milliarium. Et inde ambulaverunt in illum locum, ubi ſeptem dormientes requieſcunt. Et inde ambulaverunt ad ſanctum Joannem Evangeliſtam, in loco ſpecioſo ſecus Epheſum. Et inde ambulaverunt duo milliaria ſecus mare ad villam magnam, quæ vocatur * *Ficila:* ibi erant unum diem. Et petito pane, ibi ibant ad fontem unum in (e) Mediavilla, & ſedentes ibi ſuper marginem tinguebant panem in aquam; & ſic manducabant. Et inde ambulantes ſecus mare venerunt ad urbem *Strobolem*, in montem excelſum. Et inde ibant in locum, qui dicitur *Patera*, & illic morabantur, uſque dum hyemis gelidæ horrendum præteriret frigus. Et poſtea tunc illi navigantes venerunt ad urbem, quæ vocatur *Militena*. Illa fuit quondam de aquis peritura. Ibi ſedebant duo ſolitarii, in (c) ſtulite, id eſt, fabricata atque firmata cum muro magno de lapidibus, valdè ſumma, ut aqua illis nocere non poſſit. Et ibi acri famis conſtricti fuerunt aſperitate, ita ut inedia intus lacerati letalem jam diem mortis imminere metuerent. Sed omnipotens populorum paſtor pabalum ſuis præſtare dignatus eſt pauperibus. Et inde navigantes venerunt in Iuſulam Cyprum, quæ eſt inter Græcos & Sarracenos, ad urbem Papho, & ibi fuerunt ebdomadam poſt anni circulum. Et inde ibant ad urbem Conſtantiam, ubi requieſcit S. Epiphanius, ibique morati ſunt uſque poſt nativitatis Johannis Baptiſtæ. Et inde navigantes venerunt in regionem Sarracenorem in urbem *Tharratas*, ſecus mare. Et inde ambulaverunt ſuper novem aut duodecim milliaria ad caſtellum, quod dicitur (f) *Arthæ*, ubi fuit Epiſcopus de gente Græcorum, ibique habebant letaniam

VII. Willibaldus adit Beneventum.

(c) Neapolim.

(d) Catanam vocat Ptolom. hanc Hieron. appellavit Ætnam, teſte Strab. & Diod. CANIS.

* al. Sigila.

(e) Mediâ Villâ.

duos Styliras deſcribit.

(f) al. Argathæ al. Archæ. MAB.

(a) an Tudernum Tuſciæ? CAN. Vel Tarracinam quæ euntibus Cajetam eſt obvia. MAB.

(b) Hæc, nim. a voce *venerunt* uſque ad *parte*, omiſſa ſunt in editione MABIL. Sæc Bened. III. p. 2. p. 372. Sic enim ſequitur *inde navigantes in Inſulam Samo* & quæ ſequuntur. BASN.

(c) *Silice* Gretſerus, & quidem optime; mentem enim aperit Sanctimonialis, & patet eos ſolitarios non fuiſſe ſtylitas. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765.

letaniam, ſecundum conſuetudinem eorum. Et inde pergentes ambulaverunt ad urbem, quæ vocatur *Emeſſa*, duodecim milliaria. Ibi eſt Eccleſia magna, quam fecit S. Helena, in honore S. Johannis Baptiſtæ, & caput illius fuit ibi diu, hoc eſt in Syrim.

VIII. Willibaldus incarceratur à Sarracenis.

Tunc erant cum S. Willibaldo ſeptem contribules illius, & ipſe fuit octavus. Confeſtimque pagani Sarraceni repperientes, quòd advenæ & ignoti homines illuc veniſſent, tulerunt eos, & captivos habebant, quia neſciebant, de quali fuerant regione, ſed ſpeculatores illos eſſe æſtimabant. Et captivos eos ducebant ad quendam ſenem divitem, ut videret & agnoſceret unde eſſent. At ille ſenex interrogavit eos, unde eſſent, aut quali fungerentur legatione. Tunc illi reſpondentes ab exordio totam intimaverunt ei itineris ſui cauſam. Et ille ſenex reſpondens ait, Frequenter huc venientes vidi homines de illis terræ partibus iſtorum contribules: non quærunt mala, ſed legem (a) Deorum adimplere cupiunt. Tunc inde illi pergentes venerunt ad palatium, ut rogarent illis viam tranſire ad Hieruſalem. Cumque illi fuiſſent in carcere, confeſtim mira omnipotentis Dei diſpenſatione, qui pius ubique ſuos inter tela & tormenta, inter barbaros & belligeros, inter carceres & contumacium catervas, ſua protegere parma, tutoſque conſervare dignatus eſt. Unus homo fuit ibi negotiator, qui ſibi in eleemoſynam, & animæ ſuæ redemptionem, volebat illos redimere, & de carcere eripere, ut liberi eſſent pergere in ſuam voluntatem, & non poterat. Sed è contra quotidie miſit illis prandium, & cœnam; & in quarta feria, & in ſabbato miſit filium ſuum in carcerem, & eduxit eos ad balneum, & iterum introduxit. Et dominica die ducebat eos ad Eccleſiam per mercimonium, ut de rebus venalibus viderent, quid eorum mentem delectaret, & ille tunc ſuo precio illis obtineret, quidquid illorum mente captum foret. Illi cives urbium curioſi jugiter illic venire conſueverant, illos ſpeculari, quia juvenes, & decori, & veſtium ornatu benè erant induti.

(a) l. eorum Gretſerus, & quidem bene. B.

Tunc illis in carcere commorantibus, unus homo de Hiſpania venit, & loquebatur cum illis in carcere, & diligenter ab illis inquiſivit, qui eſſent, aut unde eſſent, & illi dixerunt omnia ſecundum ordinem de ſuo itinere. Iſte Hiſpanus homo habebat fratrem in palatio Regis, qui fuit cubicularius Regis Sarracenorum. Cumque ille præſes, qui eos in carcerem mittebat, ad palatium veniſſet, ille Hiſpanus, qui cum illis in carcere loquebatur, & ille nauta, in cujus navi fuerunt, quando pergebant de Cypro, omnes ſimul venerunt coram Rege Sarracenorum, cui nomen *Mirmumni*. Et cum locutio eveniſſet de illorum cauſa, ille Hiſpanus homo omnia, quæ illi dixerunt in carcere, ſuo intimavit fratri, & illum rogavit, ut Regi indicaret, & præſidio illis foret. Poſthæc itaque cùm omnes iſti tres coram Rege ſimul venirent, & omnia juxta ordinem intimando illi indicarent de eorum cauſa, ille interrogavit, unde eſſent. Et illi dixerunt, de occidentali plaga, ubi ſol occaſum habet, iſti homines venerunt. Nos autem neſcimus terram ultra illos, & nihil niſi aquam. Et ille Rex reſpondit eis dicens: Quare nos debemus eos punire? non habent peccatum contra nos. Da eis viam, & ſine illos abire. Alii homines, qui in carcere habebantur, debebant cenſum reddere unam tremiſſem. Illis autem fuit dimiſſum. Illi Cypri ſedebant inter Græcos & Sarracenos, & inermes fuerant; quia pax maxima fuit, & conciliatio inter Sarracenos & Græcos. Magna & lata regio fuit illa, & duodecim Epiſcoporum parochiæ ibi.

Confeſtimque illi cum licentia levantes ſe perrexerunt in Damaſcum, centum milliaria. Sanctus verò ibi requieſcit Ananias. Illud eſt in terra (a) Syrim. Ibi erant una ebdomada: & inde ſunt 11. milia: ibi fuit Eccleſia; & in illo loco primum converſus eſt Paulus, & Dominus dixit ad illum, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* & reliqua. Et illi orantes, ambulabant in Galileam, in illum locum, ubi Gabriel primum venit ad ſanctam Mariam, *Ave gratia plena*, & reliqua: ibi eſt nunc Eccleſia. Et ille vicus, in quo eſt Eccleſia, eſt Nazareth. (b) Illam Eccleſiam Chriſtiani homines ſæpè comparabant à paganis, quando illi volebant eam deſtruere. Et ibi Domino ſe commendantes, ambulaverunt inde, & veniebant in villam *Chanaan*, ubi Dominus aquam in vinum convertit. Illic eſt (c) Eccleſia magna, & in Eccleſia illa ſtat altare unum de ſex hydriis, quas Dominus juſſit implere aqua, & in vinum verſæ ſunt: & de illo communicaverunt vino, Uno die fuerunt illic. Et inde pergentes venerunt ad montem *Thabor*, ubi Dominus taansfiguratus eſt. Ibi eſt nunc Monaſterium Monachorum. & hæc Eccleſia Domino eſt conſecrata, & Moyſi & Heliæ. Et illi cives nominant illum locum (d) *Agemons*. Illic autem orantes inde pergebant ad

(a) Adrichomius in theatro Terræ-Sanctæ hunc locum ad primum lapidem ſeu medium miliare à Damaſco diſtare ſcribit. Tyr. 13. bel. ſacr. 18. ait à Syris dictum Mergiſafer. CAN.

(b) De Eccleſia in Nazareth S. Hieron. de locis Hebraicis & Beda de locis S. cap. vide Baron. ann. Chriſti 9. & Adrichomium theat. Terræ-Sanctæ. CAN.

(c) Chanan Galilææ intelligit, ubi Eccleſiam Helena ædificavit, Nicephorus hiſt. 8. c. 30. vide Baron. ann. 31. n. 36. Adrichom. in Zabulon 23. CAN.

(d) q. d. ἅγιος ſanctus mons. Ex hoc loco corrigi & illuſtrari poſſunt, quæ Adrichom. Tabor. CAN.

Digitized by Google

ad urbem, quæ dicitur (a) *Tiberiadis*. Illa ſtat in littore maris, ubi Dominus ſuper-ambulabat ſiccis pedibus, & Petrus ambulans ſuper undas demerſus eſt. Ibi ſunt multæ Eccleſiæ & Synagoga Judæorum. Sed & magno honore dominica. Ibi fuerunt aliquantos dies: & (b) ibi Jordanis tranſit per medium mare. Et inde ibant circa mare, & pergebant ſecus vicum (c) Magdalene. Et veniebant ad illum vicum (d) *Capharnaum*, ubi Dominus principis filiam ſuſcitavit. Ibi fuit domus & murus magnus. Et ſic dixerunt illi homines, quòd Zebedæus cum filiis ſuis, Joanne & Jacobo, ibi fuerint collocati. Et inde pergebant ad (e) *Betſaidam*, inde erant Petrus & Andreas; ibi eſt nunc Eccleſia, ubi prius erat domus illorum. Et illic manentes unam noctem, mane pergebant ad *Corozaim*, ubi Dominus dæmoniacos curavit, & diabolum mittebat in gregem porcorum. Ibi fuit Eccleſia Chriſtianorum. Et ibi orantes, pergebant inde, & veniebant ad locum, ubi duo fontes de terra manant, (f) *Jor* & *Dan*: & tunc venientes de monte deorſum, & in unum collecti faciunt Jordanem. Et ibi morabantur unam noctem inter duos fontes: & paſtores dabant nobis acrum (a) lac bibere, & ibi ſunt armenta mirabilia, longo dorſo, brevibus cruribus, magnis cornibus (b) creati; omnes ſunt unius coloris. (c) Oſtree paludes ſunt profundæ ibi: & quando æſtivali tempore magna ſolis caumatio de cœlo ad terram venire ſolet, illa armenta tollentia ſe vadunt ad paludem, & dimergunt ſe toto corpore, niſi caput ſolum. Et inde pergentes venerunt ad *Cæſaream*, ubi fuit Eccleſia & multitudo Chriſtianorum. Iterum pergebant ad (d) monaſterium ſancti Joannis Baptiſtæ, & ibi erant ferè viginti Monachi. Unam noctem ibi manebant. Et inde ibant ſuper unum miliarium, ad Jordanem, ubi Dominus fuit baptizatus ((g) ibi nunc eſt Eccleſia in columnis lapideis ſurſum elevata, & ſubtus Eccleſiam eſt nunc arida terra, ubi Dominus baptizatus fuit) in ipſo loco & ibi nunc baptizant. Ibi ſtat (h) crux lignea in medio, & parva derivatio aquæ ſtat illic: & unus funiculus extenſus ſuper Jordanem hinc & inde firmatur. Tunc in ſolemnitate Epiphaniæ infirmi & ægroti venientes habebant ſe cum funiculo, & ſic (i) demerguntur in aquam. Sed & mulieres, quæ ſunt ſteriles, venientes ibi gratiam Domini merentur. Epiſcopus noſter Willibaldus balneavit ſe ibi in Jordane: uno die fuerunt illic.

SÆC. VIII. ANNO 765.

(a) l. ovis. MAB.

(b) erecti. MAB.

(c) forte leg. Æſtate vel æſtivæ. CANIS.

(d) de hoc Beda de locis Sanctis. c. 13. & Adrichomus in Benjamin. 97.

Et pergebant inde, & veniebant ad (e) *Galgala*. Ibi ſunt intus quinque milia: & duodecim lapides illic ſunt in Eccleſia: illa eſt lignea & non magna. Illic ſunt duodecim lapides, quos tulerunt filii Iſrael de Jordane, & portaverunt ad Galgala ſuper unum miliarium, & poſuerunt ad teſtimonium transmigrationis illorum. Et tunc illic orantes perrexerunt ad *Jericho*, ſuper ſeptem milliaria ab Jordane: ibi erumpebat fons qui erat ſterilis, (f) in oneo montis, & fuit inutilis hominibus, antequam venit Heliſæus Propheta, & ſuſcitavit illum. Et poſtea emanavit, & omnis civitas illa partita eſt illum in agros, in hortos, & in omnia, ubicunque illis neceſſarium erat, & omne quod humidat ille fons, creſcendo proficit ad ſalutem propter ſanctificationem Heliſæi Prophetæ.

(e) Vide Adrichom. in Benjamin. 71.

(f) erumpit in pede montis. Quarentanæ. 4. Reg. 2. Joſep. 5 bell. Jud. cap. 4. Adrichom. in Benjamin 63. oneus montis eſt cacumen. BASN.

Et perrexerunt ad monaſterium Sancti (g) Euſtochii. Illud autem ſtat in medio campo inter Hiericho & Hieruſalem. Et inde venit ad *Hieruſalem*, in illum locum ubi inventa fuerat ſancta *Crux* Domini. Ibi nunc eſt Eccleſia in illo loco, qui dicitur Calvariæ locus. Et hæc fuit prius extra Hieruſalem. Sed beata Helena quando invenit, collocavit illum locum intus intra Hieruſalem. Et ibi ſtant tres cruces ligneæ foris in orientali plaga Eccleſiæ ſecus parietem, ad memoriam ſanctæ crucis dominicæ, & aliorum, qui cum eo crucifixi erant. Illæ non ſunt intus in Eccleſia, ſed foris ſtant ſub tecto extra Eccleſiam. Et ibi ſecus eſt ille hortus, in quo fuit ſepulchrum Salvatoris. Illud ſepulchrum fuerat in petra exciſum; & illa petra ſtat ſuper terram, & eſt (h) quadrans in imo, & in ſummo ſubtilis. Et ſtat nunc in ſummitate illius ſepulchri crux: & ibi deſuper nunc ædificata eſt mirabilis domus; & in orientali plaga in illa petra ſepulchri eſt janua, per quam intrant homines in ſepulchrum orare. Et ibi eſt intus lectus, in quo corpus Domini jacebat. Et ibi ſtant in lecto quindecim

(g) fort. Euſtachii, de quo Rom. Mart. 12. Octob.

(h) Vide Bedam ex Adamnano de locis ſanctis. c. 2. Baron. an. 34. n. 188.

(a) Vide Baron. an. 31. n. 64. & Adrichom. in Zabulon. 99. CAN.

(b) Non ad Tyberiadem, ſed ad Capharnaum influit Jordanis in lacum Geneſar. CAN.

(c) Magdalum intellige inter Tiberiadem & Capharnaum, ad lacum Geneſareth. Meminit hujus caſtri Joſephus in vita ſua pag. 556. hic natam & ſanatam aiunt S. Magdalenam. CAN.

(d) Vide Adrichom. in terra Neptalim. 27. CAN.

(e) Si Adrichomii deſcriptio vera eſt, mirum hos Capharnao Bethſaidam regreſſos, & inde rurſus Bethſaida per Capharnaum in Corozaim. Diſcutiendus hic Adrichom. in Zabulon 18. CAN.

(f) Ad radices Libani à Cæſarea Philippi ſeu Paneadis miliario ex duobus fontibus Jor & Dan (qui & Danus, Paneas & Paneus dicitur) bicornis erumpit. S. Hieron. de locis Hebr. v. Dan. CAN.

(g) Hæc verba parentheſis notâ incluſa, in m. ſ. [erant in margine, ab eadem, ut apparet manu; ſigno notata, quaſi omiſſa fuiſſent. CAN.

(h) De qua Beda de loc. Sanct. c. 13. Vide Jacob Gretſer de cruce tom. 1. l. 2. c. 32. CAN.

(i) In uno etenim reflexu, inquit Greg. Turon. l. 1. de glor. mart. c. 17. aqua ipſa revolvitur, in qua nunc leproſi mundantur. Cum etenim advenerint, ſæpius lavantur in flumine, donec ab infirmitate purgentur: de publico tamen, dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt, ſanati autem ad propria diſcedunt. Hæc Tur. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765.

(a) Duodecim tantum numerat Adamnanus & ex eo Beda. MAB.

(b) S. Willibaldus scilicet, ex cujus ore hæc refert. CAN.

(c) Vide Nicep. l. 2. c. 21. Bar. an. 48. n. 14. Assumptio Virginis Mariæ.

(d) l. Cicindulum id est lampades vel candelæ. MAB.

(e) lege S. Paulin. ad Sev ep. 11. Sulp. Sev. hist. lib. 2. Bar. an. 34. no. 233. CAN.

(f) al. sex. alii vero quatuor tantum, ita ut Bethleem distet ad Hierosolymis leuca & quadrante. BASN.

(g) Thecuam intellig. quam S. Hiero. nono ab Ælia militario ponit. CAN.

(a) quindecim crateres aurei cum oleo ardentes die noctuque. Ille lectus in quo corpus Domini jacebat, stat in latere Aquilonis intus in petra sepulchri; & homini est in dextra manu, quando intrat in sepulchrum orare. Et ibi ante januam sepulchri jacet ille lapis magnus quadrans in similitudinem prioris lapidis, quem Angelus revolvit ab ostio monumenti. Et illuc veniebat in festivitate S. Martini Episcopus noster. Moxque ut illuc venit, cœpit ægrotare, & jacebat infirmus usque ad ebdomadam ante Nativitatem Domini. Et tunc quando aliquantulum recreatus fuit, & de infirmitate melius habebat, surgit, & abiit ad illam Ecclesiam, quæ vocatur sancta Sion: illa stat in medio Hierusalem. Illic verò orans, inde ibat in porticum Salomonis. Ibi est piscina, & illic jacent infirmi expectantes motionem aquæ, quando Angelus veniret, & moveret aquam: & tunc qui primum in illam descenderet, sanaretur. Ubi dominus dixit paralytico, Surge tolle grabbatum tuum & ambula. *Joan. 5.*

Similiter & (b) ipse dixit, quòd ante portam civitatis staret magna columna, & in summitate columnæ stat crux, ad signum & ad memoriam, ubi Judæi volebant tollere corpus S. Mariæ. Cum illi undecim Apostoli tollentes corpus sanctæ Mariæ portarent illud de Hierusalem, statim cùm ad portam venerunt civitatis, Judæi voluerunt comprehendere illud. Statimque illi homines, qui porrigebant brachia ad (c) feretrum, & eam tollere conabantur, retentis brachiis, quasi glutinati, inhærebant in feretro, & non poterant se movere, antequam Dei gratia & Apostolorum petitione iterum resoluti fuerant; & tunc eos reliquerunt abire. Sancta Maria in illo loco in medio Hierusalem exivit de hoc sæculo, qui nominatur sancta Sion. Et tunc Apostoli undecim portaverunt illam, sicut prius dixi, & tunc Angeli venientes tulerunt eam de manibus Apostolorum, & portaverunt in paradisum.

Et inde descendens Episcopus S. Willibaldus venit ad vallem Josaphat. Illa stat juxta Hierusalem civitatem in Orientali plaga: & in illa valle est Ecclesia sanctæ Mariæ, & in Ecclesia est sepulchrum ejus, non de eo, quòd corpus ejus ibi requiescat, sed ad memoriam ejus. Et ibi orans ascendit in montem oliveti, qui est ibi juxta vallem in orientali plaga. Illa vallis est inter Hierusalem & montem oliveti. Et in monte oliveti est nunc Ecclesia, ubi Dominus ante passionem orabat, & dixit ad discipulos: Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Et inde venit ad Ecclesiam in ipso monte, ubi Dominus ascendit in cœlum. Et in medio Ecclesiæ stat de ære factum sculptum ac speciosum, & est quadrans. Illud stat in medio Ecclesiæ, ubi Dominus ascendit in cœlum. Et in medio æreo est factum quadrangulum: & ibi est in vitreo parvum asindulum, & circa (d) asindulum est illud vitreum undique clausum. Et ideò est clausum, ut semper ardere possit in pluvia & in sole. Illa Ecclesia est desuper (e) patula, & sine tecto; & ibi stant duæ columnæ intus in Ecclesia contra parietem Aquilonis, & contra parietem meridionalis plagæ. Illæ sunt ibi in memoriam & in signum duorum virorum, qui dixerunt, *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum*" Et ille homo, qui ibi potest inter parietem & columnas repere, liber est à peccatis suis. *Matth. 26.*

Inde venit in locum, ubi Angelus pastoribus apparuit, dicens: *Annuncio vobis gaudium magnum.* Et inde venit in Bethleem, ubi Dominus noster natus est, septem (f) miliariis ab Hierusalem. Ille locus, ubi Christus natus est, quondam fuit spelunca sub terra, & nunc est quadrangula domus, in petra excisa, & est terra circumquaque exfossa, & inde projecta. Et ibi supra nunc est ædificata Ecclesia. Et ubi Dominus natus est, ibi stat supra nunc altare, & aliud altare minus factum est ideo, ut illi quando volunt ibi intus Missam celebrare in spelunca, tollentes illud altare minus, portant ibi intus illo tempore, quando Missam celebrant, & iterum levant illud foras. Illa Ecclesia, ubi Dominus natus est, quod ibi supra stat, est in similitudinem crucis ædificata, glorioſa domus. Et ibi adorantes pergebant inde, & venerunt in villam magnam, quæ vocatur (g) *Thequa*, ad illum locum, ubi infantes quondam occisi fuerant ab Herode. Ibi est nunc Ecclesia, & ibi requiescit unus de Prophetis. Et tunc venit inde in vallem (a) Lauram: ibi est monasterium magnum, & ibi sedit Abbas ad monasterium, & ille janitor Ecclesiæ, aliique monachi multi, qui ibi sunt in ipso monasterio, & sedent circa vallem in devexa rupe montis. Et habent illi excisa in saxosa rupe montis parva receptacula, ibi & ibi. Ille mons est in gyro circa vallem. Et monasterium est ædificatum in valle, & ibi requiescit S. Saba.

Inde venit ad locum, ubi Philippus baptizavit Eunuchum. (b) Et ibi est Ecclesia parva in valle magna inter Bethleem & Gazam. Et inde ibant ad Gazam. Et illic orantes ibant ad sanctum *Matthiam:* ibi est magna gloria in dominica. Cumque sacra missarum solemnia fuissent celebrata, Episcopus noster sanctus Willibaldus, stans ibi

(a) Lauram S. Sabæ intellige, inter Herodium & Thecuam. vide Adrichom. in Juda 208. CAN.

(b) Fons Æthiopis, S. Hiero. in loc. Hebr. in epit. Paulæ & Ep. ad Paulin. Adrichom. in Dan. 4. CAN.

Digitized by Google

ibi ad Missam, lumen oculorum amisit, & cæcus fuit duobus mensibus. Et inde ibant ad sanctum *Zachariam* Prophetam, non patrem Johannis, sed alterum Prophetam. Et inde tunc ivit ad castellum (a) Aframia: ibi requiescunt tres patriarchæ, Abraham, Isaac, & Jacob cum uxoribus suis. Et inde venit iterum in Hierusalem, & introiens in Ecclesiam, ubi sancta crux Domini inventa fuerat, aperti sunt oculi ejus, & visionem recepit. Et ibi aliquantum temporis manens, pergebat inde, & venit in locum (b) *Diospolim* ad sanctum *Georgium*, illud est decem miliariis ab Hierusalem. Et inde venit ad aliam villam, ibi est Ecclesia sancti Petri Apostoli. Et ibi suscitavit viduam sanctus Petrus, quæ fuit nominata Dorcas. Et ibi orans pergebat, & venit ad mare Adriaticum (c) longè ab Hierusalem ad urbem Tyrum & Sidonem. Sex miliaria sunt inter illas duas urbes, & stant in littore maris. Et inde pergit super Libanum montem, & venit in Damascum. Et inde venit in Cæsaream, & inde venit tertia vice * ab Hierusalem, & ibi fuit totam hyemem. Et inde venit ad urbem Ptolomaidam: (a) ista est in extremis finibus Syriæ, & ibi fuit ille totum tempus quadragesimæ: infirmus fuit, & non poterat pergere: socii ejus, qui in comitatu illius erant, perrexerunt ad Regem Sarracenorum, nomine *Myrmunni*, & voluerunt illius rogare epistolam, ut pergerent, & non poterant invenire Regem, quia ipse fugerat foras extra regionem illam, infirmitatem atque cladem, quæ erat super regionem illam. Cumque illi non invenirent Regem, veniebant iterum, & illic morantes simul in Ptolomaida, usquedum una esset ebdomada ante Pascha.

SÆC. VIII. ANNO 765.

* leg. ad.

(a) Salamancha Gretserus.

Tunc venerunt iterum ad Emessam, & rogaverunt illum præsidem, dare illis epistolam. Et dedit epistolam duobus & duobus: quia illi non poterant simul pergere, sed duo & duo: quia facilius sic potuerunt alimenta obtinere.

Et tunc in Damascum venerunt: & inde venerunt quarta vice † ab Hierusalem ibi manentes aliquantulum tempus, venerunt ad urbem Sebastiam, quæ prius erat Samaria vocata. Sed postquam illa confracta fuerat, construebant iterum unum castellum, ubi prius erat (b) Samaria, & vocabant illud castellum Sebastia. (c) Et ibi requiescunt nunc sanctus Johannes Baptista, & Abdias, & Helisæus Propheta. Et ibi puteus ille prope castellum, ubi Dominus postulavit aquam bibere à Samaritana muliere: & super illum puteum nunc est (d) Ecclesia: & ille mons est ibi, in quo adorabant Samaritani. Et illa mulier dixit ad Dominum: *Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & tu dicis, quòd in Hierusalem est locus, ubi adorare oportet.* Tunc illi adorantes perrexerunt super Samaritanorum regionem in extremis finibus eorum in villam magnam unam, ibi erant unam noctem.

† leg. ad.

(b) Vide Josephum 8. ant. 12. Adricho. in Ephr. 81.

(c) Scilicet in honorem Augusti. B.

(d) Vide S. Hieron. in locis Hebr. Adrichom. in Ephr. 45. & 54. *Joan. 4.*

Et inde perrexerunt super campum magnum olivarum plenum, & pergebat cum illis unus Æthiops cum duobus camelis, & uno mulo, qui ducebat mulierem per sylvam. Cumque perrexissent, obviavit illis unus leo, qui aperto ore rugiens rancusque eos rapere ac devorare cupiens, valdè minabatur illis. Tunc ille Æthiops dixit ad illos, Nolite timere vos, sed pergamus in ante. Statimque illi pergentes, appropinquaverunt ad illum: Ast ille citò, omnipotentis altithroni Dei adminiculo, in aliam partem divertit, & dimisit illos, ut pergerent. Et sic dixerunt, ut pòsteaquam inde pergebant, audiebant illum leonem magnum rugitum dare, ita ut rancus multos devoraret illorum hominum, qui pergebant olivarum colligere fructus. Inde pergentes venerunt ad urbem, quæ vocatur *Thalamartha*, in littore maris. Et inde ambulantes venerunt ad caput Libani, ubi ille mons in mare vadit, & est promunctorium. Ibi est turris Libani. Et qui illuc venerit, non habens chartam (e), non pertransit locum, quia in custodia est ille locus, & est claustrum, sed si venerit sine charta, tollent illum cives, & mittunt ad urbem Tyrum. Ille mons est inter Tyrum & Thalamartham. Et tunc venit iterum Episcopus ad Tyrum.

(e) h. e. Salvi conductum.

IX. Willibaldi pericula & peregrinationes.

Episcopus sanctus Willibaldus, prius, quando erat in Hierusalem, emebat sibi balsamum, & replevit unam (f) munerbam. Tulit itaque unam munerbam, quæ fuit concava, & habuit linum. Illam replevit de petræ oleo, & fecit intus in munerbam, & secuit illam cannam parvam munerbæ, ita ut in margine ambæ similes essent plane, & sic claudebat os munerbæ. Cumque venissent illi ad urbem Tyrum, illi cives urbis tollentes eos constringebant, & omnem sarcinam eorum exquirebant, ut reperirent, si habuissent aliquid absconditum; & si aliquid invenissent, citò illos punientes (d) martyrizarent. Cumque omnia exquirentes nihil invenissent, nisi unam munerbam, quam habuit sanctus Willibaldus, illam aperientes odorabant quod intus fuisset. Cumque odorabant petræ oleum, quod intus in canna fuerat supra, & balsamum

(f) Munerba est lagenæ species vel urceus. Mabillonio *una Callebasse*, cucurbita scilicet cavari solita jam eo tempore. BASN.

(a) Spelunca duplex Gen. 23. 49. Jos. 14. Mausoleum tempore S. Hieronymi in loc. Hebr. lit. A & Josephi 5. bell Jud. 7. ostendebatur. Adrichom. in Juda 100. CAN.

(b) Tigrida & Liddam vocatam ait S. Hie. Justinianus hic S. Georgio decollato & sepulto templum ædific. teste Wilh. Tyr. 7. belli fac, 22. Adrich. in Ephraim 64. CAN.

(c) Sic aliquando Mare Phœnicium apellatur. MAR.

(d) Nota usum illius vocis; indicat hic suplicia quæ Religionis causa non fiunt, sed ob violatas commercii leges. BASN.

SÆC. VIII. ANNO 765.

famum qui intus erat in munerba ſubtus petræ oleum, non reperiebant: & ſic eos reliquerunt. Multos dies erant ibi expectantes navim, quando parata fieret.

Et poſtea tunc navigaverunt totam hyemem à natali ſancti Andreæ Apoſtoli uſque unam ebdomadam ante Paſcha. Tunc venerunt in *Conſtantinopolim*, ubi requieſcunt tres Sancti, Andreas, & Timotheus, & Lucas Evangeliſta in uno altari. Et Johannes ille os aureum requieſcit ibi coram altari, ubi Presbyter ſtat, quando Miſſam facit, ibi eſt ſepulchrum ejus: ibi erat Epiſcopus noſter duos annos: & habebat receptacula intus in Eccleſia, ut quotidiè poſſet aſpicere, ubi Sancti requieſcebant. Et inde venit ad urbem *Nicænam*, ubi olim habebat Cæſar Conſtantinus Synodum. Et ibi fuerunt ad ſynodum trecenti decem & octo Epiſcopi. Illi omnes habebant illic ſynodum. Et illa Eccleſia filialis eſt illi Eccleſiæ in monte oliveti, ubi Dominus aſcendit in cœlum. Et in illa Eccleſia erant imagines Epiſcoporum, qui erant in ſynodo. Et ſanctus Willibaldus pergebat illuc à Conſtantinopoli, ut videret, quomodo facta eſſet illa Eccleſia, & iterum remeavit ad Conſtantinopolim. Et poſt duos annos navigaverunt inde cum nunciis Papæ & Cæſaris in Inſulam Siciliam, ad urbem Syracuſanam. Et inde venit ad urbem (a) Catenam, & venit ad Regiam civitatem in Calabria. Et inde navigârunt ad Inſulam (a) Vulcaniam. Ibi eſt infernus Theoderici.

(a) f. Catanam e. v. a. Regium.

Cumque illuc veniſſent, deſcendebant de navi, ut viderent, qualis eſſet ille infernus. Statimque ſanctus Willibaldus curioſus volens videre, qualis eſſet intus ille infernus, volebat aſcendere in montis cacumen, ubi infernus ſubtus erat, & non poterat; quia favillæ de tetro tartaro uſque ad marginem aſcendentes, glomeratæ illic jacebant. Et ad inſtar nivis, quando de cœlo nivans candidas, nivaleſque cadentes de aereis ætherum arcibus acervare ſolet; ita favillæ coacervatæ in apice montis jacebant, & aſcenſum ſancti Willibaldi prohibebant. Sed tamen tetram atque terribilem, horrendamque eructantem de puteo flammam erumpere videbat, ad inſtar tonitrui tonantis: ſic flammam magnam, & fumi vaporem valdè ſublimè in altum aſcendentem terribiliter intuebatur. Ille (b) fomex vel pumex, quem ſcriptores habere ſolent, illum videbat de inferno illo aſcendentem, & cum flamma projectum, atque in mare conjectum, & tunc iterum de mari projectum in aridam: & homines tollunt eum, & inde ducunt. Statimque poſt ita horribilis ſeu terribilis ignis flagrantie vaporibus flammivomis & fumifetidis (c) mirabilis viſionum ſpectaculum explorata, inde levantes ſe navigaverunt ad Eccleſiam S. Bartholomæi Apoſtoli, quæ ſtat in littore maris, & venerunt ad illos montes, qui ſunt nominati Didimi. Et inde navigantes venerunt ad urbem, quæ vocatur Neapolis, ibi erant multos dies. Ibi eſt ſedes Archiepiſcopi, & magna dignitas ejus illic habetur. Et ibi eſt prope (d) caſtellum, ubi requieſcit *S. Severinus*.

Montes Didimi.

Et inde venit ad urbem *Capuam*. Et ille Archiepiſcopus miſit eum ad aliam urbem, ad alium Epiſcopum. Et ille Epiſcopus miſit eum ad urbem Tyanam, ad illum Epiſcopum. Et ille Epiſcopus miſit eum ad ſanctum Benedictum. Tunc erat autumnus, quando venit ad ſanctum Benedictum. Et tunc erant ſeptem anni, quòd de Roma tranſire cœpit. Et omnium erant (e) & anni, quod de patria ſua tranſivit. Cumque venerandus vir S. Willibaldus & *Diapertus*, qui cum eo pergebat per omnia, veniſſent ad ſanctum Benedictum, non repperiebant ibi, niſi paucos Monachos, & Abbatem, nomine (f) *Petronacem*. Statim ille magno mentis moderamine, & dogmatum ingenio, felicem fratrum contubernium, ſedulis diſputationibus admonens, non ſolum verbis, ſed moribus venuſtatis viſitando docebat, & rectæ conſtitutionis formam, & cœnobialis vitæ normam in ſemetipſo oſtendendo præbebat; ita ut omnium amorem ſeu timorem in ſeipſum provocando accerſiret. Et in primo anno illuc veniens cubicularius fuit Eccleſiæ, & in ſecundo decanus erat in monaſterio. Et poſtea per octo annos fuit portarius in duobus monaſteriis. Quatuor annos erat portarius in illo monaſterio, quod ſtat ſupra in monte valdè excelſo, & alios quatuor erat in alio monaſterio, quod infra ſtat juxta Raphito.

X. Willibaldus Romam petit.

Tranſacta itaque tunc decem annorum intercapedine, venerandus ille vir S. Willibaldus ſacram ſancti Benedicti regularis vitæ inſtitutionem, quam omnipotentis Dei auxilio, illorumque adminiculo, quam ſuper longa locorum ſtadia, & ſuper vaſtas marginum vias, in redemptionem animæ, & in opem præſentis vitæ requirebat, omnimodo,

(a) Ollam Vulcani apellabat Greg. I. dial. l. 4. c. 30. MABIL.

(b) Leg. *illic*; deinde delendus *fomex* ab amanuenſi male adjectus. BASN.

(c) Punctuandum poſt mirabilis. Gretſerus verba ſequentia emendat & legit *miracula explorata*. melius MABIL. *Miraculo explorato*. BASN.

(d) Lucullanum ſcilicet, in quo ſitum erat oratorium in honorem S. Severini. MABIL.

(e) Hæc vocula, *&*, ſine dubio in mendo eſt, forte fuit numerus annorum, & malè exſcriptus in *&* abiit. CAN. Lege X. anni Gretſerus. MABIL.

(f) Hic reſtitutor monaſterii Caſſinenſis fuit, de quo Paulus Diaconus lib. 6. c. 40. no. edit. & ver. 13. Baronius ann. 716. n. 7. tom. 9. CAN.

Digitized by Google

omnimodo, prout fore poſſit, obſervare conabatur. Et non ſolum ipſe, ſed & alios cum illo in veneranda regularis vitæ veſtigia præeundo perducebat. SÆC. VIII.

Poſt hæc itaque unus Presbyter, qui de Hiſpania veniens ad ſanctum Benedictum, manebat, licentiam rogabat Abbatem Petronacem, ad Romam pergere. Statimque ille licentia poſtulata, rogabat S. Willibaldum, ut cum eo pergeret, & illum duceret ad S. Petrum. Et ille ſtatim petitionibus ejus conſenſum ſeu effectum promittebat. Cumque illi pergerent, ad Romam venerunt, atque ilicò Baſilicam ſancti Petri intrantes ſacra cœleſtis clavicularii præſidio poſtulaverunt, illiuſque ſe commendavere (a) piùm precum patrocinio. Tunc ille ſacer Apoſtolicæ ſedis Pontifex Gregorius III. venerandum virum S. Willibaldum illic eſſe comperiens, præcepit illum ad ſe venire. Cumque illuc veniſſet ad ſanctum ſummi ſacerdotii Pontificem, ſtatim prono vultu in terram ſe vertebat, & illum ſalutabat: protinuſque ille pius populorum ſpeculator, piis verborum viciſſitudinibus, itineris ſui ordinem inveſtigare cœpit ab illo; quomodo ſeptem annorum calculum in externis terrarum finibus probando peragraret, aut quomodo multa temporum ſpacia pernicioſas paganorum pravitates penetrando evaderet, diligenter ab illo ſciſcitabatur. ANNO 765. (a) Pro plurium.

Statimque tunc ille agilis Chriſti vernaculus, glorioſo gentium gubernatori, ſapienti ſermonum induſtria, humiliter ediſſerendo, ſeriem ſui itineris ex ordine intimavit, (b) qualiter modo multas migrando mundi iſtius permeavit manſiones, & quomodo almam altiſſimi ætherum plaſmatoris natalem adventus ſui locum in Bethleem, adorando, opem poſtulando, luſtrandoque perambulabat. Et nihilominus aliam baptiſmatis ejus terram in Jordane ſpeculando, ſeque balneando viſitabat. Sed & in Hieruſalem ſicque in ſanctam Sion, ubi ſacer ſeculorum Salvator in cruce ſuſpenſus, peremptus eſt atque ſepultus, & poſtea in monte oliveti in cœlum aſcendit: Iſtic quatuor vicibus veniendo orabat, & Domino ſe commendabat. Iſta omnia illi intimando explanabat. (b) l. quali. Mab.

Willibald. Bonifacio adjutor deſtinaret.

Poſtquam hæc omnia delectabilibus verborum ſermocinationibus inter ſe fabulantes volutabant, ſacer ille ſummusque Apoſtolicus Pontifex, ſobriis ſermonum indiciis, teſtando intimavit B. Willibaldo, quod S. Bonifacius rogabat illum, ut ipſum S. Willibaldum à S. Benedicto adduci, pervenireque feciſſet: & ſic illum tunc ſubſummatim mitteret, ac illi in gentem Francorum erudiendam cooperatorem efficeret. Cumque iſta S. Bonifacii voluntatem votiva deſideria Dominus Apoſtolicus Papa Gregorius III. S. Willibaldo indicaſſet, placidis illum exhortationum orationibus rogando ſeu præcipiendo acceſſivit, ut ad S. Bonifacium veniret. Tunc ille inclytus Chriſti athleta S. Willibaldus petitionibus Pontificis, ſimulque viſionibus ſe ſolerter ſubſummatim effecturum ſeu obedientiam perficere promittebat; ſi ſecundum regularis vitæ diſciplinam licentiam illi à ſuo poſtularet Abbate. Statimque ſummus ille ſanctæ auctoritatis Pontifex reſpondit, illumque ſine ſolicitudinis ambiguitate ſecurum cum ſuæ juſſionis licentia obedientialiter pergere præcepit, dicens: Quia ſi illum ipſum Abbatem Petronacem uſpiam tranſmittere me libet, certè contradicere mihi licentiam non habet, nec poteſtatem. Confeſtimque tunc S. Willibaldus ſacris ſermonum exhortationibus conſenſum, atque ſe, ſpontaneè exhibere reſpondit. Et non ſolum illuc, ſed ubique in omni terratum loco, quocunque (c) illum tranſmittere dignaretur, devotè ſine deſide differentia, ſecundùm voluntatis ſuæ arbitrium, ſe pergere ſpondebat. (c) f. dilatione.

XI.

Poſthæc tunc finitis oraculorum fabulis pergebat inde S. Willibaldus in paſcha, qui illuc veniebat in nativitate S. Andreæ, & *Diapertus* manebat ad S. Benedictum. Et veniebat ad *Lucam*, ubi pater ejus reqnieſcebat. Et inde venit ad Ticinie urbem. Et inde venit ad urbem *Brixiam*. Et inde venit ad locum, qui dicitur (d) *Charinta*. Et tunc venit ad Ducem *Odilonem*, & ibi fuit unam ebdomadam. Et inde venit ad (e) *Suitgarium*: & ibi fuit una ebdomada. Et inde perrexerunt ad *Linthrath* Suitgarius & Willibaldus ad S. Bonifacium. Et miſit illos S. Bonifacius ad *Eyſtet*, ut videret, quomodo ſibi placeret. Illam regionem Eyſtet Suitgarius tradidit S. Bonifacio, in redemptionem animæ ſuæ. Et ſanctus Bonifacius tradebat noſtro Epiſcopo S. Willibaldo illam regionem, quæ adhuc tota erat vaſtata, ita ut nulla domus ibi eſſet, niſi illa Eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ adhuc ſtat ibi, minor quàm alia Eccleſia, quam poſtea B. Willibaldus ibi (f) conſtruxerat. (d) al. charta. (e) Suigerum vocat & Hirsbergenſem Comitem Velſerus rerum. Boic. lib. 5. (f) conſtruxit.

Cumque ibi duo manerent ſimul ad Eyſtet aliquantum temporum inducium S. Willibaldus atque Suitgarius, almumque ibi habitationis locum explorando eligerent: poſtea iterum pergebant ad S. Bonifacium ad *Friſingam*: & ibi erant cum illo, uſquedum omnes ſimul iterum veniebant ad Eyſtet. Et ibidem tunc S. Willibaldum conſecravit ſanctus Bonifacius in presbyterialis dignitatis gradum. Ipſa die, quà Epiſcopus noſter S. Willibaldus conſecratus eſt in presbyteratum, undecimo Calendas Auguſti fuit, ad natalem ſanctæ Mariæ Magdelenæ, & ſancti Apollinaris.

Et poſtquam unius anni tranſibat circulus, ſanctus Bonifacius præcepit, ut in Thu-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765. ringiam ad se veniret. Statimque venerandus ille vir Dei sanctus Willibaldus, secundum jussionem sancti Bonifacii, in Thuringiam veniebat, & in domo fratris sui *Wunebaldi* hospitalitatis mansionem habebat: quia jam illum prius (*a*) octo annorum spatio, & nono dimidio, ab eo, quo de Roma pergebat, non vidit. Et jam tunc videndo gaudebant; & de sua conventione gratulabantur ambo. Illud fuit autumnale anni tempus quando sanctus Willibaldus veniebat in Thuringiam. Statimque posteaquam illuc veniebat sanctus Bonifacius Archiepiscopus; atque *Burchardus* & Witzo sacræ Ediscopatus authoritati illum (*a*) ordinandi consecraverunt. Ast ibidem tunc cùm summo sacerdotalis infulæ ditatus erat honore, unam ebdomadam erat, & postea iterum ad prædestinatum mansionis suæ locum remeabat.

(*a*) leg. ordinando. CAN. MABIL.

Sanctus Willibaldus quando in Episcopatum consecratus erat, habebat quadraginta annos & unum. Et tunc erat autumnale tempus circa illam ferè horam tribus ebdomadibus ante Natale sancti Martini in Episcopatum consecratus est, in loco, qui dicitur *Salipurg.*

Transacto atque terminato prolixo itineris meatu S. Willibaldi, quem ille sagax in (*b*) 7. annorum induciis lustrando adibat, illa nunc reperta, & ex ritu rimata explanare, intimareque conabamur: & non ab alio reperta, nisi ab ipso audita, & ex illius ore dictata perscripsimus (*c*) in monasterio *Heidenheim*, testibus mihi Diaconis ejus, & aliis nonnullis junioribus ejus. Ideo dico hoc, ut nullus dicat iterum hoc frivolum fuisse.

XII. Monasterium in Ecclesia suâ instituit.

Postquam ille de Roma in istam veniebat provinciam, cum tribus contribulibus, tunc quadraginta & unius annorum ætate, jam gnarus & grandævus, sacri Episcopatus gradum accepit, & in locum, qui dicitur Eystet, monasterium construere incipiebat, atque ibidem sacram monasterialis vitæ disciplinam in usum prioris vitæ, quod videndo ad sanctum Benedictum, & non solum ibi, sed & in multis Monachorum mansionibus, quas ipse solers, & sophyrus, vasta per rura rimando explorabat, illorum cata normam venerandæ vitæ conversationem in semetipso ostendendo exercebat. Et cum paucis adhuc ibidem operariis latum atque spaciosum (*b*) divini segetis campum sacra superni verbi fata serendo usque ad messem perducebat. Et sicut apes prudentissimæ, quæ per purpurea violarum virecta & per fulvos frondium floseulos, & per olida holerum florida letalem liquantes toxicam, & suavissimum sorbentes succum nectaris, & sic cruribus, & toto corpore referta ad alvearia gestando properant; sic & ille beatus (*d*) parilion Willibaldus in omnibus, quæ latè lustrando propriis cernebat luminibus, optima eligendo, arripiebat, arripiendoque omnibus sibi subditorum phalangibus rectæ conversationis studium benè vivendo, in verbo, in vitiorum obstaculis, in bonitate, in patientia, in abstinentia peritus prolatam præbebat normam: ast cito postquam ille strenuus almi Dei athleta monasterialem mansionis locum inhabitare cœpit, statim undique de illis regionum provinciis, & nihilominus longinquis regionum limitibus, ad saluberrimum ejus sapientiæ dogma confluere cœperunt, quos ille quodam modo omnes, ut gallina quæ sub alis solet suos regendo enutrire fœtus, ita & ille pater sanctus Willibaldus, & mater Ecclesiæ, plures per ævum, suæ pietatis parma protegendo, Domino deferebat adoptivos natos. Et quemadmodum alumnos suos alere solet infantes, ita & ille enutriendo divinæque pietatis lacte leniter lactando pascebat, usquedum illi confoti, & de infantia eruditi, eleganterque edocti, ad juvenilem pulchræ indolis pubertatem pervenerunt. Et nunc secundum magistri præcedentis exemplum, sancta sectantes dogmatum ejus dona, multis micant adminiculis.

(*b*) divinæ.

En ille S. Willibaldus, qui cum paucis adprimitus satellitum subsidiis, sanctæ conversationis inchoaverat exercitium, tandem cum innumeris aulatium magistratibus, multiformiter militando, Domino dignum acquisivit populum. Et latè ille per vastam *Bajoariorum* provinciam, aratra trudendo, sata serendo, messem metendo, cum multis messorum operariis, per vitreos Bajeariorum campos, cum Ecclesiis atque Presbyteris, Sanctorumque reliquiis, digna Domino delibat dona. Inde nunc antiphonæ crepitant, inde lectiones resultant, inde nunc clarat credentium turba, sancta strepitant

(*a*) Hoc est ab annis 17. & dimidio; quippe Willibaldus septem annos expendit in peregrinatione Hierosolymitana, decem vero Casini. MAB.

(*b*) Hæc intelligenda de peregrinationis tempore perperam interpretatus est de septem annis Pontificatus anonymus qui mox sequitur. MAB.

(*c*) In margine à quodam glossatore hæc verba erant adscripta: Hic conjici datur, S. Balpurgam scripsisse hanc legendam, quia etiam in prologo asserit, se esse de parentela S. Billibaldi. Vide quæ initio ad Lectorem de hoc notavimus. CANIS.

(*d*) *Parilion* forte, an Paralion, quæ species est Tithymali lacteum emittens succum; quamquam Barilion non semel legatur in vita S. Wunibaldi ab eadem sanctimoniali scriptâ. MAB. Sed quid est Barilion? obscurum per obscurius. Βαρίων, Græcis est ovis. sed quid ad rem? nonne omnibus his in locis legi debet *Parelios*, voce a Græcis descripta, quæ quasi alterum solem indicat: Dicitur hic *beatus Parilion* Willibaldus, ut apud eandem Sanctimonialem Wunibaldus appellatur sanctus atque perfectus *Barilion*. Ut legatur Παρήλιος, postulat tum nominativus casus masculini generis, tum sensus, tum etiam stylus illius Sanctimonialis, quæ verba Græcorum sæpius usurpat & latina facit. Sic in vita Wunebaldi legitur de eo fuisse *Séphirum*, id est, sapientem, voce è græco depravatâ. BASN.

Digitized by Google

ſtrepitant Chriſti miracula, & celeberrima conditoris gratulabundi garrulant præconia. Quid dicam nunc de S. Willibaldo meo magiſtro, & veſtro alumno? Quis illo pietate præſtantior, humilitate excellentior, patientia purior, continentia rigidior, manſuetudine major? cui ille unquam in triſtium ſolatio poſterior, & cui ille in pauperum opitulatione inferior, aut in nudorum habitu tardior? Iſta omnia non ad jactantiam dicta, ſed ſicut vidi, & audivi, Dei gratia, non hominis facta: quia ſecundum Apoſtolum, *qui gloriatur, in Domino glorietur.* Amen. SÆC. VIII. ANNO 765. 1. *Cor.* 1.

VITA,

SIVE POTIUS,

ITINERARIUM SANCTI WILLIBALDI

EPISCOPI AICHSTADIANI,

EX

Membranis m. ſ. Monaſterii Oxenhuſiani à Caniſio *primùm editum.*

I. Willibaldus infans ægrotat.

PRæſul igitur Willibaldus Angelicæ caſtitatis inſtar, de genere Anglorum emicuit oriundus. Cumque egregiæ indolis puer, cum maxima parentum ſpe jam triennium clauderet, morborum incommodis ſubitò intabuit: ſpectabile oris decus fœda tenuatum macie defloruit. Ulcerati dolore parentes, quod unicum tunc reſtabat, eum vix patulo ore aëra trahentem Eccleſiæ inferentes; ante adorandam ſanctam crucem poſuerunt, & ſi ad ſalutem recreatur, eum divinæ mancipandum ſervituti devoverunt. Piis ſtatim votis effectum merentibus, puero cum ſalute prior oris decentia rediit, & abſolutæ valetudini reconciliatus præmaturis pollere cœpit virtutibus. (*a*)

(*a*) Vide priorem vitam.

II. Datur Abbati quinquennis.

Hoc igitur omine parentes Deum aliquid magni in tantæ indolis puero operaturum percipientes, ſibi non defuerunt; ſed filium ſuum vix quinquennem monachicæ diſtrictioni apud monaſterium Waltheim dictum, ſub venerando Abbate Egilwardo dedicaverunt. Literis ergo applicitus, nec momentum temporis otio indulſit, ſed brevi ſolertiſſimus Prælatus, pectus ſuum hagiographiæ armarium fecit, & ut Chriſtum in omnibus exprimeret, quidquid divini, quidquid legis Eccleſiaſticæ legendo percepit, hoc moribus & habitu fideliter aſſequendo implevit. In ſingulis ergo virtutibus jam excellentiſſimè eminens, ita enituit perfectiſſimus in Chriſto, ut nil cogitaret, niſi eſſe cum Chriſto.

III. Trahit Patrem ad peregrinationes.

Quamvis ergò jam abnegato ſeipſo, mundum tam mente, quàm habitu calcaſſet; timere (*a*) tamen deeſt perfectioni, quod in natali ſolo parentelæ dignitas aliquantulum famæ & honoris ſibi licet nolenti addidit; decreverat patriam egredi, & tam ignotus, quàm egens pro Chriſto peregrinari. Et ne ſolus ex ſuis Chriſti militiæ adſcriberetur, patrem nomine (*b*) Richardum, genere & rebus clarum adiit, eique mundi contemptum, & peregrinationem ſuadere cœpit: qui cum objiceret filio ſibi videri crudeliſſimum, & omninò ab humanitate alienum, filios orbare, conjugem viduare, domum totam deſolare; inſtillavit ei ſanctus Willibaldus nil divino amori præpo-

(*a*) Leg. timeret tamen deeſſe perfectioni. BASN.

(*b*) Richardi nomen recentius videtur quam conveniat Patri Willibaldi; vide tamen Gretſerum in Lucubrationem Philippi Epiſcopi & Herſenium ad diem VII. febr. Illud nomen omiſere alii Hiſtorici. MAB.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765. præponendum, hanc pro Chriſto crudelitatem omni pietate humaniorem, ſolosque mundi contemptores Chriſti futuros cohæredes. Victus demum veridici filii narratione, ſe obtemperaturum, & quocunque à caro duceretur pignore, ſecuturum promittit. Incenderat & idem fælix ardor S. Willibaldi fratrem Wunebaldum, Heidenheimenſis cœnobii conſtructorem, & Abbatem futurum, nec non & amborum ſororem, virginum decus, Walpurgam, multosque ejuſdem non ſolum cognationis, ſed & patriæ, ut capto crucis vexillo, nudi evolarent ſecuturi Regem gloriæ.

IV. Iter aggrediuntur. Anno in æſtatem vernante, cum ventis patientibus prima fides arrideret pelago, ſancti fratres Willibaldus & Wunebaldus, cum patre Richardo, & ſorore (*a*) Walpurga, aliisque non paucis, in quorum pectoribus idem fervebat ardor, navi conſcenſa iter optatum arripiunt, & ventis feliciter ſubſequentibus ripam fluminis (*b*) Sigone, juxta urbem, quæ vocatur Rotum appulerunt. Inde Romam tendentes, Luccam Tuſciæ urbem devenere, ibique patrem ſuum carne ſolutum, & præmia, quæ obſecutus filio meruit, adeptum in cœmiterio ſancti (*c*) Preſcianni ſepeliere. Hinc deſideratam diu Romam pervenientes, lacrymoſa devotione à principibus Apoſtolorum indulgentiam exoraverunt, ibique Sanctorum loca in illis partibus ſita viſitantes, ſeque quotidie Deo in ara cordis mactantes, à feſtivitate ſancti Martini uſque ad Paſcha, ſæva excocti infirmitate ſuſtinuerunt. Interim tamen ſancti fratres hoc Deo providente ſortiti ſunt ſolatium, ut cum unus unam ſeptimanam gravante morbo lectum occuparet, alter mitigato interim languore jacenti miniſtraret. Sic occupante alternatim hunc graviori, illum mitiori languore, ſe ſancti fratres procuravere.

V. Willibaldus Hieroſolymis pergit. Cumque Deo miſerante ſanctus Willibaldus jam abſolute reconciliatus vigeret ſanitati, amore cœleſtis Jeruſalem cœpit terreſtrem ſuſpirare, & loca veſtigiis Chriſti inſignia videre. Dimiſſis ergò ibi fratre Wunebaldo, ſororeque Walpurga, duobus comitatus ſociis, ipſe tertius, victorioſum iter adgreditur. Venientes igitur Beneventum, ubi S. Bartholomæus requieſcit, appulſam navim Ægyptiam invenerunt. Quam ingreſſi Calabriæ portum, Regiam dictum, velis pleno ſinu turgentibus attigerunt. Inde transfretantes in Siciliam, ingrediuntur urbem Cathinenſium ſanctæ Agathæ Virginis corpore & patrociniis inſignem, ubi Æthna mons imo exæſtuans fundo flammarum globos egerere, & candente fervens favilla, cœlum ſolet ſubtexere. Cujus incendio, vicina ſæpe loca inflammando ſolventi, Cathinenſes velum ſepulchri ſanctæ Virginis opponunt, nec lædi metuunt. Inde & viſitato apud Syracuſam ejuſdem inſulæ civitatem ſanctæ Luciæ ſepulchro, ſe rurſum pelago credunt, & tranſitis Choo, Samoque inſulis, tabentes ſalo artus apud Epheſium Aſiæ inſulam exponunt. Ubi poſtquam ad ſepulchrum ſancti Joannis Evangeliſtæ, ebulliens inde manna admirantes lachrymis perfuderunt: poſtquam ſe ſeptem Dormientibus, & Mariæ Magdalenæ ibidem requieſcenti commendaverunt: poſtquam in vertice vicini montis locum, ubi ſanctus Evangeliſta orare ſolebat, omni pluvia & tempeſtate immunem & ſecurum, ſatis admirari nequeunt, duobus inde diſtantem miliariis villam (*a*) Sigilam pedites venerunt. Ibi mendicato pane, fonti, qui perſpicuis ad fundum aquis in media ebullit villa, intincto refecti; tranſito urbis (*b*) Strabolis monte excelſo Pateram perrepſerunt, ibique glaciali hyeme undas exaſperante veris clementiam præſtolantur.

(*a*) In Hodœp. S. Will. ſup. fol. 439. dicitur Figila.

(*b*) In Hod. ibid. Strabolis. Pataram.

VI. Willib. in Cypro commoratur. Navim demum ingreſſi, ad (*d*) montem Galanorum transfretarunt. Quo bellorum tempeſtate tunc temporis depilato, ſævam paſſi ſunt inediam. Inde Inſulam Cyprum inter Græcos & (*c*) Sarraticos ſitam, applicuerunt, & Paſchale, quod jam inſtabat feſtum, apud Paphum urbem agentes, ſole jam circumvoluto, tres in ea hebdomadas ſteterunt. Inde ejusdem inſulæ urbem Conſtantiam, ſancti Epiphanii præfulis miraculis & corpore glorioſam adeuntes, ſancti Joannis Baptiſtæ nativitatem ibi egerunt, Inde per Sarracenorum civitatem, Tharraahas dictam, & caſtellum (*d*) Arahe venerunt, (*e*) Ediſſam Phœniciæ, reliquiis Thomæ Apoſtoli, & Epiſtola, quam Salvator Abagaro Regi ſcripſit magnificam. Ubi nunc miri operis claret Eccleſia, quam Helena Regina conſtruxit, in honorem ſancti Joannis Baptiſtæ, cujus caput ab Jeroſolymis illuc tranſlatum diu in eadem latuit urbe.

(*c*) Hodœp. ibid. Sarracenos.

(*d*) Hodœp. fol. 494. Arthe.

(*e*) Hodæp. ibid. Emeſſam.

VII. Willibaldus a Sarracenis captus. Jam verò S. Willebaldus comitantibus ſe ſeptem ſuis contribulibus, ipſe fuit octavus. Sarraceni videntes eos lingua diſſonos, habitu ignotos, proditionis gratia eos veniſſe dixerunt: & Præſidi præſentantes carceri mancipaverunt. Sed quia Deo nullus clauditur, erat ibi unus negotiator, qui quotidiè eis quælibet neceſſaria miniſtravit. Interdum balneavit, & ad Eccleſiam produxit. Illis in carcere detentis, quidam Hiſpanus habens in palatio Regis fratrem, experto ſanctorum Dei negotio, eos adjutorio fratris ſimul & nautæ, qui eos adduxerat, apud Regem

(*a*) De Walpurgæ itinere Romano nulla fit mentio in alia vita. lege Acta ejusdem Sanctæ & vitam S. Willibaldi. MAB.

(*b*) De Sequanâ, quæ hic Sigone dicitur, & Rothomago ſuperius dictum. BASN.

(*c*) Legendum Frigidiani, ut ſuperius. MAB.

(*d*) De hoc monte nulla mentio in vita priori. MABIL.

Digitized by Google

Regem (*a*) Mirmumnum dictum, excusavit, & eis abeundi permissionem impetravit. SÆC. VIII. ANNO -65.

Inde progressi venerunt Damascum, reliquiis Ananiæ, qui conversum ibi divinitus Paulum baptizavit, insignem. Fusa ergo oratione in illa Ecclesia, quæ nunc in loco conversionis S. Pauli emicat, venerunt in Galilæam in vicum Nazaret, de quo IHS. dicitur Nazarenus, ubi Archangelus Gabriel sanctæ Mariæ perpetuæ Virgini apparens, ei de incarnando in ejus ventre Dei filio prædicit, & ubi Spiritu sancto obumbrante imprægnata, inæstimabiliter Dei filium concepit. Ibi dignæ sanctitatis constat Ecclesia sæpè per Christianos à Sarracenis eam dejicere aggredientibus pretio redempta. Inde post visitatam primò miraculorum Domini nobilem Chanan Galileæ, transito monte Thabor, ubi nunc Monachorum congregatio in honore transfigurationis Dominicæ est collecta, per urbem Tyberiadis in littore maris, ubi Dominus Petrum aquas siccis calcare vestigiis fecit, sitam, ubi etiam Jordanis mare Galilææ pertransit, venerunt Magdala vicum Lazari & sororum ejus. Inde per oppositam in altero littore Capharnaum, ubi Dominus filiam principis suscitavit, & ubi Zebedæus, pater Jacobi & Joannis requiescit; & per Betzaidam, ubi nunc Ecclesia domum Petri & Andreæ demonstrat, tetigerunt Corozaim, ubi Dominus expulsis dæmonibus gregem porcorum concessit.

VIII. Adit Damascum.

Hinc sanctorum amore locorum, itinere tortuoso venerunt ad ortus duorum fontium in monte (*b*) Phamo, quorum unus Jor, alter vocatur Dan, quorum unus ex una, alter ex altera parte urbis: quæ in Evangelio Cæsaræ Philippi, à Phœnicibus autem Paneada, vel Phaniada dicitur, fluentes non longo ab ipsa urbe fatigati lapsu fluentis, & nomine juncti faciunt Jordanem Dominico Baptismate insignem. Visis ergò in eodem loco quibusdam armentis, dorso longo, cruribus brevibus, proceris cornibus, quæ sole diem incendente, se præter solum caput, vicina palude solent mergere, venerunt ad prædictam Cæsaræam, ubi Petrus cœli claviger factus est. Intrantes ibi Ecclesiam viderunt statuam Christi. Ad cujus sub divo positæ pedem herba admirandæ virtutis olei oriebatur, de quo sic in Ecclesiastica historia legitur. Mulierem quam sanguinis profluvio laborantem curaverat, hujus urbis fuisse civem constat. Pro foribus verò domus ejusdem mulieris basis quædam in loco editiori collocata monstratur, in qua mulieris ipsius, velut genibus provolutæ, palmasque supplicitèr tendentis imago, ære expressa, videtur. Astat alia statua ære nihilominus fusa, vultu & habitu Domini veste fimbriata circumdata, dextramque porrigentis prostratæ mulieri. Ad pedem autem virilis statuæ herba quædam novæ speciei è prædicta basi nascendo surgit, & donec fimbriam vestimenti *Jesu* tangat, crescere non desinit. Quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos conquirit, ita ut quæcunque illa fuerit infirmitas, hausto exiguo madefacti salutaris graminis depellatur; nihil omninò virium gerens, si ante, quam æreæ fimbriæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc Eusebius temporum scriptor, ad sua usque tempora perdurasse, & se suis perhibet oculis conspexisse. Hanc autem statuam Christi sceleratissimus Julianus Apostata, ut in tripartita legitur historia, deposuit, & suam loco illius locavit. Sed Deo tantum scelus ad præsens vindicante, eadem Juliani statua fulminis ictu dividitur, capitis cum cervice pars una terræ infigitur, altera in loco hærens fulminis incendium testatur. Statuam verò Salvatoris pagani confregerunt, Christiani autem colligentes in Ecclesia locaverunt.

IX. Cæsaream petiit.

Euseb. hist. lib. 7. c. 14. Sozo. lib. 5. cap. 20. Niceph. lib. 10. Baron. an. 362. num. 158.

Digressi inde Jordanis fluenta sequendo, venerunt ad illum Jordanis locum, ubi Dominus aquas diluvio olim pollutas suo baptismate lavans mundavit. Ibi salubri liquore perfusi, venerunt Galgala, ubi filii Israel sublatos de Jordane XII. lapides in testimonium transmigrationis suæ posuerunt. Inde permeata Jericho, ubi Jordanis in mare mortuum nomen cum cursu amissurus influit, visitato etiam S. Eustachii monasterio, in medietate Jericho & Jerusalem sito, vix exspectatam ingrediuntur Jerosolymam. Cui tunc loco miraculorum, vel alicujus operum Domini conscio, vir Dei Willibaldus oscula non impressit? Quod ibi altare lacrymis & gemitibus non perfudit? quanta ibi devotione jacuit ante dominicam crucem mundo crucifixus, quam torrido lacrymarum fluvio perfudit lapidem, quem ab ostio monumenti removit Angelus. Sex ibi hebdomadibus gravissimo irretitus languore cruciabatur, sancta tamen circuire loca, studio laborem fallente non gravabatur: quanto videndi *Deum* Deorum in Sion desiderio, Ecclesiam montis Sion in medio urbis sitam adiit! quàm devotè translatum illuc ejusdem Ecclesiæ Archidiaconum & protomartyrem Stephanum imploravit!

X. Willibaldus infirmatur.

Egressi

(*a*) Hodœporicon vocat Mirmunnum', & quidem bene. MAB. Vult tamen legi debere ex aliâ vitâ *Mirmumninum*; sed in eâ vita nomine Mirmuniani etiam apellatur, nec credam quod voluit MAB. illud esse nomen gentile Regum Sarracenorum ab Amir, quod dominum significat, ductum; nam Amira dicebantur vel Amiral-mumini, vocem Amira conjungendo alteri s. nomini proprio *mermumni* quod commune fuit Sarracenis. BASN.

(*b*) Leg. Phanio al. Fanio MAB. Ex quo monte oritur fons Dan, Paneas etiam dictus, haud procul a radicibus Libani. MAB.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765.

Egreſſi demum veniunt in vallem Joſaphat, ubi ſepulchrum ſanctæ Mariæ (*a*) monſtratur. Sed utrum Apoſtoli eam, relicto hîc corpore ſolutam ibi ſepelierint, an forte ſepelire eam deſtinantibus poſt effoſſum ibi ſepulchrum, ipſa ſit cum corpore aſſumpta, vel ſi ſepulta ibi conceditur, utrum inde ſublata, & aliàs transpoſita ſit, an recepta vera immortalitate reſurrexerit, melius dubitatur, quàm aliquid inde apocryphum diffiniatur. Digreſſos inde recipit eos mons Oliveti, ingreſſos Eccleſiam deſuper patulam, & in loco dominicæ aſcenſionis opera Helenæ Reginæ conſtructam. Locus ergo hic, in quo Dominus in ipſa aſcenſionis ſuæ hora, ſtipantibus diſcipulis, ſteterat, & unde elevatis manibus, captivitatem noſtram in cœlum captivam duxerat, hodie etiam dominicorum veſtigia pedum evidentiſſimè demonſtrat, & quaſi ſentiens ſe ex hac pedum impreſſione, (*b*) omni artificioſo ornatu incomparabiliter pretioſiorem, nec pavimento ſterni, nec tecto patitur operiri. Has pedum Domini notas S. Willebaldus cum ſociis non ceſſans lacrymis fluentibus rigare, verè potuit dicere: Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus. In eadem Eccleſia duas perhibent ſtare columnas, in geminorum memoriam Angelorum, qui diſcipulis aſcendentem Dominum aſpicientibus dixerunt: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum?* Inde etiam referunt quicunque inter columnas & Eccleſiæ parietem poſſit circum repere, peccatorum veniam hunc meruiſſe.

XI. Luſtrat vallem Joſaphat.

XII. Willibaldus petit Bethleem.

Inde venit Bethlehem, ubi bos cognovit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Accedens ergò ibi ad puteum, quod prius mirabatur auditum, vidit in ſuperficie aquæ ire à margine uſque ad marginem, figuram ſtellæ, quæ Magis, nato Domino, apparuit, eoſque 13. dominicæ nativitatis die Bethlehem perduxit. Inde venêre Tequam, ubi Chriſti coæquævis ab Herode trucidatis, Nathanael ſub ficu à matre abſconſus evaſit, ideoque ſic dictum eſt à Domino, Quia cum eſſes ſub ficu novi. Inde per Lauram, ubi ſanctus Saba requieſcit, venêre juxta vicum Betzuro, ad aquam, quæ eodem in quo gignitur ſorbetur loco, in quo Æthiops ab ultimis terræ finibus, viſitato Domini templo, per Philippum baptizatus, vicinum Iſrael præveniendo, pellem ſuam mutavit, id eſt, fide dealbatus, peccati nigredinem depoſuit. Inde cum venirent Gazam, auditis apud ſanctum Matthiam Miſſarum ſolemniis, ſanctus Willebaldus lumen oculorum dimiſit.

XIII. Willibaldus revertitur Hieruſalem.

Inde per caſtellum Affram iam, ubi tres Patriarchæ Abraham, Iſaac, & Jacob, cum ſuis uxoribus requieſcunt, revertitur Jeruſalem, & ingreſſus Eccleſiam, ubi ſancta crux inventa eſt, conſtructam, per duos cæcitatis ſuæ menſes viſum recepit. Inde viſitata apud (*a*) Dioſpolim Eccleſia ſancti Georgii per Joppen, oppidum Palæſtinæ maritimum, ubi Petrus viduam Dorcadem ſuſcitavit, per littus maris (*b*) Adriatici; adoratis apud Tyrum & Sydonem Domini veſtigiis, tranſito Libano monte, peragrata Tripoli urbe maritima, viſitata iterum Damaſco, venit Emaus vicum Paleſtinæ, quem Romani poſt deſtructionem Jeroſolymorum, ex eventu victoriæ (*c*) Nicopolim vocaverunt. Ubi poſtquam in domo Cleophæ, in Eccleſia mutata, eum, qui ex fractione panis in ea cognitus eſt, adoravit, viventis aquæ fontem deſiderans, vidit & fontem, qui eſt in trivio, quo Chriſtus eodem quo reſurrexit die, cum diſcipulis duobus, (*c*) Luca & Cleopha, quaſi ad alium declinaturus vicum, ambulavit. Eſt enim ibi (*d*) fons, ad quem Chriſtus olim in terris converſatus, cum diſcipulis dicitur veniſſe, pedesque in eo emenſo aliquo itinere laviſſe, & hinc eandem aquam diverſorum efficacem medicaminum à Deo factam, ut potata quibuslibet languoribus, tam pecudum, quàm hominum ſalutis infundat præſentiam.

(*a*) Id eſt Lidda.

(*b*) Id eſt maris Phœnicii ut ſupra.

(*c*) S. Hieron. de locis Hebr.

XIV. Ter & quater venit Hieroſolymam Willibaldus.

Inde S. Willibaldus tertio Jeroſolymam venit, ibique totam hyemem ſtetit. Nec minus peragrata Syria, quarta vice Jeroſolymam repetiit. (*d*) Inde per Sebaſtiam ſepulchro Joannis Baptiſtæ, quamvis tempore Juliani apoſtatæ diruto, ac reliquiis Prophetarum Abdiæ & Heliſæi, puteoque ubi Dominus potum à Samaritana petierat, claram, viſo monte Garizim, in quo Samaritana patres Samaritanorum orationi indulſiſſe dixerat, ad caput Libani montis Tyro vicinum contiguum monti, ſævos leonum impetus in via paſſi, veniunt. Inde apud Tyrum diu exſpectata navi, inchoato in natale S. Andreæ navigio per totam navigantes hyemem, vix proxima ante Paſcha ſeptimana venerunt Conſtantinopolim, ſanctorum Apoſtolorum Andreæ, Timothei, & Lucæ Evangeliſtæ, & Joannis Chryſoſtomi reliquiis celebrem. Ibi biennium moratus, transfretavit interim Nicæam Bithyniæ urbem, ubi Conſtantinus ad ventilandam Arrii & Athanaſii Alexandrini Præſulis controverſiam, (*e*) centum decem & octo Epiſcopos

(*d*) Rufin. Hiſt. lib. 2. c. 28. & Theodor.

(*a*) Vide ſuperius Sanctimonialem, quæ, de miraculoſa corporis B. Mariæ Virginis ad cœlos tranſlatione nihil dubitat. BASN.

(*b*) Eadem referunt Paulinus Nolanus ep. 11. ad Severum, Adamannus de Locis Sanctis & ex eo Beda. MAB.

(*c*) De Luca nihil habet Evangelium Lucæ cap. ultimo ſed Greg I. id dixit, & ex eo hic author. MAB.

(*d*) Vide Sozom. hiſt. lib. 5. c. 20. Baron. an 34. num. 194.

(*e*) Hodœp. S. Wilibaldi ſup. habet trecentos 18. De controverſia numeri Epiſc. Baron. an. 325. num. 18. error procul dubio amanuenſis; nam deſcripſit Sanctimonialem; ergo legendum *trecentum*. BASN.

Digitized by Google

Episcopos collegit, ibique est Ecclesia, in qua ad Synodum consederunt, tecto carens, instar illius, quæ sita est in monte Oliveti. Constantinopolim regressus, remenso maris transitu, per Siciliæ urbes Capuam, Catanam, deveniunt Regium: hinc Neapolim, inde Syracusam. SÆC. VIII. ANNO 765.

XV. Moratur Casini.

Demum autumno se in hyemem contrahente, deposuit se sanctus Wilibaldus in monte Cassini, apud Monasterium sancti Benedicti, sub Abbate Petronace. Et hic decimus erat annus, ex quo exilium est adorsus, octavus verò, ex quo Romam est egressus. Postquam ergo sanctus ille vir se Monachis prædicti loci conjunxit, vitæ cœnobialis, religiosissimæque conversationis normam in se plenissimè monstravit. Igitur amore omnium in eum provocato, in primo postquam illuc venit anno, factus est cubicularius Ecclesiæ: in secundo Monasterii Decanus: postmodum octo annis in duobus positis ibi Monasteriis (*a*) portarius; quatuor annis apud Monasterium in vertice montis situm; quatuor rursus apud Monasterium inferius juxta amnem (*b*) Raphiro positum.

XVI. Bonifacio notus est Willib.

Claruit & eodem tempore in Teutonicis partibus, tam opere, quàm nomine Bonifacius Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopus, genere itidem Anglus, & sancto Wilibaldo cognatus, conversaque postmodum feroci Fresia, insignis Christi Martyr futurus. Hic cum de plantando Christianæ religionis nutrimento cogitaret, & huic operi habiles ac necessarios undecunque anhelaret aggregare, audierat famam S. Wilibaldi apud castrum Cassinum divinæ deditissimum contemplationi. Veniens ergo Romam idem Archiepiscopus, post alia cum Præsule Apostolico de Catholicæ statu Ecclesiæ collata subjunxit, quod se ferventissimè excoquebat, commissum scilicet sibi Moguntinæ sedis Archiepiscopatum, terræ & locorum spatio amplum, gentilitatis autem ritu esse squalidum & multum, messem ibi multam, operarios autem paucos, & cum necessitas irrecuperabilis cogat pastorem commissorum sibi quorumlibet rationem reddere, subditorumque sanguis requiratur à præposito Præsule, unum pastorem tam numeroso ovili non posse sufficere; ideoque si Deus annuat, & si Apostolica auctoritas permittat, se eundem Episcopatum, statutis in eo duobus Episcopis, decrevisse partiri, ut minor procuratio, & gregem munire, & pastorem valeat absolvere, esseque apud castrum Cassinum Monachum quendam Willibaldum, qui postpositis divino amori patria & parentibus, post fractam longo viarum, & sancta permeandi loca labore ætatem, Deo ibi mancipatus serviat, cui unum ex statuendis Episcopatibus velit committere, si ipse dominus Papa eum Monasterio subtractum, sibi curet transmittere. Præfuit tunc sedi Apostolicæ Gregorius ejusdem nominis tertius, Papa verò nonagesimus primus. Hic audito tam laudabili Archipræsulis Bonifacii desiderio proposito, ejus intentionem probavit, sancti transmissionem Willibaldi promisit, & longis fotum amplexibus, pleno singultibus dimisit.

XVII. Wil. in Germaniam mittitur.

Nec longum postea S. Willibaldus decennio jam apud Cassinum montem impleto, Romam cum quodam (*a*) confratre suo, genere Hispano, ex licentia Abbatis sui Petronacis adiit. Cujus audito adventu beatus Papa eum vocavit, & post multas inquisitiones & responsa, ei sancti petitionem Bonifacii innotuit. Id durum, & propositæ contrarium vitæ sanctus Willibaldus reputans, intulit, se qui propria dimisit, qui mundum pedibus subegit, non posse rursus mundanis irretiri, nec quiete, quam in valle lacrymarum sibi paravit, velle privari, nec esse providi, & mente integri, ut post horrenda naufragia portu occupato, se titubantibus adhuc vestigiis sævam prætendenti mortem credat pelago. Ad quem Papa his vel hujusmodi utitur dictis: Dilectio Dei per dilectionem proximi probatur. Petro ergò, postquam se amatum ter audivit, gregis sui curam & pastionem commisit. Hinc instructi divinitus sancti Patres, multis ex Monasteriali quiete, compluribus ex solitaria contemplatione raptis, Episcopatus commisere: prædecessor & æquivocus meus Gregorius mente & habitu Monachus, sedi Apostolicæ præficitur. Moyses heremita innumeris in eremo clarus signis de solitaria quam duxerat vita, impetrante apud Romanum imperatorem (*b*) Manvia Regina, raptus, Sarracenorum genti Episcopus præponitur, nec longum, indutam agnina pelle ferociissimam gentem CHRISTO lucratur. Quicunque igitur virtutibus pollens, præesse renuit, suamque quietem aliorum utilitati præposuerit, tot damnatorum pœnas dignus erit luere, quot peccantium mores, ipse Prælatus potuit corrigere. His vel similibus animus sancti Willibaldi flectitur, & pedibus Papæ advolutus, quodcunque imponatur onus devoto se subiturum humero profitetur. Multum ergò instructus, & Apostolica benedictione munitus dirigitur sanctus sancto, Willibaldus Bonifacio, quem sanctus Archipræsul quasi Angelum cœlo dimissum recipiens, gratioso affectu amplectitur, digniissimè veneratur.

(*a*) Diaperto.

(*b*) Mawia vel Mavia.

Noti-

(*a*) Vide Reg. Benedicti C. 66. MAB. (*b*) Angelus de Nuce not. ad Chron. Casin. legit Rapidore id.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765.

Notificata ſibi dehinc vocationis ſuæ cauſa rogavit ſanctum Willibaldum, ut dignetur ire, & locum cui Præſul præponendus ſit, viderè. Erat igitur eidem Archiepiſcopo in finibus Baioariæ locus Eihſtad dictus, ſibi à quodam pio & religioſo, nomine Suigero, pro divinæ reſpectu remunerationis in uſus divinos traditus. Hoc igitur loco adhuc ſuæ parochiæ ſubjecto decrevit S. Bonifacius Epiſcopatum facere, eique ſanctum Willibaldum præficere. Ivit, vidit, probavit, reverſusque ad ſanctum Bonifacium, eo comitante, denuò locum ſuum adiit, & Presbyteratus ibi gradum Archiepiſcopo conſecrante perfecit. Nec mora Eccleſiæ fundamenta cœpit ponere, clauſtrum & officinas Cleri ſignare, & quælibet divinæ neceſſaria ſervituti ſagaciter diſponere. Revoluto ab hinc anno, Archiepiſcopum in Turingia audiens, tolerabile hoſpitium habuit in via, apud fratrem Wunebaldum, octavo (a) ſemis anno, poſtquam apud Romam diſceſſere, non viſum. Hinc ad Archiepiſcopum ſuum apud urbem (b) Saltzburge venit, ubi confluente antiſtitum collegio, conſentiente Cleri, plebisque ſuffragio Epiſcopalem benedictionem, & Eihſtatenſis Eccleſiæ cathedram ſuſcepit, quadrageſimum primum ætatis annum tunc agens. Cura igitur Epiſcopali ſuſcepta, non habuit requiem, verbum Dei die ac nocte prædicare, deſides gentis illius animos, & parum de futuro ſollicitos, ad ſpem cœleſtium erigere, ſepoſitis inanium rerum curis, æterna quærere. Et ne parum fidei colonus proficeret, quod verbo plantabat, vita, doctrina conſona, rigabat. Nec longum rudis ſqualentium cordium campus ita Evangelici ligonis exercitium audierat, ut ignaro fructus agro, extirpato errorum frutice, ſeges rubicunda & vinea Dei Sabaoth videretur ſurrexiſſe.

XVIII. W. Eiſtetenſi Eccleſiæ præficitur.

XIX. Moritur poſt annos VII.

Poſtquam igitur Epiſcopatum ſuum ſanctæ inſtitutis vitæ per (c) ſeptem annos digniſſimè informavit, diſſolvi & eſſe cum Chriſto cupiens, Spiritum conditori reddidit, ſepultus in Eccleſia, cui præfuit. Quanti nunc apud Deum ſit meriti, * teſtatur corona juſtitiæ, quam miracula, apud ſepulchrum ejus coruſcantia teſtantur eum recepiſſe.

(a) Eſt error; nam anni 19. debent numerari. BASN.

(b) Alius error; nam hic non intelligitur Saltsburgum Bajoariorum Metropolis; ſed aliquis locus in Turingiâ. MAB. Patet ex hoc loco auctorem eſſe antiquum. Imo ſi conjecturæ licet indulgere, cùm hic auctor adeo in Itinerario conveniat cum Sanctimoniali Heidenheimenſi, puto eſſe unum ex illis Diaconis, vel aliis, qui una cum illa ex ore S. Willibaldi omnia audiverunt. Ab ipſo audita (inquit Sanctim. Heidenheim. ſupr.) & ex illius ore dictata perſcripſimus in monaſterio Heidenheim, teſtibus mihi Diaconis ejus, & aliis nonnullis junioribus ejus. CAN.

(c) Error maximus nam 45. annos fuiſſe in ejus Epiſc. patu contendit Mabillonius, & revera diu potitus eſt ea dignitate, ut dictum ſuperius. BASN.

Finit Vita S. Willibaldi.

VITA

Digitized by Google

VITA
SANCTI WUNIBALDI
FRATRIS
SANCTI WILLIBALDI,

Scripta à

Quadam Sanctimoniali Heidenheimenſi.

A CANISIO *primum edita ex m. ſ. Monaſterii Rebdorffenſis, prope Aichſtadium.*

Digitized by Google

CANISIUS
AD LECTOREM
DE
S. WUNIBALDO

Ex TRITHEMIO *Libro III. de viris illustribus Ordinis S. Benedicti,*

SÆC. VIII. ANNO 765.

WInbaldus (sic enim nominat) Monachus Cassinensis cœnobii, frater S. Willebaldi Episcopi, & socius peregrinationis ejus, veniens cum eo post multos labores ad montem Cassinum, & ibidem Monachus effectus, multis effulsit virtutibus. Claruit anno Domini 740. Hæc Trithemius; nimis contisè pro tanti viri laudibus. Festum ejus colitur 18. die Decembris, ut scribit Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii. Vitam Wunibaldi litteris commendavit Reginoldus undecimus Episcopus Aichstadianus, ut supra dictum est in Wilibaldo; quæ aut periit, aut in Bibliotheca quapiam cum situ & tineis decertans, delitescit: nos licet valde expetitam & quæsitam, non reperimus Hanc enim, quam ex codice Rebdorffensi exscripsimus, diversam esse ab illa, quæ Reginoldum auctorem habet; ipse styli horror, & tota orationis series perspicuè demonstrat. Et fortè Sanctimonialis illa Heidenheimensis, quæ Itinerarium S. Wilibaldi conscripsit, hanc itidem historiam composuit, de quo supra in Wilibaldo disputatum.

Deest nonnihil ad calcem libri, sed parum; nisi multùm fallimur. Utinam alterius exemplaris copia facta esset, multa proculdubio emendare licuisset, quæ nunc in tanta barbarie frustra tentes. Si quis delicatior nauseat ad stylum, ridendus est tanquam is, qui nesciat *veritatis cognitionem ab idoneo linguæ concentu petendam non esse*, ut cum Theodoreto loquar lib. 2. de cur. affect. Græcan. *Quid enim Homerica poësi queat esse jucundius? quid, inquam, ejus dulciloquio sit suavius?* Et tamen quid fabulosius & mendacius? *Atque alibi quidem videre est*, ait idem Theodoretus, *eos, qui singularum artium quærunt fructus percipere, minus esse sollicitos, qua elocutione, quove idiomate sint illorum artifices. Neque enim*

Digitized by Google

enim Atticos esse sutores, curant, neque fabros ferrarios, neque architectos, neque pictores, non ipsos denique factores navium. Verùm sive Scythæ, sive Sauromatæ, sive Hispani sint, sive Ægyptii, summa cum voluptate utuntur illorum artibus, solam ab his fidem, diligentiamque poscentes, &c. Item qui Citharœdi fidibus oblectantur, solùm audire vocum consonantiam quærunt, neque sitne is Græcus, an barbarus scisciteri contendunt. Et tamen in solo veritatis perdiscendæ studio non curiosi ac non solliciti esse non possunt, sed ignominiam sibi fieri, probrumque existimant, si quis homo sermone barbaro ad veritatem eos erudiat. Intumescunt autem hoc genere superbiæ quidam, non ex iis, qui ad summum sapientiæ pervenerunt, sed qui pauca quædam, quod dicitur, primis labiis delibarunt, sibique hinc atque illinc pusilla quæpiam collegerunt. Hæc Theodoretus. SÆC. VIII. ANNO 765.

VITA

Sancti Confessoris atque Abbatis

WUNEBALDI.

I. Præfatio.

ORiginem vitæ, exordiumque beati Wunebaldi Christi Confessoris atque Abbatis ordinare, edissererequeme libet; & licèt opaca mentis ignaviæ (a) præpedita, tamen aliqua de ejus vitæ conversatione intimando per nigros paginarum tramites pandere, explanareque conamur. Et quæ nuper aliqua per ordinem glomerando de gestis venerandi viri Willibaldi Episcopi (b) composuimus, nunc ad alia fratris sui glorioſæ vitæ colloquia properando pedem inante * passivatim protendendo gradiamur; non audacitate propriarum confidens virium, quòd de istis tanti viri virtutum sublimitatibus disputare aliquid inciperem, sed quod Christo cooperante & sermonem confirmante, propensius edisserere volumus; Qualiter infantialis seu pueritialis transmeatis annorum curriculis, ad adolescentiæ non-decem annorum ætatem, citatus, cælebs usque pervenit, & tam ille strenuus, spretis atque despectis pueritialibus incentivorum lasciviis, illecebrosisque vitiorum petulantiis, magna dispensationis (c) clementia, accessioneque Episcopi nostri ad celsioris vitæ æternæ meritorum profectiones inhiando properabat; & sic usque ad maturam LX. annorum calculo almis atque illustribus, bonisque vitæ moribus pollendo, proficiendo ad felicem vitæ † proventus est exitus.

(a) Indicat hoc verbo sexum.

(b) Testatur se & S. Willibaldi vitam scripsisse. CAN.

* f. passuatim.

(c) adde divinæ.

† provectus.

II. Wunibald. Romanum iter agreditur.

Cumque illuster ille, celeberrimusque Christicola non-decem annorum ætate jam grandævus, facie decorus, fide robustus, almi Dei adminiculo, fratrisque exhortatione, propinquorum, amicorumque suorum carnalium affectum postponens, præsertimque propriam hæreditatis patriam cum noverca, fratrum, sororumque suarum clientela contemnens, ignotas peregrinationis prædas, probare, penetrareque maluit quam præsentis vitæ hujus flis.... (d) divitiarum florere prosperitatibus; & sic in extremis (e) barbarorum finibus vitam ducere monachicalem magna mentis devotione quottidiè anhelando desiderabat; quod postea devotus adimplevit. Posthæc itaque cum sagax ille votiva voluntatem adimplere optabat desideria, statimque Domino dispensante adoptatum & desideratum inchoaverit iter, & sicut in alia fratris ejus (f) textura subtilius intimando enarravimus, & nunc iterando rememoramus, statimque ille suaviter suorum sociatus est comitatu patris & fratris, & sic agiliter cum sumpturis atque stipendiis ad loca venerunt venalia, quod est mercimonium, & statim illi cum consilio

(d) f. fluxilis vel aliquid simile. CAN. Sed leg. falsis. B.

(e) alii externis.

(f) Et hic testatur se Hodœporicon S. Willibaldi scripsisse.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765.

consilio & consultu nautarum navilia adepti fuerant loca. Et (a) Oceani tunc illi marginem scandentes, navem competebant, cerulæ aquæ limpharum invaserunt liquida, usque dum tumida æquorum timida, congelida gurgitum garrula, fluctuum spumosa Syrtium superabant salsa. Aſt tunc plenis & prosperis ventorum flatibus arida terrarum gradiebantur gramina, & sic ovantes & lætantes, voti (b) campi, perfectas omnipotenti Deo impendebant gratias, quod prosperè super spumosa undarum æquora & periculosas ponti procellas portum videre meruerint: & sic castra metantes ibidem paulisper lassata de itinere requiescebant membra, usque dum vegetati ac roborati votivam cœpti itineris iterum gradiebantur viam, multisque in itinere Sanctorum sacris se commendabant patrociniis, & plures per viam cum sociis sanctorum petierunt Basilicas, pia postulantes illorum præsidia, ut tuti alienas peragrarent barbarorum villas. Tum illi properantes profecti sunt: timebant enim ne autumnale sibi deficeret tempus, & prius gelida hyems, aura (c) vitiosa & nebulosa, horride irruentes, congelescerentur; antequam illi almam Apostoli adire specularique meruerunt basilicam Petri. Et tunc illi pergentes per vasta Gallicaniæ rura, & per spatiosam Italiæ tellurem, usque ad urbem, quæ vocatur Luca, & sicut in alio (d) scripto lib... (d) ordine asserimus, Patrem suum ægrotantem, etiam seminecem obtulerunt illic; & sicut prædestinata illud fore fecerunt fata, vitam finivit illic, & terra (e) tumatus illic requiescit ad sanctum (b) Frigidianum.

(a) al. male leg. ocyus.
(b) Compotes.
(c) al. invitâ & nebulata.
(d) Libello.
(e) f. humatus vel tumulatus.

III. Tonsuratus Romæ.

Cumque illi confestim per campestria campium incerta, per densa saltuum solitaria, per concava vallium, per innormia collium cacumina, contra immensas alpium ardua usque ad nivatas atque nubilatas rupium saxaces desudantes scandere conabantur, & protinus passivantes super alpium (c) oneos, usque dum (f) idonei ampla militum intrarunt terminos. Nec longum postea quod illi cum comitatu contribulum ac (g) collegum cœtu clara civium cernentes urbis Romanorum mœnia, & statim gratulabundi gloriosam intraverunt basilicam sancti Petri Apostolorum principis, remissionem omnium peccatorum postulantes, ut illius promoti patrocinio perennem vitæ obtinerent palmam. Tunc ille herus agilis & adhuc cœlebs omnipotentis altithroni magna ditatus erat prærogativa, & cœlesti instigatus gratia tonsuram accipere, & Dei servitioſe subjugare studuit, & sic sollerter saluberrimam sapientiæ exorsus est auctoritatem, ut ille sacræ lectionis ingenio assiduè inhærendo subsummatim divino se subdidit exercitio, & superni roris humida irrigatus germen in eo jam tunc frugiferum florere cœpit virtutum, & sicut nos jam prius in aliis voluminum paginis perscripta pandimus, (d) sic & nunc iterata recapitulemus.

(f) Mab. leg. Condonei.
(g) pro contribulium & collegarum.

IV. Infirmatur Willibald.

Magna correptus est ille corporis infirmitate, quia sicut illic fore (b) solet congruis æstatis temporibus, quòd magna febris fatigatio, & flagelli purificatio advenas illic venientes visitare seu gravare solet. Aſt sic ut per centenos & millenos morientium falangas magna clade comprehensos præda rapere, & ad carnale perficere properat: scriptum est, quòd mors non tardat. Tunc illi duo germani Willebaldus & Wunebaldus infirmi inter se alternantes, alter ambulabat, quando alter jacebat, ut adjuvaret ambobus. Et tamen ille vir Dei sensu sophyrus, agone argutus, almi Dei adminiculo, psalterium in ægritudine tam imbecillis, & tam infirmus indagando discebat, & statim iterum cùm vegetata illius fovere cœperunt membra, & virtus in eo valescebat, alias scripturarum paginas perlegendo scrutabatur. Aſt ita de die in diem meliorando, Deo militando, alios monendo proficiebat, ut magis jam didascalus, quàm discipulus esse poterat. Sed & ille magno mentis amore, & honoris dignitate inter omnes habebatur contribulum collegas. Et ambo pariter pandebantur in pudente illius pectore, amoris suavitas mansueta, & zelus rectitudinis robustæ.

(b) esse.

V. Repetit Patriam post VII. annos.

Cumque transactis temporum intervallis, septem annorum curriculis mens illius heri agilis, Saxonicam iterum propriæ nativitatis terram visitare volebat, & ob hoc præcipuè, ut si ullum de sua genealogia ad sacram divinæ servitutis militiam exhortari, atque secum ducere poterat. Et citò tunc secundum suæ voluntatis arbitrium propriam hæreditatis patriam visitando intravit, & statim cum magno gaudio susceptus ab amicis, diligenter incipiebat illos alloquendo & docendo fratres & sorores, & alios de suo genere propinquos exhortate & persuadere, ut in recto itineris tramite ambulando de solida veritatis via pedem retrahendo non deviarent, sed delabentis mundi hujus liminis ad angustam paradisi portam per arctam & asperam agonithetum viam ire scandereque tentarent. Et sic ammonendo atque instigando propinquorum atque cognatorum

(a) Et hic asserit, se vitam S. Willibaldi scripsisse. CAN.
(b) Aliter in margine m. s. legebatur Præstianum. lego: Frigidianum. CAN.
(c) Hanc vocem supra in vita S. Willibaldi c. 9. etiam usurpavit. CAN. Significat culmen montium, hic intelligit radices. BASN.
(d) Et hinc colligi quoque videtur, hanc eandem esse, quæ scripsit vitam S. Willibaldi, nam ibi de his morbis eadem mentio. CAN.

Digitized by Google

cognatorum vicos & domos permeavit, eorumque mentes multorum de fæcularibus negotiationum curis ad divinæ inſtitutionis formam regendo provexit. SÆC. VIII. ANNO 765.

Et tunc iterum licentia poſtulata cum conſilio amicorum, & cum juniorum ſubſidiis (*a*) fratre ſuo comite ſacra iterum ſancti Petri perquirere properabat præſidia. Poſthæc itaque cum electus Chriſti athleta ſecunda vice ad Romam ſancti Petrique baſilicam veniebat, & illic aliquanta temporum intercapedine manens, providæ circumſpectionis gravitate ſollicitus, pudicam continentiæ vitam divinaliter ducendo quotidie ad meliorem ſpiritualis vitæ diſciplinam, & fæcularis vitæ ſapientiam proficiebat. VI. Romam rurſus petit.

Cumque fidelis ille atque felix Chriſti famulus ſanctus Bonifacius præclaram ac illuſtrem ſancti Petri Eccleſiam perquirebat, ſacrisque illic orationum munimentis Domino, ſanctoque Petro ſe commendabat, & ſubſummatim inveſtigare cœpit, qua res reperire poſſit, ut illis Evangelici ſermonis conſortium commendaſſet, ſtatimque multos contribulum ſuorum, & nihilominus alios imbutos atque eruditos ſacerdotalis infulæ Presbyteros ſecum pergere invitabat, & ad ſacræ verbis obſequium, ut (*c*) illæ fuiſſent cooperatores rogabat, protinusque dunc, dum ſciſcitaſſet venerandum virum Wunebaldum illic manere, ſtatimque alloquendo invitabat illum, ut adminiculum tanti laboris, & ſolatium Epiſcopatus in divini verbi amminiſtratione (*b*) illo foret; quia carnali propinquitatis & ſanguinis copulatione illo fuerat ſociatus, atque glutinatus. Statimque ille agilis Chriſti vernaculus ſancto Bonifacio reſponſum reddidit, almisque exhortationum ejus oraculis conſenſum ſeu effectum ſe perficere promiſit. Poſt hæc itaque non multo tranſacto temporis ſupputatione, ſanctus vir ille Wunebaldus petitum atque inſtigatum à ſancto Bonifacio tranſitum incipere properabat, confeſtimque fratrem ſuum proprium, ſed & alios ejus cognatos atque amicos ſobriis ſalutationum verbis compellavit, atque licentiam poſtulavit. Et tunc ille cum aliquanto (*c*) Collegum comitatu inchoaverat iter. Cumque perrexerunt illi per ardua alpium alta, per prærupta montium, per plana camporum, per lata Longobardorum limina, per varias Bajoariorum villas, per Germaniæ terminorum tellures uſque in Thuringiam, & illic venientes pauliſper laſſata de itinere requieſcebant membra. Et ſic paulatim, quando tempus evenerat congruum, ſanctum Epiſcopum alloquendo venerabiliter ſalutando compellabat. Statimque ille cum magno dignitatis honore ab eo ſuſceptus, ſalubribus verborum alternationibus illi inter ſe ſermocinabant, & de divinis voluminum ſcripturis ſacra ſubter illis indagabant myſteria. VII. Bonifacii conſanguinei hortatu anno 738. MAB.

(*a*) ille.

(*b*) illi.

(*c*) Collegarum.

Cumque tranſacto aliquanto temporis ſpatio ſacer ille atque perfectus (*b*) barilion, regulariam monachicalis vitæ normam ſequendo, mente & moribus adimplevit, & ſecundum canonicam ritè conſtitutionis formam ad ſacerdotalis ordinationis primatum, divinis dotatus donorum muneribus à S. Bonifacio in Presbyteratus conſecratus eſt gradum. Et ad primitus quidem VII. Eccleſiarum commendatus erat illo ſacræ moderationis regimine, ut illis præeſſet, & ſaluberrimam vitæ panderet viam, & ſic diuturnæ meditationis ſpeculatione ei aſſiduè ſcripturarum recitatione primordiales Prophetarum vaticinios, aliasque Sanctorum expoſitiones, manu aptos habere ſolet, ut de illorum imitatione ſcripturarum, aliquod exequendo conſervaret; ac præcipuè Evangelicam dominicæ traditionis hiſtoriam quotidiana ſemper habuit memoria, & illa, quæ mente meditabatur, Dei gratia, in ore prædicando, & in opere faciendo compleverat. VIII. Presbyter ordinatur.

Cum enim aliquantis evolutis annorum ſpatiis, (*c*) incertas Bajoariorum probare volebat incolas, ut latior & ſpatioſior Evangelici ſermonis ſata pullularent, non invitus, ſed ſpontè *Otilonem* Ducem inquiſivit, protinusque ab illo magno ſuſceptus fuit honore, magnisque ab illo ditatus erat donorum dignitate in regione, in poſſeſſionibus, atque in aliis pecuniarum opulentia. XIX. Bajoariorum mores reformat.

Nec longum poſtea, quod ille almi Dei cultor canonicæ inſtitutionis ſacramenta renovans, multosque potentium & divitum, ſed & alios inferioris gradus mediocres injuſtæ copulationis conjugio nuptiarum, & nihilominus & luxuria pollutos, variosque paganorum præſtigia, quantum potuit, à pravitate prohibuit morum. Similiter & aliis ſuperioris gradus divitibus ac ſeculari dignitate prælatis potentibus, nunquam adulando cedebat, ne uſpiam oleum peccatoris impinguaret caput ejus, ſed tanto quis divitior elatus magna mimietate tumidus, *plaude pompoſus, tanto auſterior & rigidior non parcendo, ſed ſeverus zelando. Jura rectitudinis exercere non formidavit, quia ſcriptum eſt: Qui potentis gradum accipit, & veritatem loqui paveſcit, gravi multatur *Pſal.* 141. * laudes.

(*a*) Alius à fratre Willebaldo, hic enim loca Sancta petierat. MAB. Miror non fuiſſe nominatum, nec ullibi indicatum eſt, alium habuiſſe fratrem præter Willibaldum; facile igitur crederem hic eſſe lapſum memoriæ. BASN.

(*b*) In vita S. Willibaldi circa finem etiam hac voce utitur, niſi quod ibi parilion. CAN. Eam explicavimus per *perelion* alterum ſolem. BASN.

(*c*) ita etiam m.ſ. codex M. Velſeri. quem ipſe vidit. CAN. al. leg. evolutis itaque. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765. multatur culpa ſententiæ. Omnibus æqualiter potentibus & pauperibus, divitibus atque egenis, ſanctæ exhortationis dogma exhibuit, id eſt, per humilitatem omnibus pari modo divina partiebat, potentes non formidando, & pauperibus compatiendo, quia homines natura æquales genuit, ſed varietate meritorum disjungebantur. Tunc ille ſacer Dei famulus ſub Otilone Duce in illa regione, quæ vocatur (a) *Nordfiſule*, prorium habitationis habebat locum, & ab illo tempore, quo illic veniebat, magno mentis conamine diurnaliter deſudans, ut illos, quos ſub ſua habebat poteſtate, & ſermonem ejus audire voluerunt, & capere poterant, ad meliora provexit; Sed ſecundum Evangelicam vocem, ubi dictum eſt: Intrantes in domum ſalutate eam, & ſiquidem domus digna eſt, pax veſtra ſuper eam; ſi autem non fuerit digna, pax veſtra ad vos revertatur. Sic & ille in non multis terrarum locis prædicando introivit, ut ſi quis dignus fuiſſet accipere ſementem ſermonis Evangelici, de fructibus meteret, & centuplum acciperet vitæ præmium.

(a) m. ſ. codex Mr. Velſeri Nordfiluſe. al. Nortfiliſe.

Matt. 10.

X. Ad Bonifacium ſe recipit.

Poſthæc itaque tranſacto trium annorum calculo, reciprocis veſtigiorum greſſibus, priorem Germaniæ intravit tellurem, & venerabiliter à S. Bonifacio ſuſceptus, ad urbem, quæ vocatur *Magontia*, veniebat, & ibi manens magna prælatus erat ſæcularis vitæ dignitate, & multo majore præditus fuerat perennis vitæ prærogativa, rumore rectæ converſationis inter omnes habebatur illos, quia multos Frankorum nobiles & ignobiles, viros ac fæminas, per ſaluberrimam & per divinam æterni amoris diſpenſationem aliis diverſa dapium dogmata, & Evangelici nectaris melliflua pandebat myſteria: Aliis, qui arcana Dei iſta per ingenium percipere non poterant, ſicut fragilibus & carnalibus, lac & lenia ciborum, id eſt, plana & communia compoſitionum verba dicebat, quia ſcriptum eſt: Pro qualitate morum diverſa exhortatio debet eſſe doctorum. Quoſdam increpatio dura, quoſdam exhortatio corrigit blanda; & tam magna diſcretionis moderatio in illo erat contra delinquentes, ut rigorem correptionis ore proferret peccanti; ſed pietatem compaſſionis clementer cuſtodivit in corde, omnia omnibus factus eſt, ut omnes lucrifaceret DEO. Tum ille vir Dei venerandus atque perfectus magnam abſtinentiæ tolerantiam clam in occulta cordis cogitatione abſconſam tenebat. Cum illius ſic utebatur, ut lateret, & illam ſic in operatione complevit coopertam, ut nulli, prout fore poſſit, niſi ſola ſuperni Judicis contemplatione, cujus oculis omnia nuda & aperta ſunt, nota claruerat. Sed mens humilis, & DEO devotus nunquam de bonorum dignitate elatus, nec jactantia extollatur humana, nec laude lætabitur labendo, nec reprehenſione pravorum impulſus agitatur in ira, niſi quando pernicioſa protervorum opera execrando emendare non poterat.

1. *Cor.* 7.

Tunc zelando, iraſcendo, contra perverſas peccatorum pravitates; Et ſicut dignus Didaſcalus zelum rectitudinis gerebat in corde, & ſemper in facie peccatoribus oſtendebat per timorem; & ſemper in una ſolidatus ſecta mentem edomando efficaciter perduravit.

XI. Abſtemius. (b) f. patiebatur.

De vino & eſcarum dapibus multa fari non eſt opus. Quia niſi ſic infirmitate cogebatur corporis, parvum vini potum uti ſolebat, ut jam pænè non bibendo, ſed probando; majorem (b) parcebat guſtando continentiam, quam alter non recipiendo. Tandem quippe tunc mens ejus magna ſollicitudinis cura in corde cogitando volutare cœpit, an uſpiam quidem locum intentioni ſuæ aptum inveſtigare poſſit, ubi ſatam Evangelici ſermonis ſegetem per laboris ſui exercitium uſque ad meſſem proferre, manipulosque portare, & in horreum congregare potuiſſet. Tum ille de urbe Mogontia promptus ac paratus proficiſci cœpit, & ideo potiſſimum, quia vini ubertas illic fieri ſolet, timebat, ne ſecundum ſcripturam, vini opulentia monachicalem vitæ frangeret diſciplinam.

Eccl. 19.

XII. Fratrem adit.

Cumque inde perrexit, & venit ad monaſterium, quod dicitur Eichſtat, (a) ad fratrem ſuum Epiſcopum Willibaldum. Et illi inter ſe diſputantes, & ſollertis voluntatis arbitrio effectum perficere atque implere potuiſſent. Tunc illi ſtrenuè pergentes venerunt ad illum locum, qui vocatur Heidenheim, atque illicò requirentes locum aptum illic reperierunt, quem Dominus prædeſtinavit ſancto ſuo Confeſſori Wunebaldo monaſterium conſtruxiſſe, ſanctumque ſuum corpus ibi requieſcere volebat. Nec mora fuit poſt hæc, quod Dominus virtute (c) ſuæ pietatis meritaque..... (d) Chriſti Confeſſoris clarere volebat. Quæ uſque tunc celata coram hominibus, & clara coram Deo pandebantur patula. Statimque tunc egregius ille almi Dei agonithetus, cum conſultu atque conſilio Epiſcopi emebat agrum illum, qui nominatur *Heiden-*

(c) leg. virtutem.

(d) nulla lacuna.

(a) m. ſ. M. Velſeri quæ dicitur Eihſtat, adſtatræ ſuo Epiſcopo Wilibaldo, & illi inter ſe diſputantes, & ſolerter volutantes arbitrio effectum perficere atque implere potuiſſent, tunc illi ſtrenuè pergentes venerunt ad illum locum, quæ vocatur Heidenheim, atque illico requirentes locum aptum, illic repeterunt, quem Dominus prædeſtinavit ſancto ſuo Confeſſore Wynnebaldo. Aliter MABIL. Et ibi interſe diputantes, & ſolerter voluntates conſiliabantur, qualiter ſuæ voluntatis implere potuiſſet. BASN.

Digitized by Google

denheim, in propriam poſſeſſionem ſibi & aliam partem poſtea regionis alii homines dabant illo in redemptionem animæ ſuæ. Optantes & deſiderantes communionem temporalium cum illo partire, ut ille in futuro perpetua illis præſtare poſtularet. Illa regio quam ille percipiebat, (a) aggreſtum erat, & ſylva totum. Sed confeſtim ille Dei famulus aggreſta ſylvarum loca ſuo labore (b) latantes arbores cædebat, vepres truncabat, tribulos ſecabat, urticas & cardos erutando rura renovabat, paucosque adprimitus ibi habitationis caſulas inſtruendo collocavit. Aſt tunc ille ſubſummatim ut fore poſſit, Eccleſiam fabricavit, & (c) monaſterium conſtruxit, & ex templo, ſicut ſupra diximus, cum ſuis junioribus ſibi ſubditis monachicalem regularis vitæ diſciplinam, quia jam olim in ipſa juventutis pubertate devota mentis inſtantia adoptando ceu deſiderans ſupernæ pietatis ſuffragio coarctatus inchoaverat. Et tunc perferre ac perducere uſque ad felicem vitæ ſuæ exitum Chriſto cooperante decreviſſet, & ſic patrando perficiebat.

SÆC. VIII. ANNO 765.

(a) al. melius, inculta.
(b) al. ſuo labore dilatans.
(c) an. 750. MAB.

XIII. Incolas à ſceleribus revocat.

Denique cum belligerus atque beatus Barilion terram *Sualaveldorum* inhabitare cœpit, plurima paganicæ pravitatis præſtigia, multos diabolica fraude deceptos idololatria colentes, alii aruſpicia obſervantes, alii divinationes dæmonum dicentes, alii incantationum frivola facientes, alii nigromanticas, ſed & alias multas, quas nunc longum eſt enumerare, quas popularem & publicè pernicioſa perficiebat pro nefas, & nihilominus alios, qui injuſtæ copulationis conjugio conjuncti contra legem Domini vitialiter viciabant fornicaciali polluti ſpurcitia. Sed & etiam nonnulli, qui cum ſuis propriis propinquis & affinibus, & cum propria fratris ſui uxore in conjugio nupti fuerant, & quod his adhuc pejus erat, quod multi, qui ſacerdotalis ordinatione preſbyteros, & ſacro altari deſervire debuerant, immundicitia & fornicatione magis, quàm divina ſervitutis ſollertia ſubditi & refrenati fuerant, aliosque laicorum & Clericorum concubinas injuſtæ copulationis ſocietate contaminatas. Iſtis omnibus ipſe contradicendo, eosque increpando disjungebat, & cum magna laboris inſtantia die noctuque certando contra indefeſſos diaboli cooperatores conflictum habebat, & licet lugubrem tamen diſcidiam & diſſenſionem inter illos faciebat, qui injuſtè ſociabantur. Tunc alii, qui iſta ſectabantur ſacrilegia magna dementationis cauſa contra illum fremebando inſidias illo tendebant, & ſæpè ad occidendum, ſeu ad comburendum totiens per maleficia illum perdere volebant. Sed vir Dei nec minis malignantium, nec falſis adulantium frivolis mente agitatur nec mutatur. Sed ſemper conſtans & fide robuſtus in Domino non deſierat docendo plebem ab erratica paganorum pravitate perſuadendo educere. Et ſic longè lateque per populos ſacra ſeminando non parvum Domino populum acquiſivit, juxta ſuaviſſimam Domini vocem, prudentiam apprehendit ſerpentis, qui per zelum rectitudinis & vigorem correptionis opera pravorum pernicioſa corrigendo corrigebat, arguendo erudiebat, ſuadendo ſedavit; aſtutiam arripuit ſerpentis, quoniam contra atroces ſathanæ inſidias ſcuto Fidei, & lorica Juſtitiæ, lancea Lectionis, gladio Jejunii, clypeo Continentiæ, variisque virtutum telis contra mille nocentes diaboli artes die noctuque certando dimicabat; ſimplicitate columbæ ſic fruebatur, ut ille, qui prius zelo rigoris ardebat, poſtea clemens leniter laxando mitialiter demulcebat, & ſecundum ſcripturam, ſecundum qualitatem audientium formari debet ſermo Doctorum, ſic faciebat ille, & multis compaſſione fuit proximus, & in neceſſitate frater, & per blandum ſuæ pietatis affectum docibiles ad rectam veritatem viam dirigendo ducebat. Quia ſcriptum eſt: Non diligenter auditur, qui non diligitur.

XIV. Monachos bene regit.

Cumque venerandus ille Chriſti vernaculus ſic de anno in annum proficiendo virtutibus properando pedem in ante ad ſuperiora graduum celſius & celſius conſcendebat, ſtatimque illuſter ille & prudens populi pædagogus monachialium apum examen, quod Dominus ſub ſua tribuit poteſtate, ſine paupertate & nuditate, ſine murmuratione, cum divinis ſeu ſæculariis vitæ alimentis ubertim alendo paſcebat, & ſub magna doctrinarum induſtria alloquendo, exhortando catervatim ad alvearium congregavit vitæ æternæ, & non ſicut mercenarius, ſed ſicut paſtor perfectus acris luporum morſibus circumeundo obſtabat, & intus intra ovile & Chriſti gregis caulas convocando atque erudiendo introducebat.

O ineffabilis opificis pietas conditoris, qui ſuper longa locorum ſtadia, ſuper gelidas aquarum latices de occidentali occaſui plaga ad orientale ortu ſolis ſuo gregi gubernatorem, ſuo populo paſtorem præbere prædeſtinavit, qui populum ſibi commiſſum ſub curæ paſtoralis peritia paulatim, ut prævius procerum pater ad (d) numeroſis æternæ vitæ arvis proeundo perducebat. Denique poſt hæc cumque ſacer ille atque perfectus prudensque *Dei* famulus magiſteriale dignitatis indole ſubditis, & non ſolum ſubditis, ſed & etiam aliis, quos è vicino cognatos, aut domeſticos habebat, præeſſet, & omnibus, ſicut ſuprà diximus, ſacra paginarum patula pandens, ita ut rarò, aut nunquam divinæ laudis in ipſo ceſſavit modulatio, aut in pſalmis, aut in

(d) hemeroſis.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765. lectionibus, aut in doctrinarum ſtudio differendo, ſive manducando, ſive bibendo, ſive aliud agendo, ſemper ſacra in ſuo pectore permanentes claruerunt oracula: & ſic clara cœlorum regna per arctam & celeberrimam cœleſtis vitæ callem omnibus aperiendo patefacit.

XV. Morbo corripitur triennio ante obitum.

Poſt hæc itaque tunc tranſactis temporibus & annorum curriculis. Cumque venerandus ille atque beatus vir Wunebaldus magna arreptus eſt corporis infirmitate, & ægritudo jam tunc magis, quàm membra invaleſcebat, & non ſolum tunc, ſed etiam olim à primo juventutis flore per multa annorum ſpatia valdè conſtrictos atque retentos habebat corporis (a) artos, & jam tunc tribus annorum intervallis, antequam de mundo pergeret, tam infirmus, tam imbecillus habebatur, ut pergere non poterat, niſi vix ad villas, quæ juxta erant ibi ſitæ. Et una vice pergebat in Francios ad (b) Mezingozo, & cum veniebat ad Fulda, ubi requieſcit ſanctus Bonifacius, ſtatim movebat illum valdè infirmitas ejus, & ibi jacebat tres ebdomadas, ita etiam tunc obitus ſui diem imminere æſtimabat. Et tunc poſt tres ebdomadas melius habebat, & inde pergebant, & venerunt ad villam unam, & ibi manebant una ebdomada, quia non poterat adhuc pergere inde, quia ægritudo ejus iterum valdè affligebat illum, & ibi erat una ebdomada, & tunc, prout poterat, pergebat inde, & venit ad urbem, quæ vocatur *Wirzburch*, & ibi alloquebatur Epiſcopum *Megingozum*, & ibi manebat tres dies, & iterum tunc ad propria remeavit.

(a) artus.

(b) Megingozo.

XVI. Caſſinum cogitat.

Cumque mens jam in eo devotus, & multò agilior, quàm corpus proferre poterat, magna mentis devotione cupiebat, ut ad ſanctum *Benedictum* pergeret, & ibi vitam finiret, & citò poſtea miſit nuntium ſuum ad S. Benedictum, & rogabat Abbatem, & omnem congregationem, ut cum illis conſortium, ut ejus communionem illo habere licitum foret: & illi ſtatim cum magna dignitatis reverentia illum accipere, & ſecum habere promittebant. Et nihilominus diligenter rogabant, ut veniret, & tunc ille interim venerandus vir prompta mente paravit ſe, ut illic tranſiret. Cumque iſta cogitaverat ipſe, & in ſua mente volutabat, fratrem ſuum proprium, & alios ſapientes atque prudentes viros, qui illi in familiaritate, & in divina amicitia conſocii fuerunt, illos rogabat ipſe ut ad ſe venirent, & conſilium darent. Cumque congregaverunt, & loquebantur ad invicem, & ille indicavit occultas ordinis ſui cogitationes, ut ſecundum ſcripturam, in ore duorum vel trium firmum ſtaret conſilium, tunc illi ocyus cauſam infirmitatis opponentes, ſic dixerunt, Quod illis melius videtur fuiſſe propter infirmitatem & imbecillitatem corporis, qua retentus conſtringebatur, ut cœptum manſionis habitaculum, quod incipiebat, & per laboris laſſitudinem ſponte in agreſta (c) adquieſceret ſilva, non relinqueret, ſed inhabitaret, ſed adoptivos natos, quos ille per matrem Eccleſiam, & ſuam induſtriam Domino acquiſivit, non orbaret, ſed ſicut inchoavit, ad felicem vitæ formam ſua proveheret norma, & tandem ille coronatus virtutibus beatificatus, ad vitæ æternæ perveniſſet bravium; ſicque illum compeſcentes, ad propria remeabant.

(c) adquiſierat.

XVII. Miſſam in dies celebrat.

Et tunc poſt hoc non fuit longum, quòd ille venerandus vir tam valdè infirmus fuit, quod jam Eccleſiam adire non poterat, ſed in uno latere (a) canimate ejus juſſit altare componere, & ibi, quando pro infirmitate poterat, ſacra Miſſarum ſolennia celebravit, qui prius, quando ægritudo illa non fuerat impedimentum, aut raro aut nunquam dies tranſiit, quin Miſſam non faceret. Tunc itaque cum laſſata jam corporis membra, quas ille ipſe ſæpe per ſecretam morum mortificationem ad inſtar martyrio affligere ſolebat, in jejunio, in oratione, in vigilia pernoctans, præſertimque in voluptatum reluctatione, & aliis plerisque occaſionibus, quarum omnium ſolus Deus eſt cognitor, jam affecta ac confecta.... (d) prope mortem manifeſtabant. Tum tandem cum dominus ſervum ſuum de ſæculi hujus ſollicitudinibus, & de temporalis vitæ hujus laboribus ad æternæ retributionis mercedem perducere, ſublevareque volebat, fratrem ſuum venire rogabat ad eum. Cumque ille Epiſcopus noſter Willibaldus, in ſexta feria primo mane diei veniebat, & introibat, & ſic illum diem noviſſimum pariter in hoc ſæculo perducentes commorabatur.

(d) al. conſtricta.

XVIII. Verba facit ad ſuos.

Tunc quippe cum ille mortem prope inſtare viderat, dixit, Filioli mei & fratres, omnia veſtra providentes cum prudentia pariter agite. Vitam veſtram & mores veſtros ad Dei voluntatem componite: Charitatem veſtram inter vos, & fidem rectam atque Catholicam in omnibus ſervate; monaſterialis vitæ diſciplinam, quam oſtendimus & docuimus vos & Deo promiſiſtis, in omnibus ſervare properate, regularis vitæ conſtitutionem, & obedientiæ vinculum, quod mihi promiſiſtis, & ego vos ligatos habebam, illo vos abſolvo, & rectæ inſtitutionis formam, quam vos Deo ſubdidiſtis, illo vos non abſolvo, nec meum eſt vobis laxare, ſed omnimodo, prout vobis vires ſufficiant, Deo reddite: omnium verborum & factorum, quæ in mea obedientia

(a) Leg. Caminata; eſt cella cum camino, ſic Monachus in geſtis Caroli Magni lib. I. cap. 33. MABIL.

Digitized by Google

tia aut neglexiſtis, aut oblivione tradidiſtis, indulgentiam à me accipite, & quidquam vobis per me contrarium accidiſſet in verbo aut in facto, aut in aliqua cauſa, remiſſionem vos omnium tribuite, & Deo commendati in pace perſeverate, & mihi prædeſtinatum iter ad pergendum de hoc ſæculo cum licentia & reconciliatione concedite, quod nunc eſt, propè etiam imminet dies exitus mei, quia anima mea de ergaſtulo corporis remunerationem militiæ, & à laborum requie per pia patris præſidia, ſicut ipſe mihi concedere dignetur, debeo pervenire. Et hic ſalubribus & ſobriis verborum ſalutationibus triſtem & luctuantem fratrum multitudinem in pace compellavit, & rurſum elevatis in cœlum oculis ad ſuperiora intuens, dixit: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, & ſic ſedens coram lectulo ſanctum exhalavit ſpiritum. SÆC. VIII. ANNO 765.

XIX. Sepelitur.

Tunc illi tollentes eum lavaverunt, & portaverunt ad Eccleſiam, & illic totam noctem cum Pſalmis & hymnis & canticis Dominum laudabant, & divinis munerum oblationibus illum de mundo tranſiturum comitabantur, & Domino commendabant. Et mane facto ponebant illum in farcofago novo, & ſepelierunt eum in Eccleſia. Illud farcofagum, in quo poſuerunt illum, multos annos, antequam de mundo migraverat, fuerat exciſum, & ſic ſtetit intus, & expectaverat diem exitus ſui.

XX. Ætas.

Ille vir venerandus Chriſti Confeſſor diem obitus ſui, antequam de mundo pergeret, ille ipſe præſcivit & prædixit junioribus, & quomodo illum ſacerdotali indumento deberent veſtire, omnia prædixit. Et ſic requieſcebat una hebdomada ante natalem Domini, & tunc fuit Sabbatum poſt Veſperam XIII. Kal. Jan. & tunc erat ille LX. annorum (a) ætate, & fuit Abbas ferè decem annos.

(a) Obiit anno 761. 18. Octobris. MAB.

XXI. Hujus Hiſtoriæ fides.

Compertam atque conſcriptam, atque ex brevitate tranſcurſam vitam B. Wunebaldi Chriſti Confeſſoris, quod à ſorore (a) ejus, & ab aliis venerandis viris, quas illo per familiaritatem & amicitiam conjuncti fuerunt, præſertimque ab eis, qui illo in diſcipulatu & magiſterio ſubditi fuerant, relatione didiceram. Iſtas, quas nunc capitulamus atque diſputamus, oculis noſtris vidimus, & alia in noſtris temporibus facta reperimus mirabilia, quæ magna Dei diſpenſatione facta, Dominus per ſuam gratiam, & merita Chriſti Confeſſoris comparuëre, hominibuſque præparare dignatus eſt.

XXII. Miſſæ pro eo celebrantur.

Poſtquam ille ſanctum corpus ejus, ſeptem diebus in terra (b) tumatus habebatur, quotidie diſcipulus ejus Presbyter, quem ipſe erudiendo docebat, atque imbutum in presbyteratus conſecrare fecit gradum. Ille & alius (c) Presbyter cum eo totam ſeptimanam illam quotidie, prout illis vires ſufficiebant, Miſſarum ſolennia celebrando, cantare non deſinebant. Cumque una die valdè diluculo unus intravit in Eccleſiam, Miſſam facere, januam aperuit, tam magna Eccleſia miranda ſuaviſſimi odoris nectar obviam illo, quando aperuit januam, veniebat, & per totam Eccleſiam quaſi fumi vapor calidus conſpergebatur. Quod cum ille reperiebat, ſtatim exibat foras, videre aliquem hominem, qui cum eo teſtis aſſertor fuiſſet fidelis de illa cauſa. Tunc ille progrediens foras, vidit ibi homines ſtantes, & indicavit illis, & illi intrantes non poterant cognoſcere neque (d) fragrare, nec ullus, niſi ipſe ſolus.

(b) humatus.

(c) al. leg. *alii Preſbyteri.*

(d) flagrare.

XXIII. Lumen videtur.

Sed & ſæpè accidebat in illa Eccleſia, ubi corpus jacebat ſancti Confeſſoris Chriſti, quod lumen, quod intus erat, ſine manibus hominis ardere cœpit.

XXIV. Conſanguineæ curatio.

Similiter & alio tempore evenerat, quod una de ſua parentela ſui avunculi filia, quæ plus quàm duos annos magno dolore conſtricta tenebatur in dextra manu, & in brachio illo, & ſic, ut jam paralytica, & pænè arida fiebat. (b) Tunc illa properans venit ad illum locum ſepulturæ ejus, nec longum fuit, poſtea quam illic veniebat, quod priſtina illi reſtituta erat ſanitas, & ſic in iſtis primis appareat, quod poſtea Dominus majora per ipſum oſtendere volebat. Multaque alia ſignorum prodigia, quæ nunc longum omnia per ordinem intimare, ibi oſtenſa claruerunt, quas conſtat, quod Dominus ſuæ pietatis ſolatio, affectuque Confeſſoris perficere dignatus eſt.

XXV. Eccleſia Heidenheimenſis augetur a Willibaldo.

(c) Cumque Epiſcopus noſter Willibaldus cum cuncta populariæ multitudinis copia, cum juniorum ſubditorum agminibus Eccleſiam fabricare, componereque diſpoſuit, ubi ſanctus Chriſti Confeſſor in corpore requieſcebat, majora, quam priora, ut ſicut ille vir virtutibus veneratus; mirabilibus magnificatus, fauſtus fulgebat; ita jam tunc in auguſto, almoque tonantis templo celeberrimæ creverint divinæ laudis modulationes. Cum illi congregati celeriter cum Clero, civiumque cœtu definitum domui locum libraverunt. Et tunc confeſtim ad primitus illi confodentes fundaverunt lapides, locaverunt fundamenta, & finitimis firmando fabricaverunt. Confeſtim Chriſto cooperante,

(a) Patet ex hoc loco, quod illa quæ ſcripſit vitam hanc, non fuerit S. Walpurgis. CAN.

(b) Autumat MAB. hanc eſſe Sanctimonialem quæ vitam Wunibaldi ſcripſit, quæque modeſtiæ cauſâ nomen celavit. BASN.

(c) al. leg. poſt aliquot annos cum cuncta populariæ. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765. cooperante, Domino Deo diſpenſante, ſanctique Confeſſoris ſuffragante patrocinio illa glocca in Eccleſia ſine manibus hominum, ſine omnium amminiculo ſeipſam commovere cœpit, & ſic illi attonantes ſonitum audientes nullum viderunt, ſed omnes, ut viderunt & audierunt, dabant gloriam Deo, ſimiliterque illi fabricantes proficiebant, uſque dum ferè trium annorum ſpatio almum altiſſimo oratorium conſtruendo conſtituerunt. Poſtquam illud ſublimatum in alto erectum ſacro ſæculorum ſatore, ſeu omnium ſalvatore ſacratum ipſo die poſt anni curriculum, quo prius ſanctum Chriſti Confeſſoris corpus levatum, integritate honoratum reperiebant. Ipſo die prius poſt unum annum Willibaldus Eccleſiam illum ſancto conſecravit ſæculorum omnium ſalvatore.

XXVI. Mulier farinam Monachorum furata punitur.

Poſt hæc itaque fertur, quod alio tempore eveniret ad ipſum monaſterium S. Wunebaldi, quod de illo viro præfecti illius, cui ibi propè monaſterium ſitum eſt, venit una ancilla ſua molere granum Domini ſui. Cumque illa veniebat ad monaſterium, alius homo fuit adhuc molens farinam monachorum, illic prope habitantium, & illa moram faciens, expectabat, quando locum haberet. Cumque ille abiret, illa ambulabat, & molere cœpit: poſtquam illa moluit, eſuriebat, tulit de farina domini ſui, & fecit ſibi panem, & manducavit. Quod cum fecerit, timens tremere cœpit, quia modius domini ſui diminutus plenus non erat, & furata eſt de farina Monachorum, & replevit modium, quod prius dempſit, poſtquam illa molavit duorum modium, quæ intus faciebat, nihil exivit foras, niſi parvum aliquid, cumque illa ſic molans magnum temporis induccium, uſque dum omne granum, quod habuit, molatum fuit, & nihil venit foras. Tunc illa timida & tremefacta gemere cœpit, quia neſcit, quod evenerat, & ſtatim indicavit molario, quid acciderat: tunc illi conſiliantes inter ſe, quid feciſſent, prono vultu in terram ſe proſtraverunt, & orabant Dominum, ſanctumque Chriſti Confeſſorem Wunebaldum, ut ſuæ bonitatis clementia illis adjuvare dignetur. Et confitens poſtea peccatum, quod geſſerat, orationis effectum, petitionumque patrantiam optimè meruerunt: & poſtea ſtatim exivit farina ſecundum conſuetudinem. Ideo non eſt dubium, quod ille vir venerandus pietate Creditoris, ſuique ſanctitatis potentia, facinora, quæ prius vivendo abhominaverat in perverſis, tunc coronatus in cœleſtibus vetaverat in vivis prave agentibus.

XXVII. Levatur corpus.

En igitur tranſacto temporum indicio, & annorum curriculo, cumque jam Dominus virtutem ſuæ pietatis, meritaque ſui Confeſſoris clarere, pandereque procurabat. Cum autem geminata & triplicata Spiritus ſancti gratia præclarus atque perſpicuus aurora lucis ortu cum ſole prorumperet dies conceptione Joannis Baptiſtæ, & nihilominus æquiparante dierum ſeu noctium menſura, quod æquinoctium vocatur, quod denuò in anno primum creſcente die, & ſecundo decreſcente die ſolet fieri: Sed & S. Wunebaldi Chriſti Confeſſoris atque Abbatis integritatis oſtenſio, quem per piam & venerandam omnipotentis prædeſtinationem clara & comperta cunctis patula pandebat. Cum prædictus ille illuſtrandus atque inclitus æquinoctii per vitreas camporum planities oriendi illuxiſſet, intravit Epiſcopus in Eccleſiam ſuis cum Diaconibus, unoque Presbytero, ſtatimque illi tegumentum tugurii ſancti venerandique viri, quod olim per XVI. annorum ſpatia, exceptis XIII. ebdomadis in tellure tectus tenebatur, movere, fodereque cœperunt. Cumque illi foderunt, ſtatim properantes velamen tegere, nares ſuas cooperire tentaverunt. En fruſtra faciebant, quod nares velabant, nectarem neſciebant, quæ intus celata latebatur in limo: confeſtim cumque illi fodere cœperunt, Epiſcopus exivit foras, & illi duo intus manebant, quorum alter ſacerdotali dignitate Presbyter, & alter Clericus, *illi* ſacrum Chriſti Confeſſoris corpus inquirere, inveſtigareque ceperunt. Cumque illi fodientes ad antrum venerunt, ſtatimque illam reperientes integram & illæſam aperiebant, & nihil ibi, niſi omnia proſpera, omniaque tuta in terra tumata comparuerunt. Tunc illi extemplò illum moventes de ſepulchro ſuis manibus lætantes & gaudentes (*a*) voticampi leviter de terra levaverunt, de toto corpore integrum, omnibus membris munitum, ita ut nec capillus de capite ejus minueretur. Ille Epiſcopus hæc omnia ſuſtinendo foras manebat: Quia multum ambiguitate timidus, incerta futurorum fata neſciens, ſollicitudine ſuſceptus de ſui fratris corpore tam longe in terra tumato, quales ipſe poſt tam longa temporum intervalla hominibus apparere concederetur. Sed tum Epiſcopus mentis triſtitiam, mœſtitiamque deponens, quia ille Dominus, qui quondam Lazarum quatriduanum funere fœtidum reſurgere, revenireque fecit, ille nunc ſolidatum, atque ſanctificatum Wunebaldum in ſepulchro ſervabat. En tuus germanus, quem tu putridum putaſti, ille tutus in terra tenebatur in tumba, & ſine fine coronatus in cœlo. Tunc illo elevato Epiſcopus intravit (*b*) cum ſuo Clero in Eccleſiam.

(*a*) f. voti compotes.

(*b*) In aliis deeſt *cum ſuo Clero.*

XXVIII. Sanctuarium dedicat.

Cumque illius Clerici hora completa fuerat, tertia Epiſcopus noſter Willibaldus ſacerdotali veſtiebatur indumento, ut facta Miſſarum ſolennia, fidelis finititimum

Digitized by Google

timum falangis canendo celebraret: nec longum fuit, ſed quod celebratur Miſſarum ſolennitatibus, illum (*a*) porticum, qui fabricatus atque paratus in orientali teneba- tur plaga, illum dedicando almis orationum exercitationibus Chriſto commendando ſanctum Domino conſecravit templum. Non omnis illa Eccleſia adhuc edita ſubtiliter in ſublime erigebatur, ſed unus porticus in Orientali plaga præproperè ponebatur, ut illic almus altiſſimi athleta condiretur in cripto. Poſtea Epiſcopus & cuncta cum illo ſacra piùm ſenatus, & nihilominus alii civium cuneos intrantes tumultuabant, & viſione lætabantur, cùm ſanctum Chriſti Confeſſorem viſibilem coram populo publicè prolatum perſpicere meruerunt, intraverunt ſuppliciter, & Sanctorum ſubſidia rogabant, ſuoque ſanctitatis ſuffragio, ſuas commendaverunt animas. Ecce omnibus patens, & nullo erat latitus, ſed omnibus ad videndum, ſeu ad palpandum paratus, corpore integro, crine firmato, eum nunc orate interceſſorem, ac patronum, quem olim habuiſtis doctorem atque diſpenſatorem. Intelligite, & almum honorate Wunebaldum ſanctum, & cum Deo veneratum. SÆC. VIII. ANNO 765.

Tunc ille venerandus atque pius populi ſpeculator intravit, & ſanctum ſalutavit, ſignum atque pacis proprio porrigebat fratre, oſculando & gratulando Dominum glorificando oſculabatur fratrem ipſe Epiſcopus & (*a*) ſoror ejus, quæ poſt obitum beati viri monaſterium habebat; ſed & aliæ amicæ ejus atque juniores, quos (*b*) ille erudiendo docebat, omnes illum oſculabantur, ovantesque compellabant. Tunc illi extollentes levaverunt illud corpus, & poſuerunt eum in tumba nova, & portabant ad monumentum novum. Cumque ſurſum levatus fuerat in excelſo, Presbyteri atque Diaconi, ſeu Monachi tumultuantes circa tumbam, & qui non poterat ad eum contingere, conabatur, ut ſaltem una manu ad eum pertingendo perveniret. Cumque illi pſallentes cœleſtia modulantes portabant eum ad ſepulchrum, omnis plebs comitantes Kyrieleyzabant, qui conſonantes canentium vocibus, qui jucundis juvenum jubilationibus, qui ſuavis Sanctorum ſempiternis modulationibus garrule concinendo crepitabant eliganter clangentes, clamabant multis vocibus, quaſi uno ore pſallentes, glorificabant Deum. Tunc omnis plebs cum magno honore ambulantes portabant S. Wunebaldum, & poſuerunt eum in monumento novo, in illo portico, de quo ſuprà diximus, & ſtatim poſtea Miſſam cantavit Epiſcopus ad ſuum caput. Cumque Miſſa acta erat, & ſancta ſolennia celebrantur, omniaque venerabiliter completa finiuntur, gratias agebant Deo, ſanctoque Wunebaldo. Et poſteaquam omnia benè erant acta, illi remeantes pergebant in arva ad ſuas macellas. (*a*) S. Walpurgis. (*b*) Illa.

Craſtina die, eadem ferè hora, qua pridie portabatur ſanctus ad ſepulchrum, una fæmina veniebat illic, cujus alterum latus totum aridum torpebat. Cumque illa veniebat, & ſedebat ad ſepulchrum ſancti Confeſſoris Chriſti, ſubitò ſtatim ſaucia ejus membra crepitare cœperunt, & revivere, & ſic paulatim gelidi atque ſemineces ejus artus calebant, atque morbo funditus excluſo, ſtatim priſtina reſtituta erat illa ſanitas, & ſic illa ſalva facta in illo loco revixis artubus, & ſano corpore ſacrum velamen aſſumpſit. XXXIX. Mulier paralytica ſanatur.

Alio quoque tempore evenit, quòd unus homo vinctus ducebatur, qui pro ſuis ſceleribus erat puniendus. A duobus ducebatur, vinctus atque aſtrictus, & ambulabant juxta monaſterium illud; Tum ille miſer mente mœſtus, corpore ligatus, pia ſuffragia Sancti illius petere deſiderabat, licentiamque ſuosque deprecabatur ductores, Eccleſiam intrare: Tum ille ingrediens flebilis & ſupplex Dominum deprecabat, ſanctumque Confeſſorem opem ferre feſſo, ſuoſque ſolvere nexos. Confeſtim Chriſti Confeſſor eum orantem atque flentem erigere jubebat, & ſtatim vincula, cum quibus erat ligatus, ſine manibus hominis, Dei gratia, & S. Wunebaldi, de manibus ejus cadebant, & ſic ille ſolutus geminis manibus ſancto crucis ſigno ſuam ſignabat faciem, & dum ille lætus & hilaris Dominum laudabat, & gaudens pergebat, qui triſtis (*b*) veniebat. XXX. Reus catenatus ſolvitur.

Sed & alii multi, qui ex primævo primordio contracti atque curvati, morboque laſſati illic portabantur, ſtatim erecti, ad ſtatumque firmati, ſuis plantis progradiebantur foras, qui intus portabantur. Sed & alii multi, qui variis corporum infirmitatibus compremati, ſanctum quæſierunt corpus..... tunc priſtina reſtituti fuerunt ſalute, & deinceps divinis redundabant donorum remediis, & lætantes laudabant latè tonantem, qui ſanctum Wunebaldum ſibi Confeſſorem conſecravit, miraculis monſtravit, virtutibus beavit. Ideo gaudet nunc ſancta Eccleſia mater miranda talem adoptans adoptivum natum, quæ nova conſtructa, novo honorata eſt patrono. XXXI. Aliæ ſanationes.

Lætare

(*a*) Porticus eſt Sanctuarium, pars orientalis Eccleſiæ in quâ majus Eccleſiæ altare ſolet erigi. MAB.

(*b*) al. *venerat*. Huc uſque codex m. f. Gretſeri.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 765. XXXII.

Lætare nunc *(a)* tu Epiſcopus, omnisque tua populatio tecum, qui talem meruerunt promittere interceſſorem. En nunc vos divini verbi interpretes, ſacrique ductores, ſanctum ſectate, vita & moribus exemplo imitate, qui ſacerdotalis infulæ prudens ac pius, ſimplex ac ſobrius verſatilis Chriſti athletus magno Rege militans nunc donativum accepturus eſt.....

(*a*) Credere poſſet aliquis, hanc vitam vivente adhuc Willibaldo fuiſſe ſcriptam; ſecus tamen ſe habet, ut patet ex præfatione. MAB.

Cætera deſunt in m. ſ.



VITA

Digitized by Google

TIS.

talem me-
s, sacrique
sacerdotali
nagno Reg

abet, ut par

VITA
SANCTI LAMBERTI
MARTYRIS
ET
EPISCOPI TRAJECTENSIS,
AUCTORE
Anonymo quidem, συγχρόνῳ tamen
SANCTI LAMBERTI.

ITEM
REVELATIO
SANCTI LAMBERTI
EODEM AUCTORE
A CANISIO *primum è m. ſ. membranis edita.*

JACOBI

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 770.

JACOBI BASNAGII IN SCRIPTOREM VITÆ SANCTI LAMBERTI OBSERVATIO.

I. Quinque autores vitam Lamberti scripserunt.

I. QUinque fuerunt, qui vitam S. Lamberti in litteras retulere: illos sic recensuit olim Canisius: „ Anonymus, forsan Godescalcus; sed mera est conjectura; dein Stephanus Episcopus Leodiensis, post hunc Sigebertus; dein Nicolaus Canonicus S. Lamberti; demum Rainerius Monachus. E quibus Stephanum & Nicolaum tantum reperiri ait Molanus". Vita quam Canisius edidit, cæteras antiquitate superat. Simplicior est & à veritate minus aliena; ideoque illa contentus cæteras in Actis Benedictinis omisit eruditissimus Mabillonius. Godeschalco quisque de suo adjecit, & plerumque vel miracula, vel observationes quæ cæteris fidem derogant. Hanc vitam denuo scripserat Stephanus anno 903. Leodiensis Præsul, eo quod quidam qui cum ipso festum S. Lamberti agebant, qui litterariâ scientia sibi videbantur præditi; illum *despectuosis ri-*

Steph. epist. dedicat. p. 351. *suum injuriis* lacessebant; quandoquidem priscorum „ haud quaquam de-
„ licato eloquio edita legebatur præfati patris vita & passio, atque
„ nulla propria officiorum cantabatur modulatio". Ut tale damnum resarciret Præsul, vitam Lamberti denuo concinnavit, adjunxitque *antiphonis responsoria nova.* Mirare præsulis fiduciam; quippe qui tale opus tentaverit cum vix latine intelligeret; Argumento sit illa periodus

Ibid. quam unicam describere non piget: *Ecce tandem anguis Syllogismicus per flexos globos late sinuatis linguisque Trisulcis squamea colla tumidus, lumina mei cordis infundendo mersus, hujusmodi dialecticæ nuncius mihi adstitit fatus: omne inquit bonum utile & omne utile bonum.* Barbarus igitur & imparatissimus artis oratoriæ novam Lamberti vitam, quia prior rudi stilo scripta videbatur, enarravit. Alii posteriores miracula fingentes aut e traditione vulgi haurientes accumularunt. Godescalco igitur major habenda fides.

II. Autor vitæ Lamberti est Godescalcus.

II. Ignoravit Canisius vitam Lamberti quam ederet, esse Godescalci; ideo ab Anonymo, sed autore ætate suppari scriptam credidit. Decem vero anni ab eâ edita vix effluxerant, cum Joannes Chapeaville, qui Gesta Pontificum Tungrensium, Trajectensium, Leodiensium, collegit, eam cum

Gesta Pontificum Leod. Chapeaville tom. I. Cap. 3. nomine Godescalci iterum vulgavit. Fuit Godescalcus Diaconus Ecclesiæ Leodiensis, Lamberto paulo junior: id videre potuerat Canisius in ipso opusculo a se edito; cum enim dicat author se multa didicisse ex Theodoë-

no

Digitized by Google

no, qui puer fidelis ſervus in obſequio Lamberti permanſerat, illum poſt Lambertum vixiſſe neceſſe ſit. Probatur idem ex tempore quo vixit Agilfridus, trigeſimus tertius Epiſcopis Leodienſis; qui vitam Lamberti exarari Godeſcalco mandavit. Hic enim, ſecundum Anſelmum, obiit circa annum 784. & ſedem Leodienſem occupaverat ab anno 764. fuit igitur Godeſcalcus ſcriptor ſæculi octavi ad finem vergentis. Tres habentur editiones illius operis, quas facile conciliare non poſſis, ſi verba attendas; quippe diverſiſſimæ ſunt. Nobis in mente fuerat ad marginem apponere variantes voces, quæ tum apud Chapeaville, tum apud Mabillonium occurrunt. Verum id fieri vetabat nimius vocum illarum numerus, quas non credam amanuenſes immutaſſe, ſed aliquis qui prius Godeſcalchi opus commentari voluit voces alienas periodoſque adjecit, & figmenta ſua genuino ſcripto aſſuere auſus eſt: præcipua tantummodo obſervavimus & capita prout apud Chapeaville diſtincta ſunt, indicavimus.

SÆC. VIII. ANNO 770.

Anſelmus Geſta Pontif. Traject. c. 32. pag. 149.

III. Cæterum Lambertus ſive Landebertus Epiſcopatum Leodienſem poſt mortem erexiſſe dici poteſt; cum enim ibi fuiſſet cæſus, tranſlatoque ejus cadavere multa fierent miracula, urbs celebris evaſit villa prius, Trajectinus Epiſcopatus ideo in Leodienſem immutatus. Martyr apellatur Lambertus: an merito, adhuc incertum. Ut eo nomine colatur aſſerunt tum Anſelmus ſupra memoratus, tum Nicolaus (a) qui vitam Lamberti ſcripſit; ajunt enim periiſſe ob increpatam regiam domum: quod interpretantur de Pipino, a quo invitatus ad epulas Landebertus, Alpaidis, cujus Pipinus, repudiata Pleetrude, inſano capiebatur amore, Scyphum ſignare recuſavit. Alpais vero Dodonem Fratrem, a quo cæſus eſt Lambertus, in Epiſcopum incitavit. Sed obſerva I. nullum ante ſæculum nonum ſcriptorem hæc dixiſſe; quinimo Rabanus Maurus tantummodo innuit Dodonem *impia machinatione* Lambertum occidi juſſiſſe. II. Cauſam cædis immutavere ſcriptores illi, ut *digniorem paſſionis cauſam aperirent*, idque honori verteretur Lamberto: quod ſuſpectam reddit narrationem. III. Nec Stephanus ipſe Leodienſis Epiſcopus, nec Godeſcalcus, cæteris anteriores, illam Martyrii cauſam aſſignarunt, quod argumento eſt, ipſis fuiſſe incognitam. Ea igitur fuit unica cauſa mortis Lambertinæ: Gallo & Rioldo à Lamberti nepotibus necatis, eorum conſanguineus Dodo, Pipini domeſticus, in Lambertum & ejus nepotes vindictæ plenus irruit, ipſumque Epiſcopum telo confodi juſſit. Non ergo fidei cauſa, ſed in diſſidio Dodonis cum nepotibus miſere periit; nec martyr dici deberet. Ipſe jam à Synodo Epiſcoporum fuerat damnatus, ſed poſt ſeptennium in ſedem reſtitutus eam plures annos occupavit. Obiit tandem anno 708. vel ſecundum Pagium 707.

III. An Lambertus ſit Martyr.

(a) Nicol. vixit an 1220.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 770.

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT PRÆLOCUTIO VITÆ VEL OBITUS SANCTI LANDEBERTI PONTIFICIS,

Qui passus est XV. Kal. Octobr. in villa nuncupata Leodio.

Scopus authoris.

SI Pagani per figmenta, sæva & nefanda plurima mendacia codicibus suis commendare studeant, ut eorum, qui narrant, & de quibus narratur, vana gloria discurrat; cur nos Christiani salutifera taceamus per Sanctos suos gesta miracula Christi? Cum vel tenui sermone eorum possumus pandere virtutes. Et quamvis tantæ rei narrationi, id est, ut S. viri Lantberti Pontificis opera loquamur, indigni videamur, tamen Christi caritas poscit, ut conversationem vitæ ejus, quæ ab adolescentia sua plurimis comperta fuit, & per viros prudentes cognita firmatur, Deo adjuvante narrare conemur. Plenissima igitur devotione, & multorum precibus coactus, non leporem animosi sermonis inquirens, sed in publicum sine verecundia incultum sermonem promens, cursum vitæ ejus, & gloriosam Martyrii palmam, sicut per fideles viros & idoneos testes ad nostrum perveniset auditum, effari tentabo; ut cui vita est cum Christo in cœlis, ejus memoria celebretur in terris: præsertim cùm traditione Ecclesiastica, & Apostolica admonemur auctoritate, ut Sanctorum vitas justas, & virtutes plurimas commemoremus; sicut scriptum est: memoria ju-

Prov. 10. Eccles. 44. Hebr. 11.

storum cum laudibus. Et ut est illud: Laudemus viros glorioso, qui vicerunt regna mundi. Ergò dignum est, ut quotiescunque Sanctorum Solemnia curriculo anniversario celebramus, ex eorum gestis aliqua ad ædificationem fidei Christianorum convenientia in Domini laudibus recitemus. Quoniam revera Christiani muneris est, quidquid in Sanctis ejus laudabile invenitur. Igitur sancti ac beatissimi Antistitis Lantberti, annuente superna gratia, quamvis imperito sermone & impolita loquela, vitam & virtutes exordiri procuro.

INCIPIT

Digitized by Google

INCIPIT VITA SANCTI LAMBERTI PONTIFICIS.

CAPUT I.

Parentes Lamberti & ejus adoleſcentia.

Lorioſus *Lantbertus* Pontifex, oppido *Trajectenſi* oriundus fuit, & ex parentibus (a) locupletibus ſecundum ſæculi dignitatem inter *Præſides* venerandos, (a) & religione Chriſtianiſſima altus eſt. Ipſe autem in pueritia formoſus & nobilis erat in gente & in progenie ſua, electus atque benignus creſcebat inter famulos atque cognatos ſuos, vultu fulgente, in omni affectu pollebat. Eminente autem ætate cùm vidiſſet pater ejus filium à cunctis dilectum, & tantam illius in religione (b) induſtriam, exultabat & gratias Deo agebat. Igitur à prima ferè ætate tradidit eum viris ſapientibus & hiſtoricis (c) ſacris literis edocendum. Ille verò cum magno ſtudio officio lectionis aſſiduæ adhæſit, & velociter ipſum conſummavit. Cum autem imbutus fuiſſet à prudentiſſimis viris, reverſus eſt ad domum patris ſui; & pueritiæ annos excedens, ævum adoleſcentiæ cum magna ſolicitudine exercebat, & quotidie in bonis operibus creſcebat, & ſpiritus ſapientiæ & gratia humilitatis in ejus vultu reſplendebat.

(a) Pater fuit Aper comes, & mater Heriſplendis.

Eo tempore divinæ diſpenſationis providentiâ, Summus Pontifex *Theodardus* oppidi *Trajectenſis* Cathedræ Pontificali præſidebat. Protinus pater ejus commendavit eum præfato Antiſtiti, divinis dogmatibus & monaſticis diſciplinis in aula (d) regia erudiendum, Poſtquam autem ipſe adoleſcens per doctrinam *Theodardi* ſapiens effectus eſſet, virtute adultus, aſpectu amabilis, colloquio affabilis, rectam in operibus converſationem habens tàm cum Pontifice quàm in domo regia, militare cœpit ita ut omnibus hominibus ſine perſonarum acceptione doctrinæ luciſluos rivos effudiſſet. Et cum jam eſſet forma præcipuus, fortis, & velox, agilis multum, firmus in bello, animo clarus, ſpecie ornatus, caritate & caſtitate atque humilitate fundatus, omnibus curis ſæcularibus prætermiſſis, operi tantum lectionis vacabat. Et tantam gratiam in conſpectu Pontificis invenire promeruit, ut ſi ſecundum inſtitutionem (e) Canonicam licitum ei fuiſſet, eum quaſi filium, hæredem & ſucceſſorem eligeret atque optaret.

CAPUT II.

Ejus electio in Epiſcopum & injuſta depoſitio.

INterfecto autem prædicto Antiſtite *Theodardo* copioſa multitudo virorum in regione illa habitantium, & cognoſcentium prudentiam, & fidem, opera atque converſationem nobiliſſimam Sancti Lantberti, clam de eo mutuo eligere eum ad Pontificalem Sedem diſponebat. Ergo optimates & illuſtres viri, qui eo tempore rectores Palatii videbantur, glorioſo *Hilderico* Regi famam Beati Lantberti innotuerunt, & actus ejus non ſilentes, ſed teſtimonium de eis perhibentes, perſuaſerunt, ut quia dignus erat ſacerdotio fungi, & unus Pontificale accipere, in loco Epiſcopali ordinaretur. Habuitque

(a) al. venerandus. l. venerandis & Religione Chriſtianiſſimis. Chapeaville. vel longâ proſapia Chriſtianis. apud Mabillon. Basn.

(b) Deletur *Religione* apud Mabillon. quid enim ſibi vult induſtria in Religione? Basn.

(c) Codex Mabillon. habet viros ſapientes & ſtoricos. melius ni fallor cod. Chapeaville & noſter. Cæterum præter Theodardum aiunt Lambertum præceptorem habuiſſe Landoaldum, cui prædium Wintershoven conceſſerat Aper, ibique miracula patraſſe tum præceptorem tum diſcipulum. Deinde vero ſub Remaclo ſtuduiſſe Lambertum innuit Herigerus. cap. 51. pag. 187. tom. I. Basn.

(d) Ædes Epiſcopales. ſive quod illum per Abbatem & Monachos Palatinos erudiri fecerit. Mabil.

(e) Canon. Apoſt. 76. Antiochen. 23. Pariſienſis Concil. V. can. 2. Mabil. Vide Præfationem hujus voluminis. Basn.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 770. Habuitque effectum eorum petitio, & libenter obtinuerunt, quod devotis mentibus postulaverunt. Tunc per totius plebis in Spiritu Sancto unum consilium & simul Regis imperium, favente Domino, à quo jam dudum electus erat, subrogatus est, ut præesset Ecclesiæ (a) *Trajectensi.* Ipse quoque officio suscepto, timore Domini repletus, opera bona quotidie multiplicabat. Porrò Rex cum almitatem & prudentiam ejus cognosceret, diligebat eum præ omnibus Pontificibus & optimatibus suis; & cum eo summum tenebat locum: Et non sine causa, sed merito regiæ dignitatis & summæ sapientiæ & sanctæ religionis ab eo electus fuit. Nam *Lambertus* Pontifex consilio validus, & omni sapientia doctus, & religionis celsitudine præditus, statura procerus, facie decorus, cæsarie formosus, oculis fulgidus, manibus pulchris, cum digitis longis honestus, carne candidus: & quid plura loquar? à planta pedis usque ad verticem capitis irreprehensibilis erat.

(a) Anno vitæ suæ 21.

(b) Anno 673. Sed postquam glorioſus *Hildericus* (b) ab impiis & crudelibus carnificibus interfectus fuit, tunc omnium bonorum invidus, cum adversariis sæviſſimis, iniqua & falsa consilia machinantibus, ut eundem Sede Pontificali ejicerent, contra Beatum virum festinus insurrexit. Ita & ejus & eorum prævaluit iniquitas, ut eum absque causa & sine culpa de Sede sua deponerent, & honore debito privarent. (c) Postquam autem talia peregerunt, *Faramundum* (a) in cathedra illius constituerunt.

(c) Anno 674.

CAPUT III.

Petit Monasterium Stabulense.

TUnc electus *Dei* Lambertus Pontifex consilio divino admonitus perrexit ad Monasterium, quod vocatur *Stabolaus:* (d) & nec amplius, quàm duo pueri in ejus obsequio permanserunt: Unus autem ex ipsis nomine *Theodobenus* (b) multa nobis de vita & operibus ejus solitus est enarrare, qualiter devotione intentissima per annos septem ibidem vitam sanctam & angelicam conversationem in laboribus, in jejuniis, in vigiliis, in orationibus, in charitate, in longanimitate, in omni puri cordis custodia exegit, & Sanctorum exempla imitatus est. Pater autem Monasterii & omnis congregatio cum magna pietate atque benignitate diligebat atque venerabatur illum. Nam constantiæ virtus magis magisque in eo fulgebat. Et dum vir venerabilis Lambertus Episcopus in præfato Monasterio moraretur; consueto more in medio noctis expergiscens, contigit, ut solus ad orationem sancto studio pergeret; porrigens manum arripiensque (c) scandalia, alterum eorum de manu ejus in pavimentum cecidit, & usque ad auditum sonum (c) effecit. Hoc audiens pater Monasterii, nesciens, quis hoc egisset, ait, Quisquis istum sonum fecit, statim ambulet ad (d) *Crucem.* Tunc Sanctus vir religiosus illico obedientiam sine mora secutus, nudis plantis, pedibusque discalceatis, & aspero cilicio indutus, clam de lecto exiliens, festinus usque ad *Crucem* cucurrit. In illo autem tempore brumalis circulus nimio frigore & glaciali nive algescebat. At ibi *Dei* famulus immobilis persistens, & erectis manibus, inflexibilia brachia extendens, & psalmorum cantus efficaciter exercens, nimia aëris tempestate constrictus, invictus miles in magno labore persistens morabatur. Interea nix usque ad talos ipsius pervenit. Dominus autem, qui cuncta gubernat, & omnia, antequam fiant, prævidet & scit, servi sui non immemor misertus. Nam dum in quadragesimo primo psalmo hunc versiculum cantaret, id est, *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei*, hoc per Dei clementiam contigit, ut in illa nocte gallorum cantus citius, quàm ut singulis quibusque noctibus solebat, audiretur. Et nec mora, Fratres monasterii, pulsato signo ingredientes ad vigilias; & Officio peracto festinanter de templo exeuntes, ac nimio frigore compulsi frigescentia corpora calefacere cupientes, domum introgressi sunt; interea dum athleta Dei fortius certando, & in orationibus assiduis laborans, juxta Domini *Crucem* fixus perstabat. Tunc pater monasterii requirens inquit: An habemus omnes fratres nostros? At unus è fratribus respondens dixit ei:

(d) l. Stabulaus, Stavelo.

(e) l. Sandalia.

Psalm. 44.

(a) Hunc Pharamundum Ecclesiæ publicum prædonem, animarum latronem, Episcopii usurpatorem, appellat Stephanus Leodiensis Episcopus c. 4. p. 357. Colonienſem fuisse clericum asserit Nicolaus: rem autem sic refert Reinerus: Theodoricus convocatâ ad Synodum Episcoporum Turbâ qui quasi „ canes muti non valebant latrare contra fallitatis „ testimonium, alios Episcopos exordinat. Fertur Colo„ nienſis Episcopus conspirasse huic pravorum factioni, zelo „ invidiæ ductus, & primores populi datâ pecuniâ ad o„ dium Lamberti concitasse, qui etiam Clericum Ecclesiæ suæ „ Pharamundum ad Episcopatum Trajectenſem contra jus „ & fas passus est promoveri". Quibus si fidem adhibeas non modo hinc Pharamundum fuisse Clericum Colonienſem discas; Sed inde patebit non autoritate regiâ, sed probante Synodo Episcoporum, postulantibusque primoribus populi, exautoratum fuisse Lambertum. BASN.

Cap. 46. pag. 381.

Reinerus cap. 10. pag. 418.

(b) Inde probatur Godescalchum scripsisse vitam Lamberti pluribus annis post illius mortem; quemadmodum jam observavimus. BASN.

(c) Cod. Mab. clarius: *sonus*que ejus quiescentium aures inquietavit.

(d) Stabat illa crux lapidea ut delinquentes ad illam adducti regulariter pœniterent, inquit Reinerus c. 12. de ea vide præfationem nostram, ubi de variis pœnitentiæ Ritibus egimus, vel si mavis, Reinerum, Godescalcum Nicolaumque, qui vitam Lamberti scripserunt, consulas apud Chapeaville in Gestis Episcop. Leodiensium tom. primo. BASN.

Digitized by Google

ei: Ego te hac nocte de alio ſonum faciente judicantem audivi, ut de eo, quod incautè egit, juxta *Crucem* pœniteret; ſed prorſus quis eſſet ignoro. Adhuc illo loquente, aljus de fratribus intravit dicens. Verè dominus Lantpertus hac nocte longo temporis ſpatio juxta *Crucem* diſcalceatus perſeverat. At ipſe Abbas tremiſcens converſus ad fratres dixit, velociter ite, & pedibus ejus corpora veſtra proſternite, & ut ad nos veniat, humiliter poſtulate. At illi mox currentes, juxta *Crucem* ſtantem invenerunt. Ipſe verò dominus Apoſtolicus capite & humeris & toto corpore nive contectus, reſpondens eis talia verba promebat: Cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit, & reliqua. Illi verò, qui miſſi fuerant, poſtulantes dixerunt: Domine quaſi legati pacis ad vos miſſi ſumus. Pater enim noſter communis obſecrat, & fratres omnes deprecantur, ut ad illos pergatis. At ille obedienter & humiliter precibus eorum conſenſit: & poſtquam in comitatu eorum in illam domum, in qua fratres erant, introivit, ſtatim Pater Monaſterii ſimul cum Monachorum agmine ad pedes Pontificis provolutis genibus veniam poſtulans ait: Ignoſce mihi Pater, & ſecundum clementiam tuam indulge; quia neſciens peccavi, quod ſic inſipienter egi: da indulgentiam tuis devotis famulis. At ille reſpondens dixit: Si vos inſipienter & imprudenter feciſſetis, ego à Deo indulgentiam poſtulaſſem & vobis libenter cum charitate debita veſtra ex toto corde dimiſiſſem: Qvia verò ſecundum regulam Eccleſiaſticam, & ſecundum Monachorum inſtituta rectè judicatis juxta poſſibilitatem virium mearum, veluti ſervus inutilis veſtris obtemperavi præceptis. Nam ſciebam quod ſecundum exemplum Pauli Apoſtoli frigori & nuditati & ſervituti corpus meum ſubjicere me oportet. Ipſe enim dixit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et rurſum: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis, Nam quantum in hoc ſæculo flagellis atterimur, tantum in futuro gaudebimus. Et ideo nullus labor durus, nullum tempus longum, quo vita æterna acquiratur. Continuo fratres oſculantes manus ejus & pedes, balneum & alia indumenta, quaſi ad aliquod corporis ejus ſolatium pararunt; & ad invicem mutuo talia verba dixerunt: Dominus nobis in hac nocte pro ejus augenda gloria, & pro lucris præmiorum promerendis, hæc opera oculis hominum abſcondita, ſed obtutui divino manifeſta nota facere voluit.

SÆC. VIII. ANNO 770.

Pſalm. 50.

2. *Cor.* 11. 1. *Cor.* 9. *Actor.* 14. *Rom.* 8.

CAPUT IV.

Reſtituitur Sedi ſuæ.

POſt ſeptem verò annos expletos *Faramundus* de Sede Pontificali & de provincia *Trajectenſi* depoſitus & repulſus eſt. Tunc agmina clericorum, & vulgus promiſcuum populorum & plebium ſubmiſſa voce & devotis precibus, precabantur, ut paſtorem eorum, id eſt, dominum *Lantbertum* recepiſſent. In illo tempore *Pipinus* princeps in plurimis regionibus & civitatibus Europæ regnans, auditis operibus beatiſſimi viri, ſub unius diei articulo juſſit eum cum magno honore ad propriam ſedem revocari. Quanta autem exultatio univerſo populo fuit? Quales laudes & quantos hymnos Sacerdotes cum Levitis, Monachorum agmina & univerſi Clerici, laudem Chriſti vociferantes, advenæ & peregrini, inopes & pauperes, viduæ cum pupillis in ejus adventu cantabant? Si per ſingula curram, longum eſt enarrare. Et quid plura loquar? Nam ut ſententiam ejus concludam: omnis terræ *Francorum* habitatores, quaſi unum ex Apoſtolis ſuſcepiſſent, nimio cordis deſiderio lætabantur. Regreſſus autem dominus Apoſtolicus ad urbem propriam, inſtitutionis ſuæ norma quotidie in bono creſcebat.

Sed qualem ſe Deo exhibuit, qualemque ſe Deo adjuvante præſtiterit, quis digne explicare, vel quis tanta copia verborum inſtruere, aut quæ oratio tantæ affluentiæ ubertate exundans cuncta ejus bona opera queat exequi? In lege enim Domini ſine laſſitudine perſiſtens nulla converſatione noxia ſe coinquinabat. Actus ſuos omni hora prævidens & corpus ſuum omni cuſtodia conſervans oculum mentis in Domino ſemper defixum habebat. Pedes ſuos ad Evangelizandam pacem dirigens, conſilium & opus ſuum ſemper ad Dominum convertebat. Et ſic fidelis ſervus & prudens à domino terreſtri conſtituitur, ut ejus familiæ corporalia alimenta opportuno in tempore tribuat, ſic ille populum ſibi commiſſum omnimodis ſacræ doctrinæ cibis & ſpiritalibus verbi Dei alimentis reficere curabat, ac ſubjectos ſuos à conſuetudine peccandi omni corporis & animæ virtute retrahere nitebatur. Erat enim ſpiritu fervens, ſolicitudine

Rom. 10.

(a) Anno 681. plurimorum criminatus convitiis expulſus eſt à Pontificali Cathedrâ & ab eadem ejectus provinciâ inquit Stephanus. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 770. solicitudine impiger, operibus clarus, inter divites & pauperes medius; non potentium personas, sed potius mores electos respiciebat. Et quantum unumquemque vivere sanctius videbat, tanto illum eminentius honorabat. Ipse quidem pauperibus cibum fœnerans, & ulnas ad dandum tendens, mercedem præstolabatur ex alto. Quando autem Monasteria visitabat, & populum divino sermone exhortabatur, statim eleemosyna prædicationem sequebatur. Et quicquid pauperibus conferebat, quasi *Matth.* 5. Deo obtulisset, lætabatur; illam Domini sententiam memorans, qua dictum est. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Cum autem vestimenta pretiosa ex more Pontificali præparabantur, aliquoties deformibus & vilibus indutus erat vestibus. Quia unde alii extolli, ex hoc ille se semper humiliare studebat.

CAPUT V.

Humilitatem amplectitur.

SEdile ejus proprium (*a*) nunquam ornabatur. Sic itaque animo militans, corpus & animam suam Christo subjiciens à dextris & à sinistris bonis operibus se armans, & Christianæ doctrinæ propugnaculis omnes suas voluntates bonas muniens, honorem hujus sæculi velut volucrem ventum & vanum somnium aut quasi evanescentem in auras fumum, sicutque velocissimi fluminis fluxum reputabat, subditos humiliter suscipiens, fratresque delinquentes occulte corrigens & coram omnibus arguens, in prosperis & adversis *Deum* semper benedicens, omnia adversa & pericula constanti animo patienter tolerabat, animi & corporis castitatem servans, Christianorum plebi saluberrima præcepta præbens, urbes & municipia sibi commissa Evangeliorum doctrina illuminabat; mirabilem quoque errorem gentilium repellens, incredulitatis eorum frigus fidei calore fovebat. Itaque in his omnibus coruscans virtutibus, rumor ejus in omnes Europæ partes per fidelium ora volabat. Sicque in fide glorioſus, in misericordia largus, in disciplinis strenuus in severitate justitiæ terribilis, in gratia promptus, ad ignoscendum paratus, in pastorali cura solicitus, cursum vitæ hujus irreprehensibiliter peregit.

CAPUT VI.

Tessandros convertit.

QUodam itaque tempore (*b*) *Texandriam* ingressus plurima idolorum templa & simulachra ibidem destruxit, atque in Christi charitate securus & fidei fervore roboratus, quasi signifer belligerator omni timore ablato, fremitum Gentilium oppressit, & prædicato nomine Christi, innumeras infidelium turmas, ad viam veritatis & ad fidem *Dei* convertit. Illi autem, qui primum velut ferociſſimæ bestiæ eum discerpere cupiebant, postmodum Sancti viri bonitatem attendentes, in tanta mansuetudine & fide Christi, ut ipsum imitari optarent, confirmati. Sicque demum cœlestia dona demonstrans, & evangelicos sermones prædicans, ceu radius solis partes illas illuminabat. Usu itaque barbarorum abjecto, fœtoremque idololatriæ odore suaviſſimo, quasi ex aromatibus confecto repellens, cum omni auctoritate gentibus prædicabat, & semper, Apostolicam normam in doctrina divina servans & recte arguens, clementer quod credebat docens, & quod docebat implens, in vigiliis, in orationibus, in jejuniis, in eleemosynis, conversationem suam confirmabat. Hinc cursum consummans coronamque justitiæ expectans ante oculos ejus semper dies ultima versabatur. Hujusmodi ergo Lambertus Pontifex studiis exercitatus, in omnibus eum divina gratia comitabatur, & uberius bona opera perficiens, plura & majora quam narrantur peregit, quæ nunc per linguam narrantis evolvi nequeunt.

CAPUT VII.

Gallus & Rioldus affligunt familiam Episcopi. Cæduntur à cognatis Episcopi.

ET cum jam Dominus sanctum Lambertum ad supernam gloriam vocaret, ut propter tanta opera dignam redderet ei mercedem, adversus eum duo pessimi homines id est *Gallus* & germanus ejus *Rioldus* insurrexerunt, & servos ac subjectos Trajectensis

(*a*) Hæc periodus deest in codice Mabillonii, sed e contra tres aut quatuor lineæ adduntur in editione Chapeaville; ita ut nullus trium codicum hic sibi constet variant multum hoc in capite codices, ut ex editis patet. BASN.

(*b*) Ubi sita fuerit Texandria dubitarunt eruditi: Hubertus Leodius facit ex amplissima regione vicum ad Mosam Visetum, Cluverius vero credidit esse Zelandicas insulas Menapiorum sedes. Sed fuit Taxandria in præfectura Silvæ ducis & vocatur hodie *la Campine*: cingitur ab una parte a Mosa, ab altera a fluvio qui vocatur Demer, & sic ad Scaldim usque profertur. Vide Wendelinum de leg. Salicis. cap. 8. BASN.

Digitized by Google

Trajectensis Ecclesiæ per prava opera & per nimiam malitiam, ut nullus sufferre potuisset, persequebantur. (a) Cum autem de manibus eorum evadendi locus non esset, amici Pontificis ira repleti, tristitia constricti, magna calamitate compulsi, multis injuriis oppressi, sicut meruerunt, eosdem interfecerunt. In illis autem diebus *Dodo* proprius consanguineus eorum, qui interfecti fuerant, supradicti Principis *Pipini* domesticus erat, & possessiones multas & in obsequio ejus pueros plurimos habebat. Cum autem proximorum necem audiret, virorum fortium magnam copiam collegit ad præliandum; moxque beatum Lambertum Pontificem interficere cupiens cum magno exercitu irruit, & ad villam, cujus vocabulum est *Leodium*, super fluvium qui vocatur *Mosa*, positam perrexit. Tunc autem (b) gloria Pontificis & *Dodonis* pœna appropinquante, sanctus Lambertus in villa, quæ vocatur Leodium, relictis discipulis, sicut solitus erat, solus ibat orare; & totam spem suam in Domino ponens, psalmorum cantus & vigiliarum studia pene usque ad lucis ortum orando perduxit. Postea vero ad discipulos reversus, ostiumque domus in qua erat, baculo pulsans dixit, Expergiscimini & exurgite, jam enim appropiat hora, in qua nos psallere Domino in matutina lætitia oportet. Fratribus itaque ad ejus primum sermonem surgentibus; tunc una cum illis matutina complevit obsequia; officioque peracto ad domum regressus, pro tantis laboribus & pro multis bonis operibus, quæ semper ab infantiæ suæ exordio feliciter peregit, multas gratias Domino omnipotenti referebat. Et in ipsa nocte, sicut consuetus erat, vigiliis & nimia lassitudine gravatus in stratu suo paululum requiescere cupiebat; nec tamen diu soporatus, mox se ad orationem convertens, in oratione commoratus multas Domino querulas effuderat preces. Mane vero aurora refulgente unus (*quidam puer*) ex famulis ejus, nomine (a) *Baldoveus*, cui vigilandi cura in ipsa nocte à domino Apostolico fuerat jussa, ad causam foras perrexit; qui mox turbam multam hostilis exercitus per turmas & cuneos venientem, nebulaque sequente tectam conspexit. Et nonnulli de ipso exercitu dominum Lambertum sequentes, super ipsam domum, in qua ille nocte habitavit, Dominicæ *Crucis* signum clarius aurora fulgens viderunt. At multitudo virorum ad bellandum præparatorum loricis, & galeis, clypeis, & lanciis, gladiisque atque sagittis cum pharetris præcinctorum, filium perditionis, *Dodonem* videlicet impiissimum, armata præcessit; Et quem Christus inter lupos ferocibus dentibus ad deglutiendum rapacissimos misit, ut ovis mitissima ad immolandum ducta inventus est.

SÆC. VIII. ANNO 770.

(a) al. Domno.

CAPUT VIII.

S. Lambertus fit Martyr.

CUm vero Dodo & sodalium ejus plurima multitudo aproppinquasset, sepibusque ruptis & januis fractis intrare cœpisset, memoratus puer subito currens, Pontifice nec adhuc dormiente, quodque ad agonem properaturus esset, nesciente, hæc quæ circa eum agebantur, nunciavit. Tunc Lambertus quasi fortissimus præliator; apprehenso gladio contra hostes suos pugnaturus accessit; & Christum, cujus semper auxilium postulaverat, orans, & de altissimo ejus adjutorio tacita mente confidens; nec mora gladium de manibus suis projecit dicens: Si fugero, mortem devitabo; sin autem perstitero, vincam, aut moriar; sed ne aliquando victoriam meam perdam; *Dei* ero. Melius est mihi in Domino mori: quàm in impios bellantes manus injicere. Hæc eo dicente, ecce subito ad ostium domus ejus impii venerunt, & lanceas suas in parietes domus defixerunt, & plurimi ex eis domum ingressi sunt. Tunc Lamberti duo nepotes, id est *Petrus* & *Audolecus* (c) surgentes, arreptisque fustibus eosque fortiter percutientes, mox ipsos fugam inire compulerant. Tunc Lambertus ad nepotes & ad juniores suos ita loqui exorsus est: Si me, sicut & ego vos diligo, amatis, Christum sicut & ego diligite, & invicem peccata vestra confitemini. Me autem dissolvi & cum Domino vivere oportet. Unus autem ex nepotibus ejus, nomine *Audolecus*, ait ad illum, Domine mi, an audis, quid ibi foris inimici *Dei* proclamant? Ignem, inquiunt, injicite, ut domus succendatur, & ardeant vivi. Tunc Lambertus respondit. Persecutorum sævitiam non timeamus; quia & ignis nostras injurias vindicabit, & carnes eorum usque ad medullas consumet. In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum inimicos nostros deducet. Tunc nepotibus suis ait: Recordamini; quod rei & noxii vos in crimine isto fuistis; nescitis quod *Deus* peccatores bis non judicat: non peccata inulta dimittit; sed quod injustè tunc egistis, modo juste recipite. Cur

Psal. 107.

(a) Sic etiam rem narrat scriptor coætaneus, cujus fragmentum edidit du Chesne lib. I. Hist. Franciæ; ita ut ab eo non tantummodo rem, sed & verba hausisse videatur scriptor noster. BASN.

(b) Hic editio Chapeavillana omnino a nostrâ differt. BASN.

(c) Chap. habet Andoletus, & multum differt ejus editio a nostrâ, præcipue initio hujus capitis; additum, ni fallor, alia manu signum crucis illud miraculosum, quod refert ibi Godescalcus. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 770.

Cur ad me vos veniitis? In conſpectu autem eorum manifeſtè ambulate; & quod per arbitrium veſtrum deliquiſtis, per judicium Domini recipite. Melius eſt enim carnes noſtras ad lacerandum tradere, & manus noſtras ſervare innoxias, ut ſpiritus veſtri perpetue ſalvi fiant, quàm malum pro malo reddere. Tunc unus ex nepotibus ejus, nomine *Audolecus*, reſpondit: Nunc meditare in lege Domini tui, & opus ejus quod feliciter cœpiſti perfice; & ſicut Dominus vult, ita nobis contingat. Tunc ſanctus *Lambertus* arrepto pſalterio, ipſam primùm reperit ſententiam: Quoniam requiret Dominus ſanguinem ſanctorum ſuorum. Sicut Zacharias, quem intra templum & altare interfecerunt, ait, Videat Dominus, & requirat; ita & iſte invictus & firmus permanens talem verſiculum invenit: Quoniam requiret Dominus ſanguinem ſervorum ſuorum. His autem dictis, omnibus extra cubiculum repulſis, brachia ſua in ſimilitudinem *Crucis* extendens, & orationem cum lachrymis fundens, & corpus ſuum ad terram proſternebat. Tunc ſubito carnifices pervenerunt, & domum ingredientes, omnes quos ibi invenire poterant, interfecerunt. Unus autem ex ipſis intrans ſuper tectum cubiculi, in quo ſanctus *Lambertus* orabat, jaculo teli jugulavit eum. Quo facto, felici cruore membris perfuſis, beatum reddidit ſpiritum. (*a*) Ad cujus famulatum Angeli præſtant obſequium, & cum magna claritate & tripudio animam evehunt in cœleſtem paradiſum. Paſſus eſt autem (*b*) ſanctus *Lambertus* XV. Kal. menſis *Octobris*.

Pſalm. 9. *Matth.* 23. 2. *Par.* 24.

CAPUT X.

Corpus exanime Trajectum defertur & in tumbâ Apri ſepelitur.

PAucis itaque famulis ejus evadentibus, corpus beatiſſimi *Lamberti* in navicula, ſub vili tegmine coopertum, remiges uſque ad ſedem Pontificalem *Trajectenſis* Eccleſiæ perduxerunt. Hoc autem magno ſcelere per oppida nunciato, quod dominus *Lambertus* Martyr effectus eſt, univerſa regio contremuit, & vehementer in pavore converſa fuit, dicens: & habitatores multarum provinciarum mutuo loquebantur: Si diutius in mundo habitaret, multa bona per eum creſcerent. Nunc autem quia abſentiam ejus ferre non poſſumus, ut ſimul cum illo interempti fuiſſemus, optamus. Et hæc inter ſe conferentes, nullo modo à fletu abſtinere ſe poterant. Hinc ſubito currente nuncio omnes plateas rumor complevit. Univerſi habitatores civitatis lugebant; omnes triſtitia & metu repleti ſunt; Proceres cum ſilentio amariſſimè flebant. Ergo cum corpuſculum ad portum perveniſſet, atque ex more de navi depoſitum eſſet, in feretro ad Baſilicam ſancti *Petri* delatum eſt. Porrò clerici cum hymnis, populus cum lamentis ibi excubias viciſſim agentes, noctem pervigiles exegerunt. Craſtino autem die, non audentes decoratum præparare ſepulchrum, cum magno metu patris cadaver in tumba compoſuerunt; & magno ſaxo confeſtim coopertum eſt; ibique cum digno ſervabatur honore, quod in fine reſurget in gloria. Omnis pænè civitas in obſequium funeris ruit. Tali pompa Paſtor cruorem fudit in fine.

CAPUT XI.

Angeli modulatione dulciſſimâ celebrant exequias & laudes B. Lamberti Martyris.

ANgeli autem *Dei*, cuſtodientes monumentum, diebus ac noctibus in ipſa Baſilica pſallentes, ad inſtar vocis beatiſſimi *Lamberti*, modulatione dulciſſima reſonabant; quos multi ex loci illius habitatoribus audiebant, & mirantes introire Baſilicam cupiebant; ſed nullo modo auſi erant. Et cum ad locum ſanctum, ut certius auditu intelligerent, appropinquabant, mox voces pſallentium paulatim reſiliebant. Cumque longius regreſſi eſſent, dulciter cantus reſonabat. Sic famulatus Angelicus juxta ſepulchrum beati Pontificis ac triumphalis Martyris permanebat: cujus ſpiritum beatorum chorus angelorum ad cœleſtis regni gloriam ſublevantes cum lætitia & exultatione ante eximios Pontifices & candidatos Martyrum collocarunt. O ineffabilis potentia, ô Creator humani generis, quis tuam inveſtigare miſericordiam poteſt, qui tanta ſervis tuis oſtendere dignatus es, ut non ſolum animas eorum, (*c*) ſed & cadavera Angeli cuſtodiant? Promiſſa tua, redemptor ſeculi, quis dubitare poteſt, qui humanum genus perire non permittis.

(*a*) Hic legitur apud Chapeaville apoſtrophe felicem animam &c. additur etiam Cap. IX. quo locum ſanguine S. Lamberti ſanctificatum aſſerit. *Loca credenda ſunt mortibus ſanctorum juſtificati.* BASN.

(*b*) Martyrii dies non notatur in aliis exemplaribus. BASN.

(*c*) In editione Chapeavillanâ additur *quibus ſolis poſt mortem reſtat remuneratio*, quæ fidem de reſurrectione corporum videntur infirmare; alia tamen, ni fallor, fuit mens autori. BASN.

Finit Vita vel Obitus Sancti Landeberti Epiſcopi.

INCIPIT

Digitized by Google

(a) INCIPIT REVELATIO SANCTI LAMBERTI PONTIFICIS,

Quæ facta est post circulum unius anni.

CAPUT XIII.

Visio de Dodone & ejus complicibus.

POstea anni circulo expleto in visione nocturna sanctus *Lambertus* thesaurario *Amalgisilo*, qui olim judex ejus fuerat, apparuit, & leniter cum eo loqui cœpit. At *Amalgisilus* causam adventus ejus diligenter interrogabat. Sanctus autem *Lambertus* respondens dixit; Visitando Reliquias *Petri* & *Pauli Romam* adivimus, & reversi sumus. De inimicis nostris, hoc est, de *Dodone* facere soliciti sumus. Nam tempus est, ut debitum exolvant. Visionem autem & verba hujusmodi confestim opera sunt secuta. *Dodo* enim, qui primus & princeps necis *Lamberti* fuit, ultione divina percussus, omnibus intestinis, putrefactis, foras projectis, infelicem & pessimam vitam finivit, & in profundum inferni retrusus, cruciatus sine fine perpetitur. Satellites autem *Dodonis* & consanguinei ejus crudeles, qui in opere & consensu sanctum *Lambertum* peremerunt, tumultuoso impetu inter se dimicantes invicem se interfecerunt. Ille autem, qui specialiter eum punxit, à germano suo crudeliter interfectus est. Alii autem ex eis à dæmonibus vexati, & diversis generibus vocum ululantes, quæ humana natura contremiscebat, audire Lamberti nomen ac auscultare formidabant: & paucis ex eis, expleto anno, remanentibus, cæteri omnes pessima & turpissima morte præventi miserrimam & amarissimam vitam amiserunt; & in igne perpetuo, qui diabolo & Angelis ejus præparatus est, pœnis & tormentis ineffabiliter cruciabuntur: *Matth. 25.*

Sanctus autem Lambertus, insignis Martyr, palma victoriæ coronatus, cum Angelis & Archangelis & cum omnibus semper exultat in sæcula justis.

SÆC. VIII. ANNO 770.

CAPUT XIV.

S. Hugbertus divinâ admonitione corpus S. Lamberti Martyris defert Leodium coruscantibus multis miraculis.

SUffragante Domino narrare volumus, quod nuper post aliquos annos, sanctus Lambertus per visionem, cuidam viro venerabili apparuit, ut sine aliquo cunctamine corpus suum ad *Leodicum* deferretur: & hoc idem sacerdotibus & fidelibus viris, Deum timentibus, multis revelatum est modis. Sanctus autem *Hugbertus*, qui quondam *Lamberti* discipulus fuit, quique illo tempore in hac regione Pontifex erat, auditis his miraculis, cum timore Dei festinans, ordinem rei diligenter inquisivit; & cum omnia sciscitatus esset, cum senioribus loci illius consilium iniens; & sciens, quod Dei nutu omnia revelata sunt, jussit, ut corpus beati Pontificis absque ulla dilatione ad locum prædestinatum cum magno honore deferrent. Præparavit etiam vestimenta ornata, quæ necessaria essent de sacratissimi corporis cura; & accessit cum multis sacerdotibus & Levitis & cæteris clericis psallentibus, & cum magna præterea Christianorum multitudine, quæ circa beati Martyris corpus psalmos & hymnos & cantica,

(a) Omittitur hic Caput XII. miracula quædam continens, quæ legere possis in editione Chapeavillana p. 344. Habentur etiam apud MABILLON. Sæc. Bened. III. p. 78.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 770.

cantica, ſecundum divinæ religionis ritum pia devotione decantabat. At venerabilia membra Chriſti Martyris odore ſuaviſſimo fragrantia *Hugbertus* Pontifex ſolida & inlibata reperit: & cum timore & honore maximo de ſepulchro elevans, in precioſis veſtimentis illa involvit. Ea quoque quibus dudum fuerat indutus, ſub ſigillis cum magna cura repoſuit. Hinc inde fratrum fideliter pſallentium chori cum cymbalis canoris, organiſque (*a*) ſuaviſſima modulatione ſonantibus concinebant. Et hinc Angelorum agmina in excelſis pſallentium & omnipotentem Dominum de triumpho martyrii Lamberti laudantium, ab idoneis teſtibus viſa & audita ſunt. Porrò omnis plebs vario concentu & intermixto gemitu, antiphonarum quoque ſonitu concinens, & præ magnitudine triſtitiæ vix hæc verba ſequentia explicare potuit: O paſtor bone, cui hanc plebem ſervandam committis? O dulcedo pauperum, ô fortitudo debilium, ô illuminator gentium, noli deſerere nos, quos divinis verbis, exhortationibus ſpiritualibus, ſicut pater unicum filium ammonebas & conſolabaris. His autem dictis turba multa rectum iter carpens ſanctum *Lambertum* proſequebatur. Refocillata autem plebe in loco, qui vocatur *Nivialla*, (*a*) contigit, ut alius pauper cæcus cupiens feretrum attingeret, & lumen recepit, & cum magno gaudio laudes Dei vociferans, & gratias ei & Lamberto referens pergebat. Egreſſæque inde turbæ corpus ſanctum in vallam, cujus vocabulum *Herimala*, vexerunt. Dumque ibi commorati eſſent paululum, ad augendam populi fidem, & ad famam ſancti accumulandam, inſtigante Domino, alius contractus in conſpectu populi allatus eſt. Qui cum aſpexiſſet feretrum, ſubito omnes compagines membrorum ejus ſolidatæ & confirmatæ ſunt: atque illo *Lambertum* proſequente omnis populus glorificabat Dominum. In præfatis autem locis, in quibus Dominus has virtutes operari dignatus eſt, à fidelibus & devotis Chriſtianis Baſilicæ venerabiles in honore ſancti *Lamberti* ædificatæ ſunt. Poſt hæc turba univerſa cum ſancto ad optatum locum pervenit, ac omnes habitatores loci illius gaudentes ac exultantes, in occurſum deſiderati corporis exierunt; & cum honore magno ſuſceperunt, & dignam ei præparaverunt manſiunculam: quæ opere artificum mirabili & copioſa mole auri & argenti & gemmarum & lapidum precioſorum ac diverſis ſtructuræ ſpeciebus in eundem locum à potentibus collatis, ita fabricata eſt, ut vix ſermo narranti ſufficiat exponere, Ibique, ut decebat, urbana & venerabilis mirifica memoria, (*b*) hac prægrandis Eccleſiâ, compoſita eſt; ampliuſque quotidie devoti Chriſtiani eam venerantur. Ibi cæci lumine recepto, leproſi plurimi ſcabie mundati, paralytici læſione corporis curati, à dæmonibus vexati reſipiſcentes, divina largitate & gratia ſani efficiuntur. Sed ſi quis ſigillatim omnia mirabilia, quæ ibidem Deus per merita ſancti *Lamberti* aſſiduè operatur, ut geſta ſunt, nunc enoteſcere voluerit, faſtidium legentibus inrogabit. Pauca verò, quæ de vita & de virtutibus ejus narravimus, omnibus auditoribus fidem certam præſtare debent; dum hodie juxta tumbam ejus in argumentum rerum probandarum cippi fracti oſtenduntur, & plurimæ catenæ & compedes rumpuntur. Claudi greſſibus ſolidatis, & diverſis infirmitatibus vexati, omni languore de corporibus & anima eorum ablato, incolumes ad propria loca revertuntur. Dum autem in parvis præcedentibus temporibus multa quidem miracula ſunt geſta; quis modo digna æſtimatione comprehendet, quanta & qualia per prolixa temporum ſpatia gerenda erunt, dum nunquam juxta beati præſulis atque glorioſi Martyris tumbam uſque in hodiernum diem ſigna & mirabilia fieri ceſſent, per auxilium Domini noſtri *Jeſu* Chriſti, qui cum Patre vivit & regnat *Deus* in unitate ſpiritus ſancti per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

(*a*) Diſtinguenda ab alio loco dicto Niviallia in Brabantia. MABIL. *Harvalt.*

(*b*) Tumulus. MABIL.

(*a*) Narrant Hiſtorici Francorum Organa in Gallias primum allata ſub Pipino, anno 757. ab imperatore Conſtantino miſſa. Non fuerunt ergo in uſu apud Trajectenſes tempore Tranſlationis Lamberti; Organa igitur illa fuerunt fiſtulæ vel omne inſtrumentum Muſicum, eo enim ſenſu accipiebantur apud veteres organa; quanquam illa quæ inflantur follibus, ipſis fuerint nota, ut ex Auguſtino in Pſalmum 56. facile probatur; niſi dicas Hiſtoriam illationis Lambertinæ non eſſe Godeſcalci, ſed alicujus poſterioris ævi Scriptoris, qui organorum apud occidentales ex oriente advectorum jure potuit meminiſſe. BASN.

COLLECTIO

Digitized by Google

COLLECTIO
HISTORICA
CHRONOGRAPHICA
EX
ANONYMO,
QUI SUB
ALEXANDRO SEVERO
IMPERATORE VIXIT.

Collectore Gallo quodam

CAROLI MAGNI TEMPORIBUS.

Primum edita ab HENRICO CANISIO.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 780.

JACOBI BASNAGII IN ANONYMI COLLECTIONEM CHRONOLOGICAM OBSERVATIONES.

I. De compilatione & compilatore.

I. VArii fuerunt hujus *Collectionis Chronologicæ* compilatores; quanquam uni tribuatur a *Fredegario*. Nihil quidem occurrit, quod de nomine moveat ſuſpicionem. Sed alterum fuiſſe Hiſpanum, alios vero Gallos, facile probabitur, ut pote qui harum gentium ſortem, miſerias & decus, quantum fuit in illis, commendaverint conſarcinatores noſtri. *Sex Libros* præfert Collectionis titulus; verum multo plures debent enumerari. Sed de his inferius. Quidquid ſit, primus Liber tribuitur *Julio Africano*. Secundus & tertius *Idatio*. Quartus *Thoromacho*. Quintus omittitur quia jam ſæpius fuerat editus: Sextus denique aſſignatur *Fredegario*. Sed hæc paulo fuſius debent elucidari, cum unusquiſque Articulus ſuam ferat difficultatem.

II. De Julio Africano.

II. Gemini fuerunt cognomines *Africani* coævi, alter gentilis, alter Chriſtianus: prior ſcripſit libros περὶ κεστῶν, quos Alexandræ Mammeæ dicavit. Vix credam Chriſtianum hiſtoricum de *Ceſtis* illuſtrandis cogitaſſe; quippe fallitur Photius pag. 19. qui libros hiſtoricos appellatos fuiſſe *Ceſtos* contendit. Noſter fuit oriundus ex Lybia, indeque nuncupatus eſt *Africanus*. Illum Nicopoleos ſive *Emmaus*, in Evangelio notiſſimæ, faciunt Epiſcopum plurimi. Multo certius quod ſcribit Euſebius: *In Palæſtina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, Urbs eſt condita, legationis induſtriam pro ea ſuſcipiente Julio Africano, temporum ſcriptore.* Non condita fuit tunc temporis urbs Nicopolis, ſed tantum *reſtaurata*, & ideo ad Heliogabalum, qui quinquennalia celebrabat, miſſus eſt Julius anno 222. Scripſit *Chronicum* ab initio mundi uſque ad annum quo legatione decoratus illud abſolvit, vel ut Pagius an. 221. Sed brevitate laboravit maxima, præcipue circa quæ a Chriſto nativitate evenerant. Laudarunt hoc Breviarium veteres plurimi, quorum nomina recenſere nihil prodeſſet; ſed operis laudati ſors diverſa fuit. 1. Euſebius quidem indicavit Julium Africanum tanquam *temporum ſcriptorem*, ſed opus ſibi proprium fecit; nulla Africani facta mentione, nullatenus

Pagi Crit. Bar.

Digitized by Google

latenusque criminis plagii opprobrium reformidans. 2. De perdito tum Africani tum Eusebii Chronico aliqua Syncellus inseruit chronographiæ suæ, quæ accurate, quantum fieri potuit, in ordinem redegit Goar. 3. Josephus Scaliger Chronicon Eusebii Thesauro suo temporum inseruit; sed mutilum; nec quas habere deberent partes tum Africanus tum Eusebius, indicavit. 4. Denique ipsius opus compilavit author noster & paulo post fuit oblivioni mandatum. Sæc. VIII. Anno 780.

III. De compilationis nostræ libro primo binæ moventur difficultates; prior ex eo quod scripserit Scaliger, *homo barbarus, ineptus, Hellenismi, latinitatis imperitissimus, cujus non parva pars excerptorum consarcinata fuit ex deliriis Breviatoris aut interpretis, qui commenta sua in scripta aliena insulsit.* Dubium oritur, an ille compilator insulsus, quem tanto cum contemptu vexat Scaliger, sit ille quem edimus, an alter? Dubium auget 1. Quod uterque eadem methodo orbis veteris divisiones, priorum incolarum peregrinationes, itinera, referant, & eodem calculo eorum annos computent: deinde iisdem sæpius utuntur verbis, & compilatoris nostri caput tertium legitur in excerptis Scaligeri, nequidem una voce immutata. Ego quidem credam facillime utrosque compilatores ex eodem fonte sua hausisse posteritatique propinasse. Julium Africanum, cujus Chronicum præ manibus habebat adhuc Photius, describebat uterque; sed noster posterior illo, quem acerrimis verbis urgebat Scaliger, alterius vestigia pressit & est multo brevior, quippe qui vix aliud præter annos & nomina repræsentet: Ineptias alterius, quæ Scaligero bilem moverant, siluit: prior ad Valentiniani tempora Chronicon suum protraxit; posterior vero Africano addictus, in Alexandro Severo, sub quo scripsit Africanus, desinit. III. Bini fuerunt Compilatores. Scal. Thes. Temp.

IV. Secundus & tertius liber Collectionis Historicæ hunc præferunt titulum *Collectio Historica Chronographica ex Idatio & aliis, collectore quodam Caroli Magni temporibus.* Incipit liber *generationum secundus*; sequitur alter: *Regnum Assyriorum. Primus Rex Ninus &c.* Autumavit scilicet Canisius hoc esse genuinum opus Idatii, sic explicans illa verba quæ legerat in codice m. s. *Incipiunt capitula chronicæ Hieronymi excarsum; quia Idacius ipsemet. lib. II. cap. 50. testatur, se pleraque ex Jeronymo Eusebii Interprete sumpsisse.* IV. De Idatio.

Sed, ni fallor, distingui debet liber secundus a tertio. Verum non est, Idatium Eusebium aut Hieronymum descripsisse, ut autumat Canisius, vel *locupletasse*, ut contendit Cardinal Daguirre; sed tantorum virorum Chronicis sua addidit. Ipse nobis testis erit in Præfatione Chronici. 1. asserit Idatius Hieronymum noviss cum ipse infantulus esset, & potuisse aliquot annos mansisse adhuc in beato corpore, & asserit illum qui Latine Eusebii Græca reddiderat, a vicesimo Constantini in quartum Valentis Augusti historiam texuisse. 2. Dubitat an a memorato Valentis anno in tempus quo *in præsenti vita duraverat*, aliqua subjecerit, quia *haud unquam dum valuit adverso styli opere cessavit.* Quanquam dubius & hæsitans Idatius, tamen Hieronymum nihil chronico adjeciss conjecit, quia constabat eum dixisse de bacchantibus jam in Romano *solo Barbaris, omnia haberi permixta atque confusa* 3. Ea ratione se commotum fatetur Idatius, ut quæ ab eo tempore evenerant, partim ex studio *Scriptorum, partim ex certo aliquantorum relatu, partim ex cognitione* aliqua adjiceret. 4. Binas historiarum partes Daguirre Bibl. Hisp. tom. I. Sirmund. oper. tom. II. pag. 292.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

distinguit; prior enim fuit ab anno primo Theodosii usque ad annum tertium Valentiniani Aug. Placidiæ Reginæ, *quæ* a nobis conscripta sunt studio *vel ex scriptorum stylo, vel ex relationibus indicantium.* Hæc posteriora verba, ex *scriptorum stylo*, in errorem induxerunt omnes qui Idatium, Eusebium & Hieronymum autorem nostrum descripsisse aut locupletasse censuerunt; sed alios plane indicat autores oblivioni datos, utpote qui a Theodosio imperante vixerunt. 5. Ab eo tempore factus Episcopus, quanquam de Episcopatu dubitetur apud eruditos, quia sedem suam non indicat, *adlectus ad Episcopatus officium* scripsit historias sui temporis & præcipuæ Gallæciæ patriæ, in qua Suevi dominabantur, miserias. 6. Inde concluditur evidentissime, Librum secundum, in quo exordium sumitur a *Nino Assyriorum* Rege primo, Idatio non debere vindicari, ut nec Fredegario.

V. De tertio libro Collectionis.

V. De tertio collectionis libro, qui potiori jure nomen Idatii præferre posset, sumus nunc acturi.

Primo occurrit præfatio sub Idatii nomine, in qua videtur Hieronymum & Eusebium descripsisse, antequam res Hispanicas attingeret. Sed potior habenda fides est præfationi à Sirmondo editæ quam Canisianæ.

Schotus Hisp. illustrata.

Secundo in diversa plane abeunt eruditi; Schotus enim dum *Hispaniam illustraret*, hanc tanti fecit collectionem, ut post editionem Canisianam, tanquam novam contribulibus suis protruderet, sive deceptus, sive fucum facere volens; & Scaliger ipse fragmenta quæ nunc edimus, magni faciebat. Ab altera parte Card. Daguirre Canisiana fragmenta tanquam Idatii *deformationem* Hispanæ Genti dedecoram affirmavit.

Tertio, ut mentem nostram aperiamus, autores bini videntur, Hispani utrique, tum Idatius, a Sirmundo editus, tum scriptor tertii libri, ut vocat Canisius. Conveniunt quippe in multis ne quidem verbis exceptis, quæ de voce ad vocem descripsit author noster ex Idatiano codice. Distingui tamen debent omnino, utpote 1. qui postremus & noster plurima in compendium redigat, eventus indicare sæpissime contentus. 2. Romanos cæterosque Pontifices Ecclesiarum maximarum, quinimo res Ecclesiasticas ab Idatio memoratas plerumque silet. 3. Verum tamen est hunc multa habere, quæ non reperiuntur apud Idatium Sirmundi, eaque non contemnenda. 4. Pressit igitur Idatii vestigia, qui accuratius Imperatorum annos & acta indicaverat, & multa ex illo ætate posterior hausit. 5. Diversus tamen scriptor haberi debet, qui non dicta prius observavit, transmisitque posteritati. 6. Hispani sunt ambo, utpote qui in earum regionum Suevorum Gothorumque expeditionibus toti fere sint.

Quarto ea fuit nobis olim sententia, Idatii Chronicon & fastos consulares ex editione; accuratissimâ Sirmundi educere; sed, ut monuimus, alia sunt apud Sirmundum, quæ hic desunt; & alia occurrunt apud compilatorem quæ desiderantur alibi: Deinde author noster chronicon ad Justiniani tempora protraxit, quæ non omittenda fuerunt Canisianas lectiones antiquas edentibus.

VI. De Thoromacho.

VI. *Thoromachi* nomen ignotissimum præfert liber quartus Collectionis Chronographicæ. Autumavit Vossius, eruditionis portentum, deceptus voce quæ ipsi græca, aut saltem videbatur barbara, *Thoromachum* esse Græcum *incertæ ætatis, qui chronica reliquit.*

Voss. de scriptor. Græorc. lib. III. pag. 340.

Non animadvertabat incogitans Vossius in his rebus subactissimus, *Græcum*

Digitized by Google

cum octavi sæculi totum esse in rebus occidentalium narrandis, dum de gestis orientalium plane tacebat. Deinde Gregorius Turonensis Episcopus in Græcum præsulem evidentissime transformatus est. Ex abbreviato GREC. sive Gregorius, fecerunt amanuenses, immutata littera, *Græcus*, & ex Thoronaci *Thoromacium*. Thoronacus autem vocabatur sæpius Turonensis Episcopus Gregorius. Hanc firmat conjecturam codex m. s. Petavii Senatoris Parisiensis, qui sic habebat: *Excarpsum de Chronica Greg. Thoronaci.* Et revera, illa omnia quæ continet Quartus liber, sunt excerpta ex Historia Gregorii Turonensis & ipsissima præfationis verba: *In urbibus Gallicanis Liberalium artium cultura perit*, leguntur apud Gregorium Turonensem. Hæc autem compilatio tribuitur Fredegario, de quo videbitur inferius. SÆC. VIII. ANNO 780.

VII. Quintum Collectionis librum penitus omisit Canisius, illum per aliquot lineas ex initio desumptas indicare contentus; quippe qui ineditos tantum codices publici juris facere gaudebat, & ille liber appendicis loco jam Historiæ Gregorii Turonensi fuerat adjunctus. Illum tanquam opus Fredegarii edidit vir celeberrimus Ruinartius ad calcem Gregorii Turonensis. VII. De quinto libro.

VIII. Supereſt sextus Liber, quem Thoromaco vindicare pergit Canisius. Hunc præfert titulum apud Ruinartium: Pag. 675. VIII. De sexto libro.

Chronicum Fredegarii Scholastici continuatum a variis autoribus. Pars tertia autore Anonymo Austrasio, qui jussu Childebrandi Comitis scripsit.

Atumat enim Ruinartus, scriptores varios Fredegarium continuasse. Horum habetur pars prima post Gregor. Turonensem pag. 663. ipsumque Anonymum eundem esse, qui varia Chronica in unum corpus collegit „ & hiatum circiter annorum 39. qui effluxerunt a fine Chronici Fre- „ degarii ad annum 680. quo incipit sequens Chronicum supplevit ex A- „ nonymo, qui *gesta Regum Francorum scripsit.* Sed cum illi autores com- „ plures fabulas scriptis suis interseruerunt, non magna est apud viros eru- „ ditos hujus continuatoris autoritas: Cæterum binas tantum continet pa- „ gellas easque brevissimas". Pag. 663.

Secunda Pars autore *Anonymo Austrasio* cum eodem titulo habetur ibid. Sed hic author *priore multo est accuratior.* Ætatem suam prodit, anno enim 735. scribere indicat. Incipit ab anno 680. & desinit an. 733. & in fine reperitur *curriculum annorum* ab Adam usque ad an. 735. quo scribebat. Pag. 667.

Tertia Pars scripta fuit ab Anonymo Austrasio, jussu Childebrandi Comitis. Ab anno 733. incipit, & a Ruinartio fuit edita.

1. De autoritate tituli nemo dubitare possit post inscriptionem quam hic inserimus; Pag. 677.

USQUE NUNC INLUSTER VIR CHILDEBRANDUS COMES AVUNCULUS PRÆDICTI REGIS PIPPINI HANC HISTORIAM VEL GESTA FRANCORUM DILIGENTISSIME SCRIBI PROCURAVIT. ABHINC AB ILLUSTRE VIRO NIBELUNGO FILIO IPSIUS CHILDEBRANDI ITEMQUE COMITE SUCCEDAT AUTORITAS. V. Ruinart. pag. 686.

2. Incipit ille continuator tertiæ partis Ruinartianæ ab anno 733. in quo desinebat prior.

30. Cani-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

3. Caniſianus vero codex non incipit niſi ab anno 742. his verbis *Chiltrudis* &c. Sic deerant in codice Caniſiano anni novem.

4. Sed uno tenore adjiciuntur cætera, quibus *quartæ partis* titulum adjecit Ruinartius. *Ab auctore Anonymo, qui juſſu Nebelungi ſcripſerat.*

Ruinart. pag. 682.

5. Diverſi videntur igitur ſcriptores a Caniſio editi, quanquam in unum ordinem eandemque ſeriem redacti appareant.

6. Quippe *tertiæ partis* continuationis Chronici Fredegarii, quam V. CL. Ruinartius edidit, deſunt noſtræ novem anni; deinde quæ quarta pars eſt Ruinartio, unum eundemque librum conficit apud Caniſium.

7. Denique neſcio an notari debeat, illos ſcriptores *Auſtraſios* fuiſſe Neuſtriæ noſtræ incolas; quippe *Neuſtraſiani* per abbreviationem vocabantur *Auſtraſiani*; & illis hoc nomen ſemper vindicavit Gregorius Turonenſis, de Neuſtraſianis nulla penitus facta mentione.

VIII. De genuino Collectionis autore.

VIII. Nunc agendum de genuino Collectionis auctore, quæ Fredegario tribuitur a plurimis. Sic Lambecius in Bibl. Cæſar. Vindobonienſi.

Lib. II. c. VIII. pag. 850.

„ Ibi quatuor priores libri priores hujus Hiſtoriæ Miſcellaneæ cum ſingulari præfatione libri IV. reperiuntur, finita hac Præfatione, ſequuntur „ Fredegarii excerpta ex memoratis Gregor. Turon. hiſtoriarum libris „ & in eo codice mſ. appellantur illa excerpta *liber quartus*, nempe codicis „ anterioris in tres libros diviſi, quod, ut paulo ante monui, extat in „ ejusdem codicis initio. Minime enim dubito, quin idem Fredegarius æque „ ſit autor trium illorum librorum, qui a creatione mundi uſque ad tempora Juſtiniani & mortem Beliſarii excerpti ſunt, quam is ſine „ controverſia eſt autor iſtius libri, qui ab irruptione in Gallia, uſque ad „ interitum Childerici excerptus eſt. Scripſit præterea idem Fredegarius librum quo Greg. Turonenſ. Hiſtoriam continuavit a morte Childeberti uſque ad annum 741. quo Carolus Martellus obiit." Hucuſque Lambecius. Oudinus vero in litteris olim ad me m. ſ. ut integra fieret editio

Oudin. ep. mſ.

Fredegarii, aſſerit „ Fredegarii Chronicon conſtitiſſe libris quinque, quorum primus, ſecundus & tertius continuerunt Epitomen Hiſtoricam a „ mundi creatione uſque ad Juſtiniani tempora, collectam ex ſacris ſcriptoribus, a quibus incipiunt & Hieronymi, Idatii & Iſidori Hiſpalenſis Chronica. Quartus incipit ab irruptione Wandalorum in Gallia, tempore Servatii Tungrorum Epiſcopi, uſque ad interitum *Chilperici Regis*. Quintus continet continuationem Hiſt. Francicæ Gregor. Turonenſis à Chilperici Regis interitu ad ann. 768. quo Chilpericus obiit; non vero, ut Caveus & Lambecius notant, ad an. 739. Equidem Ruinartius, inquit idem ſcriptor, quatuor appendices factos arbitratur; ſed rationibus illius expenſis in ſententia mea, quæ fuit eadem Du Cheſnii, diſcedere non potui, Chronicon *integrum eſſe ejuſdem Fredegarii autoris, nec ullam apparere additionum ab aliis factarum notam.*

IX. De Fredegario.

IX. Quæ ſit Ruinartii ſententia jam indicavimus, nunc aliqua tantum ex ipſo & nobis, ad elucidationem totam rei, ſi lux poteſt affulgere, indicaturi, quippe quæ intricatiſſima & Criticis nobis ſubtilioribus multo debeat mandari.

Fredegarii nomen fuit veteribus ſatis ignotum; ideo non mirum videri debet, ſi de ipſius operibus in varias abeant ſententias litterati. Burgundionibus faviſſe conſtabit apud omnes, qui hæc ſcripta legerint; unde

ex

Digitized by Google

ex ea gente ortum, ut continuatores ex Neuſtria natos patebit facillime. SÆC. VIII. ANNO 780.

Sed difficultas vergit in diſtinguendis *Hominis ignoti* ſcriptis. Patet equidem ex præfatione Chronicum a mundi creatione ſcripſiſſe; ſed an illud quod ſub ejus nomine protruditur, genuinus ſit Fredegarii fœtus, dubitari poteſt. Primo, quidquid titulorum ferant codices, diſtingui debent tres, ni fallor, ſcriptores *Generationum*, ut aiunt apud Caniſium. Incipit *Liber Generationum* &c. Hic eſt primus ſcriptor, qui ad Alexandrum Severum ex Africano, quemadmodum jam monuimus, pergit.

Secundus à diverſo plane ſcriptore exaratus incipit a capite noſtro vigeſimo, ea ſcilicet ratione, quod Hiſtoriam jam breviſſimam alia Methodo & altero prorſus calculo brevius multo repetat. Tertius denique ſcriptor nobis habetur ille qui *Liber Secundus* aſſeritur, a *Nino Aſſyriorum* capite ducens initium; quippe veriſimile non ſit unum eundemque ſcriptorem diverſa plane ſcripſiſſe eadem referre volentem, duplicique calculo uſum fuiſſe. Quanquam igitur hic Liber Secundus nomen Fredegarii præferat in codd. mſſ. de illorum autoritate dubii & anxii hærebimus, & tres hic autores pro unico vel duobus aſſerimus.

De Tertio Libro, ex Idatii Chronicis excerpto, ſententiam noſtram ſatis aperuimus. Fredegario debetur quartus, qui Thoromacho vindicabatur olim: deinde appendix Gregorio Turonenſi adjunctus ipſimet aſſeritur.

Sed cum anno 641. ſuam concluſerit Hiſtoriam, cætera quæ nunc eduntur tribui debent ſcriptoribus poſterioribus, qui diverſi plane fuerunt, ut notavit Ruinartius.

X. Quis vero Collectionis hujus fuerit author, dubitat ipſe vir doctiſſimus. Nos nullum fuiſſe putamus, ex indigeſta mole, quæ hic regnat. Fuerunt Monachi amanuenſes codices mſ. deſcribentes, incidentes vero in Collectanea varia, ut fieri ſolet, nec ſatis opuſcula diſtinguentes, illa inſcii & neglecto examine in unum volumen redigebant. Inde ex autoritate codicum, in quibus tanta reperitur mixtura, argumenta tanquam firmiſſima in autorum confirmationem deduxerunt eruditi; quippe cum ſæpius elici debeant autoritates ex cod. mſ. fides omnibus, quæ non debuit, adhiberi fuit ſolita. Sed diſtinguenda ſunt opera, quanquam una ſerie ſcripta, quando ſtylus, calculus Chronologicus & alia toto cœlo differunt, ut a nobis hic fuſius forſan quam debuit obſervatum. Res tamen nobis obſcuriſſima viſa fuit, quanquam pauciſſimi momenti; quid enim Reipublicæ Litterariæ intereſt, an Fredegario a tot ſæculis extincto opus totum, quod illi tribuunt Cheſnius & Oudinus vindicetur; an vero in partes diſcerpatur ſingulisque ſcriptoribus ſua pars aſſignetur?

X. Author Collectionis ſcilicet.

XI. Cæterum, ne moveant nobis Critici litem de anno 780. quem Collectori Chronicorum aſſignavimus; hæſitantes vel ignari penitus annum 780. inſcripſimus, ratione unica, nempe, quod an. 768. Chronographiam ſuam concludens ſcriptor, aliquot annos tranſigere debuit, antequam opus ad metam ſibi præſcriptam duceret. Quidquid autem hujus Collectionis elucidationi potuit inſervire, ex Ruinartio & cæteris margini ſubjecimus.

XI. Ætas autoris.

Digitized by Google

(a) INCIPIT LIBER GENERATIONUM PRIMUS.

Sæc. VIII. Anno 780.

AB Adam usque ad ---- Ordine quæ continentur in hujus volumine libri. Dinumeratio temporum & annorum. Generationes sæculi usque in hunc diem. Terræ divisio tribus filiis Noe. *Declaratio gentium quæ ex quibus factæ sunt. Et quas singuli terras & civitates sortiti sunt. Quantæ Insulæ claræ. Qui ex quibus gentibus transmigraverint. Quot flumina nominata. Quot montes nominati. Quot Judices, & quis quotannis populum judicavit. Quot Reges in tribu Juda, & quis quotannis regnavit. Declaratio Paschæ, & quis quando servavit ex temporibus Moysis usque in hunc diem. Reges Persarum à Cyro: & quis quotannis regnavit. Reges Macedonum ab Alexandro; & quis quotannis regnavit. Imperatores Romanorum ab Augusto, & quis quotannis regnavit. Tempora Olympiadum ab (a) Ippito usque in præsentem Olympiadem. Nomina Patriarcharum ac generationes. Nomina Prophetarum. Mulieres Prophetissæ. Nomina Regum Hebræorum, & Regum qui in Samaria regnaverunt supra decem tribus, & quis quotannis regnavit. Nomina Sacerdotum. Nomina Imperatorum Romæ, & quis quotannis præfuit.*

(a) Lego Iphito.

*Quandoquidem oportet instructum esse veritate, necessarium existimavi, fratres charissimi, hunc in brevi de sanctis Scripturis facere sermonem ad corroborandam doctrinam, ut per paucas enarrationes non sine causa inquisitas virtutes veritatis citius agnoscamus; abscindentes prius indoctorum generatam contentionem, quæ obumbrat sensus * Scd̄m hujuscemodi indoctum edoceat. Summa autem cum industria prævidere cupientes juxta veritatem cognoscimus gentium divisionem & parentum dinumeratam generationem, inhabitatorum quoque tempora & bellorum commissiones, & judicum tempore dispensationes, & Regum annos, & Prophetarum tempora; qui ex quibus regibus nati sunt, qualesque captivitates populi, quibus Regibus & quibus Judicibus contigerint: quique Sacerdotes quibus temporibus fuerunt: & quæ divisio, & quæ perditio facta sit. Quo autem modo generatio seminis Israël vel de patribus in Christo completa sit, & quot quantique per quanta tempora dinumerarentur anni à creatura sæculi usque in hunc diem. Existimavimus autem incipientes à Genesi, juxta verborum ostensionem, sicut expedit declarare, non ex nostra quadam parte, sed ex ipsis sanctis scripturis testificari, hinc occasionem accipientes juxta ordinem de Genesi sermonem facimus.*

* forte: Scriptura enim.

Explicit Præfatio. Incipit narratio Præfationis.

(a) In mſ. codice minore (nam in majore mſ. totus primus liber abeſt) non erat præter hunc alius titulus huic libro præfixus.

COLLECTIO

Digitized by Google

COLLECTIO HISTORICA CHRONOGRAPHICA

LIBRI I.

CAPUT I.

Generationes usque ad Diluvium.

Liber generationis hominum, (a) quo die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit eos. Vixit autem Adam annos (c) CXXX. & genuit Seth. Vixit autem Seth annos (b) CCV. & genuit Enos. Vixit autem Enos annos CLX. (c) & genuit Cainan. Vixit Cainan an. CLXX. & genuit Malaleel. Vixit Malaleel ann. CLXV. & genuit Jared. Vixit Jared an. CLXII. & genuit Enoch. Vixit Enoch an. CLXV. & genuit Mathusalem. Vixit Mathusalem CLXVII. & genuit Lamech. Vixit Lamech CLXXXVIII. & genuit Noe. Et erat Noe annorum quingentorum; & genuit tres filios, Sem, Cham, & Japhet: post annos autem centum, postquam genitus est Sem, fuit diluvium, cùm esset Noe annorum DC. Fiunt ergo ab Adam usque ad diluvium generationes XI. anni 2242. (d) Istæ sunt generationes Sem. Sem cum esset annorum centum, (e) genuit Arphaxad, ann. secundo post diluvium. Et vixit Arphaxad an. CXXXV. & genuit Cainan. Vixit Cainan an. CXXX. & genuit Sale. Vixit Sale (f) an. CXXX. & genuit (g) Heber. Vixit Heber annos CXXXIV. & genuit Phalech. Usque ad hanc generationem generationes sunt quinque: anni CXXVIIII. Ab Adam generationes quindecim; anni sunt 2771.

(a) CCXXX.
(b) CV.
(c) CXC.
(d) 2262.
(e) CI.
(f) Salem.
(g) Eber.

CAPUT II.

Divisio terræ tribus filiis Noe.

Post diluvium autem Sem, Cham, & Japhet trium fratrum tribus (b) divisæ sunt. Et Sem quidem primogenito à Persida & (c) Bactris usque in Indiam longe & usque Rhinocoruras est: Cham autem secundo à Rhinocoruris usque Gadira: (d) Japhed autem tertio à Media usque Gadira ad (e) Burram. Habet autem Japhed flumen Tigridem, qui dividit Mediam & Babyloniam; (f) Sem autem Euphratem; & Cham Geon, qui vocatur Nilus.

Hæc ex Arnobio sumpta sunt in Psal. 104.

CAPUT III.

Confusio Linguæ.

Confusæ sunt autem linguæ post diluvium. Erant autem quæ confusæ sunt linguæ LXXII. & qui turrim ædificabant erant gentes LXXII. (g) quæ etiam in linguis super faciem totius terræ divisæ sunt. Nemroth autem gigas, filius Chus justam (h) Medis venando subministrabat bestias in cibum.

CAPUT IV.

(a) Excerptor Scaligeri p. 44. varia habet, quæ non conveniunt cum Compilatione nostra, quæque ad oram libri sui annotavit Scriverius.
(b) Secundum Tribum partiti sunt terram. Scriv. κατὰ φυλὸν non κατὰ φυλὴν Scaliger.
(c) Et Bactriâ in Indiâ longitudo, latitudo autem ab Indiâ usque ad Rhinocoruram.
(d) Garirum.
(e) Boream; in aliis est: ad Aquilonem.
(f) In terrâ Syriorum.
(g) Scriverius legit tantum LXX. eo quod is numerus occurrit apud Scaligeri compilatorem. Sed melius noster; quippe numerus gentium numero linguarum debet respondere.
(h) Legendum *iste*; aliter nullus esset sensus. Sic etiam in excerptis apud Scaligerum: Iste pro cibaria eorum venando porrigebat feras. BANS.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT IV.

Derivatio ex eis gentium, eorumque nomina.

Vide Joseph. Antiq. lib. 1. cap. 6. Otton. Friſing. lib. 1. cap. 4.

VOcabula autem LXXII. hæc ſunt. Filii Japhet, Gomer, (a) ex quo Cappadoces; Nagog (b) de quo Getæ (c) & Galatæ; (d) Madai, de quo Medi; (e) Juvan, de quo Græci & Jones; (f) Tubal, unde & Italienſes; Moſoch, unde Illyrici; (g) Tyras, unde Thraces; (h) Chetim, unde Trojani, Phrygii, Macedones. Et filii Gomer, (i) Arcanes, de quo Sarmatæ; Rifath, (k) de quo Sauromatæ; Togorma, de quo Armenii. Et filii Juvan, (l) Eliſan, inde Siculi; (m) Tharſim, ex quo Iberi; qui & Agareni; Cethim, de quo Romani, qui & Latini; Dodanim ex quo Priamii. Omnes XV. de his extiterunt inſulæ gentium. Sunt autem Cyprii & Sicilienſes ex Japhet. Siquidem invenimus & eos qui ſunt ad (n) Burram ex ipſis etiam gentes quæ ſunt in Thebaide, præter eos qui poſtea advenerunt. Ibi reges qui habitaverunt in civitate, quæ apud Græcos honoratur Athenas & Thebas. Qui enim Sidoniorum ſunt habitatores & quicunque ſunt alii ſimilium, poſt hæc apud Helladam tranſmigraverunt. Cognoſcimus autem hæc ex lege & Prophetis. Erant ergo de Japhet ad confuſionem turris XV. Et hæ gentes Japhet à Mecha uſque (o) veſperum Oceani diffuſæ ſunt, attingentes uſque ad Burram. Hi filii Japhet, (p) Medi, Albani. Gargani, Arſei, Armeni, Amazones, Choli, Corgemi, Benagenæ, Cappadoces, Paphlagones, Mariandini, Tibarenſes, Chalybes, Moſſiroti, Cholchii, Melantini, Sarmatæ, Saurobatæ, Meotæ, Scythæ, Tauriſci, Thraces, Baſtarni, Illyri, Medones, Hellentes, Græci, Libyes, Hiſtrii, Dauni, Dapueni, Calabri, Opie, Latini qui & Romani, Agareni, Galli, Aquitani, Illyricani, Baſanotes, Ciritani, Luſitani, Vaccei, Cunienſes, Brittones qui & in inſulis habitant. Qui autem eorum noverunt litteras ii ſunt Iberi, Latini, qui & vocantur Romani, Hiſpani, Græci, Medi, Armeni. Sunt autem fines eorum ad Boream uſque Garida apud Ameda fluvium uſque Maſtuſi ad Ilion. Terræ autem eorum hæ ſunt, Media, Albania, Amazonia, Armenia minor, Armenia major, Cappadocia, Paphlagonia, Galatea, Collis, Indicibus, Forina, (a) Media, Derris, Sarmatia, Tauriana, Schythia, Baſterna, Thracia, Macedonia, Dalmacia, Mollis, Theſſalia, Locria, Boetia, Betolia, (b) Achaia, Pellinia quæ appellatur Peloponeſus, Acarnania, Epirocia, Illyria, Euchnites, Adriate ex qua pelagus Adriaticum, Galitia, Luſitania, Italia, Theugene, Marſilia, Celtis, Gallia, Ypanogallia (c), Iberia, Hiſpania major, hicque deſinit terra Japhet, uſque ad Brittannias inſulas omnes ad Borram (d) reſpicientes. Sunt autem in his inſulæ iſtæ, Brittanniæ, Sicilia, Euboea, Arlodoſcius, Lesbus, Cythera, Jacentus, Cephalenia, Jabech, Corcyra, & Cyclades inſulæ, & pars quædam Aſiæ quæ appellatur Jonia. Flumen eſt autem his Tigris dividens inter Mediam & Babyloniam. Hi ſunt fines Japhet.

(a) Boſphorina.
(b) Ætolia
(c) f. Hiſpanogallia. leg. Spanogallia.
(d) Boream.

CAPUT V.

De filiis Cham.

FIlii autem Cham: Chus, ex quo Æthiopes; Meſraim, ex quo Ægyptii; Futh, de quo Trogloditæ, Chanaan, de quo Afri & Phœnices, Et filii Chus: Saba, & Hevilath, & Sabaitha, Regma, & Jabathaca. Filii autem Regma: Seba, & Dedan. Et Chus genuit Nemrod. Sunt Ægyptiorum patriæ cum Meſroim, patre
Gen. 10. ipſorum VIII. dicit enim: Et Meſraim genuit Ludim; unde Lydii; Anamim, de quo Pamphilii; Laabim, de quo Laboës; Neptoin, & Phethruſim, unde Cretes; Chaſluim; unde Lycii, unde exierunt Philiſtiim; & Capturim, unde Cilices. Chananæorum ſunt patriæ cum patre eorum XII. Dicit enim: Chanaan autem genuit
Gen. 10. Sidonam primogenitum, ex quo Sidonii, & Cetheum, & Jebuſeum, & Amorrheum, & Ger.

(a) Variæ circa nomina ocurrunt lectiones, quas videre poſſis apud Scaligerum in Theſauro temporum pag. 45. inde eas collegit Scriverius & ad marginem codicis ſui appoſuit, hæ quippe ſunt, Gamer pro Gomer.
(b) Magog.
(c) Chaldæi.
(d) Made.
(e) Voias; quid autem ſibi velit, vix comprehenditur.
(f) Et Thobali à quo Tettali.
(g) Et Tyrach.
(h) Et Chattaim à quo Macedonii.
(i) Aſchanath.
(k) Eriſphan a quo Rhodii & Torgamam &c.
(l) Eliſa
(m) Et Chercis, a quo Iberi, qui & Tyrannii & Eticici a quo Romei.
(n) Boream.
(o) Speriam, id eſt, Heſperiam.
(p) Hic aliud non habeo, quàm teſtari me m. f. ex fide dare, & quidem etiam manifeſta errata repræſentare. Hoc enim petunt docti, quibus errata m. f. fere lux ſint pro conjectura ad dubiam, ſicubi eſt, veritatem; iiſque aliàs per facile ſit ex aliis ſcriptoribus hæc perſanare quæ à manu deſcriptoris menda manant. CAN.

Digitized by Google

& Gergeſeum, & Arucheum & Eveum: ex quo Tripolitæ; & Sineum, & Aradeum: unde Arain; & Samarleum, & Amatheum: unde Amathus. Eſt autem habitatio eorum à Rhinocoruris uſque Gadirath. Ex his autem numerantur reges vel gentes Æthiopes, Troglodytæ, Aggei, Iſabin, Ichthyophagi, Ægyptii, Phœnices, Libyes, Marmaræ, Decarii, Fallitæ, Myſii, Moyſimoeti, Phryges, Magores, Bithynii; Nomades, Lycii, Mariandyni, Pamphylii, Minſudi, Piſidini, Licalli, Cilices, Maruſii, Cretenſes, Magartæ, Numidii, Macronefii, Naſamones; hi poſſidebant Ægyptum uſque ad Oceanum. Sunt autem inſulæ in his communes hæ; (*a*) Corſula, Lupadus, Gaudius, Melate, Cercenna, Meni, Gardinia, Galata, Corrona, Crete, Gaulus, Reda, Ethera, Careacus, Aſtipalacius, Lerbeus, Thenedus, Ymbrus, Jaſſus, Chobus, Chinidus, Niſurus, Ingeſte, Cyprus. Qui autem ſunt eorum litterati, hi ſunt Phœnices, Ægyptii, Pamphilii, Phryges. Sunt autem Cham à Rhinocoruris, quæ dividit Syriam & Ægyptum, uſque Garira in longum. Nomina autem gentium hæc ſunt; Ægyptus, Æthiopia, quæ tendit adverſus Indiam, & altera Æthiopia; unde proficiſcitur flumen Æthiopum extra quod eſt rubrum, tendens ad Orientem, Libyæ quæ extendit uſque Cyrenem Marmaris Syrtes habens gentes, Naſamonas Macaſtunlumeos (*b*) Libye Qualyptii extendit uſque minorem Syrtem, Numidia, Maſſacria, Mauritania, quæ extendit Herculeas, quod eſt Herachleoticas, ſtilas contra Gadyram. Habet autem ad Borrum maritimam Ciliciam, Pamphyliam, Piſidiam, Myſiam, Lycaoniam, Phrygiam, Carmaniam, Lyliciam, Cariam, Lydiam, (*a*) Miſuam, Ilium, Troadem, Æolidem, Bithyniam veterem, Phrygiam altiorem. Habet etiam Inſulas has: Sardiniam, Cretam, Cyprum & fluvium Geon, qui appellatur Nilus. Dividit autem inter Cham & Japhet uſu veſpertini maris hæc media Cham generatio.

SÆC. VIII. ANNO 780.

(*a*) m. ſ. Miſam tiliam.

CAPUT VI.

De filiis Sem.

DE *Sem* autem Seniore filio Noe, tribus cognitæ XXV. Ii ad Orientem inhabitaverunt. Filii Sem, Helam, de quo Helimei, & Aſſur, de quo Aſſyrii; & Arphaxad, unde Chaldæi; & Ludim unde Lazones; & Aram, (*b*) unde Cites priores: hoc excidit Abraham. Filii Aram, (*c*) Oſceun de quo Lydii; & Gether, de quo (*d*) Garſini; & (*e*) Mær, unde Maſſini. Et Arphaxad genuit Sale, Sale genuit Heber; unde Hebræi. Et Heber nati ſunt duo filii, Phaleg & Deboth, unde ducit genus Abraham ætatem; & Jectan. Jectan, autem genuit Helmodam, de quo Indi: & Saleph, de quo Bactriani; & Aſarmoth, de quo Arabes priores; & (*c*) Cyduran, de quo Kamer: & Derſa, de quo Mardi; & Ezech, de quo Arriani; & Glain, de quo Cydruſi: & Hebal, de quo Scythæ priores; & Abimehël de quo Hyrcani; & Sabath unde Sabæi primi; & Ophir, de quo Armeni; & Evilath, unde gens Helii, omnes Bactriani; Omnes autem hi de tribu filii Sem.

Gen. 10.

(*b*) locus vitioſus.

(*c*) leg. Hus & Hul.

(*d*) Sargaran ſena Ptolomæo Cappadociæ.

(*e*) leg. Mes.

CAPUT VII.

De habitationibus omnium filiorum Noe.

OMnium autem filiorum Noe habitationes ſunt LXXII. à Bactris uſque Rhinocoruris, quæ dividit Syriam & Ægyptum & rubrum mare à Borea Arſinoës quæ eſt Indiæ. Hæ ſunt autem gentes, quæ ſunt factæ ex his: Hebræi qui & Judæi, Perſæ, Medi, Pœni, Ariani, Aſſyrii, Indi, (*f*) Magardi, Parthi, Germani, Helimæi, Chettæi, Arabes primi, Cedroſiæ, Schythæ, Arabes ultra ſapientes qui dicuntur Gymnoſophiſtæ (nudi ſapientes) Habitatio autem eorum uſque Rhinochorura & Cicilia. Qui autem eorum noverunt literas hi ſunt: Judæi, Perſæ, Medi, Chaldæi, Indi, Aſſyrii. Eſt autem habitatio eorum, id eſt, filiorum Sem, in longum quidem ab India uſque Rhinochoruram: ac lata autem à Perſide & à Bactris uſque Indiam. Vocabula autem eorum hæc ſunt: Perſis, Bactriania, Hyrcania, Babylonia, Cordulia, Aſſyria, Meſopotamia, Arabia vetus, Numidia, India, Arabia, ἰνδαίμον, Cœleſyria, Comagena, & Phœnicia, quæ eſt filiorum Sem. Gentes autem quæ linguas ſuas habent, hæ ſunt: Hebræi qui & Judæi, Aſſyrii, Chaldæi, Perſæ, Medi, Arabes, Madiani, Adiabeni, Citadenici, Alamoroſini, Saraceni, Magi, Caſpii,

(*f*) forte Magores Hunni.

(*a*) Corſica, Lipara, Gaudos, Melite, Cercinna, Meninx Sardinia, Galathe, Coronia, Creta, Gaulos, Rhodus, Cythera, Hieracum, Aſtypalæa, Lesbus, Tenedos, Imbros, Caſus, Thapſus, Cynethus, Niſyros, Trineſca.

(*b*) Legend. Libyæ Ægypti Vide Oros. lib. 1. Plin. 5. cap. 7.

(*c*) leg. Adoran de q. k. e. Decla de quo Mardani & Uzol.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780. Caſpii, Albani, Indi, Æthyopes, Ægyptii, Libyes, Cethæi, Chananæi, Pherezæi, Hevæi, Amorræi, Gergeſæi, Jebuſæi, Idumæi, Samaritæ, Phœnices. Syri, Cilices, Tharſenſes, Cappodoces, Armenii, Hiberi, Liburni, Scythæ, Colchi, Sanni, Boſphorani, Iſaurienſes, Lycaones, Piſidæ, Galathæ, Paphlagones, Thraces, Phryges, Achæi, Theſſali, Macedones, Myſi, Beſſi, Dardani, Sarmatæ, Germani, Pannonii, Pæones, Norici, Dalmatæ, Romani qui & Latini, Ligures, Galli qui & Celtæ Aquitani, Britanni, Hiſpani, qui & (a) Terreni, Mauri, Baccuates & Maſſennas, Getuli, Afri, qui & Barbari, Scmachiſei.. Garamantes qui & Marmaridæ qui uſque Æthiopiam extendunt.

(a) Tyranni. Scriv.

Neceſſarium autem putavi ut inhabitationes gentium & cognominationes declararem. Incipiam autem ab Oriente, Perſarum & Medorum inhabitatores Parthi & vicinæ gentes Parthis uſque Syriam Cœle, Arabum inhabitatores Arabes, Eudemones. Chaldæorum inhabitatores Meſopotamini. Madianenſium inhabitatores, Cinæi, Colpitæ, & Trogloditæ, & Ichthyophagi. Græcorum autem gentis vocabula quinque: Jones, Arcades, Bæoti, Æoles, Lacones: horum inhabitatores fuerunt Pontici, Bithyni, Troes, Aſiani, Cares, Lydii, Pamphylii, Cyrenæi, & Inſulæ plures, id eſt, Cyclades quidem XI. quæ Myrtoum pelagus continent. Hæc autem ſunt nomina earum: (b) Andrum, Tennem Theonaxus, Geos, Gyarus, Ranea, Cyrnus, Maraton. Sunt autem & aliæ Inſulæ majores, XII. quæ etiam civitates habent plurimas, quæ dicuntur Hiſpotes, in quibus habitaverunt Græci. Hæc ſunt autem nomina earum Euboea, Creta, Sicilia, Cyprus, Cos, Samus, Rhodus, (c) Cynſtappus, Lemnus, Lesbus, Samothracia. Eſt autem à Bæotia, Euboea; ſicut ab Jone Jonides. Civitates XVI. (d) Laodimena, Mytilene, Phocæa, Priene, Erythræ, Samus, Tohes Colophon, Epheſus, Smyrna, Berytos, Byzantium, Chalcedon, Pontus & Amiſus. Liber Romanorum qui & Scythienſium gentes & inhabitationes hæ ſunt: Tuſci, Æmilienſes, Picenſes, Campani, Apulienſes, Lucani. Affrorum gentes & inhabitatores ſunt; Leptini, Cyti, Numidæ, Naſamones, Heſſei.

(b) Andros, Telos, Thaſos, Pos, Gyaros, Rhene.

(c) forte Cynthos ſort. Laodamantia.

Inſulæ autem hæ ſunt.

CAPUT VIII.

Inſulæ quæ habent civitates

SArdinia, Corſica, Garda quæ & Beniga, Cerne & Galathe. Maurorum autem gentes inhabitationes hæc habent: Muſulani, Tingitani, Cæſarienſes. Hiſpaniorum autem gentes & habitationes hæc ſnnt, (d) Tyranni & Turſenorum qui & Terſanuenſes, Luſitani, Boetici, Autrigones, Waſcones Gallici qui & Auſtures. Inſulæ autem quæ pertinent ad Hiſpaniam Tarraconenſem tres ſunt, quæ & appellantur Valhriacæ. Habet autem civitates quinque has: Ebora, Palmæ, Pollentia quæ dicitur Majorica: Thomæne, Magone quæ appellatur Minorca. Earum inhabitatores Chananæi fugientes à facie Hieſu filii Nave. Nam & à Sidona qui condiderunt & ipſi Chananæi Sidonii; & qui Pannoniam condiderunt & ipſi Chananæi. (e) Cadis autem Jebuſæi condiderunt & ipſi ſimiliter profugi. Gallorum autem Narbonenſium gentes & inhabitationes Macrobii, Græci, Sarmatæ. Et hos neceſſarium fuit declarare tibi, ne ignotarum gentium vocabula & gentes & manifeſta flumina ignorares.

(d) Cap. 7. paulo ſupra vocavit Terrenos: an Terneſios intelligit? non puto.

(e) f. Gades.

CAPUT IX.

De ſede gentium ab oriente.

INcipiam ergo dicere de gentibus ab Oriente. Adiabenithæ & Tadini contra Arabiam, Saraceni alii & Adenos contra Arabiam; Albani contra Phrygiam, Caſpiaſini, Rickanitæ majores quos expugnavit Moſes inter Meſopotamiam & mare rubrum: minor autem Madian eſt contra mare rubrum, juxta Ægyptum, ubi regnavit Raguel, ſocer Moſis, qui & Jethro. Contra Cappadoces à parte dextra Armeni, Hiberi, Birranæ, Scythæ, Colchi, Boſphorani, Samii qui appellantur Samnites uſque Ponto extendentes, ubi eſt Acceſſus, Abſorus, & Sebaſtopolis & (f) Hiſſillime quoque eſt portus & Parſius flumen uſque Trapezonto extenduntur hæ gentes.

(f) f. Hypſiline.

CAPUT X.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 780.

CAPUT X.

De Montibus nominatis.

MOntes autem ſunt nominati: Caucaſus, Taurus, Atlas, Parnaſſus, Cyron, Helicon, Parthenius, Niſa, Luca, Pantus, Pentus, Olympus, Libanus.

CAPUT XI.

De Fluminibus majoribus.

FLumina autem ſunt magna & nominata XLI. Hydor qui & Phiſon, Nilus qui & Geon, Tigris, Euphrates, Jordanis, Ceſiros, Tanais, Memorrius, Borus, Thenes, Alſius, Taurus, Eurotas, Mæander, Hyrminus, Axius, Piramus, Baetis, Hebros, Sangarius, Achelous, Paemptus, Eventus, Sperchinus, Gaiſter, Simois, Scamander, Strymon, (a) Parthineos, Ster, Yllirius, Danubius qui & Iſter, Renus, Rhodanus, (b) Hember, Eridanus, qui nunc dicitur Tiberis.

(a) f. Parthenius, Stura, Illurgia,
(b) f. Himera.

CAPUT XII.

Diviſio Filiorum Noe terræ.

FIliorum igitur Noe trium tripartitum ſæculum diviſorum: Et quidem Sem primogenitus accepit Orientem: Cham autem Mediterraneum: Japhed verò Occidentem. Et oſtenſis gentibus quæ de quo creati ſunt, neceſſarium declaravimus.

CAPUT XIII.

De Phalech, Abraham.

PHalech ann. CXXX. genuit Ragan. Ragan, an. CXXXII. gen. Serach. Serach an CXXX. genuit Nachor. Nachor ann. LXXVIIII, genuit Thare. Thare an. LXX. genuit Abraham. Abraham autem erat annorum LXXXV. quo tempore dixit illi Deus, ut exiret de terra ſua & de domo patris ſui, & veniret in terram Chanaan. Fiunt igitur à diviſione uſquequo venit Abraham in terram Chanaan generationes V. anni DCXVI. Ab Adam autem generationes XX. an. III. millia. CCCLXXXIII. dies IIII. Converſatus eſt autem Abraham in terra Chanaan annis XXVI. & genuit Iſaac. Iſaac autem anno LX. genuit Jacob. Jacob autem LXXXVIII. genuit Levi. Levi an. XL. genuit Gad. Gad an. LX. genuit Amram an. LXX. genuit Aaron.

CAPUT XIV.

De egreſſione Filiorum Iſrael.

IN LXXXIII. anno Aaron egreſſi ſunt Filii Iſrael de Ægypto, educente eos Moyſe. Fiunt igitur omnium an. CCCCXXX. In deſerto XL. ann. fuit populus ſub Moyſe. Hieſus Nave tranſito Jordane fuit in terra XXXI. Bellum agitat ann. VI. & poſtquam poſſedit terram juxta an. XXV. Fiunt ergo ex quo Abraham venit in terram Chanaan vſque ad mortem Hieſu * Nave gentium numero VII. ann. DI. Ex Adam autem generato XXVII. ann. III. millia DCCCLXXXI. Poſt mortem vero Hieſu Nave peccans populus, traditur Cuſarſaron Regi Meſopotamiæ, cui ſervivit annis VIII. Et cum clamaſſet ad Dominum, exſurrexit Othoniel frater Caleb junior, de tribu Juda, qui denunciavit ipſi Cuſarſaton, & occidit illum, & geſſit ducatum populi ann. XXXIII. Et iterum dum peccaret, traditus eſt Eglon Regi Moab, & ſervivit illi ann. XXIII. Converſo autem populo ſurrexit Aoth, vir de tribu Ephraim, & occiſo Eglon principatus eſt populo an. LXXX. Mortuo autem Aoth delinquens populus traditus eſt Jabin Regi Chananæorum, cui ſervivit ann. XX. Sub eo prophetavit Delbora uxor Lapidoth, de tribu Ephraim, & per ipſam ducatum geſſit Barach Abinoem de tribu Nephtalim. Hic denunciavit Jabin Regi, & vicit eum, & regnum judicavit cum Delbora annis XL. Poſt cujus mortem peccavit populus & traditus eſt Madianitis ann. VII. Sub quo ſurrexit Gedeon de tribu Manaſſe qui in trecentis viris centum viginti millia hoſtium perdidit. Hic rexit populum annis

* leg. generationes.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

nis XL. Hujus filius Abimelech. Poſt hunc præfuit populo Thola filius (a) Phua Fale filii Caram de tribu Ephraim annis XX. Poſt hunc judicavit Jair, Galaadites de tribu Manaſſe, & præfuit annis XXI. Poſt hunc peccans populus traditus eſt Ammonitis, annis XVIII. Et cum clamaſſent ad Dominum, ſurrexit illis princeps Galaadites de tribu Gad, de civitate Maſephat, & geſſit ducatum annis VI. (a) Poſt hunc judicavit Allon, Zabalonita ann. VI. Poſt hunc judicavit Elon ann. X. Poſt hunc judicavit Hebron, filius Alleion, Farathonoin, de tribu Ephraim, annis VIII. Poſt quem peccans populus traditur Allophylis per ann. XL. Poſt hæc converſis filiis Iſrael ſurrexit Samſon filius Manue de tribu Dan. Hic debellavit Allophilos & geſſit principatum annis XX. Poſt hunc Heli ſacerdos judicavit an. XX.

(a) Phua filii Caram.

CAPUT XV.

De regno Saul, David, Salomon &c.

POſt Samuel Propheta unxit Saul in regem, judicavit populos annis LXX. Poſt tempus autem cum regnaſſet David eduxit Arcam de domo Aminadab, & divertit vitulum, & cum revertitur, oppoſuit manum filius Aminadab nomine Oza, & percuſſus eſt. Et timuit David & induxit illam (b) Abethitarath Gethæi: & fuit ibi menſes III. Regnavit autem Saul (c) annis XXX. Erat autem illi Dux Abner, filius Ner. Ipſe autem Samuel, David unxit in Regem. (d) Fiunt autem ab Hieſu uſque quo converſus ſuſcepit David regnum de tribu Juda generationes XIX. anni CCCLXX. generationes XXXIV. anni IV. millia CCCLXIV. & deinceps regnavit David an. XL. menſes VI. In Hebron autem regnavit an. VII. menſes VI. Et in Hieruſalem an. XXXIII. Sub hoc ſacerdos Abiathar filius Achimolech ex genere Heli; & ex alia patria Sadoc. Prophetabant autem temporibus David Gath & Nathan. Erant autem ipſi David dux Joab, filius Sarviæ, ſororis David. Hic dinumerat populum. Erat autem numerus quos dinumeravit filiorum Iſraël millies centies milleni. Levi autem & Benjamin non dinumeravit. Numerus autem eorum qui ceciderunt ex Iſrael LXX. millia. Poſt David autem regnavit Salomon filius ejus annis XL. Et ſub ipſo adhuc Nathan Propheta & Achias ex Silo, & inter eos Sadoc Sacerdos. Poſt Salomonem regnavit Roboam filius ejus annis XVIII. Sub hoc diviſum eſt regnum; & regnavit in Samaria Hieroboam ſervus Salomonis de tribu Ephraim. Prophetavit autem & ſub Jeroboam Ahias Silonites, & (e) Sameas filius Helami. Poſt Jeroboam regnavit Abias filius ejus (f) annis XVII. Poſt Abiam regnavit (g) Aſaph filius ejus annis XLI. Hic in tempore ſenectutis ſuæ pedes doluit. Prophetavit autem ſub eo Azarias. Poſt Aſa regnavit filius ejus Joſaphat annis XXV. Sub hoc prophetavit (h) Heliareth, Michæas filius Jemla, & Abdias filius Ananiæ. Sub Michæa autem erat pſeudopropheta Sedecias filius (i) Chananæi. Poſt Joſaphat regnavit filius ejus Joram annis XX. & ſub ipſo prophetat Helias, & poſt hunc prophetat Heliſeus ſub filio Joram Ochozia, ſub quo populus in Samaria filios ſuos, & ſtercus columbinum manducaverunt, regnante in Samaria Joram. Poſt Joram regnavit filius ejus Ochozias anno uno. Et ſub hoc prophetavit Gothol & Labidone. Poſt hunc regnavit Godolia mater Ochoziæ annis VII. Quæ exſurgens occidit natos filii ſui. Erat enim de genere (k) Achas regis Iſraël. Soror (l) Ochoziæ Joſabeth cum eſſet Jojadæ Sacerdotis uxor, furata eſt Joas filium Ochoziæ, cui Jojada imponit regimen. Prophetavit autem ſub Godolia Heliſeus. Poſt hanc regnavit Joas filius Ochoziæ annis XL. Hic interfecit Zachariam filium Jojadæ ſacerdotis. Poſt Joam regnavit filius ejus Amaſias annis IX. Poſt Amaſiam regnavit filius ejus Ozias annis LII. Hic leproſus fuit, uſquequo moritur. Judicabat autem ſub eo Joatham filius ejus. Prophetabat autem ſub Ozia Amos & Eſaias filius ejus & Oſee filius Beeri, & Jonas filius Amathi ex Gophyr. Poſt Oziam regnavit filius ejus Joatham annis XVI. Sub hoc prophetabant Eſaias, Oſee, Michæas Morathita, & Joël filius Phathuel. Poſt Joatham autem regnavit filius ejus Achaz annos XVI. Et ſub hoc prophetabant, Eſaias, Oſee, & Michæas. Sacerdos autem Urias. Sub hoc Salmanaſar Rex Aſſyriorum eos qui erant in Samaria tranſmigravit in Mediam & Babyloniam. Poſt Achaz regnavit filius ejus Ezechias annis XXV. Sub hoc prophetabant Eſaias, Michæas & Oſee. Poſt Ezechiam regnavit filius ejus Manaſſes annis LV. Poſt Manaſſem regnavit filius ejus Amon annis duobus. Poſt Amon regnat filius ejus Joſias XXXI. Hic idola & altaria Samariæ diſſipavit. Sub hoc celebratum eſt Paſca anno XVIII.

(b) f. In domum Obededom.
(c) leg. annis 10.
(d) Ab Adam autem.
(e) f. Semeias.
(f) alii annis III.
(g) f. Aſa.
(h) f. Eliezer.
(i) f. Chananana.
(k) Achab.
(l) al. Azarie.

Regni

(v) forte: Poſt hunc judicavit Abeſan annis 7. Poſt hunc judicavit Ahialon Zabulonites an. 10. Poſt hunc judicavit in Hebron Abdon filius Ezel Pharathonites de tribu Ephraim. Vide Judic. 12. & 13.

Digitized by Google

Regni ejus. Nam ex quo mortuus Hiesus filius Nave, non est servatum Pascha sicut tunc. Sub hoc Helcias sacerdos pater Jeremiæ Prophetæ invenit in sacrario librum legis anno XVIII. Josiæ. (a) Prophetabant autem sub eo Olyba uxor Sellum à veste sacerdotis, & Sophonias & Jeremias. Sub quo pseudopropheta Anaias. Post Josiam regnavit Sophonias annis V. mensibus XI. Post Sophoniam regnavit Joachaz filius ejus menses III. Hunc ligavit Nechao Rex Ægypti & adduxit in Ægyptum, ordinato loco ejus Eliacim, qui cognominatus est Joacim; & regnavit annis XI. Sub hoc prophetavit Jeremias, & (b) Buzi & Urias filius Semei ex Cariathiarim. SÆC. VIII. ANNO 780. 4. Reg. 22. Ezech. 1.

CAPUT XVI.

De Nabuchodonosor & captivitate.

TUnc Nabuchodonosor ligavit cathenis Joacim Regem Juda, & duxit eum in Babyloniam. Post Joacim regnavit filius ejus Joacim ann. III. Et hunc ducens ad eum compeditum Nabuchodonosor Rex Babylonis, & alios cum eo. Pro ipso constituitur in loco ejus frater Joacim, cujus nomen Sedechias, qui & Jechonias, qui regnavit annis XI. In anno XII. transmigravit illum in Babyloniam effossis oculis. Et populum transduxit cum eo, præter paucos, qui postea in Ægyptum descenderunt. Prophetabant autem & sub Sedechia Jeremias & Abacuc. In anno autem VIII. regni ejus prophetavit in Babylonia Ezechiel. Post hunc Prophetæ Nahum, & Malachias, & Daniel, qui vidit de hebdomadis in primo anno Darii Regis filii Asueri de semine Medorum, qui regnavit super regnum Chaldæorum. In primo anno regni sui Cyrus dimisit redire populum in Jerusalem.

CAPUT XVII.

De generatione ac passione Christi.

EO autem tempore templum ædificavit. Prophetabant simul Aggæus & Zacharias: Post quos Nehemias filius (a) Acheli de semine Israël fabricavit civitatem Jerusalem cùm esset ab anno XX. Artaxerxis Regis, & post hunc secundum Mardochæum. Fiunt igitur à David usque Sedechiam, qui & Jechonias, & transmigrationem generationes XIV. anni CCCCLXXVIII. menses IX. Et post transmigrationem Babyloniæ usque ad generationem Christi generationes XIV. anni. DCLX. (c) Et à generatione Christi usque ad passionem ejus an. XXX. Et à passione ejus usque hunc annum qui est XIII. Alexandri, anni CCVI. Fiunt igitur omnium anni ab Adam usque ad XIII. Alexandri Imperatoris anni quinquies mille CCXXXVIII. Ut autem aliter ostendantur, non tantum per tempora Regum, sed etiam, à quo Pascha servatum est, dinumerantes simul & anni dicuntur. Ab Adam usque ad diluvium an. II. millia CCXLII. A diluvio usque ad Abraham anni MCXLI. Ab Abraham vero usquequo exierunt de Ægypto, educente eos Moyse, quando & Pascha fecerunt, anni CCCCXXX. Ab exitu Ægypti usque in transitum Jordanis quando Hiesus Pascha celebravit, sunt anni XLII. Ezechias post annis CCCCLIV. celebravit Pascha. Post Ezechiam Josias annis CXIV. Pascha celebravit. Post Esdram servata generatione Christi post ann. DLXIII. Pascha fit.

(a) forte: Helchiæ 2. *Esdræ* 2.

NB. quo tempore auctor vixit

CAPUT XVIII.

De festo Paschæ à Christo celebrato.

A Generatione autem Christi post tricesimum annum, cum passus est Dominus; Pascha celebratur: Ipse enim erat justum Paschæ. A passione autem Domini usque in XIII. Imperatoris Alexandri Cæsaris anni CCVI. Servatum est Pascha quod in commemorationem Christi servatur à nobis. Fiunt igitut omnium anni ab Adam usque in huc diem anni quinquies mille DCCXXXVIII.

NB.

CAPUT XIX.

(a) Ad Holdam prophetidem uxorem Sellum filiæ Thecuæ filii Araas custodis vestium.
(b) Intelligit Ezechielem filium Buzi.
(c) Irrepsit forsan mendum; nam quingenti sexaginta tantum anni debent computari a captivitate ad Christi nativitatem. LXX. scilicet fluxerunt dum captivi fuerunt Judæi & ab eo tempore LXX. Septimanæ Danielis quæ 490. annos conficiunt. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XIX.

De Regibus Perſarum.

REges Perſarum ex tempore Cyri, Cyrus regnavit Perſis annis XXX. Poſt hunc Cambyſes annis IX. Eſmedius Magus Menſes VIII. Darius annos XXXVI, (a) Artaxerxes Longimanus annos XXXVI. (b) Xairae dies LX. Socdanius menſes VII. Darius nothus annos XVIII. Artaxerſes Cyri junioris frater annos LXII. Ochus qui & Artaxerſes annos XXIII. menſes VII. Arſes Nothus annos III. Darius annos VII. Hic eſt quem Alexander Macedo depoſuit in bello, quod fuit inenarrabile. Fiunt omnium anni CCXLV. (c) Poſt quos tempora jam apud Græcos manifeſta extructione Olympiadum ſunt clara. Nam uſque Alexandrum Macedum Olympiades(a) XIX. quæ faciunt an. (b) CCCLV. ab (c) Ibito qui conſtituit Olympiadas. Ab Alexandro uſque ad Chriſtum Olympiades LXXX. faciunt annos CCCXX. A Chriſto autem uſque ad annum XIII. Alexandri Olympiades LVIII. quæ ſunt anni CCXXXVI. Sunt ergo omnium Olympiades uſque ad annum XIII. Alexandri Cæſaris Olympiades CCLIII. quæ ſunt anni mille duodecim. (d)

(a) leg. CXIV.
(b) leg. 465.
(c) leg. Iphito.

CAPUT XX.

Nomina primorum progenitorum.

ADam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jareth, Enoch, Matuſalem, Lamech, Noe, Sem, Arfaxat, Sala, Heber, Faleth, ſub quo diviſa eſt terra; Ragan, Sarug, Nachor, Thara, Abraham, Iſaac, Jacob, Juda, Phares, Eſron, Aram, Aminadab, Naaſſon, Salma, Booz, Obeth, Jeſſe, David, Salomon, Roboam, Abiam, Aſa, Joſaphat, Joram, Ochozias, Joas, Amaſias, Ozias, Joatham, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amon, Joſias. Joſias autem genuit Joraam & Joachim & fratres ejus Heliachim qui & Joachim, & Sedechiam qui & Jechonias dictus eſt Salum.

CAPUT XXI.

Nomina poſt tranſmigrationem eorum.

IN tranſmigratione autem Babyloniæ Joachin genuit (e) Jechoniam & Sedechiam. Jechonias autem genuit Salathiel, Fanneum, & Sale, Saer, & Jechoniam, Ortamo & Deebi & Fili ſanta Zorobabel & fratres ejus Zorobabel, Melechiam & Fanue. Filii autem ejus Abiud & Moſolam & Ananias, & Salade ſoror eorum & Sedbel & Thoul & Archia, & Aſadia, & Soboſed. Ædificatum eſt Sanctuarium tempore Zorobabel. Hujus filii Abiud; de hinc Eliacim, Azor, Sadoc, Achim, Heliud, Eleazar, Mathan, Jacob, Joſeph, cui deſponſata fuit Virgo Maria, quæ genuit Chriſtum.

CAPUT XXII.

Nomina Prophetarum.

ADam, Noe, Abraham, Iſaac, Jacob, Moyſes, Aaron, Hieſu Nave, Heldad & Medad, Nathan, David, Salomon, & Modap, Ahias Silonita, Sameus, filius Helam, Ananias, Helias, Micheas filius Emblas, Abdias, Heliſeus, Abladon, Amos, Eſaias, Oſee, filius Beeri, Jonas, Micheas, Rabam, Joël filius Bathuel, Jeremias filius Helchiæ ſacerdotis, Sophonias, Buz Ezechiel, Urias Sameus, Abacuc, Naham, Daniel, Malachias, Aggeus, Zacharias, & ſub Chriſto Simeon & Joannes Baptiſta.

CAPUT XXIII.

De mulieribus Prophetiſſis.

SAra, Rebecca, Maria ſoror Moyſis, Delbora, Oliba, & ſub Chriſto Anna, Helizabeth, Maria quæ genuit Chriſtum.

CAPUT XXIV.

(a) Reponendum Xerxes Darii filius annos.::
(b) Xerxes dies 60. Sogdianus.
(c) Hic Macedonum Reges, qui ad finem Chronici reperiuntur. Scriver. male.
(d) Deſiderantur hic Romani Imperatores ab Auguſto Scriver. n. pag. 7.
(e) Reddo hæc ſicut & alia ut ſunt in m. f. neque dubito quin vitioſa, quæ corrigere poteris ex 1. Paralip. 3. CAN.

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

De nominibus Regum.

Sæc. VIII. Anno 780.

SAul de tribu Benjamin, postquam translatum est regnum in tribum Juda, David, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Josaphat, Joram, Ochozias, Joatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Josiias, Joachim, Eliacim, Sedechias, & Jechonias; sub hoc transmigratio facta & sub Nabuchodonosor.

CAPUT XXV.

Nomina Regum post regni divisionem.

NOmina Regum qui regnaverunt in Samaria super decem tribus, ex quo regnum divisum est. Hieroboam filius Nabad annis XXII. Nadab filius ejus annis II. 3 Reg. 15. Basa filius Achiem annis XXIV. Hic vindicavit domum Jeroboam. Hela filius Base annis II. (a) Zambri annis XII. Achab filius ejus annis XXII. Ochozias filius Achab & Joram filius Jechoniæ annis XV. Sub hoc filios suos & stercus columbinum ii qui erant in Samaria manducaverunt. (b) Hieu filius Namsi annis XXVIII. Hic initio pius fuit: fecit vindictam super domum Achab: Occidit Joram & Jezabel & Ochoziam Regem Juda. Joachaz annis XVII. Joas filius annis XVI. Hic Amasiam Regem occidit & destruxit de muro Jerusalem cubitos CCCC. Hieroboam filius Joas annis XV. (c) Azarias filius Jabe mense uno. Manahem filius Gadi annis X. (d) Falacias filius Manahe annis II. (e) Facea filius Romeliæ annis X. Hic obsedit Jerusalem regnante Achaz, non possedit eam. Osee filius Ela annis IX. Sub hoc decem tribus transmigratæ sunt in regionem Medorum à Salmanasar, qui & ipsum Osee colligatum habens abiit, regnante Achaz super duas tribus in Jerusalem.

CAPUT XXVI.

Nomina sacerdotum.

AAron genuit Eleazar, Phinees, (f) Achias, Kazaza, Moriat, Amaria, Amitte- 4 Reg. 15. bus, Settis, Achinas; hujus filius Elias, Propheta, & Salon, Joram, Amos, Jojade filius Sedechiæ, Sedechias, Johel, Uria, Neem, Salon qui genuit Helciam, cujus filius Jeremias Propheta & Zacharias filius Azariæ, Saren, Josedech qui genuit Hiasum, qui fuit sacerdos cum instauraretur templum post captivitatem, Helchias, Joachim.

CAPUT XXVII.

Eductio.

ITem alia patria, ex qua fuit Ezechiel Propheta, Jode, Falue, Amorius, Zadcur, Samuel, Evexeia; Melchius, Salon, Gomorius, Barsachim, Sosonias, Maxes, Celcius, Buzi, Ezechiel.

CAPUT XXVIII.

Eductio.

ITem alia patria, unde Heli sacerdos, cujus Phinees & Ophni rapiebant immolationes. Princeps Patriæ de filiis Gad, Achimelech, Abjathar, Uria, Nathan, Helisæus.

CAPUT XXIX.

(a) Leg. Ambri ex 3 Reg. 16. Nam Zambri tantum 7. dies regnavit.
(b) Jehu filium Josaphat filii Namsi 4 Reg. 9. CAN.
(c) Zacharias menses sex. Nam Azarias filius Amasiæ fuit 4. Reg. 15.
(d) Phaceia dicitur 4 Reg. 15.
(e) Phacee f R. annis viginti. 4. Reg. 15.
(f) Fort legend. Abisur, Bocci, Ozi, Merajoth & ex 1. Parali. 6. & ex Josepho: ubi tamen malo ex mendosissimo m. s. dare nomina ut sunt, quam meas conjecturas figere: scio quàm varii varie sacerdotes hos numerent. Tu vide tom. 1. Sebastiani Barradii com. in hist. Evang. lib. 5. cap. 22. CANIS.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XXIX.

Eductio.

ITem patria Leviticum, unde fuit Samuel Propheta, Chore qui reſtitit Moyſi; filius hujus Helcana: Suſen, & Eliab, Zeraam, Cheliana, Samuel. Huic fuerunt duo filii munerum acceptores Joel & Abdia.

CAPUT XXX.

Inicium patriæ Leviticorum.

Num. 3. (a) Merari. UNde ſunt ſacerdotes & miniſtri & Levitæ: Amram filius Caath filii Levi, filii Jacob. Levi genuit Gerſon & Caath & (a) Emeher, filii autem Gerſon Lebni & Simei & Emeher. Hi filii Levi & filii Caath. Amram, genuit Moyſen & Aaron & Mariam. Et Aaron genuit ex Helyſafid ſorore Naaſon Nadab & Abiud & Eleazar & Ithamar. Mortui autem ſunt Nadab & Abiud offerentes ignem alienum. Poſt *Exod.* 6. *1. Paralip.* 24. Aaron Eleazar ſuſcepit ſacerdotium. Poſt Eleazarum Phinees. Ithamar item & filii ejus. Iſaar autem frater Amram & ipſe Levita. Hujus Filii Core & Nabeth, & Gazer & filii Core: Aſer, & Elcana & Abjaſaph. Hic Core reſtitit adverſus Moyſen & Aaron & Chao abſorptus eſt in vivis. Celebratur Amram uxor ejus. Filii ejus Miſael, Eliſapham & Sethri, & Dile. Hi filii Levitæ * traditi ſunt omnes Aaron autem & filii ejus Arca teſtamenti ut miniſtrarent ei & tollerent eam, & facta eſt ejus pars decima ſacerdotibus initiata & primogenita & quæ in ſacrificiis conſtituta & primogenito & deſtinata Levitis, dicta eſt Lex ut quæcunque acciperent a populo ex decimis, decimas darent ſacerdotibus, ut exiſtimaretur eis tanquam oblatio initio eorum: traditæ ſunt illis etiam civitates refugiorum ſex, & harum prata ſementia in circuitu cujuſque civitatis cubiti duo millia, & hæ civitates XLII. Sacerdotibus quidem X. Levitis quoque XIII.

Puto latius nos dixiſſe, quàm ſperavimus, tamen neceſſaria pro his qui ſcrupuloſius requirere volunt, & multa legerunt, quos exiſtimo facile percipere quæ ſcripta ſunt. Sed & illi qui pauca legerunt, facilius ad intellectum poſſunt pervenire ex illis, quæ à nobis per breviatam inquiſitionem declarata ſunt.

CAPUT XXXI.

De Regibus Macedoniæ.

MAcedonum Reges juxta Alexandrinos: Alexander filius Philippi poſt Darium annis VII. Ptolomæus annis XLII. Ptolomæus filius Philadelphi annis XXXVIII. Ptolomæus Evergetes annis XXX. Ptolomæus filius Evergetis annis XXV. Ptolomæus Philopator annis XVII. Ptolomæus frater annis XXIII. Ptolomæus * Fuſcus annis II. Ptolomæus Evergetes annis XXVI. Ptolomæus Alexus annis XX. Alexander frater Ptolemæi Alexæ annis XVII. Ptolomæus Dionyſius annis XXIX. Cleopatra filia annis XXV. Fiunt in ſimul anni CCCXLVI.

* Phiſcon.

COLLECTIO

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

COLLECTIO HISTORICA CHRONOGRAPHICA

EX

IDACIO (a)

(a) Euſebio, Hieronymo & aliis. Scriv.

ET ALIIS,

COLLECTORE

Gallo quodam CAROLI MAGNI temporibus.

(a) INCIPIT LIBER GENERATIONUM SECUNDUS.

CAPUT I.

Regnum Aſſyriorum.

PRimus Rex Ninus regnavit annis LI. Et mulier ſua Semiramis regnavit poſt eum annis XLII. Eodem tempore natus eſt Abraham. Ninias filius Nini & Semiramis regnavit poſt eos annis XXXVIII.

CAPUT II.

De ſemine Abraham.

ABraham cum eſſet annorum LXXV. à Deo accepit repromiſſionem. De illo tempore uſque ad egreſſionem Hebræorum de Ægypto ſupputantur anni CCCCXXX. Abraham de ancilla Agar habuit filium nomine Iſmahel: unde Iſmahelitæ & poſtea Agareni, poſtremum Sarraceni vocantur. Centenarius Abraham habuit de Sara filium nomine Iſaac. Primus omnium Prophetarum Abraham. Aſſyriorum Arrius tunc regnavit annis XXX. Sexagenario Iſaac an: naſcuntur filii gemini, primus Eſau, ex quo gens Idumæa fuit: ſecundus Jacob, qui Iſrael appellatus eſt. Inde gens Judæorum eſt. Vixit Abraham annis CLXXV. Centeſimo anno repromiſſionis moritur Abraham. Centeſimo ſexageſimo anno cum eſſet Iſaac, tunc Jacob deſcendit in Meſopotamiam, & ſervivit Laban annis XIV. pro duabus filiabus, quas accepit uxores, Lia & Rachel. Anno CC. poſt repromiſſionem mortuus eſt Iſaac annorum (b) octoginta. Filius ejus Jacob cùm eſſet annorum CX. adhuc vivente Iſaac, (b) leg. 180. Vide notas.

(a) Hic titulus erat in codice minore m. ſ. in majore autem m. ſ. nullus omnino, niſi quod initio indicem capitum argumentorumque ponit, iisque hunc præfigit titulum. *Incipiunt capitula Chronicæ Iheronymi excarſum.* Quod dictum interpretor: quia Idacius ipſemet lib. 2. cap. 50. teſtatur ſe pleraque ex Jeronymo Euſebii interprete ſumpſiſſe. At quia manuſcripti in diſtributione capitum argumentorumque verbis diſcrepant, ſecutus ſum fere codicem m. ſ. minorem, eaque ad marginem poſui. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

Iſaac, Joſeph filius Jacob venundatus eſt in Ægyptum. Centum triginta annorum cum eſſet Jacob, jam ſecundo anno famis ingreſſus eſt cum filiis in Ægyptum. Jacob centeſimo quadrageſimo ſeptimo anno obiit, prophetizans de Chriſto. Centum decem annos cum impleſſet Joſeph moritur. Fiunt autem omnes anni, quibus Hebræi in Ægypto fuerunt, ducenti quindecim. Ob hoc ab eo tempore computantur, quo Jacob cum filiis ſuis deſcendit in Ægyptum.

CAPUT III.

De Moyſe & captivitate Judæorum &c.

TRecenteſimo quinquageſimo an: repromiſſionis natus eſt Moyſes: cum eſſet annorum LXXVI. Cecrops regnavit in Attica: à quo uſque ad Troiæ captivitatem fiunt anni CCCLV. Trecenteſimo à quadrageſimo repromiſſionis anno Moyſes (a) Ægyptum derelinquens eremo philoſophatur Hebræorum. Octogeſimum annum agens dux itineris ex Ægypto Hebræorum gentis efficitur, legem eis in eremo tradidit per annos XL. Ab hoc loco uſque ad Salomonem & ædificationem templi numerantur anni quadringenti octoginta. Primus apud Hebræos Aaron Pontifex fuit Hebræorum. Poſt Moyſen conſtituitur Hieſus. Hieſus ſucceſſit Moyſi. Terram Palæſtinorum Judææ genti ſorte diſtribuit. Judæorum Judex poſt Gothoniel annis XL. Poſt Gothoniel Hebræi fuerunt ſubjecti alienigenis annis decem & octo, qui copulantur temporibus Aod. Ipſe fuit judex ex tribu Effraim annis octoginta. Poſt Aod Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis viginti; qui copulantur temporibus Deboræ & Barac, qui judicaverunt Iſrael annis quadraginta. Hebræorum Judex Gedeon. Poſt Deboram in ditionem redigunt alienigenæ annis ſeptem, qui conjuncti ſunt temporibus Gedeonis ſecundum Hebræorum traditionem, Gedeon Judex ex tribu Manaſſe. Cyrus (b) condita ante templum Jeroſolymorum annis CCXL. ſcripſit Joſephus in libro tertio Hebræorum. Abimelech filius Gedeonis Judex annis tribus. Poſt quem Tola annis XXII. Poſt quem Jaïr annis XXII. ex tribu Manaſſe. Sub Tautano Rege Aſſyriorum Troja capta eſt. Hebræorum Jephte Judex (c) annis octo. Poſtea Hebræos in ditionem ſuam redigunt Ammonitæ (d) annis VIII. qui cum temporibus poſteriorum judicum copulantur ſecundum Judæorum traditionem. Jephte in libro Judicum (poſt quem Eſebon annis VII.) ab ætate Moyſis uſque ad ſemetipſum ait ſupputari annos CCC. Poſt Eſebon Labaion: VIII. (a)

(a) corrig. Euſeb. 390. repr. an. & 40. ann. Moyſis.

(b) Vide notas.

(c) Euſeb. & Judic. 12. an. 6.

(d) Euſeb. an. 18.

CAPUT IV.

Origo Francorum.

IN illo tempore Priamus Helenam rapuit. Trojanum bellum decennale ſurrexit, cauſa mali, quod trium mulierum de pulchritudine certantium præmium fuit una earum Helenam paſtori judici pollicente. Memnon & Amazones Priamo tulêre ſubſidium. Exinde origo Francorum fuit. Primo Priamum regem habuerunt: poſtea per hiſtoriarum libros ſcriptum eſt, qualiter habuerunt Regem Friga. Poſtea partiti ſunt in duabus partibus. Una pars perrexit in Macedoniam, vocati ſunt Macedones, ſecundum populum ad quem recepti ſunt, & regem Macedoniæ, qui opprimebatur à gente vicina, invitati ab ipſis fuerunt, ut eis auxilium præberent. Per quos poſtea cum ſubjuncti in plurimam procreationem creviſſent, ex ipſo genere Macedones fortiſſimi pugnatores effecti ſunt. Quod in poſtremum in diebus Philippi Regis & Alexandri filii ſui fama confirmat illorum fortitudo qualis fuit. Nam & illa alia pars quæ de Friga progreſſa eſt, ab Olexo per fraudem decepti, tamen non captivati niſi exinde dejecti per multas regiones vagantes cum uxoribus & liberis. Electo à ſe Rege, Francione nomine, per quem Franci vocantur. In poſtremo eo quod fortiſſimus ipſe Francio in bello fuiſſe fertur, & multo tempore cum plurimis gentibus pugnam gerens, partem Aſiæ vaſtans, in Europam dirigens inter Renum & Danubium & mare conſedit.

Vide Aimoin. de geſtis Fran. lib. 1. c. 1.

(a) Hic major codex m. f. inſertam habet importune hiſtoriam Daretis de Origine Francorum.

CAPUT V.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT V.

De Germanis.

IBique mortuo Francione, cum jam prælia tanta quæ geſſerat, parva ex ipſis manus remanſerat, Duces ex ſe conſtituerunt. Attamen ſemper alterius ditione vagantes, multo poſt tempore cum ducibus tranſegerunt, uſque ad tempora Pompeji Conſulis, qui & cum ipſis dimicans, ſicut & reliquas gentium nationes, quæ in Germania habitant, totaſque ditiones ſubdidit Romanis. Sed continuo Franci cum Saxonibus amicitias ineuntes, adverſus Pompejum rebellantes, ejuſdem renuerunt poteſtatem. Pompejus in Hiſpania contra gentes dimicans plurimas morti tradidit. Poſt hæc nulla gens uſque in præſentem diem Francos potuit ſuperare, qui tamen eos ſuæ ditioni potuiſſet ſubjugare. Ad ipſum inſtar & Macedones, qui ex eadem generatione fuerunt; quamvis gravibus bellis fuiſſent attriti, tamen ſemper liberi ab externa dominatione vivere conati ſunt. Saxones.

CAPUT VI.

De Thurcis.

TErtiam ex eadem origine gentem Thurcorum fuiſſe fama confirmat. Ut cum Franci Aſiam pervagantes pluribus præliis pertranſiſſent, ingredientes Europam, ſuper littora Danubii fluminis inter Oceanum & Thraciam, una ex eis ibidem pars reſidet. Electum à ſe itaque Regem nomine Torquoto, per quod gens Torquorum nomen accepit. Franci hujus itineris greſſum cum uxoribus & liberis agebant. Nec erat gens, quæ eis in prælio potuiſſet reſiſtere. Sed dum plurima egerunt prælia, quando ad Renum conſederunt, dum à Torquoto minuati ſunt, parva ex eis manus aderat.

A captivitate Trojæ uſque ad primam Olympiadem fiunt anni CCCCVI.

CAPUT VII.

De gente Hebræorum.

REdeamus quo ordine Hebræorum gens fuit. Hebræorum reliqui anni L. Abdon annis octo. Poſt Abdon Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis XL. qui copulantur temporibus Judicum poſteriorum. Poſt quem Samſon fortiſſimus omnium fuit; ita ut quibuſdam facta ejus cum geſtis Herculis computarent. Quidam ad hujus memoriam conſervandam balneum..... multo poſt tempore appellatus pœna. Poſt quem Heli ſacerdos. In Hebræorum libris XL. anni inveniuntur; in ſeptuaginta Interpretum, viginti.

CAPUT VIII.

De regno Latinorum.

IN illo tempore Tautanus regnabat in Aſſyrios. Tunc Troja capta eſt. In Hebræis Lepdon Judex erat, & in Ægypto Dinaſtia rex erat. Primus Rex Latinorum tunc in ipſo tempore ſurrexit, eo quod à Troja fugaciter exierunt, & ex ipſo genere & Frigas fuerunt niſi per ipſam captivitatem Trojæ & inundationem Aſſyriorum. E quorum perſecutione in duas partes egreſſi & ipſa civitate & regione. Unum exinde regnum Latinorum erigunt, & aliud Frigorum. Poſt tertio anno capta Troja, Latini, qui poſtea Romani nuncupati ſunt, & ut quidam volunt, poſt octo ann. regnavit Æneas. Æneas & Frigas feruntur Germani fuiſſe. Æneas in Latinos regnavit annis III. & Frigas in Frigia. Ante Æneam & Frigam Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, per quem Latini vocati ſunt, & in Italia regnaverunt annis circiter CL. Roleta ſcribit Palæphatus autem in incredibilium libro primo, Sirenas quoque fuiſſe meretrices, quæ deceperint navigantes. Poſt Æneam Aſcanius annis XXXVIII. Aſcanius derelicto novercæ ſuæ regno, Latinis Albam Longam condidit, & Silvium poſthumum fratrem ſuum, Æneæ ex Lavinia filium ſumma pietate educavit. Amazones illo tempore etiam templum Epheſi incenderunt. Aſcanius Julium filium procreavit, à quo familia Juliorum orta, & propter ætatem parvuli, qui necdum regendis civibus idoneus erat, Silvium poſthumum fratrem ſuum regni reliquit hæredem.

CAPUT IX.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT IX.

De primo ex tribu Juda Rege.

IN illo tempore mortuo Heli ſacerdote Hebræorum, Samuel prophetabat; & Saul regnavit annis XL. In illo tempore Silvius Latinorum Rex Æneæ filius, à quo omnes Albanorum Reges Silvii, vocati ſunt. Hebræorum Rex primus ex tribu Juda David annis XL. Hebræorum tunc Pontifex Abiathar clarus habebatur. Latinus Silvius regnavit annis L. Hebræorum filius David Salomon regnavit annis XL. Salomon templum in Jeroſolymis ædificare cœpit, conſummavit annis ſeptem.

CAPUT X.

De Carthagine.

CArthago tempore Salomonis à Lacedæmoniis in Africa condita eſt à rege Zoſtrato & aliæ urbes plurimæ. Nam & Carthago ab Arcedone Tyrio, ut vero alii, à Dido filia ejus annis XXLIV. expleta fuiſſe refertur.

Colligitur autem omne tempus. A Moyſe & egreſſu Iſrael, ſecundum tertium librum regnorum uſque ad Salomonem & ædificationem Templi computantur anni CCCCLXXX. A diluvio uſque ad Moyſen anni IıI. millia CCCCLXXXVIII. Ab Adam uſque ad diluvium ann. duo millia C CXLII. Simul omnes anni quatuor millia CXLVIII.

CAPUT XI.

De Regibus Hebræorum & Latinorum.

SAlomon Rex Hebræorum regnavit annis XL. Sacerdos Sadoch tunc fuit. Poſt Salomonem Roboam annis XVII. Poſt mortem Salomonis ſeditione orta in gente Judæa, regno biſariam diviſo in Samaria decem tribus regnavit Jeroboam. Latinorum Alba Silvius regnavit an. XXXVIIII. Roboam filius Salomonis regnavit Hieroſolymis duas tribus tantum, quæ vocantur Judæorum, quia ex Judæ ſtirpe deſcenderunt. Unde & univerſa gens illa nomine Judæorum eſt vocata. Poſt quem Abia annis VIII. Poſt quem Aſa annis XLI. Latinorum Ægyptius Silvius annis XXIII. Latinorum octavus Capis Silvius annis XXVI. Hebræorum Juda Joſaphat annis XXV. Prophetabant in Hebræis tunc Abdias, Hieu, Ozias, Michæas. Latinorum nonus, Carpentus Silvius annis XIII. Hebræorum Juda (a) Joram annis octo. Poſt quem Ochozias anno uno. Poſt quem Godolia mater annis VII. Poſt quam Joas annis XL. Latinorum tunc poſt Carpentum, Tyberinus annis octo. Poſt XI. Agrippa Silvius annis XL. Jojade apud Hebræos inſigniſſimus Pontifex erat. Qui ſolus poſt Moyſen vixit annis CXXX. Hebræorum Juda Amaſias annis XXIX. Hebræorum Iſrael Joas in tempore Joram. Ipſe fuit ſeptimus in Juda, regnavit annis VIII. In cujus tempore prophetabat Elias. In tempore Joas Regis Heliſeus moritur. Zacharias propheta à Joas Rege interficitur. Hebræorum Juda Amaſias XI. regnavit annis XXIX.

(a) Hæc vox in utroque mſ. exciderat.

CAPUT XII.

De Regibus Latinorum.

LAtinorum duodecimus Aremolus Silvius annis XIX. Poſt quem tertius decimus Aventinus Silvius annis XXXVI. In tempore Aremoli ſuperioris ipſe Silvius Aremolus ſive Remolus Agrippæ ſuperioris regis filius præſidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma eſt, poſuit. Ab impietate poſtea fulminatus interiit.

CAPUT XIII.

De Hebræis.

HEbræorum Iſrael ſecundus Nadab annis duobus. Poſt quem tertius Baaſa annis viginti quatuor. Poſt quem Hela annis ſeptem. Poſt quem Ambri annis duodecim. Poſt eum annis XXVIII. In tempore Achab prophetabat Helias. Poſt Joram Jehu annis XXVIII. Poſt Jehu Achab annis XVII.

CAPUT XIV.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

De Julio & Assyriis.

Sæc. VIII. Anno 780.

JUlius proavus Julii Proculi, qui cum Romulo Romam commigravit, fundavit Juliam gentem. His diebus Hebræorum duodecimus Azarias, qui & Ozias, annis LII. In illo tempore Thespie Ocorifonis filio Athenis regnante, Assyriorum imperium deletum est. Usque ad id tempus fuisse Reges Assyriorum historia refert. Et fiunt simul anni mille nongenti novem. Omnes autem regni Assyriorum à primo anno Nini supputantur mille ducenti quadraginta. Abarces Medus Assyriorum imperio destructo regnum in Medos transtulit. Et interim sine principibus res agebatur usque ad Antiochum regem Medorum. In medio autem tempore Chaldæi proprie prævalebant: quorum separatæ quædam regum successiones feruntur. Reliquæ quoque gentes propriis legibus utebantur.

CAPUT XV.

De Romulo & Remo.

LAtinorum decimus quartus Procas annis XXXIII. Post quem Amulius Silvius annis XIV. In illo tempore Roma palilibus qui nunc festus dicitur, est condita. Romulus & Remus ipsam condiderunt. Remus rutro pastorali à Fabio Romuli duce occisus. Ob asyli impunitatem magna Romulo multitudo conjungitur. Anno ab urbe condita III. una virginum pulcherrima, cunctorum acclamatione rapientium, Talasso duci (a) Romuli decernitur. Unde in nuptiarum solennitatibus, Talasso, vulgo clamitant; cui talis nupta sit, quam Talassus meruit. In illo tempore prima captivitas Israël. Decem tribus à Senacherib rege Chaldæorum translatæ sunt in montes Medorum. Regnatumque est in Samaria annis CCI.

(a) Talasso in nuptiis. Scrivem. m.s.

CAPUT XVI.

De Regibus Romanorum.

ROmanorum decimus septimus rex Romulus, annis XXXVIII. Remus & Romulus generantur Marte & Ilia. Romulus apud paludem caprenus moritur. Post quem per quinos dies senatores Remp. rexerunt atque ita unus annus expletus quod tempus interregnum appellatum est. Postea Pompilius regnavit annis XLI. Romulus primum milites sumpsit ex populo, & nobilissimos senes centum, ob ætatem senatores; ob similitudinem curæ patres adpellavit: Templa quoque & muros, Romanæ urbis extruxerunt. Sabacan Bochirum Regem captum, vivum exussit. Tullius Hostilius, annis XXXIII. Primus regum Romanorum purpura & fascibus usus est, ac deinceps cum sua domo fulmine conflagravit. Tullius Hostilius post longam pacem bella reparavit, Albanos, Vejentes, Fidenates, vicit, & adjecto monte Cælio urbem ampliavit. Romanorum quartus Ancus Martius annis XXXIII. Ancus Martius Aventinum montem & Janiculum urbi addidit. In tempore Procatis Silvii Latinorum regis, Hebræorum tunc prophetabant Osee, Amos, Josias, Isaias, Jonas an. LIII. quando Roma condita fuit prophetabat. Joathan annis XVI. Post quem Juda decimus quartus Achaz item regnavit XVI. Cujus tempore Talat Faltasar rex Assyriorum magnam partem populi Judæorum in Assyrios transtulit. Post quem Juda decimus sextus Manasses annis LV. Post quem in Juda decimus septimus Ammon annis XII. Post quem in Juda decimus octavus, Josias annis XXXII. Hieremias prophetabat. Hebræorum Juda Joachim annis XI. Post quem iterum Joachim alius annis (b) XLIII.

(b) al. annis. 40.

CAPUT XVII.

De Nabuchodonosor.

ANno tertio Joachim Nabuchodonosor rex Babyloniæ Judæam capit & in ditionem suam redactis plurimis Judæorum, cum etiam partem vasorum templi invasit, & tributarium feciſſe Joachim fertur, victor ad patriam revertitur. Israhel (quando Roma condita fuit) Azarias: & Manaim principabat an: X. postea Vaceas annis X.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XVIII.

De captivitate Trojæ Julius Africanus.

ANno decimo à captivitate Trojæ uſque ad Olympiadem primam an. CCCCV. Primam Olympiadem *Africanus* temporibus Joatham regis Hebræorum fuiſſe ſcripſit. Poſt (a) Vagea in Judæa prophetabat annis novem. Tunc a Sanacherib Iſraëlitæ in captivitatem ducti ſunt. (b) Memoravimus ſub (c) Arifrone Rege Aſſyriorum regnum deſtructum. Sardanapalus eo tempore Tarſum atque Ancealem condidit, & in prælio victus ab Arbace Medo ſemet incendio concremavit. Primus, ut ſupra memoravimus, Rex Macedonum Caſanus regnavit annis XVIII. Ægypti Regem ſuum Oſorton Herculem nominaverunt. Phidon Argivus menſuras & pondera primus invenit.

(a) al. Vazea.
(b) ſupra cap. 14.
(c) al. Afrono.

Macedonum Philippus regnavit annis XXXVIII. Numa Pompilius duos menſes ad annum condidit, Januarium & Februarium; cum ante hac menſes decem tantum apud Romanos fuiſſent. Capitolium quoque à fundamentis ædificavit. Sibylla Samia quæ & Herophila, in Samo inſignis habetur. Numa Pompilius nullum cum finitimis bellum geſſit. Olda mulier apud Hebræos prophetabat. Poſtea Sophonias, Hieremias annis XXXII. Poſt quem Joachim an. XI. Poſt quem Sedechias XI.

CAPUT XIX.

De Romanis ac captivitate Jeruſalem.

ROmanorum quintus Tarquinius Priſcus annis XXXVIII. Ancus Martius Numæ nepos. Tarquinius Priſcus circum Romæ ædificavit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos inſtituit, muros & cloacas ædificavit, ad extremum ab Anci filiis, regnum ejus, cui ipſe ſucceſſerat..... Primo anno captivitatis Jeruſalem in Judæa Nabuchodonoſor Rex Chaldæorum, Jeroſolymis captis, templum incendit: quod ab initio ædificationis ſuæ tranſierant anni CCCCXLII. quadrageſima octava Olympiade captivitas & exterminium templi quod fuit in Jeroſolymis an. LXX. In Babylone prophetabant Daniel & Ezechiel.

CAPUT XX.

Romanæ urbis ampliatio.

TUnc Romæ Servius ancillæ ſed nobilis captivæ filius tres montes urbi addidit, Quirinalem, Æſquilinum, & Viminalem. Foſſas circa muros duxit, cenſum Romanorum civium ipſe primus inſtituit, & ad extremum Tarquinii Superbi generi ſui ſuperioris regis filii ſcelere occiſus eſt.

CAPUT XXI.

De Regno Babyloniæ.

MOrtuo Nabuchodonoſor Babyloniorum Rege, ſuſcepit Imperium Evilmerodach, Cui ſucceſſit frater ejus Baltaſar, cujus tempore liber Danielis ſcribitur. Romanorum Servius ſextus regnavit annis XXXIII. Capta Hieroſolyma ab Aſſyriis ad Vafrem Regem Ægypti Judæorum reliqui transfugerunt: Hieremias quoque Propheta meminit. Corinthiorum monarchia deſtructa. Solis facta defectio; cum futuram eam Thales ante dixiſſet Olympiade LV. initium Regni Perſarum, Cyrus Rex Medorum deſtruxit imperium.

CAPUT XXII.

De Cyro Perſarum Rege.

CYrus regnavit Perſis ſubverſo Aſtyage Rege Medorum. Perſarum Cyrus regnavit annis XXX. Cyrus Hebræorum captivitate laxata, quinquaginta ferme millia hominum regredi fecit in Judæam. Qui conſtructo altari, templi fundamenta jecerunt, Sed cum à vicinis gentibus fabricatio impediretur, imperfectum opus uſque ad Darium permanſit. Cyrus Babyloniam capit.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XXIII.

De Prophetis & Tarquinio.

IN Hebræis prophetabant Aggæus & Zacharias, quo tempore Hieſus filius Joſedech, & Zorobabel, regio genere, principes fuerunt eorum, qui regreſſi ſunt in Judæam. Colliguntur, omne tempus captivitatis Judæorum an. LXX. ſecundum quoſdam à tertio anno Joachim uſque XX. an. Cyri computantur. Romanorum Tarquinius tunc regnabat annis XXXV. excogitavit vincla, taurea, fuſtes, latomias, carceres, compedes, catenas, exilia, metalla.

CAPUT XXXIV.

De Medis.

REgnaverunt Medi ſuper Aſſyrios annis CCCLIV. Crœſus à Cyro captus eſt, & Lydorum regnum deſtructum eſt, quod ſtetit ann. CCXXX.

CAPUT XXV.

De Holoferne.

CAmbyſes qui & Nabuchodonoſor Rex vocatus eſt, ſub quo hiſtoria Judith, quæ Holofernem interfecit, ſcribitur. Apud Hebræos Aggæus & Zacharias prophetabat. Secundo anno Darii Regis templum in Hieroſolymis conſtruitur à Zorobabel, conſummatur annis quatuor remiſſionis captivitatis Judæorum. Et ædificatio templi initium ſub Cyro habuit, conſummatur ſub Dario. Regnavit Perſis, Aſſyriis & Ægypto.

CAPUT XXVI.

Initium Coſſ. Rom.

ARmodius Acidus & Ariſtogidus Inpargum regem interfecerunt. Et Lena meretrix amica eorum cum tormentis cogeretur, ut reos proderet, linguam ſuam morſibus amputavit. Pulſis urbe regibus attenuatum eſt valde Romanorum Imperium. Romanorum Reges ſeptem à Romulo uſque ad Tarquinium Superbum imperaverunt annis CCXLIV. Romæ poſt exactos reges initio Conſules à Bruto eſſe cœperunt. Deinde tribuniplebis ac dictatores & rurſum conſules Remp. tenuerunt per annos ferme CCCCLXIV. Cenſu Romæ agitato inventa ſunt hominum centum viginti millia. Lapis tunc in Ænis fluvio de cœlo ruit. Perſarum ſeptimus Artabanus regnavit annis VIII. Artaxerxes annis XL. Anno ab urbe condita CCCII. tribuniplebis Romæ erecti, conſulibus ejectis. Neemias tunc Hebræus miniſter vinarius conſentiente domino ſuo, vigeſimo ejuſdem regni anno de Babylone venit, & muros Hieroſolymis ſtruxit. Romani denuo conſules creati ſunt. Si quæſieris de hebdomadis LXX. quæ in libro Danielis ſcriptæ ſunt, reperies eas eſſe expletas in tempore Neronis Imperatoris, quæ faciunt annos (*) CCCCXL. Secundo poſtea à Veſpaſiano anno Hieroſolyma capitur, ut Daniel prophetavit. Ex Ætna monte ignis erupit. Temporibus Conſulum Galli Senonaci Romam incenderunt, excepto Capitolio.

(*) Euſeb. 490.

CAPUT XXVII.

De Alexandro.

ALexander filius Philippi & Olympiadis naſcitur. Romani Gallos ſuperant. Nectenebon Rege Ægyptiorum in Æthiopiam pulſo, Ægyptiorum regnum deſtructum eſt, & in Romanam ditionem redigitur. Romani Samnitas duobus præliis & reliquas vicinas gentes ſuperant. Deſcriptione Romæ facta inventa ſunt civium centum quadraginta duo millia hominum. Alexander adverſus Illyrios & Thraces feliciter dimicans vicit. Quibus ſubverſis in Perſas arma corripuit & apud Granicum fluvium rege ducibuſque oppreſſis urbem Sardis capit. Romanorum Conſul Tor-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

quatus filium ſuum, qui plures prælio hoſtes vicerat, virgis cæſum ſecuri percuſſit. Alexander capta Tyro Judæam invadit. Poſt multas pugnas triumphans Alexandriam in Ægypto ſeptimo regni ſui anno ædificavit: & tenuit omnia quæ cœperat annis XII. Alexander Hyrcanos & Medos cepit. Alexander Ornem..... & Indum amnem tranſgreditur. Bellum egit Alexander adverſus Porum & Taxilononem dimicavit & vicit. Arpalus fugit in Aſiam. Alexander XL. ætatis ſuæ anno moritur in Babylone; poſtquam tranſlatum eſt in multos ejus imperium. Macedonum regnum Philippus frater Alexandri poſſedit.

CAPUT XXVIII.

De Romanis.

ROmani Samnitas diutiſſime adverſus ſe pugnantes ad extremum in ſervitutem ſubjiciunt. Seleucus Conſul Babyloniam & plures urbes ædificavit. Cenſu Romæ agitato inventa ſunt civium Romanorum ducenta ſeptuaginta millia hominum. Legati Alexandriam Ptolomæi tranſmiſſi Romanorum amicitiam petierunt. Romani Gallos ſuperant, & Sabinorum terram ſorte dividunt. Seleucus in Sicilia capto Demetrio Syriæ & Aſiæ pariter imperavit. Soſtratus ingreſſus eſt Alexandriam, quam Romano ſubdidit imperio, & pharum magnam in Alexandria fecit. Aratus argenteos nummos primus in orbe figurari fecit. Romani Carthaginenſes navali prælio ſuperant & centum ibi urbes capiunt. Carthaginenſes Romanorum naves in Sicilia capiunt Metello Conſule in fugam verſo. Cenſu Romæ tunc agitato inventa ſunt hominum ducenta ſexaginta millia. Poſt an. quatuor Romæ templum Veſtale incenſum eſt. Poſt annos XIII. quadraginta fere millia Gallorum fuerunt à Romanis cæſa. Poſt annum ſeptimum Caria & Rhodos terræ motu concuſſa eſt, ita ut coloſſus magnus rueret. Poſt annos item ſeptem victi Judæi & ſexaginta millia armatorum à Romanis cæſi, Romanam redacti ſunt in ditionem. Poſt annos tres Romani Marcello conſule Syracuſam capiunt--- Siciliam. Poſt annos ſeptemdecim Romani Græcos liberos eſſe juſſerunt, & univerſis Hebræis ita fecerunt. Poſtea per Antiochum Regem Judæi contra Romanos cœperunt rebellare, & idololatriam cogente Antiocho ſunt converſi. Tunc Sacerdotes & duces Machabæi propter regem cuſtodiendum ſurrexerunt, ſicut ſcriptum eſt lib. Machabæorum. Romani interfecto Seleuco Rege Macedones tributarios faciunt, Deſcriptione Romæ facta inventa ſunt hominum trecenta viginti duo millia. Oppius conſul Gallos capit. Et Carthago in ditionem Romanam per Scipionem redigitur; habens, quod condita fuit annos ſeptingentos quadraginta novem. Ptolomæus Demetrio filiam ſuam tradidit uxorem. Cum regnaret in Ægypto & in Jeroſolymis ſuper Judæos, dedit Demetrio generi ſuo regnum quod abſtulerat patri ſuo Antiochus rex. Antiochus rex filio Alexandro fratre Demetrii interfecto ad extremum ſe interfecit. Bellum civile ortum eſt in illo tempore in Sicilia. Primus liber Machabæorum temporibus Antiochi ſcriptus eſt in Judæa. Arſaces Parthus Antiochum interfecit. Servi qui in Sicilia rebellabant, obſidionis neceſſitate compulſi ad ſua invicem cadavera devoranda converſi ſunt. Arvernia tunc nobilis Galliarum urbs capta. Et rex Vetuetus juxta Tule inſulam igni eſt conflatus. Samariam urbem Herodes reſtaurans, Sebaſten in honorem Auguſti appellare voluit. Græci victi à Romanis ſubjiciuntur. In Sicilia bellum civile conſurgit. Deprehenſo Ptolomæo per matrem Cleopatram in Sicilia bellum civile quievit. Ptolomæus rex Cyrenæ moriens Romanos teſtamento reliquit hæredes. Seleucus ab Antiocho vivus exuritur. Antiochus in Parthos fugatur; Pompejo conſuli ſe deinceps tradidit. Pompejus Syriam in ditionem redegit. Antiochus reverſus de fuga regnum obtinuit. Plotius Gallus Latinorum Rhetoricam docuit, ſicut Cicero refert: Pueris nobis primum latine dicere cœpiſſe Plotium quendam. Deſcriptione tunc Romæ facta, inventa ſunt hominum quadringenta quadraginta quatuor millia. Voltacilius Plautus Pompei Conſulis libertus doctor ſcholam Romæ primum invenit. Pompejus glorioſiſſime triumphavit.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXIX.

De primo Imperatore.

Sæc. VIII. Anno 780.

LUcullus primus Imperator appellatus est, victa Armenia & Mesopotamia & Nisibi cum fratre accepta Pompejus universam Hiberiam subjugavit. Lucullus de Bessis triumphavit. Virgilius Maro in pago qui (a) Ædis dicitur, non procul à Mantua nascitur. Antiochia ab Assyriis capta. Aristobulus & Hyrcanus filii Alexandræ contra se de Imperio dimicantes, occasionem præbuerunt Romanis, ut Judæam invaderent. Pompejus Jerosolymam veniens, capta urbe & templo observato ad Sancta sanctorum accedit. Aristobulum vinctum secum adducit. Hyrcanum deinde Antipatrum Herodis Ascalonitæ filium procuratorem Palæstinæ fecit. Pompejus captis Jerosolymis, tributarios Judæos facit. Pompejus secundus Imperator appellatur. Cæsar Lusitaniam & quasdam insulas in Oceano capit. Cæsar Rhenum transiens Germanos & Gallos capit.

(a) Euseb. Andes.

CAPUT XXX.

De Julio Cæsare.

POstquam C. Julius Cæsar primus Romanorum singulare obtinuit imperium, Romanorum princeps appellatus est. Pompejus prælio victus fugiens, à spadonibus Alexandri regis occiditur. Ptolomæi cadaver cum lorica aurea in Nilo invenitur. Cæsar in Ægypto regnum Cleopatræ confirmat, ob stupri gratiam. Cleopatra regio comitatu ingressa urbem prohibet lecticis & margaritis uti. Antonius decernit Quintilem mensem Julium debere dici, quia in eo fuisset natus. C. Julius Cæsar in curia occiditur, corpus in rostro rumore concremator. Romæ tres exorti Consules in eadem urbe fuerunt. Inter cætera portenta, quæ in toto orbe facta sunt, bos ad arantem in suburbano locutus est; frustra se urgeri: non enim frumenta, sed homines brevi defuturos.

CAPUT XXXI.

De Octaviano Cæsare.

ROmanorum secundus post Julium singulare Octavianus assumpsit imperium, qui primum Augustus Cæsar appellatus est: regnavit annos LXII. menses sex. Post quem Augusti appellati sunt reges Romanorum. Antonius adversus Cæsarem Augustum bellum movit. Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quàm ut quarta pars hæredibus superesset. Trans Tyberim fluvium oleum terra erupit, quod tota die sine intermissione fluxit, significans Christi gratiam ex gentibus. Antonium superat Augustus Octavianus & interveniente Senatu, eum in gratiam recepit. Antonius Patricius contra Judæos dimicans tandem occiditur & regnum Judæorum tunc fuit destructum. Herodes postea à Romanis constitutus princeps. Virgilius in Cappadocia moritur. Herodes à Romanis Judæorum suscepit principatum. Cujus tempore Christi nativitate vicina, regnum & sacerdotium Judæi, quod prius per successionem Assamonæorum tenebatur, destructum est; completa prophetia, quæ ita per Moysen loquitur: Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium. In hoc loco etiam Christus, quem Danielis scriptura præfatur, accepit finem. Nam usque ad Herodem, Christi, id est, Sacerdotes erant reges Judæorum, qui imperare cœperunt (b) 165. Olympiade; & ab instauratione templi sub Dario usque ad Hyrcanum & CLXXXV. Olympiade an. CCCCLXXXVII. in mediis an. transactis, quos Daniel significat, dicens: Et sciens & intelligens ab initio sermonem respondendi & ædificandi Hierusalem usque ad Christi principatum, hebdomades VII. & hebdomades sexaginta duæ: quæ sexaginta novem hebdomadæ faciunt an: quadraginta quatuor Herodes antipatri filius nihil ad se pertinentem Judæam ab Augusto & Senatu accepit: filiique ejus post eum regnaverunt usque ad novissimam Jerosolymæ captivitatem. Quæ omnia etiam Daniel propheta vaticinatur, ita dicens: Et post hebdomadas septem & sexaginta duas, peribit chrisma, & judicium non erit in eo: & templum & sanctuarium corrumpet populus cum duce veniente: & cædentur in cataclismo belli. Et in consequentibus: Et super templum, inquit, abominatio desolationum usque ad consummationem temporis; & consummationem dabit super dissolutionem.

Gen. 49.

Daniel. 9.

(b) Euseb. 65.

Daniel. 9.

Daniel. 9.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

Herodes Ananælum quendam Pontificem Judæorum inſtituit, & poſt exiguum temporis Ariſtobulum fratrem uxoris ſuæ, nepotem — ſucceſſorem dedit, quo poſt annum unum interfecto, Ananælo reddidit ſacerdotium.

Lunæ curſus tunc à Romanis inventus eſt.

Antonius Cleopatræ Arabiam tradit. Auguſti & Antonii tertiæ diſſenſionis exordium fuit, quod repudiata ſorore Cæſaris, Cleopatram duxit uxorem. Cleopatra & Antonius ſemet interficiunt, & ob hoc Ægyptus fit Romana provincia: quam primus tenuit conſul Cornelius.

CAPUT XXXII.

De Auguſto & Cajo.

TErtio decimo anno imperii Octaviani, monarchiam habere meruit Cæſar Auguſtus; & ita appellatus eſt: à quo Sextilis menſis Auguſti nomen accepit. Cum ingenti triumphorum pompa Auguſtus Romam ingreſſus eſt. Cleopatræ liberi Sol & Luna ante currum ejus ducti. Auguſtus Romanis plurimas leges ſtatuit. Cenſu Romæ agitato inventa ſunt civium Romanorum XLI. millia, centena & LXIV. millia. Hæc deſcriptio XIII. anno imperii Octaviani facta eſt. Auguſtus Calabriam & Gallos vectigales fecit. Munatius Plancus Ciceronis diſcipulus, orator inſignis habetur: qui cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit.

Anno XIII. imperii Octaviani Tiberius ab Auguſto miſſus occupavit Armeniam. Herodes ab Hieroſolyma multas & magnas ædes conſtruit. Herodes Samariam olim, jam in cineribus ſedentem, à fundamentis ſuſcitans, in honorem Auguſti Auguſtam, id eſt Sebaſten appellavit. Auguſtus Samiis libertatem dedit. In Cypro plurimæ civitatum partes terræ motu corruerunt. Germanos in arma verſos Lollius ſuperat. Auguſtus XXIX. anno imperii ſui Cajum adoptavit in filium. Tiberius (a) Vindelicos & eos qui Thraciarum confines erant, Romanas provincias facit. Herodes Cæſaream in nomine Cæſaris condidit. Antidonam & Antipatridam condidit: innumerabilia quoque opera in ſingulis Syriarum urbibus, quas regnavit, ſolertiſſimè ædificavit. Tiberius Cæſar de captivis Pannoniis triumphavit. Herodes Hyrcanum, *qui olim* ſacerdos Judæorum fuerat, de captivitate Parthica regreſſum, & filium ejus, qui ſacerdotio patris ſucceſſerat, interfecit. Sororem quoque ejus, uxorem ſuam, cum duobus propriis filiis adoleſcentibus, & matrem uxoris occiſæ, ſocrum ſuam, crudeliſſimè necavit. Auguſtus Juliam filiam ſuam in adulterio deprehenſam damnat exilio. M. Tullius Tyro Ciceronis libertus, ipſe primus notas commentus eſt. Herodes ad ea quæ ſupra crudeliter geſſerat, etiam hoc addidit, virum ſororis ſuæ Salomæ interfecit; & cum eam alii tradidiſſet uxorem, etiam ipſum necat. Interpretes divinæ legis occidit.

(a) m. f. Vindecolis & Vindiculos. corrigo Vindelicos ex Euſeb.

CAPUT XXXIII.

De Chriſto Salvatore noſtro.

COlliguntur omnes anni ab Abraham uſque ad Nativitatem Chriſti, an. duo millia quindecim. Tertullianus in eo libro quem contra Judæos ſcripſit, affirmat quadrageſimo primo an. Auguſti natum, & decimo quinto Tiberii eſſe paſſum. Auguſtus Tiberium & Agrippam in filios adoptavit. Judas Galilæus ad rebellandum Judæos cohortatur. Herodes cum Chriſti Nativitatem Magorum indicio cognoviſſet, univerſos Bethleem parvulos juſſit interfici. Herodes morbo intercutis, & ſcatentibus toto corpore vermibus, miſerabiliter & digno moritur cruciatu. Auguſtus quinquageſimo quinto imperii ſui anno, cum Tiberio filio ſuo cenſum Romæ agitans. Inventa ſunt hominum (b) nonaginta centena millia. Archelaus nono anno regni ſui in Vienna urbe Galliarum moritur. Defectio ſolis facta. Auguſtus * ſeptuageſimo ſexto ætatis ſuæ anno Atellæ in Campania moritur ſepultuſque eſt Romæ in Campo Martio. Imperavit Tiberius annis XXIII. Germanicus Cæſar de Parthis triumphavit. Tiberius multos reges ad ſe per blanditias evocavit, nec remiſit quem attrahere potuit & Archelaum Cappadocem, cujus regnum in provinciam erat verſum, Agiacham noviſſimam civitatem Cæſaream appellare juſſit. Tiberius Druſum conſortem imperii fecit. Druſus Cæſar veneno periit anno XLVI. imperii Tiberii. Joannes filius Zachariæ in deſerto juxta Jordanem fluvium prædicans Chriſtum filium Dei in medio eorum adeſſe teſtatur. Ipſe quoque Dominus *Jeſus* Chriſtus hic in principio ſalutarem jam adnunciat ſignis atque virtutibus viam: vera comprobans eſſe quæ dicerentur per Prophetas.

An. 41. Auguſti. Tertul. adv. Jud. cap. 8.

(b) al. nonaginta ter centena millia.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXIV.

Quando paſſus ſit Chriſtus.

Sæc. VIII. Anno 780.

Confer cum Euſebio.

COmputantur in præſenti an. id eſt Tiberii Cæſaris XXXIV. à ſecundo anno inſtaurationis templi, quæ facta eſt ſub altero an. Darii regis Perſarum, an. DXLVIII. à Salomone autem & prima ædificatione templi anni mille quadraginta: à Moyſe & egreſſu Iſrael ex Ægypto anni mille octingenti novem: ab Abraham & regno Nini & Semiramidis ann. duo millia quadraginta quatuor: à diluvio uſque ad Abraham anni nongenti quadraginta duo. Ipſe Chriſtus filius Dei ſalutarem cunctis prædicans viam miracula quæ in Evangelio ſcripta ſunt facit. Jeſus Chriſius filius Dei diſcipulos ſuos divino imbuens ſacerdotio, ut univerſis gentibus converſionem ad Deum nuncient, imperat. Ipſe Chriſtus filius Dei ſecundum Prophetas quæ de eo fuerant prælocuti, ad Paſſionem venit anno Tiberii decimo quinto. Quo tempore etiam in aliis Ethnicorum commentariis hæc diverſa ſcripta comperimus. Solis facta defectio, ita ut in tenebroſam noctem dies media converteretur, & ſtellæ apparerent. Bithynia terræ motu concuſſa eſt, quæ omnia his congruunt quæ in Paſſione Salvatoris acciderant. Argumentum autem hujus diei, quod Salvator iſto anno paſſus ſit, Evangelium præbet Joannis, in quo ſcribitur XV. anno Tiberii Cæſaris tribus annis dominum prædicaſſe. In templo Jeroſolymis ſubito erupit vox dicentium, Tranſmigremus ex his ſedibus. Eodem anno Pilatus præſes, ſecreto noctis, imaginem Cæſaris in templo ſtatuerat. Hæc prima ſeditio & turbarum Judæis cauſa. Eccleſiæ Jeroſolymorum primus Epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus eſt Jacobus frater Domini. Ex hoc conſiderandum quantæ deinceps calamitates Judæorum gentem oppreſſerint. Pilatus poſt ſupradictam ſeditionem, quæ ob Cæſaris imaginem fuit concitata, ſacrum theſaurum, quem Corbonam Judæi vocant, in aquæductum Jeroſolymorum expoſuit. Secunda ſeditio Judæorum fuit anno XXII. imperii Tiberii. Agrippa filius Herodis regis accuſator Herodis Tetrarchæ Romam profectus à Tiberio in vincula mittitur. Pilatus de Chriſtianorum dogmate refert, Tiberius ſenatui dicens, ut inter cætera ſacra reciperent præcepit. Tiberius per edictum accuſatoribus Chriſtianorum comminatus eſt mortem. Multi ſenatorum & equitum Romanorum interfecti. Tiberius in Campania moritur.

CAPUT XXXV.

De Cajo Cæſare.

De Claudio.

ROmanorum IV. Cajus imperavit annos IV. &menſes X. Gajus Cæſar cognomento Caligula Aggrippam vinculis liberatum, regem Judæis fecit. Gajus ſemetipſum in Deos referr. Flaccus multos Judæos calamitatibus premit, conſentiente Alexandriæ populo. (a) Gajus Mammi reguli uxorem duxit, impellens eum, ut uxoris ſuæ patrem eſſe ſe ſcriberet. Pontius Pilatus in multas incidens calamitates, propria ſe manu interfecit. Gajus Jeroſolymam ſtatuam ſuam ſub nomine Jovis Maximi ponere præcepit. Plurimi nobilium à Gajo ſunt interfecti. Gajus ſorores ſuas, quibus ſtuprum intulerat, exilio condemnavit. Gajus omnes exules juſſit interfici. Gajus à protectoribus ſuis in palatio occiditur anno ætatis ſuæ XXIX.

Romanorum V. Claudius imperavit annos XIV. menſes IX. dies XXVIII. Iſte eſt Claudius patruus Druſi, qui apud Moguntiam monumentum habet. Petrus Apoſtolorum auctor primus poſtquam Antiochenam Eccleſiam in Epiſcopatum fundaſſet, Romam mittitur. Ubi Evangelium prædicans XXV. annis ejuſdem urbis Epiſcopus perſeverat. Marcus Evangeliſta interpres Petri Ægypto & Alexandriæ Chriſtum annunciat. Primus Antiochiæ Epiſcopus ordinatus Euodius. Agrippa rex Judæorum regnavit an: XXVI. poſt quem filius ſuus Agrippa à Claudio ſubſtituitur in regno. Fames ingens quæ prædicta fuerat ſub Claudio toto orbe fuit. Claudius de Britannis triumphavit, & Orcades inſulas Romanorum ſubjecit imperio. Deſcriptio Romæ V. anno Imperii Claudii facta. Inventa ſunt civium Romanorum LXIX. centena & LXIX. millia. Græcia ejuſque regna in provinciam rediguntur. Hieroſolymis orta ſeditio, ut in portarum exitu corrueret: triginta millia Judæorum perierunt. Claudius Felicem Procuratorem in Judæam mittit: apud quem Paulus Apoſtolus accuſatur. Sub Felice Procuratore Paulo dicitur à tribuno, Nonne tu es Ægyptius, qui ante hoc dies congregaſti & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum ſicariorum? Claudius XIV. anno imperii ſui in palatio, ætatis ſuæ LXIV. moritur.

CAPUT

(a) Mammii reguli: vel regentis exercitus. Ita enim Sueton. Calig. 25. *Lolliam Paulinam C. Memmio conſulari, exercitus regenti nuptam &c. conjunxit ſibi.* C. A. N.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XXXVI.

De Nerone.

ROmanorum VI. regnavit Nero annos XIII. menſes VII. & dies XXVIII. Hujus avunculus fuit Cajus Caligula. Felice regnante in Judæa ſeditio in Cæſarea Palæſtinorum orta eſt. Magna Judæorum periit multitudo. Feſtus ſucceſſit Felici, apud quem præſente Agrippa rege Paulus Apoſtolus religionis ſuæ rationem exponens, vinctus Romam mittitur anno tertio Imperii Neronis. Terræ motus Romæ & ſolis facta eſt defectio. Nero Agrippinam matrem ſuam, & ſororem matris ſuæ interfecit. Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis & calidis unguentis lavaretur, retibusque aureis piſcaretur, quæ purpureis funibus extrahebant. Jacobus frater Domini, quem omnes Juſtum appellabant, à Judæis lapidibus opprimitur. Cui Simeon ſecundus Epiſcopatum aſſumpſit. Ante menſam Neronis fulmen de cœlo cecidit. Thermæ Neronianæ ædificatæ ſunt. Nero ut ſimilitudinem Trojæ ardentis inſpiceret, plurimam partem Romanæ urbis incendit. Duæ tantum provinciæ ſub Nerone factæ, Pontus Ptolemaicus, & Alpes Coctiæ. Coctio rege defuncto multi nobilium à Nerone interfecti. Neroni in expenſas centies centena millia decreto Senatus, annua ſubminiſtrantur. Nero cum cæteris Octaviam uxorem ſuam interfecit, Cornutum philoſophum Perſii in exilium relegat. Primus Nero ſuper omnia ſcelera ſua etiam perſecutionem in Chriſtianos facit. Petrus & Paulus glorioſe Romæ occubuerunt: Petrus crucifigitur; & Paulus gladio capite truncantur. Judæos tunc contra Romanos rebellantes Veſpaſianus à Nerone tranſmiſſus, plurimas urbes Judæorum capit. Sueton. Ner. cap. 48. Nero cum à Senatu quæritur ad pœnam, à palatio fugiens ad V. urbis miliarium in ſuburbano liberti ſui inter Salariam & Numentanam viam ſemetipſum interfecit anno ætatis ſuæ XXXII. atque in eo omnis Auguſti familia conſumpta eſt.

Galba, Vitellius. Poſt Neronem Galba in Iberia, Vitellius in Germania, Otto Romæ imperium adminiſtraverunt. Magiſter militum Fabius Quintilianus Romam à Galba perducitur. Galba VII. menſe Imperii ſui in medio Romanæ urbis foro capite truncatur. Veſpaſianus duobus præliis ſuperat Judæos. Otto III. regni ſui menſe apud * *Vitriacum* propria manu occubuit. Vitellius à Veſpaſiani ducibus occiſus in Tiberim projicitur.

* leg. Bebriacum.

Veſpaſianus. Romanorum VII. imperavit Veſpaſianus annos novem, menſes undecim, dies 22. Veſpaſianus apud Judæam Imperator appellatus, & bellum Tito filio ſuo commendans Romam per Alexandriam proficiſcitur. Tunc Judæorum regnum finitum eſt. Titus Judæam captam & Jeroſolymis ſubverſis ſexcenta millia virorum interfecit; undecies centena millia fame & gladio ex eis periêre: & centum millia captivorum publice ſunt vendita: quia ex omni gente Judæorum ad tempus Paſchæ in urbe quaſi carcere ſunt recluſi. Oportuit enim in iis diebus Paſchæ eos interfici, qui Salvatorem crucifixerunt. Colligitur omne tempus, in ſecundo anno Veſpaſiani & noviſſima everſione Hieroſolymorum CCXV. anni, Tiberii Cæſaris & ab exordio Evangelicæ prædicationis, an. XLII. à captivitate autem quam ab Antiocho perpeſſi ſunt, anni, CCXXXVIII. Porrò à Darii ſecundo anno, quo rurſum templum ædificatum eſt, anno DCLXI. A prima autem ædificatione templi ſub Salomone uſque ad noviſſimam ejus ruinam, quæ à Cæſare Veſpaſiano facta eſt, anno milleſimo centeſimo ſecundo. Veſpaſianus capitolium ædificavit. Germanos rebellantes ſuperat, & Aventicum civitatem ædificari præcipit, à Tito filio ſuo poſtea expletur, & nobiliſſima in Gallia Ciſalpina efficitur. In Alexandria facta eſt ſeditio. Coloſſus Romæ erectus habens in altitudine pedes CVII. quem in nomen & laudem victoriæ quam in Germania fecerat erexit. Veſpaſianus mortuus eſt profluvio ventris, in villa propria an: ætat: ſuæ LXIX.

Titus. Romanorum VIII. Titus imperavit annos duos, menſes duos. Titus filius Veſpaſiani in utraque lingua peritiſſimus fuit, & tantæ bonitatis, ut cùm quadam die recordatus fuiſſet in cæna, nihil ſe cuiquam præſtitiſſe, dixerit, Amici hodie perdidi diem. Mons (*a*) Bibius in Aſia ſubtus in vertice tantum ejecit incendium, ut regiones vicinas cum hominibus exureret. Titus amphitheatrum Romæ ædificavit, & in dedicatione ejus quinque millia ferarum occidit. Romanæ Eccleſiæ ſecundus Epiſcopus Cletus an: XII. Titus univerſam Galliam circuivit, & Aventico civitatem, quam pater inceperat, explevit, glorioſè, eò quod eam diligebat, ornavit. Titus Romam rediens morbo periit in ea villa qua pater ſuus.

(*a*) Nomen montis hujus mire variant. Georg. Cedrenus Besbius, Silio Italico Vesbius, aliis Veſuius, Veſenus, Veſuvius. Vide Synonymiam Ortelii. De Veſuvii eruptione Sueton. Tit. cap. 8 Dio in Tito. Plin. Epiſt. ad Tacit. CAM.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXVII.

SÆC. VIII. ANNO 780.

De Domitiano Cæsare.

REgnavit Domitianus annos XV. & menses V. Titi frater junior fuit. Domitiani uxor Augusta appellatur. Domitianus eunuchos fieri prohibuit: plurimos Senatorum Domitianus in exilium mittit. Domitianus templum sine lignorum administratione construxit. Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari jussit. Duos menses aliter appellari fecit; Septembrem, Germanicum; Octobrem, Domitianum. Domitianus plurimos nobilium exilio damnavit atque occidit. Domitianus de Dacis & Germanis triumphavit. Domitianus tantæ superbiæ fuit, ut aureas & argenteas statuas sibi in capitolio poni jusserit. Domitianus multos nobilium perdidit, quosdam vero in exilium misit. Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur: & sub eo Joannes Apostolus in Pathmos insulam relegatus Apocalypsin scripsit. Domitianus rursus philosophos & mathematicos Romæ per edictum proscribit. Domitianus eos, qui de genere David erant, interfici præcepit, ut nullus Judæorum regum reliquus esset. Domitianus in palatio occiditur, & per vespillones ignobiliter portatus sepelitur anno ætatis suæ (a) XXXVI. (a) al. 30.

Romanorum decimus regnavit Nerva an. I. menses IV. Senatus decrevit, ut omnia quæ Domitianus statuerat, irrita essent, & multi, quos injuste ejecerat, de exilio sunt reversi. Et Apostolus Joannes hoc tempore exilio solutus Ephesum secessit; in qua urbe hospitiolum & amicos amantissimos habebat. Nerva morbo periit in hortis Salustianis anno ætatis suæ 72. cum jam Trajanum adoptasset in filium. Trajanus Agrippinæ in Galliis Imperator factus, natus in Hispania. Nerva.

Romanorum undecimus regnavit Trajanus annos XIX. menses VI. Decreto Senatus Nerva in Deos relatus. Joannes Apostolus usque ad Trajani tempora permansit. Trajanus de Dacis & Scythis triumphavit. Trajanus victo rege Decibalo Daciam fecit provinciam: Iberos, Sauromatas, (a) Ruinus, Arabes, Bosphoranos, Colchos in fidem accepit. Seleuciam, Cresiphontem, Babyloniamque occupavit. Romæ aurea domus incendio conflagravit. Terræ motu quatuor urbes Asiæ sunt subversæ. Trajanus adversus Christianos persecutionem movens, multos Christianos interfecit. Trajanus Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit provincias. Trajanus profluvio ventris extinctus est anno ætatis suæ (b) LXIV. mense IX. die IV. Trajanus. (b) al. 63

Romanorum duodecimus Adrianus in Hispania natus consobrinæ Trajani filius fuit. Adrianus Alexandriam subversam à Romanis, publicis restauravit expensis. Adrianus Trajani invidens gloriæ, de Assyria, Mesopotamia, & Armenia, quas ille provincias fecerat, revocavit exercitus. Adrianus Judæos rebellantes capit. Senatus Trajanum in Deos refert. Adrianus in utraque lingua eruditus benigniter tributa urbium plurimarum relaxavit, (b) polepticis publicis incensis plurimos à tributis liberos fecit. Adrianus edictum dedit, sine objectione criminum Christianos non condemnandos. Imperator Adrianus pater patriæ appellatur, & uxor ejus Augusta. Adrianus bibliothecam miri operis extruxit. Judæis rebellantibus Adrianus mittit ad reprimendum exercitum eorum: quæ rebellio finem accepit; & ita oppressi sunt, ut ex eo tempore etiam eis introeundi in Jerusalem sit licentia ablata. Primus ex gentibus Jerosolymis tunc constituitur Marcus Episcopus, cessantibus his qui fuerant ex Judæis. Adrianus morbo moritur sexagenarius. Adrianus.

Romanorum XII. regnavit Titus, cui nomen Antoninus Pius, annos XXII. menses (c) III. cum liberis suis Aurelio & Lucio. Antoninus pater patriæ appellatur. Antoninus Pius in villa propria XII. ab urbe milliario moritur, anno vitæ septuagesimo septimo. Antoninus Pius. (c) al. menses 4.

Romanorum XIV. regnavit Marcus Antoninus annis XIX. mense uno: cum quo consortes fuerunt regni (c) Lucius Aurelius & Commodus. Hi primum æquo jure imperium administraverunt; cum usque ad hoc tempus singuli Augusti fuerint. Lucio Cæsare Athenis sacrificante, ignis in cœlo ab oriente in occidentem ferri visus. Lucius Cæsar de Parthis cum fratre triumphavit. Plurimi in Galliis gloriose ob Christi nomen interfecti. Lucius Imperator anno regni sui nono in Concordia apoplexia extinctus est, sedens cum fratre in (d) cubiculo. Pseudoprophetia quæ Cata-Phrygas nominatur, accepit exordium. Tanta undique tunc fuit inundatio gentium, ut totus Roma- Marcus Aurelius Antoninus.

(a) al. Astiunas. quidam Croneos, quidam Hosdroenos nominant hic. sunt qui Agarenos ex Dione legant.

(b) al. polemticis. Corrige tu has voces ex Dione & Spartiano, qui de Syngraphis incensis multa.

(c) al. Lucius & Aurelius Commodus. Hic sollicite m. s. var. lect. noto, propter ingentes dissensiones de nomenclatura horum Imp. de qua Baron. ann. 163. 5. CAN.

(d) Capitolin. in Marco habet: in vehiculo.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780. Romanorum exercitus ad internecionem deletus fuiſſet. Imperator Antoninus multis adverſum ſe naſcentibus bellis ſæpe ipſe intererat; ſæpe duces nobiliſſimos deſtinabat. Semel (*a*) pertinaciter exercitu confligebat in Gothorum regione; & oppreſſo pluvia divinitus miſſa eſt; cum e contrario Germanos & Sarmatas perſequeretur imber. Chriſtianis militibus fortiter deprecantibus ad extinguendam ſitim illorum hoc fuit præſtitum. Antoninus Commodus filium ſuum conſortem regni facit. Deſcriptiones iniquas in foro incendi jubet. Leges ſeveriores integra emendatione inſtituit. Antoninus poſt victoriam in editione munerum mirificus fuit. Smyrna urbs Aſiæ terræ motu ruit. Antoninus in Pannona morbo periit.

Commodus. Romanorum XV. regnavit Commodus annis XIII. Commodus de Germanis triumphavit. Commodus Imperator Coloſſi capite ſublato ſuæ imagini caput jubet imponi. Commodus multos nobilium interfecit. Incendio Romæ facto, palatium, ædes Veſtæ, plurimaque urbis pars ſolo æquantur. Commodus ſtrangulatus in domo Veſtali moritur.

CAPUT XXXVIII.

Ælius Pertinax.

Ælius Pertinax. ROmanorum XVI. Ælius regnavit menſes VI. Pertinax cognominatus: qui obſecrante uxore ſua Auguſta, ut filium ſuum Cæſarem appellaret, contradixit: ſufficere, dicens, quod ipſe regnaret invitus. Occiditur in palatio, Juliani Jurisperiti ſcelere, quem poſtea Severus apud Milvium pontem interfecit.

Severus. Romanorum XVII. regnavit Severus annos XIX. Severus Parthos & Avaros ſuperavit. Severo imperante thermæ Severianæ Romæ factæ. Perſecutio in Chriſtianos facta. * Leonides glorioſe martyrium accepit. Claudio Albino, qui ſe in Gallia Cæſarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, Severus in Britannos bellum transfert, ubi recepta maxima ejuſdem provinciæ parte, murum per centum triginta quinque millia à mari ad mare duxit. Severus moritur Eboraci in Britannia.

CAPUT XXXIX.

Caracalla.

Caracalla. ROmanorum XVIII. regnavit Antoninus cui nomen Caracalla, Severi filius an. VII. Antoninus Romæ thermas ſui nominis Antoninianas ædificavit. Tam impatiens fuit ſuæ libidinis, ut novercam ſuam Juliam uxorem duceret. Antoninus interficitur an. ætatis ſuæ XLIV.

Macrinus. Romanorum XIX. Macrinus regnavit anno uno. Interficitur in Archelaide.

Heliogabalus. Romanorum XX. regnavit Aurelius annis IV. impudicè. Romæ occiditur tumultu militari.

Alexander Severus. Romanorum XXI. regnavit Alexander Mammeæ filius annis XIV. Alexander (*b*) Xerxem regem Perſarum glorioſiſſime vicit. Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ. Alexander occiditur Mogunciæ ſuper Renum fluvium, tumultu militari.

Maximinus. Romanorum XXII. Maximinus an. quatuor. Maximinus primus ex corpore militari ab exercitu electus eſt Imperator. A Popione occiditur.

Gordianus. Romanorum XXIII. regnavit Gordianus. In palatio occiditur Gordianus, cùm

Philippus. de Parthis triumphavit, fraude Philippi Præfecti Prætorii. Philippus filium ſuum conſortem regni fecit, primuſque omnium ex Romanis Imperatoribus Chriſtianus fuit.

Regnante Philipo milleſimus an. Rom. urbis expletus eſt. Philippus nominis ſui in Thracia urbem conſtruit. Philippus ſenior Veronæ occiditur.

Decius. Romanorum XXIV. regnavit Decius anno uno menſibus tribus: qui in Pannonia inferiori natus fuit. Cum duos Philippos patrem & filium interfeciſſet, ob odium eorum, in Chriſtianos perſecutionem movet. Antonius monachus in Ægypto naſcitur. Decius cum filio in Africa occiditur.

Gallus & Voluſianus. Romanorum XXV. regnavit Gallus & Voluſianus Galli filius an. I. menſ. III. Gallus & Voluſianus ab Æmiliano interfecti ſunt.

Valerianus. Romanorum XXVI. regnavit Valerianus & Gallienus an. XV. Valerianus in Retia ab exercitu Cæſar appellatus eſt. Valerianus in Chriſtianos perſecutione commota ſtatim à Sapore rege Perſarum capitur, ibique ſervitute miſerabili conſeneſcit. Sapor rex Perſarum Syriam, Ciliciam depopulatur Valeriano in Perſas ducto, Sapor rex de dorſo Valeriani ſemper equum aſcendebat.

CAPUT

(*a*) al. pertinaci exercitu cum eo in Gothorum regione oppreſſus.

(*b*) Herodian. lib. 6. & Lampridius Artaxerxem vocant.

Digitized by Google

CAPUT XL.

Gallienus.

Sæc. VIII. Anno 780.

GAllienus firmatur in imperio. Germani Ravennam venerunt. Alamanni vaſtatum Aventicum pervenerunt, inæſtimabili nocumento & plurimam partem Galliarum vaſtaverunt, indeque in Italiam tranſierunt. Græci Pannoniam occupaverunt. Germani Hiſpanias obtinuerunt, etiam & Syriam incurſaverunt, Francos in eorum habentes auxilio. Gallienus Mediolani occiditur. Gallienus.

Romanorum XXVII. regnavit Claudius annos XL. & menſes (a) novem. Claudius Gothos, Illyricum, & Macedoniam vaſtantes ſuperat. * Claudius Syrmii civitate Pannoniæ moritur. Claudius. (a) al. 8 * l. frater ex Vopiſco.

Quintilius Claudii pater à Senatu Auguſtus appellatur. XVII. die Imperii ſui occiditur. Quintilius.

Romanorum XXVIII. regnavit Aurelianus annos V. & menſes II. Aurelianus, Tetrico apud Catalaunenſem exercitum gubernante, Gallias recepit. Cenobia apud Emmaus non longe ab Antiochia vincitur, quæ, occiſo marito ſuo, Orientis tenebat imperium (a): in qua pugna ſtrenuiſſime apud eandem pugnavit Pompejanus dux genere Francus, cujus familia uſque hodie apud Antiochiam perſeverat. Cujus Pompejani inſtantia maxima pars Aſiæ ditioni Romanæ ſubjicitur: ex cujus ſtirpe Evagrius chariſſimus nobis presbyter deſcendit. Tetricus Aurelianum Romæ triumphantem & Cenobia præceſſerunt. Aurelianus templum Solis ædificat, Romam firmioribus muris vallat. Aurelianus cum adverſus Chriſtianos perſecutionem moviſſet, à fulmine occiditur. Aurelianus.

Romanorum XXIX. regnavit Tacitus menſes VII. Tacitus.

Quo apud Pontum occiſo, obtinuit Florianus imperium dies 89. qui apud Tharſum interficitur Florianus.

Romanorum XXX. regnavit Probus annos VI. menſes IV. Probus Galliis & Pannoniis vineas habere permiſit. Probus tumultu militari apud Syrmium in turri, quæ vocatur Ferrata, occiditur. Probus.

CAPUT XLI.

Carus, Carinus & Numerianus.

ROmanorum XXXI. regnavit Carus cum filio Carino & Numeriano. Carus fulmine eſt mortuus. Numerianus ob oculorum dolorem cùm lectica veheretur; inſidiis Apri ſoceri ſui occiſus eſt, vix fœtore cadaveris poſt aliquot dies comperto ſcelere. Carinus in prælio victus apud Murgum occiditur.

Romanorum XXXII. regnavit Diocletianus an. XX. qui primo pro ſcelere generum ſuum interfecit. Diocletianus in conſortio regni ſui Herculium Maximianum adſumit: qui ruſticorum multitudine oppreſſa, qui factioni ſuæ Baccharidarum (b) nomen indiderunt, pacem Galliis redidit. Carauſius ſumpta purpura Britannias occupavit. Narſeus in Oriento bellum intulit. Achildis Ægyptum obtinuit: ob quæ Valerius Maximianus Cæſares aſſumuntur in regno. Diocletianus etiam affinitate conjungitur: & Conſtantius privignam Herculei Theodoram accepit, ex qua poſtea ſex liberos Conſtantini fratres habuit; Gallerius filiam Diocletiani Valeriam; ambo uxores, quas habuerunt; repudiare compulſi. Carporum & Baſternorum gentes in Romanum ſolum tranſlati. Primus Diocletianus adorari ſe ut Deum juſſit, veſtibus, calceamentiſque gemmas inſeruit; cùm ante eum omnes Imperatores in modum judicum ſalutarentur, & chlamydem tantum purpuream à privatu habitu plus haberent. Poſt decem annos Britanniæ rebellantes, ab Aſclepiodoro receptæ. Juxta Lingonas à Conſtantio Cæſare ſexaginta millia Alamannorum cæſa. Paulatim decimam illo tempore perſecutionem adverſus Chriſtianos incipiens prælio Galerius ſuperior. Narſeo, uxoribus, ac liberis, ſororibuſque ejus captis à Diocletiano ingenti honore ſuſcipitur. Thermæ Romæ à Diocletiano factæ. Diocletianus & Maximianus Auguſti inſigni pompa Romæ triumphaverunt. Novendecim annis Diocletiano regnante quatuor Sedum cum populo, eodem jubente ſubverſi ſunt. Secundo anno perſecutionis Diocletianus & Maximianus Mediolani purpuram depoſuerunt. (c) Maximianus & Severus à Galerio Maximiano Cæſares facti. Conſtantius XVI. imperii ſui anno diem obiit in Britannia. Diocletianus. (b) Bagaudarum. (c) Maximinus.

CAPUT

(a) Hæc Chronico Euſebii de ſuo addidit compilator, in gentis ſuæ gloriam. BAEN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XLII.

Conſtantinus.

Conſtantinus.

ROmanorum XXXIII. regnavit Conſtantinus XXX. annos, menſes decem. Conſtantinus Bizantium civitatem miræ magnitudinis ampliavit, & glorioſe conſtruxit: quam ſui nominis Conſtantinopolim appellari juſſit. Conſtantinus cum matre Helena Crucem Domini noſtri Jeſu Chriſti Hieroſolymis invenit, effectusque eſt Chriſtianus ab Helena. Crux Domini Hieroſolymis fabricatur & ſtabilitur. Conſtantinus per ſignum crucis omnes gentes ſuperat. Severus Cæſar à Gallerio Carnoti cum Galliam regeret, imperator factus. Galerius Maximianus moritur. Conſtantinus filius Conſtantini Cæſar factus. Herculius Maximianus à filia Fauſta detectus, quod dolum Conſtantino viro ſuo pareret, Maſſiliam fugiens occiditur. Galerius Maximianus moritur. Criſpus & Conſtantinus, filius Conſtantini, & Licinius adoleſcens, Licinii Auguſti filius, Conſtantini ex ſorore nepos (*a*) quem cum Criſpus & Lactantius Latinis literis erudivit. Conſtantinus filius Conſtantini Cæſaris & Liciniæ filius crudeliſſime interficitur. Edicto Conſtantini gentilium templa ſubverſa ſunt. Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt. Conſtans filius Conſtantini provectus ad regnum. Conſtantinus cum liberis ſuis honorificas ad Antonium literas mittit. Conſtantinus extremo vitæ ſuæ tempore ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus, in Arianum dogma declinat. Conſtantinus bellum parans in Perſas in (*b*) Aquiloni villa publica moritur, anno ætatis ſuæ LXI. poſt quem tres liberi ejus Conſules à Senatu appellantur & Imperatores.

Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans.

Romanorum XXXIV. regnaverunt Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans annos XXIV. menſes V. dies XIII. à quo multi nobilium ſunt occiſi. Sapor rex Perſarum Meſopotamiam vaſtat, Niſibin obſidet. Dalmatius Cæſar, quem patruus Conſtantinus conſortem regni filiis dereliquerat, factione Conſtantii patruelis & tumultu militari interimitur. Ex hoc loco impietas Ariana Conſtantii regis fulta eſt. Carceribus & variis afflictionum modis primum Athanaſium Epiſcopum perſecutus eſt (*c*) — juxta Aquileam à ſe occiditur. Vario eventu adverſus Francos à Conſtante pugnatur. Multæ orientis urbes terræ motu horribili conſederunt, Franci à Conſtante perdomiti, pax cum eis facta. Solis defectio. Bellum Perſicum nocturnum apud (*d*) Signera, victoriam militum ſtabilitate perdiderunt. Neque vero ullus Conſtantium ex novem graviſſimis præliis contra Perſas bellaſſe acrius conſpexit. Nam ut alia omittam, Niſibis obſeſſa, Nicea & Amida captæ ſunt. A quatuordecim millibus militum, ſexaginta millia victa & capta.

CAPUT XLIII.

Magnentius.

Magnentius.

MAgnentio apud Auguſtodunum arripiente imperium, Conſtans haud longe ab Hiſpania in caſtro cui Helenæ nomen eſt, interficitur an. ætatis ſuæ XXX. Quamobrem turbata rep. Vetranio Murſæ, Nepotianus Romæ Imperatores facti. Romæ populus adverſus Nepotianum conſurgit. Caput ejus ablatum, multorumque nobilium cædes interea fiunt. Magnentius Lugduni in palatio propria ſe manu interfecit. Decentius frater ejus, quem ad tuendas Gallius Cæſar miſerat, apud Bononas ſe laqueo ſuſpendit.

CAPUT XLIV.

Gallus.

Gallus.

GAllus Cæſar ſollicitatus à Conſtantio patrueli, à quo in ſuſpicione ob egregia facta habitus, occiditur. Silvanus in Gallia res novas molitur: XXVIII. die extinctus eſt. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, & Lucifer ac Dionyſius Caralitanæ & Mediolanenſis Eccleſiæ Epiſcopi, Pangratius Romanus Presbyter à Conſtantio damnantur exiliis. Antonius Monachus CV. ætatis ſuæ anno moritur, ſolitus multis ad ſe venientibus

(*a*) Al. quem Criſpus & Lactantius in l. erudivit. Corrige hunc mendoſum locum ex Euſeb. Chron.

(*b*) Jeronym. in Chron. Ancyrone. Vide Euſeb. in vita Conſtant. 4. cap. 61.

(*c*) leg. Conſtantinus juxta Aquileiæ Alſam.

(*d*) Jeronym. in Chron. Singarum in quo victoriam militum ſoliditate perdidimus. CAN.

Digitized by Google

nientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis viro referre: cujus exitum brevi libello (a) explicuimus. Sarraceni in monaſterium Beati Antonii irruerunt, Sarmatam interficiunt. Conſtantio Romam ingreſſo, oſſa Andreæ Apoſtoli & Lucæ Evangeliſtæ à Conſtantinopolitanis miro favore ſuſcepta. Paulinus Treverorum Epiſcopus in Phrygia exulans moritur. Gratianus qui poſt Imperator fuit, naſcitur. Hilarius cum apud Conſtantinopolim librum pro ſe Conſtantio porrexiſſet, ad Gallias redit. Omnes pæne totius orbis Eccleſiæ ſub nomine pacis & regis Arianorum conſortio polluuntur. Gallia per Hilarium perfidiæ dolos damnat. Conſtantius Mopſocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur. anno XLV. ætatis ſuæ.

SÆC. VIII. ANNO 780.

(a) ſunt verba S. Hieronymy in chron.

Romanorum XXXV. regnavit Julianus anno uno, menſibus octo. Juliano ad idolorum cultum converſo, blanda perſecutio fuit, illiciens magis quàm impellens. Multi ex Chriſtianis voluntate propria corruerunt. Julianus in Perſas profectus poſt victoriam à contrariis hoſtibus ſuperatur; à ſuis conto ilia percuſſus interiit anno ætatis ſuæ (b) XXVII.

(b) al. 22. quod corrigunt alii in 23.

CAPUT XLV.

Jovianus.

POſt quem Jovianus arripuit imperium, Romanorum XXXVI. Regnavit Jovianus menſibus 8. Jovianus neceſſitate compulſus Niſibeum & magnam partem Meſopotamiæ Saxoni regi Perſarum tradidit. Jovianus in caſtris moritur anno ætatis ſuæ XXXIII. Poſt quem Valentinianus tribunus ſcutariorum apud Niceam Auguſtus appellatus eſt; fratrem Valentem apud Conſtantinopolim in commune aſſumit regni conſortium.

XXXVI. Romanorum regnavit Valentinianus. Valens ab Eudoxio Arianorum Epiſcopo baptizatus Chriſtianos perſequitur. Gratianus Valentiniani filius Ambianis Imperator factus. Apud Atrebates lana è cœlo pluvia mixta defluxit. Hilarius Epiſcopus Pictavienſis Pictavis moritur. Athanaricus Rex Gothorum in Chriſtianos perſecutione commota plurimos interfecit. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus moritur. Valentinianus in Britannia antequam tyrannidem invaderet, oppreſſus eſt. Saxones cæſi Diovione in regione Francorum conſederunt qui ſuperfuerunt.

Valentinianus & Valens.

CAPUT XLVI.

Burgundiones.

IN illo tempore Burgundionnm LXXX. ferè millia, quot nunquam antea nec nominabantur, ad Renum deſcenderunt, & ibi caſtra poſuerunt, quæ burgo vocitaverunt, & ob hoc nomen acceperunt Burgundiones: ibique nihil aliud præſumebant, niſi quantum pretio ementes à Germanis eorum ſtipendia accipiebant. Et cum ibidem duobus annis reſediſſent, per legatos invitati à Romanis vel Gallis qui Lugdunenſium provinciæ & Galliæ domita ciſalpina ut tributarii, publice potuiſſent renuere: ibique cum uxoribus & liberis viſi ſunt conſediſſe. Valentinianus ſubita ſanguinis eruptione, quod Græci apoplexiam vocant, * Brivione percuſſus moritur.

vitioſus locus in utraque m. f.

* Brigitione.

CAPUT XLVII.

Gratianus.

POſt quem Gratianus aſſumpto in imperium Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat. Valens legem dat ut monachi militarent: nolentes juſſit interfici. Alamannorum XXX. circiter millia apud Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani poſtrata.

CAPUT XLVIII.

Valens.

GEns Hunorum Gothos vaſtat, qui à Romanis, ſine armorum congreſſione ſuſcepti, per avaritiam Maximi ducis, fame ad rebellandum coacti ſunt. Superatis in congreſſione Rom. Gothi funduntur in Thracia. Valens de Antiochia exire compulſus Chriſtianos de exilio revocat. Lachrymabile bellum in Thracia, in quo deſe-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

rente equitum præsidio, Romanæ legiones à Gothis usque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse Imperator Valens cum sagitta saucius fugeret, & dolore nimio sæpe ab equo laberetur, ad cujusdam villulæ casam deportatus est, quo persequentibus barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caruit.

CAPUT XLIX.

Recapitulatio.

(a) al. mille CXXXI. (b) al. 427.

AB urbe condita usque ad extremum hujus operis an. fiunt (a) mille XXXI. hoc modo: sub regibus an. CCXL. sub consulibus anni CCCCLXIV. Sub Augustis & Cæsaribus an. (b) CCCCVII. à XV. Tiberii anno & prædicatione Domini nostri Jesu Christi. A secundo anno Darii Regis Persarum, quo templum Hierosolymis restauratum est, anni nongenti sexaginta novem. Ab Olympiade prima, qua ætate apud Hebræos Isaias prophetabat, anni 655. A Salomone & prima ædificatione templi anni 1311. A Moyse & Cecrope primo rege Atticæ anni 1890. Ab Abraham & regno Nini & Semiramidis an. 2314. à diluvio autem usque ad XIV. Valentis & Valentiniani anni omnes anni 5588. Et quia deinceps varietatibus temporum & incursionibus barbarorum ita cuncta mixta sunt, ut gestorum veritas, quæ historiæ inserere possit, ad plenum reperire non potest.

COLLEC-

Digitized by Google

COLLECTIO HISTORICA CHRONOGRAPHICA EX IDACIO COLLECTORE

Quodam Gallo, CAROLO MAGNO compari.

IDacius *servus Domini nostri Jesu Christi, universis fidelibus, in Domino nostro Jesu Christo, & servientibus sibi in veritate Salutem.* SÆC. VIII. ANNO 780.

Probatissimorum in omnibus virorum studio, quos præcipue in fide catholica & conversatione perfecta, testes veritatis divini cultus docet assertio, hucusque à sancto Hieronymo, & ipso (sicuti in capite istius voluminis præfatio prima declarat) cognomine Eusebio historia in aliquantis Hispaniarum provinciis descripta retinetur. Cui si quid postea subdidi in locis, quibus decuit, certo stili studio declaratur. Verum ad hæc ignarus indignissimus omnium servorum Dei Idacius *servus Jesu Christi Domini nostri, quæ sequuntur ab anno primo Theodosii Augusti, ut comparet, descripsi, breviante factæ præfationis indicio.*

(a) INCIPIT LIBER CHRONICÆ TERTIUS.

CAPUT I.

Theodosius I.

ROmanorum XXXVII. (b) Theodosius post Gratianum regnat annis XVII. Theodosius natione Hispanus (c) provinciæ Galileæ civitatis. A Gratiano Augustus appellatur. Inter Romanos & Gothos multa certamina conseruntur--- Theodosius II. anno regni sui Augustus appellatur. III. regni Theodosii anno Athanarius (c) rex Gothorum Constantinopoli XV. die à quo à Theodosio (a) Athanaricus.

(a) Hic titulus est in uno manuscripto: in altero m. s. non est distinctio, sed capita continuantur.

(b) Hæc aliter apud Idatium Sirmundi tom. 2. pag. 293. ibi Theod. dicitur XXXIX. Imp. per Gratianum in consortium Regni adscriptus, sed si illa conferas, plura legas similia, plurima vero dissimilia. BASN.

(c) al. Provincia Gallia civitatis. corrigo ex Zosimo lib. 4. *natus Cauca Gallecia civitate.* Scio ab Marcellino in Chron. patriam ejus vocari Italiam. CANIS.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780. dosio fuerat receptus interiit. IV. regni Theodosii anno in fœda Romanis pace se tradunt. Martinus in Galliis Turonicæ Episcopus, & vitæ meritis & patratis virtutum miraculis virtutum insignis habetur. Theodosius quinto regni sui anno Arcadium filium suum Augustum appellans, consortem regni sui fecit esse. In VI. regni Theodosii anno (a) Honorius filius nascitur. VII. an. regni Theodosii (a) Graotingorum gens à Theodosio superatur. XI. anno Theodosius regni sui Romam cum filio Honorio ingressus est, legesque Romanorum integra emendatione edidit. XIV. regni sui anno Valentinianus junior, apud Viennam (b) scelere Comitis Argobastis occiditur XVII. anno Theodosius Metropoli Mediolano defunctus est anno regni sui XVII. à Romanis in Ecclesia sancti Laurenti sepultus est. (b)

(a) an. 400.

(b) an. 410.

CAPUT II.

Arcadius & Honorius.

ROmanorum XXXIIX. (c) Arcadius & Honorius filii Theodosii defuncto patre regnaverunt annis XXX. Anno octavo regni eorum Theodosius Arcadii filius nascitur. Anno undecimo regni (d) Arcadii Martinus Episcopus Spiritu sancto plenus & vir Apostolicus transii ad Dominum carne deposita. Cujus vitam & mirabilia quæ fecit, Severus, vir summus, discipulus ipsius, qui & Chronica, alia quàm hæc sunt, ab initio Generis apertissime (e) scripsit.

(c) Apud Sirm. XL.

(d) A Gallo hæc sunt addita.

(e) al. perniciosissime.

Anno XV. regni Arcadii & Honorii Alani, Wandali & Swevi Hispanias ingressi sunt tertio Idus Octobris Honorio & Theodosio Arcadii filiis consulibus Alaricus rex Gothorum Romam ingressus. Cum intra extraque urbem cædes agerentur, omnibus indultum est, qui ad Sanctorum limina confugerant. Placidia Theodosii filia. Honorii Imp. soror à Gothis in urbe capta est, Alaricus moritur; cui (f) Ataulfus succedit in regno.

(f) al. Aistulfus.

Anno XVI. imperii Honorii debacchantibus per Hispanias barbaris: pestilentiæ malo in urbe; opes conditas & substantiam tyrannicus exactor diripit, & fames dira grassatur, ut humanæ carnes ab humano genere præ fame fuerint devoratæ; matres quoque necatis, vel coctis natorum suorum sint pastæ corporibus peste occisorum. Gladio, fame, pestilentia bestiarum infestatione interimuntur homines. His quatuor plagis ferri, famis, pestilentiæ & infestationis bestiarum ubique in toto orbe sævientibus, prædictio à Domino per Prophetas suos annunciantes implentur. (g) Anno XVI. Honorii regni Galliciam Wandali occupant, & Swevi in extremitate succedunt. Alani Lusitaniam & Carthaginensem provincias, Wandali cognomento Silingi Boeticas sortiuntur. Constantinus post triennium invasit tyrannidem & ab Honorii duce (c) Constantino Narbonæ occiditur. (d) Jovianus & Sebastianus tyranni ab Honorii duce Narbonæ interfecti.

(g) al. an. 15.

Anno XX. imperii Honorii Aistulfus apud (e) Narbonam Placidiam duxit uxorem: in quo prophetia Danielis putatur impleta, ut ait, filiam regis Austri sociandam regi Aquilonis, nullo tamen ex ea semine subsistente.

Anno XXII. imperii Honorii Ataulfus à Patricio Constantio compellitur, ut relicta Narbona, Hispanias peteret. A quodam Gotho (f) Barcinola jugulatur: cui successit Wallia in regno. Cum Patricio Constantio pax mox facta, Alanis & Wandalis cognomento Silingis, in Lusitania & Boetica sedentibus adversatur. Constan- *Daniel. 11.* tius Placidiam duxit uxorem. Fredibaldum, regem gentis Wandalorum, sine ullo certamine ingeniose captum, ad Imperatorem Honorium destinat.

Anno XXVII. Honorii regni Wandali per Boeticam à Wallia plurimi sunt extincti. Alani adeò cæsi à Gothis, fortiter (g) vallato Addacher (h) rege ipsorum, pauci qui superfuerunt, oblito regni nomine Gunderico regi Wandalorum, qui in Galliis residebat, se patrocinio subjugaverunt. Gothi sedentes in Aquitania Tolosam sibi sedem eligunt, à mari inter Rhenum & fluvium Rodanum per Ligerim fluvium usque Oceanum possident. Walliæ regi eorum defuncto Theodericus succedit in regnum.

Anno XXV. imperii Honorii inter Gundericum Wandalorum & Hermenricum Swevorum regem bellum ortum est. Swevi in Nervosis montibus à Wandalis obsessi. Valen-

(a) al. Grantingorum. CAN. al. Greotingorum, sic Sirmundus. BASN.

(b) al. stere fort. austeritate, ut aliqui legunt. leg. *scelere* Sirmund.

(c) al. Constantio in Galitia occiditur. Vide Sozom. 9. cap. 13. Et Orteli. Sinonymiam geograph. in Narbona.

(d) Oros. & alii Jovinum vocant.

(e) Paul. Diac. lib. 13. ponit Forum Cornelii.

(f) Barcinone ait Oros. 7. c. 43. cum cujus Chronologia noster convenit hic. Vide Baron. tom. 5. an. 414.

(g) al. Vallati ad Dacher regem ipsorum pauci qui superfuerunt venerunt, oblito regni nomine Gunderico &c.

(h) leg. Atace. Sirmondus. id autem non evenit anno XXVII. sed XXIV. mendum Amanuensium. BASN.

Digitized by Google

Valentinianus Conſtantii & Placidiæ filius naſcitur. Wandali Swevorum obſidione dimiſſa, relicta Gallicia ad Boeticam tranſierunt. Honorius apud Ravennam Conſtantium conſortem regni facit. Conſtantius Imperator Ravennæ moritur in ſuo tertio conſulatus anno. SÆC. VIII. ANNO 780.

(a) An. XXVIII. imperii Honorii Caſtinus magiſter militum magna manu in auxiliis Gothorum bellum Bœticæ Wandalis infert: quos cùm ad inopiam obſidionis arctaret & tradere ſe pararent, inconſulto, publico certamine confligens, auxiliatorum fraude deceptus, Terragonas victus fugit. (a) al. an. 429. An. 440.

Trigeſimo Honorius imperii an: (a) Ravennæ moritur.

Romanorum XXXIX. Theodoſius Arcadii filius poſt obitum Honorii patruelis monarchiam tenens imperat annis tribus & decem annis. Theodoſius Valentinianum amitæ ſuæ Placidiæ filium Conſtantinopoli Cæſarem facit; quem contra Joannem Tyrannum mittit: à ducibus ſuis (b) Ravennæ occiditur. Felix Patricius coronatur. Valentinianus Cæſar Romæ Auguſtus appellatur anno XVIII. Theodoſii. Gunderico rex Wandalorum capta Hiſpali cùm inſidias Eccleſiarum intenderet, mox Dei judicio correptus interiit. An. 408. Theodoſius II. Valentinianus III.

CAPUT III.

Gaiſericus.

CUi Gaiſericus frater ſuccedit in regno: An. uno regnavit. Gaiſericus rex Wandalorum cunctaque eorum familia Mauritania in Affricam tranſiit, interfecto Ermengario rege Swevorum, injuriam Sanctæ Eulaliæ in eodem ac ſi nolens ulciſcitur. Confederunt Wandali in Boetica an: LIV.

Septimo (c) ann. imperii Theodoſii Aëtius, Dux utriuſque militiæ. Suevi initam cum Gallis pacem libera ſibi occaſione conturbant.

Anno VIII. regni Theodoſii Aëtius, Dux utriuſque militiæ, Patricius appellatur. (d)

Anno X. regni Theodoſii Burgundiones qui rebellabant Romanis, à Duce Aëtio ſunt perdomiti.

Anno XIII. regni Theodoſii ab Aëtio Duce & magiſtro militum, Burgundionum cæſa ſunt viginti millia, Gothorum (b) qui eis auxiliaverunt octo millia. (b) Id an: ſequenti.

Anno XIV. regni Theodoſii Swevi cum parte plebis cui adverſabantur, pacis jura confirmant. (c) Emenricus Rex Swevorum morbo oppreſſus (d) Richilam filium ſuum ſubſtituit in regno, Boeticæ fluvio Gothi proſtraverunt, auri argentique opibus occupatis. Carthago magna fraude decepta. Bellum Gothicum ſub Theodorico rege apud Toloſam Littorius Dux Romanus (e) cum auxiliis Hunorum manu magna irruens, cæſis parte plurima ſuis, ipſe vulneratus, à Gothis poſt dies paucos capitur & occiditur. Geiſericus Rex Swevorum multas in ſacerdotibus fecit ſtrages. Richila Rex Swevorum, qui Geiſerico ſucceſſerat, Emeritam ingreditur. (c) al. Hermericus. (d) al. Richaldam. (e) Vide Baron. tom. 5. an. 439. 16.

Anno XXIV. regni Theodoſii Solis facta defectio. Richela Rex Swevorum Emeritæ gentilis moritur: cui mox filius ſuus Richarius ſuccedit in regno. Agilulphum Gothum nobilem (f) Hiſpali Cæſarius Comes jugulat. Richarius rex accepta in conjugium Theodora Gothorum regis filia Gwaſconias deprædatur. (f) al. vitioſe: in inpletum Cæſaris juſſu.

Anno XXVII. regni Theodoſius moritur Conſtantinopoli anno ætatis ſuæ XLIX. (g) (g) Apud Sirmund. XLVIII.

CAPUT IV.

Martianus.

POſt quem XL. (h) Martianus à militibus & ab exercitu, inſtante etiam Pulcheria ſorore Theodoſii, regina, efficitur & ipſe ſublimatur in regno, eamque Valentinianus in (i) conjugium aſſumpſit. Valentinianus & mater Placidia moriuntur Romæ. In Gallia terræ motu facto, tertia feria poſt Solis occaſum ab Aquilone plaga è cœlo ruens quaſi ignis & ſanguis efficitur. (h) Apud Sirmund. 43. (i) Corrig. conſortium, imperii ſcilicet.

CAPUT

(a) Paul. Diac. ait Romæ mortuum.
(b) De Joanne Ravennæ occiſo Socrat. 7. cap. 23.
(c) Numeri ſequentes ſunt corrupti: ego ex fide m. ſ. do, tu corrige. CAN.
(d) Male, nam idem anno ſuperiori dixerat, & revera anno ſeptimo, non octavo Theod. id evenit. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT V.

Hunni.

GEns Hunnorum pace rupta in Gallias irruit: quos cum Aëtius Patricius venientes comperiſſet, ſanctum Anianum Aurelianenſem Epiſcopum ad Theodorum regem Gothorum in legationem dirigit, petens auxiliare contra Hunos ſubſidium: & ſi ſuperaret, mediam partem Galliæ Gothis daret. Cùm à Theodoro rege hujus petitioni annuente auxilium fuiſſet promiſſum, Aëtius legatos mittens ad Attilam regem Hunorum obviam, petens auxilium contra Gothos, qui Gallias putabantur invadere: ſi prævalerent Huni contra Gothos, medietatem Galliæ ab Aëtio perciperent. Attila Rex cum Hunis feſtinans & parcens civitatibus Germaniæ & Galliæ, contra Gothos ſuper Ligerim fluvium, non procul ab Aurelianis confligit certamine. Cæſa ſunt Gothorum ducenta (a) millia. Theodorus rex hoc occubuit prælio. Cæſa ſunt Hunorum centum quinquaginta millia. Civitas Aurelianis orationibus Beatiſſimi Aniani liberata eſt. Huni repedantes Trecaſſis in Mauriacenſi confederunt Campania. Thorſimodus filius Theodori, qui ei ſucceſſit in regnum, collecto Gothorum exercitu, patrem ulciſci deſiderans, cum Attila & Hunis Mauriaco confligit certamine, ibique tres dies utræque phalanges invicem præliantes: & innumerabilis multitudo gentis occubuit. Aëtius cum eſſet ſtrenuiſſimis conſiliis, per noctem ad Attilam veniens, dixit ad eum, optabilem duxeram, ut tua virtute regionem hanc à perfidis Gothis potuiſſem eripere; ſed nullatenus fieri poteſt: cum uſque nunc cum minimis pugnatoribus prælias, hac nocte Theodoricus germanus Thorſimodi cum nimia multitudine & fortiſſimis Gothorum pugnatoribus advenit: hæc non ſuſtines: atque utinam evadere poſſis. Tunc Attila dedit Aëtio decem millia ſolidorum, ut per ſuum ingenium Pannoniam repedaret. Ipſaque nocte Aëtius ad Thorſimodum perrexit, dicenſque ei cauſam conſimilem: quod apud viles Hunorum pugnatores uſque nunc pugnaverit; nam maxima multitudo & fortiſſimi pugnatores à Pannoniis ipſa nocte ad Attilam venerat, & audiſſent fratrem ſuum Theodoricum maures Gothorum occupaſſe, regnumque velle arripere: niſi feſtinus ad reſidendum pergeret, periculum adeo grande haberet. Acceptis idemque Aëtius à Thorſimodo XM. ſolidis, ut ſuo ingenio à perſecutione Hunorum liberati Gothi ad ſedes proprias remearent. Protinus abierunt. Aëtius vero cum ſuis etiam Francos ſecum habens, poſt tergum duxerat Hunorum, quouſque (b) Toringia à longe proſecutus eſt; præcepitque ſuis, ut unusquiſque nocte ubi manebat; decem ſparſim focos facerent, ut immenſam multitudinem ſimularent. Quievit hoc prælium Aëtii conſilio, Gallia ab adverſariis liberatur. Poſtea cùm (c) à Thorſimodo regi & Gothis hæc factio perlata fuiſſet, requirente promiſſionem Aëtii implendam; & ille renueret, per pacis jura orbiculum aureum gemmis ornatum, penſans libras quingentas, ab Aëtio compoſitionis cauſa transmittitur Thorſimodo: & hæc jurgia quieverunt: quæ ſpecies devotiſſimè uſque in hodiernum diem Gothorum theſaurus pro ornatu veneratur & tenetur.

Anno (d) tertio Principis Martiani Huni in Italiam irruunt, eamque deprædantur aliquantis civitatibus direptis, divinitus partim fame, partim morbo, partim plagis cœleſtibus finiuntur, juſſu Martiani ab Aëtio duce cæduntur, in ſedes ſuas coacti revertuntur: & mox Attila moritur. Thorſimodus Rex Gothorum à Theudorico & Friderico fratribus interficitur. Cui Theudoricus ſucceſſit in regno.

Tertio regni anno Principis Martiani regina moritur Pulcheria. Aëtius Dux & patritius fraudulenter Valentiniani Imperatoris manu propria occiditur.

Septimo regni anno Princeps Martianus per duos barbaros familiares Valentiniani occiditur. Poſt quem mox (e) Maximianus ex conſulibus, XLI. Romæ Auguſtus appellatur. Qui cum Imperator factus relictam Valentiniani ſibi duxit uxorem. Maximianus quarto regni ſui (a) menſe urbe Romæ tumultu militari occiditur.

In ipſo anno Avitus Gallus ab exercitu Gallicano, primo Toloſæ, de hinc apud Arelatum Auguſtus appellatus Romam pergit.

(a) Trecenta apud Sirmund.

(b) al. Turingia.

(c) à Gothis.

(d) al. ſecundo.

(e) alii Majorianum vocant.

CAPUT VI.

Marcianus.

ROmanorum XLI. Marcianus quarto jam regni ſui ann. obtenta monarchia per Avitum Gallum, qui à Romanis evocatus & ſuſceptus fuerat imperator. Legati à Marciano pro (f) unanimitate mittuntur imperii Gaiſericus ſollicitatus relicta Valenti-

(f) m. f. animicitate.

(a) Corrige: anno. ſi de Majoriano intelligas: ſcio à quibuſdam hic poni Maximum tyrannum qui poſt duos menſes peremptus: de quo forte noſter. CAN.

Digitized by Google

lentiniani (a) & malam famam dispergit, priusquam Avitus Augustus fieret Romam ingreditur, ditatusque opibus Romanorum Carthaginem redit, relictam Valentiniani & filias duas & Aëtii filium Gaudentium secum ducens. Swevi Carthaginens. regiones quas Romanis reddiderant, deprædantur. Martianus & Avitus concordes principatu Romano utuntur imperio. Swevi Targonensem provinciam vastant. Theudoricus rex post irritam fidem imperii in Swevos legatos mittit, ut se à provinciis, quas invaserant, removerent. Consilio & consensu Aviti Imperatoris Theudoricus rex contra Swevos movit exercitum & in Targonensem Campaniam super (b) Urbicam fluvium cum Richario rege Swevorum confligit certamine, plurimisque Swevis extinctis, ipso rege (c) placito in Gallicias fugaciter fecit adgredi ipsoque in itinere Theudoricus cum Gothis qui in Hispania confidebant captivitate vastavit, & multas diripit civitates; sanctasque basilicas effringunt; Richarius ad locum ubi (d) Portegale appellatur profugus redit, à Theudorico captus ducitur & in custodiam redigitur. Swevi oblito regno se tradunt Theudorico, ibique regnum eorum destructum est. Avitus Imperator legatum ad Theudoricum cum sacris muneribus mittit, nuncians in Corsica cæsa multitudine Wandalorum, Avitum de Italia ad Gallias Arelatem secessisse. Orientalium naves Hispalenses venientes per Martianum exercitum cæsum nunciant. Occiso Richario rex Theudoricus de Gallicia ad Lusitaniam venit. Swevi denuò regem Maldra sibi consecrant. Theudoricus Emeritam deprædari molitur. Avitus III. anno quàm à Gothis & Gallis factus fuerat Imperator, caret imperio, Gothorum promissis destitutus & auxilio, caret & vita. VII. anno imperii sui moritur.

SÆC. VIII. ANNO 780.

(a) al. malum fame

(b) al. Urbeam.

(c) al. rege placato, locus corruptus est.

(d) al. Portugale.

CAPUT VII.

Majorianus.

ROmanorum XLII. Majoriantus in Italia, & Constantinopoli Leo Augusti appellantur. Theudoricus adversis sibi nunciis territus mox post dies Paschæ de Emerita egreditur Gallias repetens, partem ex ea quam habebat multitudinem variæ nationis, cum ducibus suis ad campos Galliciæ dirigit: qui dolis & perjuriis instructi, ad Swevos, qui remanserant, jussam sibi expeditionem ingrediuntur pace fucata solita arte perfidiæ. Nec mora: illis cedit multitudo Romanorum: sanctæ effringuntur Ecclesiæ, omnis ornatus & usus aufertur, Episcopi, Clerici captivantur, domus dantur incendiis. Agilulfus dum regnum Swevorum sperat, Portugali moritur. Swevi in solitam perfidiam versi, regionem (e) Galliæ adhærentem fluvio Durio circa littora remanentes deprædantur, Gothicus exercitus duce suo Cyrola à Theudorico rege in Hispanias missus succedit ad Boetica. Theudoricus duce suo (f) Semnerico exercitus sui aliquantam partem ad Boeticam dirigit. Cyrola revocatur ad Gallias. Swevi Lusitaniam cum Maldare rege & alii cum Richmundo (g) Gallias deprædantur. (h) Alxeroli ad Boeticam pertendentes. Maldras germanum suum nomine fratris interfecit, & Portogali castrum invadit. Legati à Majoriano Augusto & Theudorico, pace inter se inita, ad Suevos & Wandalos diriguntur.

(e) al. Galliciæ.

(f) al. Sunerico.

(g) al. Gallicias.

(h) al. AEroli. vocant alii Verulos.

Anno IV. regni Majoriani Maldras rex jugulatur mense Majo. Majorianus imperator Hispanias ingreditur, ad Carthaginensem provinciam pertendens: naves ad transeundum adversus Wandalos præparare jubet, quas Wandali subripiunt. Majorianus Imperator sua ordinatione frustrata ad Italiam repedavit. Gothicus exercitus à Sunnarico & Nepotiano Comitibus vertitur. Swevos deprædantur. A Theudorico legati ad Swevos veniunt & recurrunt, à Theudorico legati ad gentes, pace postulata & obtenta revertuntur.

Anno V. Majoriani regnum Gaisericus rex à Majoriano Imperat: per legatos postulans. Majoriano de Galliis ad Romam redeunte Romano imperio vel res necessarios ordinante, Richimeris Swevorum consilio, (a) Sultus fraude interficitur.

Romanorum XLIII. Severus à Senatu Romæ Augustus appellatur anno imperio Leonis quinto (i) Attapennus Galliarum Comes & civis invidus Ægidio insignis inimicus — Gothorum fœderatur. Narbona traditur Theudorico. Mense Julio in Gallicia corusçatione villæ exustæ, & greges ovium concremati, carnes conciſæ, pluviæ de cœlo mixtæ cadunt: duo adolescentes carne invicem solidati adhærentes sunt mortui. In (k) Armenia provincia Fridericus frater Theodorici regis insurgens cum his, cum quibus fuerat, superatus tunc occiditur. Luna XV. tunc conversa est in sanguineam speciem. Luna V. Sol ab hora tertia usque ad horam nonam obscuratus est. Wandali per Marcellinum in Sicilia cæsi effugantur. Ægidius Comes veneno periit.

Severus.

(i) alii vocant Attabenum.

(k) al. Marmonicana.

Roma-

(a) forte Severi fraude. Vide Marcellin. & Cassiodor. cap. 8.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780. Anthemius.

Romanorum XLIV. regnat Anthemius. Romæ Augustus appellatur. Anno octavo Leonis imperii expeditio ab Africa adversus Wandalos ordinatur. Per Theudoricum Salla legatus mittitur (ad) (a) Remundum Regem Swevorum; qui reversus eum à fratre suo Theodorico nunciat esse interfectum. Gothi qui ad Wandalos missi fuerant (a) supradictæ expeditionis rumore perterriti revertuntur. Anno secundo hoc Conembra civitas in pace decepta domibus destructis cum aliqua parte murorum, habitatores capti atque dispersi, & regio desolatur & civitas.

(a) al. Renusmundum. vel Remisundum Sirm.

Anno 11. Anthemii in medio Tolosæ civitatis sanguis erupuit de terra & tota die fluxit, significans Gothorum dominationem sublatam, Francorum adveniente regno. Exercitus Leonis adversus Wandalos cum tribus ducibus descendit. Richimeris gener Anthemii Imperatoris & patricius factus adfatim degradatum ad privatam vitam filio ejus occiso. Adversus Romanorum imperium (b) conventique sunt Wandali consolentis Gothi eodem tempore legati desæviunt, partem etiam Lusitaniæ deprædantibus Richimundo cum Swevis ad Imperatorem transeunte. Durissimus extra solitum hoc eodem anno imber hyemis & æstatis, autumnique fructuum mutationem diffunditur. (c)

Locus corruptus.

Gothi

Temporibus Imperatoris Honorii regnum Gothorum post captam Romam bifaria divisione partitur; & qui in Italia consederunt, ditioni imperii se tradunt: reliqui Aquitania provincia, civitate Tolosa eligentes sedem, Regem eligunt Ataulfum; postea, ut supra gesta confirmant, à Gothis regnatum est; in his vero qui in Italia considentes, Romano pertinebant imperio,

CAPUT VIII.

Theodorici Nativitas.

THeodoricus natione Macedo permissu Leonis Imp. principatum assumpsit, sicut hujus lib. gesta testantur. Nam ille alius Theudoricus Theodori regis filius natione Gothus fuit. Nativitas Theodorici regis ex genere Macedonum ita fuit, qui in Italia Gothis & Roman. regnavit, Idacius patritius & uxor ejus Eugenia *cum sine* liberis essent, & habuerunt in ministerio creditorium sibi puerum nomine Theodorum & puellam nomine Liliam: quos cum comperissent diligentes se, conjugium permiserunt copulare; erantque ambo natione Macedones, unde parvi captivi erant adducti. Eugenia jussit puellæ: cum ad viri coitum accesseris, quodcumque eadem nocte sopore somnii visaveris, mihi in crastino narrare non sileas; quia creditur veritate subsistere, quod nubentes prima nocte visaverint. Qui cum conjugati eadem nocte fuissent, vidit puella somnium, quod natus illi fuisset arbor exiliens de umbilico ventris tam excelsa, quod nubes penetraret. Narravitque viro somnium, jussionem dominæ suæ & visionem quam viderat: dixitque ad eam vir suus, cùm steteris in conspectu dominæ tuæ, eo quod sine liberis est, sic dices ad eam, Visavi hac nocte equum & equam, ambos pulcherrimos cunctorum & comam nimia pulchritudine habentes: sequebatur eos tertius equus parvulus eorum consimilis & ambulabant in domo dominorum meorum. Quod cum dixeris, invenies gratiam in conspectu ejus. Surgensque Lilia, omnia sicut vir præceperat, protinus nunciavit dominæ suæ. Eugenia cum audisset viro narrat: putaverunt liberum esse futurum, repleti gaudio Theodorum & Liliam liberos esse jusserunt, & per tabularum scriptionem firmantes etiam rebus plurimis ditaverunt. Conceptum Lilia perperit filium nomine Theodoricum; qui diligenter nutritus est: Idacio & Eugeniæ præsentatur cum puero quem secum esse jusserunt, tanto eum amplectentes amore, ut ipsum sibi adoptarent in filium. Crescensque puer decorus valde cubitum super aliorum staturam effectus est, prudens & fortis valde. Defuncto Idacio & Eugenia præcepto Imperatoris Leonis Theodoricus jussus est militare, duodecimque an. militiam agens tantæ fortitudinis & ingenii prælia gessit, primum ut ab omnibus senatoribus palatii vehementer diligeretur. (c) Post triennium sagaci invidiæ morbo adversus eum dolore fremebant, investigantes, quali jussu Imperatoris interiret. Ptolomæus quidam ex senatoribus hujus consilii tacitus contrarius vehementer, cum Theodorico amicitias iniens, usque diem obitus custodivit. Gothi postquam Romam vastaverunt, & terram Italiæ possederunt, seditioni Imperatoris Leonis spontanei tradiderunt..... ab Odoagro rege & Erolis & reliquis vicinis gentibus assidue vastarentur, per legatos Leonem Imperatorem postulaverunt, ut Theodoricum eis institueret patricium, ut per ipsum adversariis resisterent. Quod Leo Imperator clementer annuens, cum consensu senatus Theodoricum Romam direxit:

Eadem Aimo. in lib. 1. de gest. Franc.

(c) al. postremum.

(a) al. Supradicta expeditione Romanorum.

(b) Conventi quærunt Wandali consulentes Gothos eodem tempore hostes ligaque desæviunt.

(c) Hæc desunt omnino apud Sirmundum. BASN.

Digitized by Google

rexit: qui à Romanis seu Gothis patriciatus honore glorioſus ſuſceptus eſt, & cum Herolis plurima prælia geſſit. Nam quadam die cum apud Odoacrum regem & Herolos Theodoricus cum Gothis prælium concitaſſet, Theodoricus fugiens cum ſuis Ravennam ingreſſus eſt: ibique mater ſua Lilia obviam veniens increpans eum dixit, Non eſt ubi fugias, fili, niſi ut levem veſtimenta mea, ut ingrediaris uterum de quo natus es. Quod ille audiens nimium confuſus, cum ſuis quos potuerat reperire, plus mori volens quam vivere, obviam Odoagro & Herolis exivit. Qui cum eis imparatis & diſperſis obviaſſet, tandem cum paucis eos ſuperat: reſumptis viribus Gothi ſe colligentes perſequuntur Odoacrum: quem cum uxore & liberis vinctum interfecit; gentemque & regnum Herolorum delevit. Quod cum perlatum Leoni Imperatori fuiſſet, & ſenatus ſæpius ſuaderet, ut Theudericum deleret, præcepit eum ad ſe venire: Theudericus collectis ſecum utiliſſimis pugnatoribus Gothorum, armatuſque, ut qui nobilis erat utrinque duodecim millibus tantum evectu navali quaſi obediens in occurſum Leonis Imperatoris Conſtantinopolim venit. Amicus ejus Ptolomæus nullo ingenio ſcire poterat, qualiter eidem res, quæ agebantur, narraret, niſi tantum in conſilia prudentiſſime & ſubtili ordine, qui Theodorico erant contrarii deſtruebat. Decretum Imperatoris Leonis & ſenatus erat, ut cum in palatium ingrederetur, à cunctis membratim & ſeparatus à ſuis interficeretur. Conſilio Ptolomæi amici ſui de hoc periculo liberatur, dicentis ad Imperatorem, Non eſt utile gloriæ tuæ, ut homo ille ſic fraudulenter interficiatur, ne dictum ſit à ſuis qui cum eodem venerunt, quod non publice eum potuiſſetis interficere, niſi ingenioſe ſeparatum à ſuis. Sed jube eum vinctum tenere, & mittantur ſeniores ſenatores ad caſtra Gothorum foris civitatem, narrantes eis, qui cum Theodorico venerunt, offenſionem Theodorici & iram gloriæ tuæ, eo quod dignus eſt morte; ipſi decernant, utrum capite truncatur, an beſtiis devorandus tradatur. Cumque placuiſſet conſilium Ptolomæi, tranſmiſſis quinque ſenatoribus, qui præerant cæteris, & Ptolomæus cum ipſis hæc verba Gothis nuncianda. Ibique Ptolomæus ſecretiſſime mittens puerum, nuncians Gothis, ut cum ipſe & reliqui ſenatores eis verba hæc narranda accederent, eos Gothi cingerent & ligarent, imperatori mandantes, niſi dominum noſtrum Theodoricum vivum & ſalvum nobis redderet & ſacramentis firmaret incolumes nos cum ipſo remeare permittat, ſenatores hos interficimus, & adverſus civitatem hanc qua virtute poſſumus præliabimus. Quod cum conſilio Ptolomæi fuiſſet impletum, Theodoricus vinctus in palatio tenetur, & Ptolomæus cum ſociis itemque vinctus ſub ejuſmodi ordine tenetur à Gothis. Vellet nollet Imperator Theodoricum ſanum Gothis reddidit. Inſuper promittens eum cum ſuis incolumem patriæ remeare. Salvatus Theodoricus conſilio Ptolomæi, regreſſus Romam Avaris bellum intulit; plurimæ ſtrages utrinque factæ: Huni Italiam inundantes Theodoricum & Gothos ſuperant, plurimas civitates Italiæ vaſtant. Tandem Theodoricus reſumptis viribus irruit ſuper Avaros, quos victos Pannoniam in fugam dirigit: quos cum ſequeretur finibus in Pannoniæ non eſt auſus ingredi; ibique tum caſtra locavit, cum quatuor pueris in equis ſedentibus extra caſtra ſibi quintus egreſſus eſt, ut prævideret, ne forte Avari denuo adverſus ipſum inſurgerent. Cùm jam procul à caſtris eſſet, Avar, nomine Xerſes utiliſſimus cunctorum ſingulis ad prævidendum Theodoricum, cum caſu ei obviaſſet & à Theoderico conſpectus fuiſſet, miſſi à Theodorico tres viri bellatores, ut eum aut vivum caperent, aut interficerent. Quos Avar fugam fingens, ſingillatim interfecit. Denuo Theodericus alios tres viros ad ipſum capiendum direxit, qui iterum ab ipſo interfecti ſunt. Poſtea Theodoricus ſingulare certamen cum Avare inivit; quem conto in brachium percuſſit: diutiſſime invicem cum equis girantes, à Theoderico Avar ſuperatus eſt. Quem vinctum Theodoricus ſecum ducit ad caſtra: quem cum cognoviſſet fortiſſimum eſſe in bello, verbis & blanditiis ei ſuadebat, ut ſuo ſacramento fidem Theodorico promitteret, & eum poſtea multis muneribus Theodericus ditaret. Quod Avar Xerſes nomine vehementer renuens, fidem promittere noluit, niſi ad terram ſuam cupiens remeare, poſtea minis & diverſis afflictionibus à Theodorico coactus eſt: ſed tamen ejus imperium denegans, fidem penitus promittere noluit. Cumque vehementer renueret, permiſit eum Theodoricus ad patriam remeare. Natans cum equo per fluvium Iſtrum, ait, Liberatus ſum ab dominatione tua: libero me arbitrio eſſe cognoſco: nihil ſuper me eſt tua poteſtas: revertar ad te, eroque tibi fideliſſimus cæteris. Quem Theodoricus multis opibus ditans, cunctis dilectiſſimum habuit: & cum plura prælia cum Wandalis & Swevis cæteriſque gentibus habebat, eum ſemper proximum & fortiſſimum præliantem ſuæ cuſtodiæ in agminibus cognoſcebat, ideoque à Theodorico vehementer dilectus eſt. Cumque utilitas Theoderici & prælia quæ geſſerat, perlata ad aulam Imperatoris fuiſſent, Leo Imp. juſſit eum denuo venire, conſilio ſenatus, ut tractatum perficerent, quem de ipſo inierant. Juramento ſenatores conſtringit, ut hujus conſilii nullus proditor eſſet:

SÆC. VIII. ANNO 780.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

& ſi quis agnitus eſſet capite puniendus eſſet. Tunc Theodericus dirigens ſecrete puerum ad Ptolomæum inquirens quæ ſuæ utilitati proficerent; aut veniret, aut forſitan oporteret renuere. Ptolomæus his verbis ſecretiſſime dixit ad puerum: Nihil penitus Theoderico remando, hodie dies feſtus eſt, juſſione Auguſti omnes ſenatores in aula imperii diſcumbent ad prandium, tu vero ad inſtar pueri mei mihi ad dorſum obediens, diligenter attende, quod ad ſenatum loquar fabulis, protinus revertens nuncies ad eum qui te miſit. Quod cum puer ille hujus eadem die obediret, diſcumbentibus ſenatoribus ad prandium, dixit Ptolomæus, Lætus dies hujus prandii ſit, jocundemus in fabulis: Cum eſſet Leo fortiſſimus beſtiarum, fuit electus à cunctis beſtiis rex, venientesque cuncti in ejus occurſum, cùm eſſet jam hora prandii, venit cervus. Cum adoraſſet leonem, apprehendit cornu ejus, ut ei cervus eſſet ad prandium: ille vehementer retrahens cornu amiſit, curſuque veloci fugit in eremum. Juſſu Leonis inter has beſtias miſſa eſt vulpes, ut eum veniendum ſubverteret. Illa cum ſit ingenioſa, artis ſuæ juramentis non pavida ſacramentis præventum cervum in conſpectu Leonis adducit. Qui cum adoraſſet Leonem ab ipſo Leone capitur, & membratim diſrumptitur. Vulpes illa furtim ablatum cor ejus comedit. Cor cervi ad manducandum inquirens leo & fremens vehementer: omnes beſtiæ pavefactæ tremebant, eo quod cervi cor invenire non potuiſſent, dixerunt, Vulpes quæ eum adduxit, ipſa proximior cunctis fuit, quando diſruptus fuit, illa furata eſt cor ejus. Apprehenſa cùm eſſet in pœna & quæreretur ab ea, ut redderet quod furaverat, dixit, Sine culpa pœnas patior. Cervus ille non habuit cor: nam ſi cor habuiſſet, ego ei prævalere non potuiſſem, nec hic unquam veniſſet, primum amiſſo cornu vix tandem evaſit; quo pacto cor habens hic reverti potuerat? Puer ille diligenter audiens memoria retinens, Theodorico velociter narravit conſilium Ptolomæi: iterum Theodericus de periculis liberatur. Poſt hæc remanens ditioni Imperii cum ſumma felicitate XXV. annis cum Gothis regnavit. Fiunt omnes anni quibus Theodericus regnum tenuit in Italia, triginta duo. A finibus Pannoniæ uſque ad Rhodanum fluvium: à Tyrreno mari uſque Alpes Penninas & Iſera fluvium. Unum tantum modium plenum terræ annis ſingulis ærariis publicis ſolvebat, ut diceretur, Theodoricus rex modium plenum ærariis per ſingulos annos reddet publicis, decretum imperii, ut amplius ei nullo tempore quæreretur. Civitates univerſas quas regebat, miri operis reſtaurari & muniri ſolertiſſime fecit. Palatia quoque ſplendidiſſima Ravennæ urbis, Veronæ & Papiæ cui Ticinum cognomentum eſt fabricari juſſit. Tantæ proſperitatis poſt regnum tenuit, pacem cum gentibus habens, ut mirum fuiſſet. Cujus filiam Sigiſmundus rex Burgondiorum habuit uxorem.

Aimon. modium numorum explicat lib. 1. c. 10.

CAPUT IX.

Clodoveus & Alaricus.

QUadam vice Clodoveus rex Francorum & Alaricus rex Gothorum, qui ſedem Toloſæ habebat, poſt multa prælia quæ invicem geſſerunt, intercedentibus legatis cùm pacem inire cœpiſſent hujus convenientiæ, ut Alaricus barbam tangeret Clodovei effectus patrinus, perpetuam ad invicem pacem ſervarent & ad hujus placida conventionis nec Francus nec Gothus armatus penitus accederet. Statuentes diem ad locum deſignatum adinvicem; ibique legatus Clodovei Paternus nomine ad Alaricum acceſſit, inquirens utrum eo habitu Gothi ſine armis quo ſpoponderant, placitum cuſtodirent; aut forte more ſolito, ut poſt probatum eſt, mendaces apparerent. Cum loqueretur Paternus cum Alarico rege, nuncians ſalutem Clodovei; & diligenter inquirens, quo ordine deberent conjungere, Gothi fraudulenter (a) buxos pro baculis in manu ferentes. Apprehenſum unum ex his Paternus extrahit dicens, Mendacia tua placita ſunt, rex, ut fraude coneris cum tuis Gothis dominum meum & Francos decipere. Accepto placito cum Alarico ſpondens Paternus pro Francis ad judicium Theoderici regis Italicæ, hujus rei terminus fieret. Ibi legatus Alarici regis & Paternus directus à Clodoveo ad conſpectum properant Theoderici. Exponens per ordinem Paternus cauſam Clodoveo & Francis quod legatus Alarici denegare non potuit, niſi tantum petens, ut judicium Theodorici finiretur. Cogitans in ſemetipſo Theodericus hujus cauſæ eventum & futuris temporibus quæ oportebat oblivioni non tradens, Zelum adverſus hos duos reges retinens, dicens, His legatis in craſtinum, quod attentius hujus rei pro pacis concordia, ut juſtitiæ ordo popoſcerit, cum ſenioribus palatii pertractare potuero, fratribus meis cum integra dilectione & amore profuſo mandare non ſileo tractanſque in arcano cordis quod jam olim celaverat, cupiens hos duos reges ab invicem ſemper eſſe diſcordes, tale inter eos demum judicium terminavit, ut difficile Gothis, quos Alaricus regebat, hujus culpa comple-

(a) al. uxos. Aimoin. vocat ferreum oſtii obicem. li. 1. c. 20.

Digitized by Google

compleretur; ut veniret legatarius Francorum ſedens ſuper equum, contum erectum tenens manu ad aulam palatii Alarici, & tamdiù Alaricus & Gothi ſuper eos ſolidos jactarent, quouſque legatum & equum & acumen conti cum ſolidis cooperirent, Renunciantes legati Alarico protinus, quod Theodericus hujus rei terminaſſet judicium. Et cum eſſet difficilè hæc Alarico & Gothis ſupplere, volentes fraude Paternum legatum Francorum decipere, qui in ſolario, miſſo per noctem quod ſuppoſitum erat, ruens fracto brachio vix tandem evaſit. Ducensque eum Alaricus in caſtrum, ſuos oſtendens theſauros, cum ſacramento dicens; amplius ſolidos non habere, quàm ad præſens arcis plenis oſtenderit. Ubi Paternus unum ſolidum de pugno extrahens ſuo projecit dicens,* His ſolidis ſit arrabo ad partem domini mei Clodovei regis & Francis. Revertens ad Clodoveum narrans per ſingula. Clodoveus adverſus Alaricum arma commovet, quem in Campania Nodavenſi X. ab urbe Pictava milliario interfecit, & maximam partem exercitus Gothorum ibi gladio trucidavit, regnumque ejus à Ligeri fluvio & Rhodano per mare Tyrrhenum & montes Pirenæos uſque Oceanum mare abſtulit, hodieque ditione condigna permanet ad regnum Francorum.

SÆC. VIII. ANNO 780.

* l. hic ſolidus.

CAPUT X.

Obitus Theodorici.

THeodoricus cum Papam Romæ Apoſtolicum virum Joannem ſine culpa morte damnaſſet, & Symmachum Patritium nullis cauſis exiſtentibus itemque trucidari feciſſet, ira percuſſus divina, à germano ſuo Gaiſerico interficitur. Fertur in dialogorum — ſancti Gregorii à quodam ſacerdote viſibiliter ab ipſo Pontifice & Patricio Theodoricus vinctus trahitur Siciliam in ollam ignis.

Greg. dial. lib. 4. c. 30.

CAPUT XI.

Wandali.

CRocus rex Wandalorum cum Swevis & Alanis egreſſus de ſedibus Gallias appetens, conſilio matris nequiſſimo utens, dum ei dixiſſet, Si novam rem volueris facere & nomen acquirere; quæ alii ædificaverunt, cuncta deſtrue, & populum quem ſuperas, totum interfice: nam nec ædificium melius à prædeceſſoribus facere potes neque plus magnam rem per quam nomen tuum eleves. Qui Renum Mogunciæ ponte ingenioſe tranſiens, primum ipſamque civitatem & populum vaſtavit: deinde cunctas civitates Germaniæ vaſtans, Mettis pervenit, ubi muro civitatis divino nutu per noctem ruente, capta eſt civitas à Wandalis. Trevirici vero in harenam hujus civitatis quam munierant, liberati ſunt. Poſt hæc cunctas Gallias Crocus cum Wandalis, Swevis, & Alanis pervagatus, alias obſidione delevit, aliasque ingenioſe irrumpens vaſtavit. Nec ulla civitas, nec caſtellum ab eis in Galliis liberatum. Cumque Arelatem obſiderent Chrocus à Mario quodam milite captus & vinculis conſtrictus eſt. Qui ductus ad pœnam per univerſas civitates, quas vaſtaverat, impiam vitam digna morte finivit. Cui Traſemundus ſucceſſit in regno. Alamanni adverſus Wandalos arma commovent. Uterque conſentientes ad ſingulare certamen præliandum duos miſerunt. Sed ille qui à Wandalis miſſus eſt, ab eo qui ab Alamannis, ſuperatus. Victuſque eſt Traſemundus & Wandali. Et ſecundum placitum Traſemundus cum Wandalis, Swevis, & Alanis, Galliis prætermiſſis, Hiſpanias adpetivit, ibique multos Chriſtianorum pro fide Catholica interfecit. Poſt paucum temporis mare traducto in Mauritaniam, credo divino nutu fera ducente cum Wandalis tranſvadendo tranſivit, ut fertur, mare, ubi ſeptem millia paſſuum latitudinem eſſe ſcimus. Mortuo in Mauritania Traſemundo (a) Hynericus mente crudelior Wandalis ſucceſſit in regnum terram totam occupans, nimias ſtrages in Chriſtianos exercuit, conciliante Cyrola Hæreticorum Epiſcopo, cujus perſecutione plurimi de numero Chriſtianorum martyrii palma ſunt coronati. His diebus Eugenius & Vindemialis Epiſcopi miras virtutes in Chriſti nomine oſtendebant, etiam mortuos ſuſcitabant. Cyrola quendam hominem præventum datis quinquaginta aureis, ſuaſit ut ſe cæcum fingeret & clamaret coram Honorico rege, Gyrolæ virtutibus lumen ſe accipere, quo facto Cyrola cæcus efficitur. Poſtea oratione Eugenii lumen recepit. Inſtigante Cyrola ab invidiæ morbo, Honorico jubente Eugenius capite truncatur. Longinus & Vindemialis diverſis pœnis afflicti pro Chriſti nomine ad æternam migrabant beatitudinem. Honoricus merito exigente propriis ſe morſibus laniavit, indignam vitam juſta morte finivit.

(a) Iſid. ait Traſamundo ſucceſſiſſe Hildericum filium Hunerici ex filia Valentiniani Imp.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XII.

Childericus.

(a) Gilimerem vocant alii.

CUi Childericus ſucceſſit in regno. Ipſo defuncto (a) Childemerus regnum ſuſcepit, apud quem Beliſarius fortiſſime dimicavit. In quo regnum Wandalorum finivit.

CAPUT XIII.

Juſtinianus.

JUſtinianus prius quam temporibus Juſtini Imperatoris regnum aſſumeret, cum eſſet Comes caſtrorum, & Beliſarius Comes Stabularius, erant invicem nimia dilectione complexi, jurantes ſibi, quantum cujuſquam ex his cauſa proficeret, parem ſibi ſemper fidem ſervarent. Cum quadam die inter duas germanas de lupanari electas ex genere Amazonas ſibi concubitum meridie ſub quadam arbore in pomerio ſenior Antonia cum Juſtiniano diſtribuiſſet, Juſtiniano ſopore depreſſo ſol declinans caput ejus incaluit. Veniens aquila divino nutu eodem dormiente, calorem ſolis extenſis alis obumbrabat. Quod cum Antoniæ vigilanti fuiſſet repertum, ſperans hoc ſigno Juſtinianum imperium aſſumere, expergefacto à ſomno dixit ei, Si Imperator effectus fueris, erit digna ancilla tua tibi concubitu. Et ille ſubridens, reputans ſe difficile hoc eſſe honore dignum, dixit ad eam: Si Imperator effectus fuero, tu mihi eris Auguſta. Commutatiſque ad invicem annulis ait Juſtinianus ad Beliſarium, Scias inter me & Antoniam placuiſſe, Si ego efficior Imperator, ipſi ſit mihi Auguſta. Annulis enim commutatis hoc fœdus inivimus. Dixitque Antonina, Si ſoror mea tibi Auguſta, ego Beliſario matrona efficiar. Dixitque Beliſarius divino nutu, Si Antonia Auguſta efficitur, tu ſtratus mei matrimonio ſociaberis: itemque annulis commutatis abierunt. Nec multo poſt tempore Juſtinus Imperator bellum in Perſas movit; qui cum Chalcedonem tranſiſſet, morbo periit. Conſenſu itaque ſenatus & militum elevatus eſt Juſtinianus in regnum, oppreſſo rege Perſarum, cum vinctum eum Juſtinianus teneret in cathedra quaſi honorifice ſedere juſſit, perquirens ab eo civitates & provincias reip. reſtituendas, quo facto pactionis vinculum firmaret. Et ille reſpondebat, Non dabo. Juſtinianus dicebat, Da eas. Ab hoc loco illo ubi hæc acta ſunt, civitas nomine Darea fundata eſt Juſtiniani juſſu & uſque in hodiernum diem hoc nomine nuncupatur. Poſt receptas provincias & civitates plurimas quæ à rege Perſarum hujuſmodi ordine Juſtinianus ſuæ ditioni aſſumpſerat, omnibuſque firmatis, permiſit eum in Perſia regnum recipere. Revertens Juſtinianus cum magno triumpho Conſtantinopoli ſedem tenuit imperii. Antonia ſumptis ſecum quinque aureis duos dedit oſtiariis, à quibus permiſſa eſt introire palatium, tres vero dedit tenentibus velum, ut ſuam cauſam permitteretur ſuggerere Imperatori, dicens ad Juſtinianum, Clementiſſime Imperator, juvenis aliquis in hac civitate dedit mihi annulum in ſponſalem arram, & meum ſibi accepit, promittens & ſacramento firmans, aliam ſe non accepturum, ſed me habiturum uxorem. Dilatatur hæc cauſa. Et illa, Jube, inquit, piiſſime Imperator, ut fiat. Dixitque Juſtinianus, Non licet hanc promiſſionem, ſi facta eſt, mutare. Tunc porrigens annulum, Dominus, inquit, cognoſcat, cujus fuerit annulus iſte: & quis eum mihi dederit te latere non potuit. Cumque cognoſcens Juſtinianus annulum quem dederat, recordatus fuiſſet ſuæ promiſſionis, jubet eam in cubiculo intromitti, veſtibusque indui ſplendidiſſimis, ſuoque ſtratui in nomine Auguſtæ ſociavit. Quod cum perlatum fuiſſet in populo, factione ſenatus, vulgus clamitat, Domine Imperator redde mulierem noſtram. Quod Juſtinianus audiens, diligenter inquirens initium factionis hujus, duos ob hoc verbum ſenatores interfecit. Omnes quieverunt in poſterum, nec quiſquam audebat exinde verbum proferre. Accepit & Beliſarius Antoninam uxorem. Cum unico amore Juſtinianus diligeret Beliſarium, & eum Patricium partibus Africæ, quæ à Wandalis fuerat occupata, inſtituiſſet, eumque multis opibus aſſidue ditaret, quærebant Senatores ob invidiam, quo pacto eum perdere potuiſſent, dicentes Juſtiniano, unanimiter ingredientes, ſingillatim ad eum, Si Beliſarii conſiliis voluiſſemus ſuccumbere, jam olim ab Imperio fuiſſes degradatus. Ipſe diſponit ut tibi ſuccedat in regno. Quod ille audiens, tacite adverſus Beliſarium zelum ducens, cum conſilio ſenatus jubet eum ab Africa Wandalos expugnare. Ibi fortiſſimi viri & multæ legiones militum à Wandalis ſæpe fuerunt trucidati. Beliſarius habuit pueros proprios XII. milia, quos propriis ſtipendiis alebat, & viros fortes ad prælium & de patriciatu XVIII. millia præliatores viros qui

Beliſarii uxorem Antoninam vocatam teſtis Procopius.

Digitized by Google

qui procedebant ad bellum. His auditis Beliſarius cum arbitraretur impoſſibile, Wandalos ſuperare ſe poſſe, gravi mœrore perterritus ad propria remeavit. Cumque eum Antonina afflictum & mœrentem vidiſſet, & non poſſet cognoſcere quæ hæc eſſet afflictio, ſolicite à pueris requiſivit, nec quiſquam ei hanc rem indicare poterat, dum omnibus illis eſſet incognitum. Revertens ad ipſum, dixit, Domine mi quare mœrore deprimeris, & more ſolito veniens de imperio non lætaris? ne forte aliquid ſit offendiculi. Indica mihi hujus cauſæ eventum, forſitan ancilla tua dabit tibi conſilium oportunum, ut revertatur mœror in læticiam. Dixitque Beliſarius ad eam, Hæc cauſa conſilia mulierum non poſcit, nec quicquam eſt tecum in hanc rem utile. Illa vero cum eſſet Chriſtiana, narrat viro ſuo dicens, ſcriptum eſt: Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Indica mihi, quæ ſit iſta conditio. Credo de omnipotentis Dei virtute ut detur tibi conſilium divina inſpiratione, ut poſſis dies malos evadere. Beliſarius hæc audiens narrat uxori decretum Imperatoris eſſe, ut contra Wandalos iret ad bellum. Dixitque Antonina ad eum, Vove te deinceps baptizandum, & Chriſtum Dominum & Trinitatem inſeparabilem crediturum fideliter: atque illius virtute & ſolatio Wandalos ſuperabis, & eris ob hoc glorioſior quàm fuiſſes. Quod Beliſario devotiſſime ſe impleturum promittente, dixit ad eum Antonina, Duodecim millia puerorum quos proprios habemus, de illis adhibe tecum quatuor millia & XVIII. patriciatus tui pugnatores; adhibe tecum XII. millia: ibis cum eis terreno exercitu, & ego de pueris octo millia & ex militibus ſex millia, vado evectu navali, & ſtatuta die pariter undique circundemus caſtra Wandalorum. Divino protecti auxilio ſuperabimus eos. Domine mi ſi uſus fueris conſilio ancillæ tuæ, providentia Dei optata perficies: qui nobiſcum in domo ſunt ut non te cognoſcant mœrentem, quid corde retineas hilari vultu ſignifica. Cum vero tu terrenum, & ego maris iter arripimus, ſignum daturi invicem, noctis tempore focos tui in littore faciant, & nos lucernas in navibus erigemus cauſa ſignificandi adventus noſtri. Nec oportet quenquam urgere, ſed pariter phalanges utrinque circundemus inimicorum. Cum fuiſſet conſilium hujus rei Antoninæ utile, uterque ſic properant. Wandali & Tildimer eorum princeps comperto exercitu terreno, navale prælium poſt tergum penitus ignorantes, caſtra metantur ſuper litore maris, liberis & mulieribus dimiſſis contra Beliſarium procedunt ad bellum. Cum jam prope conflictum adeſſent certaminis, Antonina cum ſuis exivit in litora, omnesque liberos & mulieres Wandalorum delevit, nec animal aliquod ex illis vivere permiſit. Nuncius velociſſime ad Tildimerem pervenit, uxores & liberos Wandalorum fuiſſe deletos. Tildimer & Wandali deſtructa phalange prælii retrorſum curſu veloci pergunt ad caſtra. Tunc Beliſarius & Antonina undique circundatos Wandalos trucidant, & uſque ad internecionem deleti ſunt. Tildimer rex cum paucis duodecim tantum Wandalis in quoddam caſtrum tutiſſimum fugit, nec tamen liberatus eſt, coarctatus anguſtiis Childimer petebat Beliſarium tantummodo non ligatum Imperatori ſe præſentari. Beliſarius promittens nec ferro, nec ligno, neque corrigia, nec æris ligamine eum conſtringendum. Childimer credens à Beliſario captus eſt, regali tamen ligamine, hoc eſt cathena argentea eum conſtringit, ſocioſque ſuos interfecit: Illum tantum ſingulum Juſtiniano præſentavit, quem Juſtinianus in palatio habitare juſſit ſuo. Sed à ſuis exputus adverſis opprobriis opprimebatur graviter, petenſque Imperatorem, Non poſſum, inquit, tanta opprobria ſuſtinere: expuunt enim me & premunt habitatores palatii tui: melius eſt mihi mori quàm vivere. Si jubeas, qui me expuunt & opprimunt, duodecim ex his, & ego ſolus cum equo quem habui ante conſpectum gloriæ tuæ armati accedemus ad prælium; & cognoſces cujus ex nobis ſit utilitas an ignavia. Quod Juſtinianus annuit & pro ſpectaculo contra duodecim juvenes hujus prælii Tildimer cum equite juſſit confligere. Tildimer vero cùm contra eos aggreditur, fugam fingens, hos duodecim ſingilatim ſolus interfecit. Poſt hæc Juſtiniani juſſu Tildimer eunuchus fit, & in provincias contra Perſas vicinas Patricius ordinatur & multa prælia & victorias contra Perſas egit. Senatus adverſus Beliſarium denuò invidia urente, Juſtiniano eum faciunt odioſum, quod ille victoria ſuper Wandalos elatus imperium vellet arripere. De Patriciatus honore degradatur, cum non potuiſſent perficere, ut interficeretur. Juſtinianum ab honore imperiique dignitate conantes ejicere factione quadam die Juſtinianum hortantes, ut circum expectaret & conſulatum populo daret; electum quendam nomine Florianum volentes imperio ſublimare. Juſtinianum itaque cuſtodia ſingulum retinentes, ejuſquè corona ablata. Juſtinianus miſit puerum ad Beliſarium, ut eum adjuvaret. Et ille dicens, Sublimatus honoribus, quod habui & fueram, poteram adjuvare; modo nihil ei poſſum adjutorii præſtare. Ordinans ſuis pueris circum apprehendere, ubi cathedra imperii Floriani parabatur. Ipſe illis partibus adoraturum ſe Florianum fingens, procedit, dicens pueris ſuis, Omnes inimicos meos per circuitum cathedræ Imperatoris video: quodcunque me facientem videritis, & vos

SÆC. VIII. ANNO 780.

1. Cor. 7.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

sitis facturi. Ille fingens se Florianum adorare, gladio eum percussit, omnesque inimicos suos circumdantes pueri interfecerunt. Corona Imperii capta, ad Justinianum veniens dixit, Adulatores tui te ab honore imperii degradati sunt: ipsorum consilio usus consecutus es humilitatem meam.

Ego vero reddam tibi bona pro malis, & non fidem tuam retractans, sed meam meminens promissionem, fidemque servans illibatam. Imposuit coronam capiti Justiniani, eumque imperio restituit Belisarius, multa prælia cum Persis agens, eos glorioſissime vicit. Ab Ucelino quodam Franco in Italia superatus est tantæ victoriæ nominis glorioſus; ab Ucelino victus nomen utrumque amisit.

COLLEC-

Digitized by Google

COLLECTIO
HISTORICA
CHRONOGRAPHICA
EX
TOROMACHO
ET ALIIS,
COLLECTORE

Gallo quodam, qui CAROLO MAGNO compar.

INCIPIT PRÆFATIO LIBRI QUARTI.

Excerptum de Chronica Græca Thoromachi Episcopi. (a)

SÆC. VIII. ANNO 780.

Recedente atque immo potius pereunte ab urbibus Gallicanis liberalium cultura literarum, cum nonnullæ res geruntur vel recte vel improbe, ac feritas gentium desæviret, regum furor acueretur, Ecclesiæ impugnarentur ab hæreticis, à Catholicis tegerentur, ferveret Christi fides in plurimis, tepesceret in nonnullis, ipsæ quoque Ecclesiæ vel ditarentur à devotis, vel nudarentur à perfidis; nec reperiri possit quisquam peritus in Dialectica in arte Grammatica, qui hæc aut stilo prosaico, aut metrico depingeret versu. Ingemiscebant sæpius clerici dicentes, Væ diebus nostris, quia periit studium literarum à nobis, nec reperitur in populis qui gesta præsentia promulgare possit in paginis. Ista etenim atque his similia jugiter intuens (a) dici pro commemoratione meritorum, ut notitiam attingerent supervenientium, etsi inculta affatu: neque tamen obtigere, vel certamine flagitiosorum, seu recte viventium & præsidentium his illicitis stimulis, quod à nostris fari plerumque miratus sum; quia philosophantem (b) Rhetorem intelligunt pauciloquentem rusticum. Multum libuit animo, ut pro supputatione annorum ab ipso mundi principio inciperem.

(a) al. dicti.

(a) Quæ eadem est ac Gregorii Turonensis. BASN.
(b) al. rectorem i. p. r. Multis libuit etiam animi ut p. f. a. ab i. m. principio libri poneretur initium primi. CAN.

SÆC. VIII. ANNO 780.

COLLECTIO HISTORICA CHRONOGRAPHICA.

LIBRI IV.

CAPUT I. (a)

Hunni.

(a) al. Arvatius, Ruinart.

CUmque Wandali præteriſſent à Galliis, nec multo poſt tempore Huni Gallias ingredi diſponebant. Quod cum Beatus Servatius (a) Epiſcopus Tungrorum civitatis audiſſet, (b) Romam pergit ad limina Sancti Petri Apoſtoli, ibique quotidianum jejunium & vigilias aſſidue faciens, in viſione ſomni ab Apoſtolo reſponſum accipiens, Decretum ab altiſſimo Hunos ingredi Gallias; protinus ad civitatem ſuam rediret: prædicens ejus obitum, ut hoc malum non videret. Aëtium Patricium hujus Chronicæ geſta laudant. Virilis habitu formatus, animo alacer, membris vegetus, equis promptiſſimus, ſagittarius peritus, conti impiger, bellis aptiſſimus, pacis captator celebris, nullius avaritiæ ſectator, bonis animæ præditus, injuriarum patientiſſimus, laboris appetens, impavidus periculorum; famis, ſitis, vigiliarum tolerantiſſimus, cui ineunte ætate prædictum liquet, quantæ potentiæ factis deſtinaretur temporibus ſuis futuriſque celebrandus. Hæc ſupradictus (b) hiſtoriographus de Aëtio narrat. Cum iniſſet certamen cum Hunis, quæ geſſit, IDACIUS ſuæ hiſtoriæ hujus volumine narrat. Nam his diebus oratione uxoris ſuæ ad limina Beatiſſimorum (c) Apoſtolorum Petri & Pauli, jejuniis & vigiliis diſcurrente: intercedentibus Apoſtolis Aëtius à periculis liberatur. Revelatum eſt cuidam pauperi, nuncianti uxori Aëtii, orationibus fuiſſe ſalvatum: quod cum à paupere proditum fuiſſet, pauper cæcitate percutitur.

(b) Toromachum intelligit. IDACIUS. Hic lib. 3. cap. 5.

CAPUT II.

Francorum Origo.

DE Francorum vero regibus Beatus (d) Hieronymus, qui jam olim fuerant, ſcripſit: quod prius Virgilii Poëtæ narrat hiſtoria, Priamum primum habuiſſe regem, cum Troja fraudulenter caperetur; exindeque fuiſſe egreſſos: poſtea Frigam habuiſſe: bifaria diviſione partem eorum Macedoniam fuiſſe aggreſſam. Alii cum Friga vocati Frigii Aſiam pervagantes, ad littora Danubii fluminis & mare Oceanum conſediſſe. Denuo bifaria diviſione, Europam media ex ipſis pars cum Francione eorum rege ingreſſam fuiſſe. Europam pervagantes, cum uxoribus & liberis Reni ripam occupant, nec procul à Reno civitatem ad inſtar Trojæ nomine ædificare conati ſunt: cœptum quidem, ſed imperfectum opus remanſit. Reſidua eorum pars, quæ ſuper littore Danubii remanſerat, electo à ſe Torchot nomine rege, per quem vocati ſunt Torchi; per Francionem alii vocati ſunt Franci; multis poſt temporibus cum ducibus externas dominationes ſemper negantes.

Vide Aimoin. lib. 1. cap. 2.

CAPUT

(a) De hoc ſcripto, quod Fredegario tribuitur, vide noſtras obſerv. prævias num. VI. BASN.

(b) Quam diſcrepent de S. Servatii peregrinatione, & ad quæ tempora ſit referenda, omnino vide Baron. tom. VI. an. 451. 38. CAN. Impoſſibile cum ſit authores circa Servatii peregrinationem conciliare, cum aſſerant præfuiſſe Concilio adverſus Euphratam anno 346. deinde rogatum ut Romam peteret ad amoliendos e Gallia Hunnos anno 453. dixit Placentius Servatium tenuiſſe ſedem Tongrenſem annos 176. at quis illi credat? Ruinart. autumat binos fuiſſe Servatios. BASN.

(c) Lege Greg. Turon. de geſt. Franc. lib. 2. cap. 7.

(d) Jeron. in vita Hilarionis Francorum meminit, quem locum etiam citat Aimoin. lib. de geſt. Franc. cap. 10.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT III.

Francorum ſtrages & victoria.

FRancos tranſegiſſe comperimus uſque ad Marcomirum Sonnonem & Genebaudum duces: cum quibus, temporibus Imp. Theodoſii in Germaniam prorumpentes, pagos depopulantes, etiam Coloniæ metum incuſſerunt. Quod cum Treveros perlatum fuiſſet, (*a*) Nanninus & Quintinus magiſtri militum, collecto exercitu, Francos de Germania ejecerunt: apud (*b*) Carbonariam de Francis ſtrages fit. Poſt Heraclio & Joviniano cum exercitu ultra Renum tranſeunte, diſponente Francos ad internecionem perducere, tantæ ſtrages ex militibus à Francis factæ ſunt, ut Heraclius Jovinianus (*a*) cum paucis de eodem prælio potuiſſent evadere. Nec ulterius adverſus Francos prætumpſerunt arma arripere.

(*a*) al. Jovinus vide Ruinart.

Poſt paucum temporis Arbogaſtus ſuperbia elatus adverſus Francos arma movit: cum iiſdem dimicans victus effugit.

CAPUT IV.

Reges denuo apud Francos.

FRanci Treveris (*c*) hiemando reſidere præſumpſerunt. Valentiniano Imperatore infra privati modum redacto, militaris rei cura Francis ſatellitibus tradita. Civilia quoque officia tranſgreſſi in conjurationem Arbogaſtis ſacramentis obſtricti ſunt. Arbogaſtes Marcomerem & Sonnonen duces odiis infectans exercitus fraude deceptos urendosque cum decuſſis foliis nudatæque arentes ſilvæ inſidiantes agredire..... tranſgreſſo Reno pagum quem Chamani incolunt depopulatus eſt.

(*d*) Dehinc extinctis ducibus in Francis denuo Reges creantur ex eadem ſtirpe qua prius fuerant.

CAPUT V.

Conſtantinus fugatus.

EOdem tempore (*e*) Jovinianus ornatus regios aſſumpſit. Conſtantinus fugam vertens Italiam dirigit, miſſis à Jovino principe obviam præcurſoribus, ſuper Mintio flumine capite truncatur. Multi nobilium juſſu Joviniani apud Arvernas capti & à ducibus Honorii crudeliter (*b*) perempti ſunt.

(*b*) Interempti Ruinart.

CAPUT VI.

Treveris capta.

TReverorum civitas factione unius ex ſenatoribus, cui nomen Lucius, à Francis capta & incenſa eſt. Cum Avitus Imperator eſſet luxuriæ deditus, & iſte Lucius habens mulierem pulcherrimam cunctarum, fingit ſe Avitus ob infirmitatem corporis lectum deprimere, juſſa ad omnes ſenatrices, ut eum viſitarent, miſit. Cumque uxor veniſſet Lucii, vique ab Avito oppreſſa fuiſſet, in craſtino ſurgens de ſtrato Avitus dixit ad Lucium, Pulchras thermas habes & frigida lavas. Hæc indignante Lucio, ſua factione direpta eſt civitas & incenſa à Francis.

Vide Aimoin. 1. cap. 3.

CAPUT

(*a*) Greg. Tur. 2. cap. 9. & Aimoin. 1. c. 3. Nannium vocat.

(*b*) Ibid cap. 5. meminit carbonariæ ſilvæ.

(*c*) Hæc pæne ad verbum ex lib. 4. Sulpitii Alexandri apud Greg. Tur. 2. cap. 9. ex quo hunc locum intellige & reſtitue.

(*d*) Ibi incipit cap. V. in editione Ruinartii pag. 550. inde ſeries capitum ſequentium immutatur. BASN.

(*e*) Jovinum lege ex Renato Profuturo Frigerido ap. Greg. ibid. illius enim hæc verba ſunt.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT VII.

Caſtini pugna cum Francis.

CAſtinus (a) domeſticorum Comes expeditionem accepit contra Francos, eoſque proterit, Renum tranſit, Gallias pervagatur, uſque ad Pirenæos montes perve-nit. (b)

CAPUT VIII.

Chlodoveus.

FRanci electum à ſe regem, ſicut prius fuerat crinitum inquirentes diligenter ex genere Priami, Frigæ & Francionis, ſuper ſe creant nomine (a) Theudemerum filium Richimeris qui in hoc prælio, quod ſupra memini, à Romanis interfectus eſt. Subſtituitur filius ejus Chlodoveus in regno, utiliſſimus vir in gente ſua, qui apud (c) Heſpurgem caſtrum reſidebat, quod eſt in termino Thoringorum. Burgundiones quoque Arianorum ſecta utebantur ſedentes in ciſalpinis. (d) Chlodoveus miſſis exploratoribus ad urbem Camaracum, perluſtrans omnia ipſe ſequitur, Romanos proterit, civitatem capit; uſque Suminam fluvium omnia occupavit. Hæc generatio fanaticis uſibus culta fertur. Super littore maris æſtatis tempore Chlodoveo cum uxore reſidente, meridie uxor ejus ad mare lavatum vadens terretur beſtia Neptuni, qui Minotauro ſimilis eam adpetiſſet. Cumque continuò aut beſtia aut à viro fuiſſet concepta, peperit filium nomine Meroveum: propter quod reges Francorum poſt vocantur (b) Merolingi.

(a) apud Gregorium Theodomenen.

(b) al. Meronigi.

CAPUT IX.

Avitus luxurioſus.

AVitus (e) Imperator luxurioſus: Apud Placentiam urbem Epiſcopus ordinatur, & poſtea ad Baſilicam ſancti Juliani fugiens vitam amiſit.

CAPUT X.

Childerici luxuria.

CHildericus (e) vero filius Merovei cùm ſucceſſiſſet patri in regno, nimia luxuria diſſolutus, filias Francorum ſtupro tradidit. Illi vero ob hoc indignantes eum de regno ejiciunt. Winomadus (c) Francus fideliſſimus cæteris Childerico, qui eum cum à Hunis cum matre captivus duceretur, fugaciter liberaverat. Hoc eventu aureum cum Childerico dividens, dum cerneret, quod Franci interficere eum conarentur, dixit ei, Fuge in Thoringiam latita aliquantum ibi: ſi potuero tibi Francos placare, iſtum aureum medium tibi ad ſignum dirigo: & ſi non potuero, ubicunque aggreſſus fueris, mihi notam facias viam tuam. Quando quidem potuero, & iſtam partem tibi direxero, partesque conjunctæ unum effecerint ſolidum, tunc ſecurus patriam repedabis. Childericus habitans in Thoringia apud regem Byſinum uxoremque ejus nomine Baſinam latuit. Franci tum Ægidium unanimiter regem adſciſcunt; Winomadum amicum Childerici ſubregulum ab Ægidio Franci inſtituerunt: ejuſque conſilio omnes Francos ſingulis aureis tributavit, acquieſcentes impleverunt. Dicens iterum ad Ægidium Winomadus, (d) gens hæc duriſſima: quæ mihi ad agendum juſſiſti, parum attributati ſunt: ſuperbia ſæviunt. Jube ut ternos ſolidos tributentur. Quod cum factum fuiſſet, acquieſcentes Franci dixerunt, Melius nobis eſt ternos ſolidos tributa ſolvere, quàm cum Childerico graviſſimam vitam ducere. Winomadus iterum ad Ægidium dicens, Rebelles exiſtunt tibi Franci: niſi præceperis ex eis plurimos jugulari: eorum ſuperbiam non mitigas. Electos à Winomado centum utiles & in neceſſitatibus congruos ad Ægidium direxit; quos Ægidius conſilio Winomida uſus

(c) al. Viomadus.

(d) Wiomadus, Ruinart.

(a) Pæne eadem verba Oroſius ap. Greg. ſed de Stilicone.
(b) Hæc de Stilicone Greg. lib. 9. cap. 2. BAS.
(c) al. Aſobamgim. Greg. Diſpargum.
(d) al. Clodeo. apud Greg. Tur. Chlogio.
(e) Vide Baron. tom. 6. an. 456. 3. & Greg. Tur. 2. c. 11.
(f) Eadem Aimo. in lib. 1. cap. 7. Greg. 2. cap. 12.

Digitized by Google

uſus interficere juſſit. Winomadus ſecretius ad Francos dixit, Non ſufficiunt tributa quæ ſolvitis? quamdiu hoc malum ſuſtinere vultis, ut parentes veſtri ſicut pecora jugulentur? Tunc Franci unanimiter dicebant, Si Childericum ubicunque poſſemus comperire, libenter eum ſuper nos reciperemus ad regem; forſitan per ipſum de his afflictionibus eriperemur. Tunc Winomadus protinus ad Ægidium vadens dixit, modo eſt gens Francorum tua diſciplina perdomita: dans eidem conſilium legatos ad Mauritium imperatorem dirigere, gentesque vicinas ſi poſſet attrahere, ut vel quinquaginta millia ſolidorum ab imperatore dirigerentur, quo potius gentes accepto munere ſe imperio ſubjicerent: Addenſque dixit ad eum, Aliquantulos ſolidos tuæ inſtantiæ locum accipiens militavi, parum ſervus tuus argentum habeo: volebam cum tuis legatis puerum dirigere, ut melius Conſtantinopoli mihi argentum mercaret. Tunc acceptis ab Ægidio quingentis in munere aureis, quos ad hoc opus emendum tranſmitteret, miſit puerum creditarium ſibi cum media parte aurei quem cum Childerico diviſerat, ſaccellum plenum plumbeis, quod puer pro ſolidis ſecum portaret, comperto jam Childericum Conſtantinopoli eſſe cum legatis Egidii puer aggreditur his verbis inſtructus, ut legatos præcederet, & Childerico protinus nunciaret, priuſquam legati in conſpectum Imperatoris venirent, quod Egidius qui tributa publicis ærariis ſolvere debebat, tributa Imperatoris ſolvenda quæreret. Quod cum Childericus Mauritio imperatori annunciaſſet; repletus & indignatione; cum legati Egidii ei præſentati fuiſſent, his verbis ſuggerentes; jubet eos recludi in carcerem. Dixitque Childericus ad Mauritium imperat. Jube me ſervum tuum ire in Gallias: ego furorem indignationis tuæ ſuper Egidio ulciſcor. Multis muneribus à Mauritio Childericus ditatus, evectu navali revertitur in Gallias. Quem cum Winomadus nunciante puero comperiſſet, caſtro Barro ad ipſum venit; & à Barrenſibus receptus eſt. Eorum omnes reditus publicos pro initio receptionis conſilio Winomadi benigne conceſſit. Deinde ab omnibus Francis reſublimatur in regno: multaque prælia cum Egidio egit, plures ſtrages ab ipſo factæ ſunt in Romanis.

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XI.

Baſina Franciam petit.

BAſina, quæ Biſinum regem in Thoringia conjugem habebat, cum audiſſet Childericum à Francis in regno ſublimatum, curſu veloci relinquens Biſinum ad Childericum tranſiit, qui cum eam ſolerter interrogaret, qua de cauſa ad eum de tam longinqua regione veniſſet, reſpondiſſe fertur, novi, inquit utilitatem tuam, quod ſis valde ſtrenuus, ideoque veni ut habitem tecum. Si utiliorem ſub cœlo ſciviſſem, eum expetiſſem. Quam Childericus gaudens & diligens ejusdem pulchritudinem in conjugio copulavit. Cum prima nocte jugiter ſtratum junxiſſent, dicit ad eum mulier, Hac nocte à coitu virili abſtinebimus. Surge ſecretius, & quod videris ante aulas palatii, dices ancillæ tuæ. Cumque ſurrexiſſet, vidit ſimilitudinem beſtiarum, leonis, unicornis, & leobardi ambulantium, reverſusque dixit mulieri quæ viderat. Dixit ad eum mulier, Domine mi vade denuo; & quod videris, narra ancillæ tuæ. Ille vero cum foris exiſſet, vidit beſtias ad ſimilitudinem urſi & lupi deambulantes. Narrans & hæc mulieri. Compellit eum tertio ut iret, & quod videret nunciaret. Cumque tertio exiſſet, vidit beſtias minores, ſimilitudine canis, & minores beſtias ad invicem detrahentes & volutantes. Cumque Baſinæ hæc univerſa narraſſet, abſtinentes ſe caſtè uſque in craſtinum, ſurgentes de ſtratu, dixit Baſina ad Childericum; quæ viſibiliter interpretationem habent, Naſcetur nobis filius fortitudine leonis ſignum ad inſtar tenens: filii ejus leopardus & unicornis fortitudine ſignum tenent. Deinde generantur ex illis qui urſis & lupis fortitudine & voracitate eorum ſimulabant. Tertio quæ vidiſti ad diſceſſum columnæ regni hujus erunt: qui regnabunt ad inſtar canibus & minoribus beſtiis eorum conſimilis erit fortitudo: pluralitas autem minorum beſtiarum, quæ ad invicem detrahentes volutabant, populus ſine timore principum ab invicem vaſtantur. Concepit Baſina & peperit filium nomine Chlodoveum. Hic fuit magnus & pugnator egregius ad inſtar leonis fortiſſimus cæteris regibus. Childericus cum (a) Odoacro Rege Saxonum Aurelianis pugnans Andegavum victor perrexit. Mortuo Ægidio reliquit filium nomine Siagrium. Eodem tempore Brittones de Betorica à Gothis expulſi. Multi apud (b) Dolenſem perempti ſunt. Paulus Comes cum Romanis & Francis bellum Gothis intulit, & prædas egit. Childericus Odoacro ſuperato Paulum comitem interfecit, Andagavum obtinuit. His actis inter Saxones & Romanos bellum geſtum eſt. Saxones terga vertentes multis ex eis exſtinctis, inſulæ eorum cum multo populo interempto à Francis captæ atque ſubverſæ ſunt.

(a) al. Odovacro.

(b) al. Toloſam Greg. 2. cap. 19.

CAPUT

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XII.

Eoricus.

(a) aliter Greg. cap. 20.

IPſo anno terræ motus fuit. Eoricus Gothorum rex XXIV. regni ſui anno baſilicam ſancti Juliani (a) Brivatis, columnis ornatam mirifice conſtruxit. Regnans Eoricus annis XX.

Aimon. lib. 1. c. 1. & Greg. lib. 2. c. 24.

(a) In Burgundia nimia famis oppreſſio advenit. Cumque populus à fame in diverſas regiones diſpergeretur, nec eſſet qui alimoniam præberet, Æditius quidam ex ſenatoribus magnam tunc rem in Deo feciſſe perhibetur. Miſit pueros ſuos cum equitibus, & plauſtris per vicinas ſibi civitates, ut eos qui inopia vexabantur, ſibi adducerent cunctos pauperes, quos invenire potuerunt, adduxerunt ad domum ejus: ibique eos tempore ſterilitatis paſcens à fame liberavit. Fuerunt pluſquam quatuor millia, quos aluit uſque tempore ubertatis. Poſt quorum diſceſſum vox è cœlis lapſa pervenit, dicens, Æditi, quia feciſti rem hanc, ſemen tuum pane non indigebit in æternum. Æditus miræ felicitatis fuit: pluribus vicibus multitudinem Gothorum cum paucis in fugam convertit. Evarix rex Gothorum, excedens Hiſpanum limitem, gravem in Galliis intulit perſecutionem.

CAPUT XIII.

Clodoveus regnat.

DEfuncto Childerico Chlodoveus ejuſdem filius regnavit pro eo. Anno autem quinto regni ſui, Siagrius Romanorum Patricius apud civitatem Sanctonas, (b) quam quondam pater ſuus tenuerat, ſedem habebat. Quem Chlodoveus cum Regnachario irruens oppugnaverat. Siagrius eliſum cernens exercitum, terga vertit, ad Alaricum regem Toloſam curſu veloci perrexit. Chlodoveus legatos ad Alaricum mittens, ut eum redderet; alioquin noverit ſibi bellum inferri. *At ille* metuens, ut Gothorum pavere mos eſt, Siagrium vinctum legatis tradidit: quem Chlodoveus cuſtodiæ mancipavit, regnoque ejus accepto, gladio truncari præcepit. Chlodoveus eo quod eſſet fanaticus, Eccleſias deprædari permiſit.

CAPUT XIV.

Urceum reſtituit Remigio.

Eadem Greg. 2. cap. 27. & Aimoin. 1. cap. 12.

(c) IGitur de de Eccleſia Remenſis urbis urceum magnum hoſtis abſtulerat cum reliquis miniſterialibus. Sanctus atque Apoſtolicus Remigius Pontifex ejuſdem urbis ad Chlodoveum veniens poſtulat; ſi aliud de ſacris vaſis recipere non mereretur, ſaltem vel urceum illum reciperet. Audiens rex dixit, Mitte nuncios uſque Sueſſionas; ibi quæ acquiſita ſunt, dividenda erunt: ſi mihi ſors illud dederit, petitionem tuam implebo. Cum præda in medio dividenda poneretur, ait rex, Rogo ut ſaltem mihi vas iſtud extra partem concedatis. Hæc rege dicente, reſpondent Franci, Glorioſe rex, quæ cernimus tua ſunt, ſed & nos tui ſumus: domine quod tibi placet fac. Tunc unus levis, invidus, & facilis, voce magna urceum impulit, dicens, Nihil hinc accipies, niſi quod tibi ſors vera largitur. Rex injuriam hanc patientia lenivit: ſorte poſita acceptum urceum Beato Remigio tranſmiſit; ſervans abditum ſub pectore vulnus. Kal. Martii juſſit omnes armatorum phalangas, oſtenſuros, venire: ubi cunctos circuibat, venit ad urcei percuſſorem, dicens ad eum, Inculta eſt armatura tua; neque ſecuris eſt utilis: apprehenſa ſecure ejus, terræ dejecit. Et ille cum paululum inclinatus fuiſſet, rex elevatis manibus ſecurim in caput ejus defixit, Sic inquit, & tu Sueſſionis urceo feciſti. Magnum ſibi per hanc cauſam Franci timorem ſtatuerunt. (d)

(a) Hic caput XIV. incipit apud Ruinart.
(b) Suaſionas urbem indicat Ruinart.
(c) Hic conveniunt capita cum cum Ruinarti edit.
(d) Statuens. Ruinart.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XV.

Gundiochus.

FUit igitur Gundiochus rex Burgundionum ex genere Athanarici regis perſecutoris. Huic fuerunt quatuor filii, Gundobadus, (*a*) Godeghyſelus, Chilpericus, & Godemarus. Gundobadus Chilpericum fratrem ſuum interfecit gladio; Uxorem ejus ligato ad collum lapide aquis immerſit: Duos filios eorum gladio trucidavit; duas filias exilio condemnavit; quarum ſenior nomine (*a*) Sedeleuba, mutata veſte ſe Deo devovit, junior (*b*) Chrotildis vocabatur.

(*a*) apud Greg. Mucuruña.
(*b*) al. Crothechildis.

CAPUT XVI.

Chlodoveus ducit Chrotildem.

POrro Chlodoveus legationem in Burgundiam ſæpius mittens, conquirentes Chrotildem. Et cum non eſſet licitum eam videre, Chlodoveus Aurelianum quendam ex Romanis, ingenio quo poſſet ad Chrotehildem videndam direxit. At ille in ſingulis ad inſtar mendici peram ad dorſum ferens, veſte deformi ad illas perrexit partes, annulum Chlodovei, quo potius crederetur, ſecum portans. Cumque ad (*c*) januam civitatis, ubi Chrotehildis cum Germana Sedeleuba ſedebat, veniſſet, & illas hoſpitalitatem peregrinis exhibere audiſſet, eum cum cauſa mercedis ſuſcepiſſet, & pedes ejus Chrotildis lavaret, Aurelianus verbo ſecreto inclinans ad eam dixit, Domina mi, grande verbum tibi nunciaturus ſum, ſi locum dare dignaris, ubi ſecretius ſuggeram. Illa annuens verbo ſecreto audiens. Dixitque Aurelianus, Chlodoveus Rex Francorum me direxit. Si voluntas Dei fuerit, te vult culminis ſui ſociare conjugio. Ut certa fias, hoc annulum tibi direxit. Quem illa accipiens gaviſa eſt gaudio magno. Dixitque ad eum, Accipe centum ſolidos pro laboris tui munere & annulum hoc meum; feſtinans revertere ad Dominum tuum & dic ei, Si me vult in matrimonio ſociare, protinus per legatum à patruo meo Gundobado poſtuletur, legatique veniant, obtenta ad præſens firment, placitum ſub celeritate inſtituant: niſi ad perficiendum feſtinent (*d*) Aredii cujuſdam ſapientis de Conſtantinopoli adventum vereor, cujus conſilio, ſi prius venerit, hæc omnia diſſipabuntur. Aurelianus eodem habitu, quo venerat, redit ad propria. Cum jam prope Aurelianenſe territorium nec procul à domo prope acceſſerat, quendam pauperem mendicum ſecum itineris ſocium habuit. Jam ſecurus Aurelianus ſopore depreſſus, Collega ſuus peram ejus cum ſolidis furatus eſt. Cumque à ſomno expergefactus, expertus fuiſſet dolum, mœrore plenus curſu veloci perrexit ad propria. Dirigenſque pueros ad inquirendum mendicum, qui peram ejus portabat. Quem apprehenſum Aureliano præſentant, eumque fortiter triduo cæſum permiſit ire mendicum. (*b*) Protinus Aurelianus Chlodoveo regi per ſingula narrans ſucceſſionem ſuggeſtiones nunciat. Quod cum Clodoveo petitio & conſilium Crotehildis placuiſſet, legatos ad Gundobadum dirigit, petens, ut Chrodehildem neptem ſuam ei in conjugium ſociandam traderet. Quod ille denegare metuens, & ſperans amicitiam cum Chlodoveo inire, eam ſe daturum ſpondet, legato offerens ſolidum & denarium, ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodovei deſponſant; placitum ad præſens petentes, ut ipſam ad conjugium tradat Chlodoveo. Nulla ſtante mora initum placitum. Cavalonno nuptiis præparantur. Venientes cum celeritate Franci Chrotohilden à Gundobodo acceptum levantes in (*e*) Baſternam cum multis theſauris ad Chlodoveum dirigunt. Chrotehildis cum jam comperiſſet adventum Aredii revertentis ab Imperatore, dixit ad ſeniores Francos, Si vultis me domino veſtro præſentare, removete me de Baſterna, & ſuper equum levate, & quantum protinus potueritis, illis partibus accelerate; in hac baſterna ad ſuam non poſſum venire præſentiam. Franci levantes Chrotohildem ſuper equum feſtini ad Chlodoveum pergunt.

(*c*) al. adiret novam civitatem.
(*d*) al Aredicii.
(*e*) Vehiculum.

CAPUT

(*a*) al. Gothichiſius Greg. 2. c. 28. Godegiſilus.
(*b*) Aureliani Patricii meminit Greg. Tur. mirac. lib. 1. cap. 77. Vide Greg. 2. cap. 28. Aimoin. 1. cap. 13, 14, 15. Hincmar. Baron. tom. 6. an. 494. 28.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XVII.

De Aredio & ejus consilio.

CUmque Aredius à Massilia velocissimo cursu hæc audiens ad Gundobadum venisset, dixit ei Gundobadus, Audisti quòd amicitiam cum Francis inivimus, neptemque meam Chlodoveo tradidi uxorem? Respondens Aredius dixit, Non est hoc amicitiæ cultus, sed initium discordiæ perpetuæ. Reminiscere debueras domine, quòd genitorem Chrotehildis germanum tuum Chilpericum gladio trucidasti, matrem ejus lapide ad collum ligata necari jussisti, duos ejusdem germanos capite truncatos in puteum fecisti projicere: si prævaluerit, injuriam parentum vindicabit. Dirige protinus exercitum post eam, & revertatur; facilius unius feres jurgium, quàm omni tempore tu & tui vexentur à Francis. Hæc audiens Gundobadus exercitum post tergum Ghrotehildem præsentandam dirigit, qui consequentes thesauros è Basterna cuncta retentent. Chrotehildis vero cum appropinquasset Vilariaco in qua Chlodoveus residebat in territorio Trecassino, adhuc antequam terminos Burgundiæ Chrotehildis præteriret, rogans eos à quibus ducebatur, ut XII. leucas in utrasque partes de Burgundia protererent & incenderent: quod cum permittente Chlodoveo fuisset impletum, dixit Chrotehildis, Gratias tibi ago Deus omnipotens, quòd initium vindictæ de genitoribus & fratribus meis video.

CAPUT XVIII.

De conjunctione Chrodechildæ & Chlodovei.

TUnc ad præsentiam Chlodovei perducitur, ipsamque in matrimonium Chlodoveus accepit, quam cultu regali perfecto dilexit amore. Habebat jam tunc Chlodoveus filium de concubina nomine Theodoricum. Chrotehildis cùm primogenitum filium habuisset, quem Baptismo consecrare vellet; viro assidue *suadens* ut Christianus efficeretur, nullatenus ad consiliandum regis animus movebatur: dicens, Deorum nostrorum jussione cuncta credantur: Deus vester nihil posse manifestatur. Regina filium ad Baptismum exhibet. Baptizatus autem puer, quem (a) Inghomerem vocabant, in albis obiit. Qua de causa permotus felle rex, increpabat reginam dicens, Si in nomine Deorum meorum puer fuisset baptizatus, vixisset. Regina vero Deo omnipotenti gratias agens, ut de utero primogenitum in regno suo accepperit. Post hunc genuit filium, quem Chlodomerem vocavit. Cum baptizatus ægrotare cœpisset, dixit rex, Et iste sicut frater moritur. Orante autem matre Dominum, ipso adjuvante convaluit. Regina tamen assidue verbis blandis ad Christi cultum suadebat.

(a) Greg. 2. cap. 29. Ignomerum. Aimoin. 1. cap. 15. Ingomirum vocat.

CAPUT XIX.

Votum Chlodovei.

CUmque bellum contra Alamannos Chlodoveus rex moveret, suadente regina, vovit, si victoriam obtineret, efficeretur Christianus. Cumque utræque phalanges certamine jungerentur, & strages ingentes essent, dixit Chlodoveus, Deum invoco quem Chrotechildis colit; si me juverit in hoc prælio, ut vincam hos adversarios meo, ero illi fidelis. Alamanni terga vertentes in fugam lapsi sunt. Cumque regem suum cernerent interemptum (b) IX. annis exules à sedibus eorum nec ullam potuerunt gentem comperire, quæ eis contra Francos auxiliaret. Tandem se in ditionem Chlodoveo tradunt. Postea cum de prælio memorato superius Chlodoveus Remis fuisset reversus, clam à sancto Remigio Remensi Episcopo, adtrahente etiam Chrotechilde regina, Baptismi gratiam cum sex millibus Francis in Pascha Domini consecratus est. Cùm à S. Remigio in Albis Evangelii lectio Chlodoveo annunciaretur, qualiter Dominus noster Jesus Christus ad passionem venerat, dixit Chlodoveus, Si ego ibidem cum Francis meis fuissem, ejus injuriam vindicassem. Jam fidem his verbis ostendens, Christianum se virum affirmat.

(b) al. 104. annis.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XX.

Gundobadus victus.

GHudegiſilus (a) frater Gundobadi ſolatium per legatos Chlodoveum poſtulans. Cum eum comperiſſet fortiſſimum in præliis; promittens, ſi ejiceret Gundobadum cum ſuo ſubſidio, à regno tributum Chlodoveo ſolveret. Gundobadus ignorans dolum fratris Godegiſili, ad eum miſit, dicens, veni ut reſiſtamus Francis unanimiter, ut quod aliæ gentes paſſæ ſunt, non perferamus nos. At ille, Vadam, inquit, & præbeam tibi auxilium. Chlodoveus cum Francis adverſus hos duos reges caſtro Divionenſi Campaniam direxit ad prælium. Godegiſilus Chlodoveo conjungitur, ac uterque exercitus Gundobadi populum atterit. At ille dolum fratris cognoſcens terga vertit, & Rodani ripam percurrens, Avenionem urbem ingreditur. Godegiſilus obtenta victoria, promiſſa Clodoveo ex parte implens, (a) Avenionemque triumphans Chlodoveus rex poſt Gundobadum dirigit, qui eum de civitate extrahere poſſent.

(a) al. Viennamque.

CAPUT XXI.

Aſtutia Gundobadi.

ARedius prudentiſſimus vir cum Gundobado intra caſtra ſedens, ad Gundobadum ait, Oportet te lenire hujus hominis feritatem. Ego me ſimulabo à te fugere; ad eum tranſibo, ut faciam quod neque tibi neque huic noceat regioni. Quodcunque tibi meum injunxerit conſilium faciendum promitte, donec cauſam tuam Dominus proſperet. Aredius valedicens ad Chlodoveum perrexit dicens, Illum perfidum Gundobadum relinquens, tuæ gloriæ me offero. Benigniter à Clodoveo recipitur. Eratque jocundus in fabulis, ſtrenuus in conſiliis, juſtus in judicio, & in commiſſionibus fidelis. Dixit ad Clodov. Tua eſt hæc regio; quare eam vaſtare permittis? Jube Gundobadum tibi tributa ſolvere, & ipſi & regioni dominaberis. Quod ſi noluerit, perfice quod cœpiſti. Hæc injuncta Gundobado à Clodoveo Gundobadus implere permiſit. Clodoveus rediit in Franciam, relictis cum Godegiſilo quinque millibus Francorum. Exiens Gundobadus de Avione reſumptis viribus Godegiſilum Viennæ circundat, per aquæ ductum in civitatem ingrediens, Godegiſilum interfecit, Francos aggregatos in unam turrem ferro trucidavit, nihilque poſtea Clodoveo reddere diſpoſuit.

Caput. XXIV. apud Ruinart.

CAPUT XXII.

Pugna Clodovei in Alaricum.

IGitur Alaricus rex Gothorum cum amicitias fraudulenter cum Clodoveo iniſſet. Quod Cloveus diſcurrente Paterno legato ſuo cernens, adverſus Alaricum arma commovet, & in Campania Voglavenſi (b) X. ab urbe Pictava miliario Alaricum interfecit, & plurima manu Gothorum trucidata, regnum ejus à mari Tyrrheno, Ligeri fluvio & montibus Pireneis uſque Oceanum mare à Clodoveo occupatum eſt. Et theſauros Alarici à Toloſa auferens ſecum Pariſius duxit, & multis muneribus Eccleſiam ſancti Martini & ſancti Hilarii ditavit: quorum fultus auxilio hæc celeriter implevit. Cumque Pariſius perrexiſſet, ibi cathedram regni conſtituit. * Theodoricus ejuſdem filius, civitatibus captis circa maritima juſſu patris filius ad eum revertitur. Filius Sigeberti regis nomine (c) Theodoricus, quem cum exercitu ejus in ſubſidium contra Gothos Clodoveus habuerat, levis verbis, dum per Scalde fluvium navigaret, adtractus. Ipſe vero patrem ſuum Sigebertum in Burgundia interfecit doloſe: & ipſe à percuſſoribus Clodovei interfectus eſt. Regnum Sigeberti abſque ullo prælio cum theſauris Clodovei aſſumpſit.

(b) al. XCC. Gregor. 2. de geſt. Franc. ca. 37. Aimoi. 1, cap. 22. Baron. tom. 6. an. 507.

* Caput XXVI. apud Ruinart.

(c) al. Clodoveus.

CAPUT

(a) al. a Gundobado ſ. p. l. contra Chlodoveum poſtulans. Vide Greg. lib. 2. de geſt. Franc. cap. 23. Aimoin. lib. 1, cap. 19. *Caniſius*, Godegiſelus, Ruinart.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XXIII.

Caricarius à Clodoveo occiſus.

(a) Caricum. Ruinart. * Cap. XXVIII. apud. Rui.

(a) CArricarium (a) regem ſuum parentem Clodoveus dolis interfecit manu propria, & fratrem ſuum Richarium ſimiliter manu propria jugulavit * Regnum Ragnacharii, qui apud Camaracum ſedem habebat, ſuæ ditioni ſubjecit. Regnum Clodovei maxime per totas Gallias dilatatur. Studioſe tractavit, ut nullus de ſuis parentibus ſupereſſet, niſi de ſuo ſemine qui regnaret.

CAPUT XXIV.

Mors Clodovei.

MOrtuus Clodoveus ſepultus eſt in Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli, quam ſuo opere conſtruxerat. Obiit poſt (b) Voglenſe bellum anno quinto. Regnum tenuit annis triginta. A tranſitu ſancti Martini uſque ad tranſitum Clodovei fiunt anni centum duodecim. Chrotehildis Regina ad limina ſancti Martini Turonis orationibus & vigiliis pervacabat.

CAPUT XXV.

De diviſione regni inter filios Clodovei.

Gregor. 3. cap. 1. Aimoin. 2. ca. 1. & 2.

QUatuor filii Clodovei, id eſt Theodericus, Chlodomeres, Childebertus, & Chlotarius regnum ejus æquo ordine inter ſe diviſerunt. Sortitus eſt ſedem Theodoricus Mettis, Clodomeris Aurelianis, Childebertus Pariſiis, & Chlotarius Sueſſionis. Theodoricus habebat jam filium nomine Theodebertum utilem & ſtrenuum

CAPUT XXVI.

De Amalrico filio Alarici.

Caput XXXII. Ruinart.

AMalricus, filius Alarici, ſororem eorum in matrimonium accepit, per quam Barcinonæ à Childerico & Francis occiſus eſt. Dani evectu navali Gallias appetunt, in regnum Theodorici irruunt, & à Theodeberto filio Theodorici ſuperantur, omnemque prædam & vitam amiſerunt.

CAPUT XXVII.

Thuringia Francis ſubjecta.

Gregor. 3. geſt. Franc. cap. 4.

(b) Gothorum F. d. ſubactum.

THuringiorum tres fratres regnabant, Badericus, Ermenfredus, & Bertharius. Ermenfredus Bertharium interfecit, inſtigante uxore Ermenfredi nequiſſima, cui nomen Amalberga; & Badericum germanum ſuum conſilio Theodorici interfecit. Ipſe verò à Theodeberto filio Theodorici interfectus eſt. Regnum (b) Thoringorum Francorum ditioni ſubditum (c) eſt.

CAPUT XXVIII.

Agaunenſe Monaſterium fundatum.

GUndebadi filius Sighismundus (d) apud Ardegavenſem urbem villa Quadruvio, juſſu patris, ſublimatur in regno, habens uxorem filiam Thodorici Regis Italiæ, unde filium nomine Sighiricum. Ea mortua aliam duxit uxorem. Filium ſuum Sighiricum novercæ inſidiis juſſit interfici. Unde poſtea fortem pœnitentiam agens, monaſterium Sanctorum Agaunenſium miri operis conſtruxit, & alia plura monaſteria ædificavit. Chrothechildis aſſidue filios admonebat in hoſtem patris matrisque ac germanorum ſuorum. Quam ob cauſam illi Burgundias appetunt, Sigismundum & Godemarum in prælio vincunt.

CAPUT

(a) al. Charricum parentem ſuum C. interfecit & regnum ſuum ſibi ſubdidit. Regnacharium regem atque ſuum parentem Clodoveus interfecit manu propria, & fratrem ſuum Richarium manu propria ſimiliter jugulavit. Vide Greg ibid. cap. 41. Aimoin. cap. 23.

(b) Greg. 2. geſt. Franc. c. 40. Vocladenſe bellum vocat. Vide Aimoin. 1. cap. 25. Paul. Æmil. lib. 1. Bar. an. 514.

(c) Subactum. Ruinart.

(d) al. Sichismundus apud Genuavenſem. fort. Agaunenſem. Vide Greg. 3. cap. 5. Aimoin. 2. cap. 4.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 780.

CAPUT XXIX.

De obitu Sigiſmundi.

CLodomeres Sigiſmundum, dum ad monaſterium Sanctorum Agaunenſium fugeret, captum, cum uxore & liberis Aurelianos adducit. Godemaris terga vertens latuit. Godemaris reſumptis viribus regnum Burgundiæ tenet. Chlodomeris iterum adverſus Godemarem exercitum movit, interfecto Sigiſmundo & uxore cum liberis, ut prædictum eſt.

CAPUT XXX.

De obitu Clodomeris.

CHlodomerem, ab Avito Abbate, quod fecerat Sigiſmundo, prædictum eſt ipſo itinere paſſurum. Cumque Veſorontiæ Franci cum Burgundionibus bellum iniſſent, Chlodomeres capite truncatus, deceptus ab auxiliis Theodorici, qui filiam Sigiſmundi habebat uxorem.

CAPUT XXXI.

Burgundiones à Francis victi.

FRanci vero in ipſo prælio reſumptis viribus Burgundionibus Veſorontiæ ſuperatis, & ad internecionem perductis patriam eorum ditioni ſubjiciunt. Chlotarius uxorem Clodomeris nomine Gunthiucham uxorem duxit, filioſque ejus tres his nominibus, Theobaldum (a) Guntacharium & Clodoaldum Crotechildis alebat. Childebertus doloſe Arvernos contra Theodericum invaſit. Chlotarius & Childebertus Burgundias appetunt. Sed Theodericus cum eis adgredi noluit, Childericus & Chlotarius fugato Clodomere Burgundias occupant. Theodericus cum exercitu Arvernos vaſtat. Mundericus qui ſe parentem Regis aſſeruerat, regnumque ei deberi dixerat, à ſatellitibus Theoderici occiditur, fraude deceptus. Res ejus fiſco ſubjiciuntur.

(a) Guntharium.

Gregor. 2. cap. 11. 14. 15. 18. 22.

CAPUT XXXII.

Pax falſa inter Childebertum Theodoricum.

INita pax inter Childebertum & Theodericum cum ſacramento datis obſidibus. Sed celerius rumpitur. Multi filii ſenatorum ob hoc ſervitio ſubjiciuntur. Nepos beati Gregorii Lingonaci urbis Epiſcopi Treveris cuidam barbaro ſerviens, ingenio Leonis cujuſdam ex cocis ipſius Epiſcopi liberatur & reducitur.

CAPUT XXXIII.

Filii Chlodomeris cæſi.

CHrotechildis regina cum filios Chlodomeris, quos alebat, Pariſiis reſidens, unico amore diligeret, Childebertus invidia in eos ductus, Chlotario ſuadet ut interficerentur: ex quibus duos Theobaldus & Guntharius Chlotarii manu propria interficiuntur; Chlodoaldus ad clericatum tondetur, dignamque vitam gerens: ad cujus ſepulchrum Dominus virtutes dignatur oſtendere. Theodericus filium ſuum Theodebertum ubi Wiſigardim (b) cujuſdam regis filiæ deſponſavit, Theodebertus relinquens Wiſigardem, Theotheriam genere Romanam duxit uxorem.

(b) Aim. 2. cap. 12. Woconis.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XXXIV.

De obitu Theodorici

THeodoricus XXXIII. regni ſui anno moritur, regnumque ejus Theodebertus aſſumpſit, magnumque ſe atque in omni bonitate præcipuum ſe oſtendit. Deoheria Zelans à Theodeberto, filiam ſuam dolo interfecit. Theodebertus relicta Theotheria Wiſigardem duxit uxorem.

CAPUT XXXV.

De Childeberto & Theodeberto contra Clotarium agentibus.

CHildebertus & Theodebertus fœdus ineunt inter ſe: contra Chlotarium movent exercitum: ſed orationibus Crotehildis ad limina ſancti Martini* & divino nutu grandine & infeſtatione tonitrui & fulguris veniente, ſeparati ſunt; pacem ineuntes ad proprias ſedes ſunt reverſi. (a)

CAPUT XXXVI.

Hiſpaniam depopulantur.

POſt hæc Childebertus & Chlotarius Hiſpanias appetunt, eaſque parte maxima depopulati ſunt. Amalricum regem Barcinonæ interficiunt. Cæſarauguſta civitas orationibus & jejuniis liberatur.

CAPUT XXXVII.

Theodas obit in Hiſpania.

Aimoin. 2. c. 19. & 20. Gregor. 3. cap. 30.

POſt Amalricum Theoda regnat in Hiſpaniis: quo interfecto Theodegiſilus regnum aſſumit: qui dum ad cœnam lætus ſederet, extinctis cereis à ſuis occiditur. Cui Agila ſuccedit in regnum. Gothi vero jam olim habuerunt vitium; cum rex eis non placet, ab ipſis interficitur.

CAPUT XXXVIII.

De uxore & filia Theodorici interfectis.

ET quia Theodoricus rex Italiæ ſororem Clodovei in matrimonium habuit, ex qua parvulam filiam cum uxore reliquit. Et cum mater ei regis filium ſociandum provideret, à ſervo nomine Traquilane * accipitur. Traquila cum exercitu à matre puellæ capitur, & capite truncatur. Acceptam filiam mater, diſciplinam ingerens, ſecum duxit: & filia matrem veneno interfecit. Theodadus regnum Theoderici ambivit, & filiam, quæ matri extiterat, (c) parricida vehementer ſuccenſo juſſit includi, ibi ut combureretur. Unde cauſa compoſitionis quinquaginta millia ſolidorum Childeberto, Chlotario, Theudeberto tranſmiſſa ſunt. Quod Childebertus & Theudbertus inter ſe dividentes nihil exinde Chlotario dederunt. Theodato defuncto Totila ſucceſſit in regno, quem Narſes Patricius interfecit, regnumque Gothorum in Italia deſtructum eſt.

* Occiditur.

(c) al. Pariſio.

(a) Bellum quod contra Viſigothos ſuſcepit Childebertus & aliud quod idem cum Chlotario geſſit, poſt undecim annos, in unum permiſcet epitomator. De priori Greg. Taron. l. III. c. 10. de altero c. 29. Ruinart.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT XXXIX.

De Theudeberti in Italiam ingreſſu.

POſt Theudebertus cum exercitu Italiam ingreditur, eamque maritimis terminis depopulatur. Narſes patricius in fugam verſus. Poſtea Buccellinus dux juſſu Theudoberti Siciliam occupat, totaque Italia dominans, magna ei felicitas in his conditionibus fuit.

CAPUT XL.

Theodeberti mors.

PEtitione Deſiderati Verdunenſis urbis Epiſcopi Theodobertus clementer octo millia ſolidos civibus Verdunenſibus ad recuperandum dedit. Theudebertus vexatus à febre moritur decimo quarto regni ſui anno.

CAPUT XLI.

De morte Chrodechildæ.

CHrotechildis regina plena dierum & bonis operibus moritur : in ſacrario Baſilicæ ſancti Petri ſepelitur. Chlotarius jubet ad omnes Eccleſias tertiam partem fructuum fiſco diſſolvere. Sed reſiſtente Injurioſo Pontifice hoc malum deſtruitur. Chlotarius de Ingunde Guntharium, Chiltericum, Aribertum, Guntramnum, Sigibertum, & Chlodeſindam filiam habuit. De (*) Aregunde, ſorore Ingundis Chilpericum. Et de Unſina habuit Chramnum.

Gregor. 4. geſt. Fran. c. 1. 2. 3. 4. &c. Aim. 2. c. 26.

(*) al. Redegunde.

CAPUT LXII.

De Agylane Rege Hiſpaniæ.

AGilane in Hiſpania regnante cùm eſſet iniquus ſuis, exercitus imperii Hiſpanias ingreditur, & ibi Agila interficitur.

CAPUT XLIII.

De Athaginaldo Rege Hiſpaniæ.

AThanagildus ſuccedit in regno, qui ab Hiſpania exercitum imperii expulit.

CAPUT XLIV.

Theudebaldus.

THeudebaldus filius Theodeberti (*b*) Valderadam duxit uxorem. Erat valde iniquus ſuis; cujus tempore uvæ in ſambuco natæ ſunt. Stella ex adverſo veniens Lunam ingreſſa eſt. Bucelinus in Italia apud Beliſarium & Narſetem patricios ſæpius fortiter dimicans, eos in fugam vertit, eorumque exercitum proterit. Tandem infirmatus profluvio ventris, & exercitus ſuus eadem infirmitate adtritus, Beliſario jam interfecto, à Narſete ſuperatur & interficitur, ipſoque anno Theodebaldus obiit, regnumque Chlotarius accepit, copulans Valderadam ſibi uxorem.

(*b*) Vuldoradam Gregor. 3. cap. 9.

CAPUT XLV.

Saxones a Clothario deleti.

EO anno rebellantibus Saxonibus Chlotarius commoto exercitu maximam eorum partem delevit ; Thoringiam vaſtans, quia eis auxiliari præſumpſerant. Nec multo

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780. Greg. ib. c. 14.

multo poſt tempore denuo Saxones rebellantes; Chlotarius movet adverſus eos exercitum. Saxones pœnitentes, offerentes ſe cuncta emendare quæ male geſſerunt, mediam partem in omnibus rebus eorum, exceptis uxoribus & liberis, in compoſitione offerunt. Quod Franci accipere deſpicientes, eos interficere conantur, Chlotario dicentes, Non pacificabis cum eis, ſed ſurge, prœliemus & ulciſcamur in illis. Cum ille noluerat, Franci Chlotarium volebant occidere. Unde invitus perrexit ad prœlium, ibique tanta ſtrages à Saxonibus de Francis facta eſt, ut mirum fuiſſet.

CAPUT XLVI.

De Childeberto & Chramno filio Chlotarii.

CHildebertus cum Chramno inſidias Chlotario parat. Aribertus & Gunthramnus juſſu patris cum exercitu contra Chramnum dirigunt: Sed divino nutu temperante, gravi coruſcatione exorta, à prœlio ſeparantur. Chramnus cum Childeberto pertendit. Saxones factione Childeberti in Franciam venientes, uſque (a) Duuciam civitatem prædam egerunt. Chramnus Childebertus Remenſem Campaniam depopulatus eſt. Auſtrapius dux in Baſilicam ſancti Martini Chramnum metuens fugit.

(a) al. Diviciam Greg. c. 16. Nuciam.

CAPUT XLVII.

De Childeberti morte.

CHildebertus rex apud Pariſios obiit, & in Baſilica ſancti Vincentii, quam ipſe conſtruxerat, ſepultus eſt. Cujus theſauros & regnum Chlotarius aſſumpſit (a) Walderadam & filias ejus duas in exilium miſit.

CAPUT XLVIII.

De interitu Chramni.

(b) al. Conobrum. Aim. 2. cap. 30.

CHramnus in Brittanniam fugit ad (b) Conobrem Comitem Britannorum. Quia (b) Lacharius ſocer ejus ad Eccleſiam S. Martini confugit, per ipſum hæc Baſilica incendio concremata: poſtea à Chlotario condigne recuperatur, & ſtanno cooperitur. Chramnus à Chlotario patre ſuo captus cum uxore & liberis in Britannia igne concrematur. Bonober Comes Britannorum interfectus.

CAPUT XLIX.

De obitu Chlotarii & diviſione regni.

Aimoin. lib. 2. cap. 37. Greg. lib. 4. c. 22. (c) al. Gauripertus.

CHlotarius pro ſuis peccatis quæ geſſerat aut negligenter egerat, exorandum ad limina Beati Martini Confeſſoris properat. Exinde compendio villa veniens LI. anno regni ſui vexatus à febre obiit. Chilpericus occupatis theſauris Chlotarii in villa Brinnaco ſedem Childeberti Pariſiis occupat, ſed mox exinde repellitur. (c) Charipertus, Guntramnus, Chilpericus, & Sigibertus regnum patris dividunt. Dedit ſors Chariberto regnum Childeberti; Pariſiis ſedem habens: Guntramno vero regnum Chlodomeris; ſedem habens Aurelianis: Chilperico regnum Chlotarii patris ejus; cathedram habens Sueſſionis: Sigiberto quoque regnum Theodorici; ſedem habens Mettis. Eodem tempore Hunni Gallias appetunt, contra quos Sigibertus movit exercitum, eoſque vicit atque fugavit. Poſtea cum eis pacem inivit. Chilpericus Remos invadit, & alias civitates quæ ad Sigibertum pertinebant abſtulit. Unde inter ipſos bellum civile ſurrexit. Sigibertus Sueſſionas occupat. Theodebertum filium Chilperici apprehenſum in exilium tranſmittit. Chilperico victo atque fugato civitates in ſuam dominationem revocat. Poſt annos Theodebertum filium Chilperici reddidit, datis invicem pace & obſidibus cum ſacramentis. Guntramnus in Burgundia regnans in locum (d) Agricolanis Patricii Celſum inſtituit, virum in verbis paratum & in civitate prudentiſſimum.

(d) Greg. 4. c. 24. vocat Agroccu-lam.

(a) Legend. Ultrogotham, quæ Childeberti fuit uxor. Ruinart.
(b) Greg. lib. 4. cap. 17. & Aim. cap. 31. Willacharium vocant.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT L.

De Guntramno Rege.

GUntramnus fuit rex bonus, timens Deum. Accepit primum concubinam nomine (a) Venerandam, quæ habuit filium nomine Gundebadum. Poſtea accepit Marchitrudem, filiam (b) Magnacharii. Poſtquam de Guntramno habuiſſet filium, veneno Gundebadum doloſe interfecit. Ipſa judicio Dei, filium quem habebat perdidit, & odium regis per ſaginam incurrit. Eadem dimiſſa Auſtrichildem ejuſdem ancillam cognomento Bobilanem Guntramnus accepit uxorem; de qua duos filios habuit, his nominibus, Chlotarium & Chlodomerem. Ut Marchitrudis dimitteretur, hæc fuit occaſio: Mater ejus poſt mortem Magnacharii de vilibus hominibus unum ex nutritis Magnacharii acceperat maritum, qui inſtigantibus (c) Domtione & Vivolico filiis, ab eadem matre juſſu Guntramni ſeparatur, & ipſe puer occiditur. Clamantes filii negligenter matrem herbariam & meretricem. Hæc occaſio filiam ejecit de regno. Chariberus rex Ingobergam accepit uxorem. Qua relicta (d) Merofidem lanarii filiam accepit, & aliam paſtoris ovium filiam, nomine Theudechildem duxit uxorem, ex qua habuit filium: ſed protinus moritur.

(a) al. Erandam.
(b) Greg. 4. cap. 25. Magnarii.
(c) al. Conventione.
(d) Greg. 4. c. 26. Merofledem.

CAPUT LI.

Sigiberti Matrimonium cum Brunechilda.

POrro Sigibertus cum videret fratres ſuos uxores viles accipere, Gogonem cauſa legationis ad Anaghildum regem direxit, petens, ut ei filiam ſuam Brunam nomine conjugio traderet; quam Anaghildus cum multis theſauris Sigiberto ad matrimonium tranſmiſit. Ad nomen ejus ornandum & augendum eſt determinatum, ut vocaretur Brunechildis: quam cum multa lætitia atque jocunditate Sigibertus accepit uxorem.

CAPUT LII.

De Chrodino & ejus bonitate.

ANte hæc in infantia Sigiberti omnes Auſtraſii cum eligerent Chrodinum Majorem domus, eo quod eſſet in cunctis ſtrenuus & timens Deum, patientia imbutus; nec quiſquam aliud niſi quæ Deo & hominibus placerent, in eo inveniret. Ille hunc honorem reſpuens dicebat, Pacem ego in Auſtraſia facere non valeo; maxime quod omnes primates cum liberis in tota Auſtraſia mihi conſanguinei ſunt, non poſſum ex eis facere diſciplinam, nec quenquam interficere. Ipſi vero per me inſurgunt, ut agant ſuperſtitioſe. Eorum acta non permittat Deus, ut me in inferni clauſtra tradant. Eligite alium quem vultis ex vobis.

CAPUT LIII.

De Gogone Majore domus.

AT illi cum non invenirent, tunc Chrodini conſilio nutritum ſuum, memoratum ſuperius Gogonem, Majorem Domus eligunt. In craſtino primus ad ejus manſionem perrexit Chrodinus ad miniſterium (e) bracile Gogoni in collo tenens. Quod reliqui cernentes, ejuſdem ſequuntur exemplum. Proſperum hoc Gogoni ad gubernandum fuit, quoaduſque Brunichildem de Hiſpania adduxit: quem Brunichildis continuo apud Sigebertum fecit odioſum: ipſumque ſuo inſtigante conſilio Sigebertus interfecit. Tanta mala & effuſiones ſanguinis Brunichildis conſilio in Francia factæ ſunt, ut prophetia Sibyllæ impleretur dicens: Veniens Bruna de partibus Hiſpaniæ, ante cujus conſpectum multæ gentes peribunt. Hæc verò equitum calcibus diſrumpitur.

(e) al. bracibe. Aimon. lib. 3. cap. 4. brachium.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT LIV.

De Chilperico & Gachiliſindâ.

(a) Aimon. ib. c. 5. Galfontam & Walfontam.

CHilpericus (a) Gachiliſindam ſororem Brunichildis habuit uxorem, relinquens Fredegundem, & alias quas habebat uxores. Poſtea tranſcendens ſacramentum quod Gothorum legatis dederat, quod nunquam Gacheliſindam de culmine regni degradaret, ipſamque ſuggillare fecit. Poſt cujus tranſitum Fredegundem denuo accepit uxorem: reputantes vero ejus fratres quod ſuo ingenio Gachileſinda fuerat interempta, eum de regno ejiciunt. Habebat Chilpericus de priori regina Audovera tres filios, Theodebertum, Meroveum, & (b) Clodoveum.

(b) al. Childoveum.

CAPUT LV.

Sigeberti pax cum Hunnis.

Aimoin. 3. cap. 11.

HUni in Gallias venire conantur, adverſus quos Sigibertus cum magno aggreditur exercitu. Huni magicis artibus inſtructi, multis fantaſiis oſtenſis, exercitum Sigeberti metu concutiunt; terga vertunt. Sigebertus à Hunis circundatur, ſed ſuæ prudentiæ dona offerens liberatur. Nec ei quicquam hæc conditio fecit opprobrii. Pacem ſempiternam cum Hunis firmavit & à rege Hunorum condignis muneribus honoratur.

CAPUT LVI.

De Arvernis & Celſo patricio.

SIgibertus præcepit Arvenis civibus Arelatam occupare. Jubente Gunthramno à Celſo Patricio Arverni Arelato trucidati ſunt.

CAPUT LVII.

De Regibus Hiſpanniæ.

(c) al. Gadſiundam. Aimon. 3. cap. 17.

AThanagildo rege Hiſpaniæ defuncto, Lewa cum Lewildo fratre regnum aſſumit. Moritur Lewa. Lewildus integrum Hiſpaniæ regnum tenet; habens (c) Gaiſuindam uxorem, matrem Brunichildis.

CAPUT LVIII.

De Juſtiniani obitu & Juſtini imperio.

(d) al. Warmarium.

EOdem tempore defuncto Conſtantinopoli Juſtiniano Imperatore, Juſtinus ambivit imperium, vir iniquus & cupidus. Ad quem Sigibertus legatos (d) Warmacharium, & Francum & Firminum Comitem direxit, qui pacem cum Imperatore firmarent, qua facta ſecundo anno ſunt reverſi.

CAPUT LIX.

De Longobardorum origine & nomine.

(e) al. Schatanagia Aimon. lib. 2. c. 13. Scandinavia.

LOngobardorum gens priuſquam hoc nomen aſſumeret, exeuntes de (e) Schandavia, quæ eſt inter Danubium & mare Oceanum, cum uxoribus & liberis transmeant. Cum à Hunis Danubium tranſeuntes fuiſſent comperti, eis bellum conantur inferre. Interrogati à Hunis, quare gens eorum terminos introire præſumeret. At illi mulieribus ſuis præcipiunt, comam capitis ad maxillas & mentum ligare, quo potius virorum habitum ſimulantes plurimam multitudinem hoſtium oſtenderent, eo quod erant mulierum comæ circa maxillas & mentum ad inſtar barbæ valde longæ. Fertur deſuper vox utraque phalange dixiſſe, Hæc ſunt Langobardi. Quod ab his gentibus fertur eorum Deum fuiſſe locutum, quem fanatici nominant (f) Wodanum. Tunc Langobardi clamaſſe, Qui inſtituerat iis nomen, concederet victoriam. Hoc prælio Hunos ſuperant, partem Pannoniæ invadunt. Nec multo poſt tempore Narſes

(f) aliter Viſodano.

Digitized by Google

ſes Patricius, minis Juſtini Imperatoris ejuſque Auguſtæ Sophiæ perterritus, eo quod Augusta ei apparatum ex auro factum muliebri, eo quod eunuchus erat, cum quo filaret, direxit, & (a) pinſilarios regeret, non populos. At ille reſpondens, Filum filabo, de quo Juſtinus Imperator, nec Auguſta ad caput venire non poſſunt. Tunc Langobardos à Pannoniis invitatos cum Alboëno rege in Italiam introduxit. Alboënus Clodoſindam Chlotarii regis filiam habuit uxorem: qua defuncta aliam duxit conjugem, cujus patrem interfecerat.

SÆC. VIII. ANNO 780.

(a) al. penſilarios, h. e effeminatos.

CAPUT LX.

De obitu Alboini.

IPſe vero ejuſdem mulieris fraude veneno periit. Ipſaque poſtea cum aliquo Langobardo apud Ravennam fugaciter de civitate Verona, ubi virum occiderat, egrediebatur: pariter in itinere apprehenſi interfecti ſunt.

CAPUT LXI.

De Longobardis irruentibus in Gallias.

LOngobardi regem nomine (b) Clip ſuper ſe eligunt. Prorumpentibus Langobardis in Gallias Amatus Patricius ab ipſis interficitur. Et à Burgundionibus multæ ibidem ſtrages factæ ſunt. Poſt Amatum Mummolus Patriciatum aſſumpſit.

(b) al. Calip.

CAPUT LXII.

De Mummolo Patricio & Longobardis.

IRruentibus iterum Langobardis in Gallias: cum quibus Mummolus fortiter dimicavit, & uſque ad internecionem oppreſſit. Pauci ex eiſdem Italiam repedant. Saxones quos Theodebertus in Italiam miſerat, in Gallias prorumpunt, apud (c) Stipholonem caſtra ponentes multæ ſtrages per vicina loca ab ipſis perpetrantur: qui à Mummulo ſuperantur, & in Italiam fugaciter revertuntur. Amiſſis omnibus quæ prædaverant Saxones, uxores & liberos in Gallias deſtinant, nt à Sigiberto rege recepti, in loco unde exierunt, redirent. Venientes in territorium Avennico Mummulus protinus obviam veniens Rodanum tranſire non permittebat: poſtea acceptis muneribus tranſire eos permiſit. (d) Ad Sigebertum pergentes in loco, unde prius regreſſi fuerant, ſunt ſtabiliti. Poſtea defuncto Clip, Langobardorum duces Chamozaban & Rodanus Gallias irruperunt. Quibus obviam Mummolus cum exercitu venit, & hos tres duces cum eorum exercitu uſque ad internecionem delevit. In alio anno Mumolus cum exercitu Turonis ac Pictavis, jubente Gunthramno, de poteſtate Chilperici abſtulit, & ad partem Sigiberti reſtituit. Multi ibidem de exercitu Chilperici & ipſis Pictavenſibus ſunt gladio trucidati: Thaloardus & Nuncio duces Langobardorum per oſtiola in Sidonenſe (e) territorium cum exercitu ſunt ingreſſi, ad Monaſterium Sanctorum Agaunenſium nimiam facientes ſtragem Baccis (f) villa, nec procul ab ipſo monaſterio, & duces eorum exercitus à Violico & Theudofredo ducibus Gunthramni ſunt interfecti (g) quadraginta tantum ex illis fugaciter Italiam remeant.

(c) al. Stuplonem.

(d) al. à Sigiberto.

(e) Sion.

(f) Bex. an. 574.

(g) al. quadraginta millia tantum.

CAPUT LXIII.

De Clodoveo.

CHlodoveus filius Chilperici Burdegalem pervadit; à Sigulfo duce ſuperatus, fugaciter ad patriam redit.

CAPUT LXIV.

Chilpericus regnum Sigeberti invadit.

CHilpericus Pictavos & Thuronos de regno Sigeberti pervadit, & Sigulfum ducem in fugam vertit, ſuumque exercitum proſtravit. Chilpericus civitates quas pervaſerat, eas Sigiberto reddidit. Poſt annum Chilpericus cum exercitu multo regnum Sigiberti ingreditur: ſed intercurrentes legati pacificati ſunt.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT LXV.

Pax inter Reges Galliarum.

POstea inientes consilium, amboque moventes exercitum volentes Guntramnum interficere, regnumque ejus assumere, Sigibertus cum exercitu Arciaca residens, Chilpericus duodecim pontes. Audiens hæc Gunthramnus exercitum velociter movit, venienſque villam Veriaco, intercurrentibus legatis, hi tres germani, Sigibertus, & Guntrhamus & Chilpericus Trecas (a) vixerunt. Et in Eccleſia ſancti Lupi ſacramenta contra Guntramnum, ut pacem ſervaret, dederunt. Guntramnus idemque cum eis pacem ſacramentis firmavit. Redeuntes ad caſtra Auſtraſii adverſus Sigebertum rumorem levant, dicentes, Sicut promiſiſti, da nobis, ubi rebus ditemur, aut præliemur; alioquin ad patriam non revertimur. Ille volens compulſus à ſuis ſuper Guntramnum ire; Auſtraſii valde inſidioſe dicunt ad eum, Sacramentis pacem cum Guntramno firmaſti: quo pacto poſſumus ſuper eum irruere? Unanimiter exclamantes, ſe ſuper Chilpericum velle ire, protinus moventes ſuper Chilpericum: jam ejus exercitus ad propria feſtinans longe abierat.

(a) l. junxerunt.

CAPUT LXVI.

De Sigeberti intentu.

CUm hæc cognoviſſet Chilpericus, terga vertens (b) Turonos (a) pervenit. Sigibertus poſt tergum ejus Pariſios venit, ibique ſanctum ac beatiſſimum Pariſiorum urbis Epiſcopum cum Sigibertus vidiſſet, hæc ab eodem verba prophetiæ audivit, Si germanum tuum ita perſequere, cogitas, ut eum interficere diſponas & regnum ſuum auferre, ſcriptum eſt: Foveam quam fratri tuo parabis, in eam cadebis. Cujus caſtigationi nolens annuere, cogitabat optata perficere. Cumque Victoriaco acceſſiſſet, omnes Neoſtraſiæ actu venientes ſe ſuæ ditioni ſubjecerunt. Anſoaldus *tantum* cum Chilperico remanſit. Fredegundis duobus pueris dolo tranſmiſſis. Sigibertum interficiunt, & ipſi interfecti ſunt. Reſumptis viribus Chilpericus ſuum regnum recepit.

(b) al. Thornua

CAPUT LXVII.

De Brunechildis exilio

BRunechildis cum filio ſuo Childeberto Pariſiis ſub cuſtodia tenebatur; Sed factione Gundoaldi Ducis Childebertus in (c) pera poſitus per feneſtram à puero acceptus eſt. Et ipſe puer ſingulos eum Mettis exhibuit. Ibique à Gundoaldo vel Auſtraſiis in regno patris ſublimatur. Brunichildis juſſu Chilperici exilio Rothomagi retruditur. In eo anno fulgor decurriſſe viſus eſt. Sigibertus in Eccleſia ſancti Medardi ſepultus eſt, ætate quadragenarius, decimo quarto regni ſui anno.

(c) al. ſporta Aimoin. 3. cap. 14

CAPUT LXVIII.

De reputatione annorum ab Adam uſque ad tranſitum Sigeberti.

ATranſitu Theudoberti ſenioris uſque ad exitum Sigiberti (d) anni XXIX. A principio uſque ad diluvium ann. duo millia CCXLII. A diluvio uſque ad Abraham anni DCCCCXLII. Ab Abraham uſque ad egreſſum filiorum Iſraël ex Ægypto anni CCCCLXII. Ab egreſſu filiorum Iſraël ex Ægypto uſque ad ædificationem templi, (b) uſque (e) ad deſolationem ejus & tranſmigrationem Babyloniæ anni CCCL. (f) A tranſmigratione Babyloniæ uſque ad paſſionem Domini anni DCXLVIII. A paſſione Domini uſque ad tranſitum ſancti Martini anni CCCCXII. A tranſitu ſancti Martini uſque ad tranſitum Chlodovei regis anni CXII. A tranſitu Chlodovei regis, uſque ad tranſitum Theudoberti anni XXXVII. A tranſitu Theudeberti uſque ad exitum Sigiberti anni XXIX. quod ſimul ann. quinque millia DCCLXXIV.

(d) al. anni 19. Gregor. 4. cap. 51.

(e) Ab ædificatione.

(f) CCCCLXXX. Ruinart.

CAPUT

(a) Tornacum legi debet, vel ut alii Thornua, Tournai.
(b) Deeſt hic vox Salomonis & numerus CCCCLXXX. Ruinart.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT LXIX.

De Meroveo.

CHilpericus (a) filium ſuum Meroveum Pictavis cum exercitu direxit. Et exinde revertens (a) Rothomagum acceſſit & Brunichildem in conjugium accepit. Protinus Chilpericus ipſum de ea ſeparavit. Campanenſes (b) Sexionas pervaſerunt. Chilpericus cum exercitu contra eos invaluit, Sexionas recepit. Filium ſuum Meroveum (c) Honus clericatus tonſurare fecit, & presbyter ordinatur. Rocolenum Ducem, Gunthramnum idemque Ducem proſequentem Turonos tranſmiſit. Roccolenus ab infirmitate nihil ibidem prævaluit.

(a) Childebertus.

CAPUT LXX.

Obitus S. Germani & de Clodoveo.

EO tempore Sanctus Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit. Chilpericus filium ſuum Chlodoveum Turonos tranſmiſit, qui & ultra Ligerem civitates Childeberti invaderet. Mummolus Patricius Guntramni contra Chlodoveum & Deſiderium ducem Chilperici bellum geſſit, eoſque ſuperavit. Cæſa à Mummoli exercitu quinque millia, à Deſiderio vero XX. millia.

Greg. 5. c. 8. 13. Aimoin. 3. c. 16.

CAPUT LXXI.

Regna inter Swevos & Saxones.

INter Swevos & Saxones bellum ſurrexit. Cæſi ſunt à Saxonibus XX. millia: & ſex millia (d) tamen ex eis remanſerunt. Swevorum quoque ſex millia CCCCLXXXVIII. proſtrati ſunt, reliqui verò victoriam obtinuerunt. Saxones devoverunt, ut nec pilum nec barbam inciderent, priuſquam hanc injuriam ulciſcerentur: ſed mentita eſt eorum iracundia.

CAPUT LXXII.

De Comitibus Britannorum.

BRitannus Magliavus & Bodecus illo tempore Comites erant, amicitiam cum ſacramentis invicem ineuntes. Mortuo Bodico Magliavus filium ejus nomine Theudericum de regno expulit. Sed tandem reſumptis viribus Theudericus Magliavum cum filio Jacob interfecit, regnumque patris recepit. Warochus Magliavi filius in patris locum rex efficitur. Guntramnus rex duos Magnacharii filios gladio interemit, inſtigante Auſtrichilde regina, facultates eorum fiſco redegit. Filii Guntramni duo continuo mortui ſunt.

Greg. 5. c. 16. 18. Aimoi. 3. 20. 21. 26.

CAPUT LXXIII.

Prætextatus Rothom. Epiſc. exulat.

GUntramnus Childebertum adoptavit in filium. Chilpericus Prætextatum Rothomagenſem Epiſcopum in exilium trudit: imputans ei quod conſilio Brunichildis uſus contra Chilpericum fuiſſet: quod veritate ſubſiſtebat. Meroveus iterum laicus efficitur, de Turonis fugiens per Antiſiodorum (e) Divione venit in Remenſem per Campaniam acceſſit & à Tharavanenſibus circumventus eſt, & in quadam villa concluditur à (b) Gauleno familiari ſuo, ipſoque rogante Meroveus cultro interfectus eſt; & poſt Gaulenus manibus & pedibus, nares & aures truncatus turpiter vitam finivit.

(b) al. Gaileno.

CAPUT

(a) al. Rotomo. Greg. Tur. lib. 5. Franc. cap. 2. 4. 14. Aimoin. lib. 3. cap. 15.
(b) al. Saxones, corrige Sueſſionas.
(c) al. Honus tonſurare clericari fecit. Apud Aimoin. Anniſole ſeu Aninſole vocatur monaſterium in quod detruſus.
(d) al. tantum ex e. r. S. quoque quinque millia. Longe aliter Greg. 5. cap. 15.
(e) al. de Avinione venit in Remenſem Campaniam peracceſſit.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT LXXIV.

De Juſtini Imper. amentia.

Aimoin. 3. cap. 19. EOdem tempore Juſtinus Imperator amens effectus eſt. Sophia ejus Auguſta cum Tiberio Cæſare regebat imperium. Tiberius largiſſimus in eleemoſynis fuit. Sed cum à Sophia argueretur, ut theſaurum non vaſtaret, in medio palatii Cruce in lapide reperta, jubet Tiberius ipſum lapidem levari. Deſuper in alio lapide duæ cruces repertæ ſunt; levatumque & ipſum: inventa ſunt ſub ipſo mille centenarii auri: quod largiter divino amore pauperibus erogavit.

CAPUT LXXV.

De Theſauris Narſedis & eleemoſynis Tiberii.

(a) leg. Narſide. DEfuncto (a) Marſide prudenti alloquio Senecæ, cui Narſis crediderat theſaurum ejus, Tiberius abſconditum ſub terra invenit, nimia multitudine ponderum auri & argenti & lapides precioſos. Quod dein largiter Tiberius in eleemoſynas diſtribuit pauperum. Samſon filius Chilperici moritur, quem Chilpericus nimium luxit. Eo anno ſtella in medio Lunæ fulgens viſa eſt. Guntramnus Boſo relictis filiabus ſuis in Eccleſia ſancti Hilarii, ad Childebertum tranſiit. Anno quoque tertio Childeberti Regis, qui erat Chilperici & Guntramni (b) XVII. Guntramnus Boſo filias ſuas à Pictavo auferre volens, Dracolenus ſuper eum irruit: multa munera à Guntramno Dracoleno offeruntur: ſed Dracolenus, ut erat elatus, dixit, Funiculum unde alios ligare ſoleo, paratum habeo; ubi Guntramnus hodie ligatur. Cumque fuiſſet prælium cœptum, Guntramnus invocato nomine Domini & ſancti Martini, levato (a) conto Dracolenum mactat in faucibus ſuſpenſum, de equo mortuum in terra projecit: feliciter poſtea quod cœpit explevit. Poſt hæc Pictavi, (c) Bagaſſinitæ, Romani, & Andegavi cum aliis multis, in Britannia contra (d) Waroco exercitum movent. Super quos Warocus per noctem ruens, nimiam ſtragem de Saxonibus Baigaſſinus fecit. Anno quarto Childeberti, qui fuit XVIII. Guntramni & Chilperici, Saxonius & Sagittarius Epiſcopi (e) Cabilomio in ſynodo ab Epiſcopatu degradantur. Chilpericus deſcriptiones graviſſimas in omni populo regni ſui fieri juſſit. Marcus referendarius, qui hanc deſtructionem faciebat, ſecum omnes polepticos ferens Kalend. Martii à (b) Salemodicinis interfectus eſt & omnes poleptici incendio ſunt concremati. Dum hæc agerentur, Juſtinus Imperator XVIII. anno regni ſui, cum amentia quam incurrerat, vitam finivit.

Gregor. 5. cap. 25. (b) al. XVI.

(c) leg. Baiocaſſini Ruinart. (d) alius Waracum. (e) alius Cabilono.

CAPUT LXXVI.

Tiberius.

TIberius arripuit imperium. Sophia Auguſta immemor promiſſionis ſuæ adverſus Tiberium inſidias movebat. Juſtinianum nepotem Juſtini Imperio voluit ſublimare. Quod Tiberius cernens, apprehenſam Sophiam, expoliatam theſauris ſegregatis ab ea pueris, in cuſtodiam juſſit retrudi. Juſtinianum objurgatum, tantum in poſterum amore dilexit, ut filio ejus filiam ſuam promitteret, ejuſque filium ſuæ filiæ expeteret. Sed non eſt ſortita effectum. Exercitus ejus Perſas debellavit, victorque regreſſus tanta mole prædam detulit, ut crederetur cupiditati humanæ poſſe ſufficere: XX. elephanti exinde adducti ſunt.

CAPUT LXXVII.

De Regimine Childeberti.

Gregor. 5. cap. 33. Aimoin. 3. cap. 33. EOdem tempore anno V. Childeberti regis tanta lues per univerſam regionem facta eſt, ut nimium mirum fuiſſet. Univerſa flumina terminos, quos nunquam exceſſerant, præterierunt, de pecoribus excidio, grande ædificiis naufragium. Sed ceſſantibus pluviis arbores denuo floruerunt. Erat menſis Septembris: fulgur per cœlum cucurriſſe viſum eſt, ſonus quaſi deruentis arboris in totam terram auditus eſt.

(a) al. contra Dracoleno jactat fune in faucibus ſuſpenſumque.
(b) al. Limodicinis fort. Lemovicinis. Gregor. 5. cap. 28.

Digitized by Google

est. Burdigalis terræ motu concussa est. De Pyreneis montibus immensi lapides sunt evulsi, qui pecora & homines prostraverunt. Vicus Burdigalensis, incendio divinitus orto, multos exussit, subito comprehendens domos, & horrea cum annonis incendio concremantur, nullum incitamentum habens ignis, sed forsitan jussionem divinam. Aureliana civitas ab hoc incendio vastata est. Apud terminum (c) Carnotæ fracto pane sanguis fluxit. Sed hæc prodigia gravissima lues est subsecuta & discordia, regibus iterum bellum civile parantibus. (a) Besentericus morbus totas Gallias præoccupavit. His diebus Austrechildis Guntramni Principis regina ab hoc morbo consummata est. (b) Medici apud Guntramnum accusati: jussu Guntramni medici diversis pœnis afflicti migrant ad cœlum. Eo anno magna in Hispaniis Christianorum persecutio fuit, instigante Goesinda, quam post (b) Anachildum regem rex Leopildus (c) acceperat, de alia uxore duos filios habens, ex quibus unus Ermenchildus nomine, filiam Sigoberti, nomine Sedegundem accepit uxorem.

SÆC. VIII. ANNO 780.

(a) al. Carnote-

(b) Athanagildum.

CAPUT LXXVIII.

De Sedegunde.

QUæ cum magnis thesauris & apparatibus in Hispaniam est directa & ab avia (d) Gersinda benigniter recepta, quæ postea à Goesinda adficitur. Sed cum nullatenus aviæ iniquo consilio consensisset, in una civitate cum viro habitandum const iuitur. Protinus maritum prædicans, ad Christi cultum convertit, baptizatusque Christianus effectus est, quem pater Leowildus insequens & volens occidere, tandem ejus insecutione filius interfectus est: per quem data est occasio post mortem Mirionis regis Galliciæ filio ejus (e) Eurico & genero nomine Audegande de regno certantibus, à Leopildo Suaviæ & omnes Galliciæ potestatem Gothorum subjiciuntur.

Gregor. 5. cap. 38. Aimoin. 3. cap. 38.

(e) al. Euricia & g. n. Audegame.

CAPUT LXXIX.

De morte trium Chilperici filiorum.

IGitur Chilpericus tres filios suos jam adultos ab infirmitate dysenteriæ uno anno perdidit, quos de Fredegunda habebat. Restiterat adhuc Clodoveus filius ejus, quem postea instigante Fredegunde vinctum in custodiam retrusit, ibique factione Fredegundæ cultro percussus obiit.

CAPUT LXXX.

De fuga Mummoli.

POst hæc Nummolus Patricius regno Gunthramni fuga dilabitur. Avencionem castrum suæ defensioni expetiit. Legati Chilperici, qui ad Tiberium Imperatore in accesserunt, ab eodem illo tempore (d) revertuntur continuò.

Aimoin. 3. cap. 39. Avennionem.

(d) al. continuo removentur.

CAPUT LXXXI.

De pace inter Childebertum & Chilpericum falsa.

CHildebertus relicta Guntramni pace, se cum Chilperico, ut regnum ejus pariter auferrent, conjunxit; promittens Chilpericus dum sine filiis erat, ut Childebertum regni sui relinquere hæredem. Sed more solito mendax apparuit. Lupus Dux Campanienſis ab Ursione & Bertefredo ab exercitu internecione persequitur: sed Brunichilde intercedente liberatur: præsidiumque ejus (e) à suprascriptis talatus est.

(e) al. supra scripto scalatus est.

(a) al. Berentericus. dysenteriam intelligit.
(b) al. medicus Guntramni Christianos in hoc accusans jussu &c.
(c) Qui sæpius vocatur Lewigildus. BASN.
(d) al. Goesida adportatur: sed cum nullatenus

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT LXXXII.

Hoſpitii patientia.

FUit illo tempore recluſus Hoſpitius apud Nicenſem urbem, qui conſtrictus catenis ad purum corpus ferreis, deſuper Cilicio, nihil aliud quàm purum panem & paucos dactylos comedebat; in quadrageſima radices herbarum. Qui dum converſaretur in corpore, multæ virtutes, præſtante Domino per eundem oſtenſæ ſunt.

Chilpericus Deſiderium Ducem ad pervadendum Petrocorecum & Agennum cum exercitu dirigit. Qui fugato Ragnoaldo Duce has civitates pervaſit, ejuſque uxorem cunctis rebus expoliavit.

Baudaſtis Dux in Vaſconia obiit, maximam partem exercitus ſui amiſit. Anno igitur VII. Childeberti regis, qui erat Chilperici & Guntramni XX. Stella (*a*) comata apparuit, in die ſancto Paſchæ.

(*a*) al. cometes.

(*a*) Apud Sexionas civitatem cœlum ardere viſum eſt. In Pariſiaco (*b*) vero ſanguis denuo fluxit & ſuper veſtimenta multorum hominum cecidit. Valetudines variæ & mortalitas magna eo anno impleta fuit. Igitur legati Chilperici (*c*) Anoſaldus & Domichiſtus, qui ad conſpiciendam dotem in Hiſpaniam miſſi ſunt, regreſſi his diebus. Leopildus rex contra Ermenchildum filium ſuum * refi in exercitu reſidebat, tunc filium interfecit, ejuſque uxorem à Græcis liberare non potuit, ſed uſque in mortem ibi permanſit.

CAPUT LXXXIII.

De morte Rodini.

EO anno Rodinus dux moritur, vir eleemoſynarum, & bonitate leniſſimus, juſtus in cunctis, piiſſimus in pauperes. Qui dum quadam vice, ut conſueverat mortuum ſepelire præceperat ad quoddam monumentum, cum cultris pueri foſſam facerent, levato lapide invenit miræ magnitudinis theſaurum & ſolidorum multitudinem, hoc ſibi proprium (*b*) jure cenſuit, quem ſine intermiſſione fideliter pauperibus erogavit, æquanimiter ea fide reddidit hunc ei theſaurum à quo acceperat. Multa ſigna & prodigia eo anno in cœlo ſunt viſa. Chilperico filius denuò naſcitur: jubet omnes vinctos laxare.

(*b*) al. vero.

CAPUT LXXXIV.

De Gundoaldo & nece Mummoli.

GUndoaldus qui ſe filium Chlotarii eſſe dicebat, de Conſtantinopoli revertitur, & Chlotario à Childeberto patruo directus eſt: quem Chlotarius videns, comam capitis tondere juſſit: quem Sigibertus accerſitum, miſit in Agrippinenſem civitatem, quæ nunc Colonia dicitur. Exinde lapſus ad Narſidem dirigitur, (*d*) & Narſis eum Mauritio Imperatori direxit. Cum exinde fuiſſet reverſus à Mummulo Patricio fuiſſet ſuſceptus, factione Siagrii & Flavii Epiſcopi, ut Guntramnum degradarent à regno & ſublimarent Gundoaldum, ob hanc cauſam Mummulus interfectus eſt, Gundoaldus ab (*e*) Oſone duce cum in fractione rupis inpingeretur, ibi diſruptus moritur. Cariatus ſpatarius Guntramni, qui hanc rem prodidit, in hujus viciſſitudinis recompenſam Epiſcopatum Genuavenſem aſſumpſit.

(*a*) al. Sexionas. lege Sueſſionas.
(*b*) lege vico, apud Aimoin. in Pariſiaco pag.
(*c*) Anſoaldus & Domighiſilus.
(*d*) Leg. dirigit, id eſt, vadit. Ruin.
(*e*) al. Oſone duce factione conbeninſem orbem de cacumine rupis impingitur.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT LXXXV.

Chilpericus Parisios invadit.

SÆC. VIII. ANNO 780.

IN illo tempore Chilpericus Parisiis contra pactum quem cum Francis inierat, ingreditur, & ob quam rem portionem suam exinde juste amisit. Guntramno partem Childeberti (a) de Massilia dedit, Mummulus factione Fredegundæ, cui reputabant filium suum per incantationem interfeciſſe, jussit suggillare, multasque mulieres per ipso mendacio à Fredegunde sunt interfectæ.

(a) al. à de Massilia eunte reddidit.

CAPUT LXXXVI.

Chilperici fuga cum Thesauris.

CHilpericus timens Guntramnum & Childebertum in Camaracensem cum thesauris omnique præsidio est aggressus: per ipsum timorem, exercitum sæpe movebat & residere faciebat.

CAPUT LXXXVII.

Childeberti fœdus cum Longobardis.

CHildebertus in Italiam abiit, & Langobardi se suæ ditioni commendant: glorioſe exinde Childebertus revertitur: acceperat prius à Mauritio Imperatore quinquaginta millia auri, ut Longobardos de Italia expugnaret: sed non solum eis non nocuit, sed amicitias cum ipsis iniit. Leopildus, ut supra fecimus mentionem, filium suum Ermengildum interfecit.

CAPUT LXXXVIII.

Chilpericus cæsus.

CHilpericus & Fredegundis filia eorum cum multis thesauris & multitudine famulorum in ejus ministerium direxit, quam filius Leopildi accepit uxorem, nec post mora extante Chilpericus Calamwillam nec procul à Parisiis ab homine nomine Falcone, qui missus à Brunichilde fuerat, est interfectus, & crudeliſſimam vitam digna morte finivit.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 780.

INCIPIT LIBER QUINTI JULII HILARIONIS

De Cursu temporum

QUINTUS.

Iste Titulus In M. S. Minore (in majore enim non solum abest, sed ipse Hilarion extra hanc collectionem in initio libri habetur) solum reperitur. Nec expecta hic ut dem Hilarionem, qui jam editus est, opera Pithoei, & extat in bibliotheca SS. Patrum. Quisquis ille fuit, qui huic collectioni hunc inseruit, næ ille ineptus fuit, si id tantum fecit ideo, ut Quintus Hilarion quintum librum faceret. Et sanè non à collectore illo Caroli Magni compare, sed ab alio factum videtur. Attamen quia collatione duorum codicum nostrorum manu scriptorum Pithoeanus Hilarion melior fieri possit quibusdam in locis & expleri, ideo varias lectiones annotavi, quas in notis invenies.

COLLECTIO HISTORICA CHRONOGRAPHICA EX TOROMACHO ET ALIIS. COLLECTORE

Gallo quodam, qui CAROLO MAGNO compar.

(a) Incipit PROLOGUS in Librum Sextum & ultimum Toromachi concordans quoad gesta cum libro qto. (b)

(c) *Cum ad liquidum* (a) *jussus verbi proprietatem non habeo quod proferam, nisi præstitum ab altissimo fuerit: & dum quæro implere sententiam longo ambitu, vix brevis viæ spatium consumo vernaculum linguæ hujus verbi interpretator absurde resonat. Si ob necessitatem aliquid in ordine sermonum mutavero, ab interpretis videor officio recessisse. Itaque Beati Hieronymi, Idacii, & cujusdam sapientis, seu Isidori, imoque & Gregorii* (b) *chronicas à mundi origine diligentissime percurrens, usque decedente regno*

(a) al. jussio.

(b) Turonensis scil. pag. 595. &c. Basn.

(a) Hic titulus in m. s. majore non est; sed tantum: *Incipit Prologus.*

(b) Interpretor: cum Libro quarto.

(c) Hic appendix tribuitur etiam Fredegario & editus est integer a Ruinartio post Greg. Turon. Basn.

Digitized by Google

gno Guntramni, his quinque Chronicis hujus libelli, nec plurima prætermissa sigillatim congruentia stilo inserui, quod illi solertissime absque reprehensione condiderunt. Cum hæc ita se habeant, necessarium duxi, veritatem diligentius insequi, & (a) obitum in prioribus his chronicis quasi quandam (b) futuro opere omnium mihi rerum & tempora prænotavi. In præsenti autem stilo ea tempora ponens & singularum gentium curiosissimo ordine quæ gesserant, (c) coaptavi, quod prudentissimi viri, quos supra memini (d) cujus chronicis verbo hujus nominis Græco, quod in Latinum interpretatur gesta temporum, severissime dictantes condiderunt, velut purissimus fons largiter fluenta manantes. Optaveram & ego ut mihi (e) subcumberet talia dicendi facundia, ut vel paululum esset instar. Sed (f) charius auditur, ubi non est certa perennitas; atque mundus jam senescit, ideoque prudentiæ augmen in nobis tepescit; nec quisquam potest hujus temporis, nec præsumit oratoribus præcedentibus esse similis. Ego tamen ut rusticitas & (g) extremitas sensus mei valuit, studiosissime de hisdem libris, brevitate quantum plus potui optare, præsumpsi. Nec quisquam dubitet, uniusquisque libri nomen redeat ad auctorem: cuncta reperiet subsistere veritate. Transacta namque Gregorii libri volumine temporum gesta, quæ undique scripta potui reperire, & mihi postea fuerunt agnita, acta regum & bella gentium quæ gesserunt, legendo simul & audiendo etiam & videndo cuncta quæ certificatus cognovi, in hujus libelli volumine scribere non silui: sed curiosissime, quantum potui, inserere studui, de eodem incipiens tempore scribendum, quo Gregorii finis gestaque cessant & tacent. Cum Chilperici (h) vita finisset, scripsit. SÆC. VIII. ANNO 780.

INCIPIT LIBER SEXTUS (i) TOROMACHI.

CAPUT I.

Guntrammus Rex Francorum.

GUntrammus Rex Francorum cum jam anno XXIII. Burgundiæ regnum, bonitate plenus, feliciter regebat; cum sacerdotibus utique sacerdos instar se ostendebat; & cum leudis erat aptissimus, eleemosynam pauperibus large tribuens, tantæ prosperitatis regnum tenuit, ut omnes etiam vicinæ gentes ad plenitudinem de ipso laudes canerent &c.

ET cætera quæ sequuntur, quæ jam edita sunt cum Gregorii Turonensis historia Francorum, nomine Anonymi auctoris, qui Gregorium continuavit. Si qua est varia lectio, sub finem notatam reperies. Sed quia nobis propositum est edere ea quæ nunquam edita sunt, nil hic damus præter præfationem, quæ hic nova est. In fine quoque noster m. s. codex insignem accessionem habet, quam hic, quia nunquam edita, damus. CAN.

CHiltrudis quoque filia ejus, faciente consilio nefario novercæ suæ fraudulenter per manus sodalium suorum Renum transiit, & ad Dodilonem Ducem Bawariæ pervenit. Ille vero eam ad conjugium copulavit contra voluntatem vel consilium fratrum suorum. Interea rebellantibus Gwasconibus in regione Aquitaniæ cum Chunobaldo Duce, filio Theudone quondam Carlommannus atque Pipinus, germani, Principes, congregato exercitu Ligeris alveum Aurelianis urbem transeunt, Romanos proterunt, usque Biturcas urbem accedunt, suburbana ipsius igne comburunt (a) Chunoaldum Ducem persequentes fuga cuncta vastantes, Lucca castrum diruunt, atque funditus subvertunt; custodes illius castri capiunt, & inibi victores existunt, prædam An. 742.

(a) Aimoin. lib. 4. cap. 59. Vocat Hunoldum.

(a) al. obediendum forte: ob id dum.
(b) al. future opere.
(c) al. captavi.
(d) al. hujus. lego: his.
(e) fort. succurreret talis.
(f) al. carus auritus.
(g) al. strenuitas fort. tenuitas.
(h) al. vita finis sit scripsi. fort. scripti.
(i) Hic titulus est in minore m. s. major enim caret his omni titulo. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

prædam ſibi dividentes habitatores eiſdem locis ſecum captivos duxerunt. Inde reverſi circa tempus autumni eodem anno iterum exercitum ordinaverunt ultra Renum contra Almanos. Sederunt atque caſtra metati ſuper fluvium Danuvie in loco nuncupato Uſquequo. Habitatores Alamanni ſe victos videntes, obſides donant, jura promittunt, munera offerunt, & pacem petentes eorum ſuæ ditioni ſubmittunt.

An. 743. Dodilo Dux Baioariæ a Gallis victus. Lech.

Inde reverſi anno ſecundo regni eorum cognatus Hodilo, Dux Baioariæ, contra ipſum bellum excitat: compulſi ſunt generalem cum Francis in Baioaria admovere exercitum, venienteſque ſuper fluvium, qui dicitur Lech, ſederunt ſuper ripam fluminis uterque exercitus hinc inde ſe mutuo videntes uſque ad quindecim: qui tandem provocati irriſionibus gentis illius, indignatione commoti periculo ſe dederunt per loca deſerta & paluſtria, ubi pons tranſeundo nullatenus aderat, nocteque irruentes diviſis exercitibus eos improviſos occupaverunt: commiſſoque prælio prædictus Dux Hodilo cæſo exercitu ſuo vix cum paucis turpiter ultra Igne fluvium fugiendo evaſit. His triumphis peractis, non ſine diſpendio multorum, tamen feliciter victores ad propria remeaverunt.

An. 744.

Evoluto triennio iterum Carlomanus confinium Saxonorum, ipſis rebellantibus, cum exercitu irrupit, ibique captis habitatoribus, qui ſuo regno adfines eſſe videbantur, abſque belli diſcrimine feliciter acquiſivit, & plurimos eorum, Chriſto Duce, (*a*) baptiſmi Sacramento conſecrati fuerunt. Per idem tempus rebellante Theudebaldo filiam Godfredi Ducis Pipinus cum virtute exercitus ſui ab obſidione alpium turpiter expulit fugientem, revocatoque ſibi ejuſdem loci ducatu, victor ad propria remeavit.

An. 745.

Inde reverſi precelſi germani ſequente anno provocato coturno Gwaſcanorum iterumque uſque ad Ligerim fluvium pariter adunati venerunt, quod videntes Gwaſcones præoccupaverunt pacem petentes & voluntatem Pipini in omnibus exſequentes,

An. 746.

muneratum eum à finibus ſuis ut rediret, precibus obtinuerunt. His tranſactis ſequenti anno dum Alamanni contra Carlomannum eorum fidem fefelliſſent, ipſe cum magno furore cum exercitu in eorum patriam peracceſſit, & plurimos eorum, qui contra ipſum rebelles exiſtebant, gladio trucidavit.

An. 747. Carlomannus fit Monachus.

His ita geſtis ſequenti curriculo annorum Carlomannus devotionis cauſa *in extincto* ſuccenſus, regnum una cum filio ſuo Chrohone manibus germani ſui Pipini *committens* ad limina Beatorum Petri & Pauli Romam in monachorum ordine *perſeveraturus* advenit, qua ſucceſſione Pipinus roboratus in regno.

Saxones Pipino rebellant.

Eodem anno Saxones more conſueto fidem, quam germano ſuo promiſerant, mentiri conati ſunt. Qua de cauſa adunato exercitu ad eos pervenire compulſus eſt; cui etiam reges Winidorum ſeu Friſionum ad auxiliandum uno animo convenerunt. Quod videntes Saxones, conſueto timore compulſi, multis ex eis jam trucidatis & in captivitate miſſis, regionibus eorum igne concrematis, pacem petentes, juri Francorum ſeſe, ut antiquitus mos fuerat, ſubdiderunt; & ea tributa quæ Chlotario quondam præſtiterant, pleniſſima ſolutione ab eo tempore deinceps eſſe reddituros promiſerunt. Ex quibus plurima multitudo videntes, ſe contra impetum Francorum rebellare non poſſe, propriis viribus deſtituti, petierunt ſibi Chriſtianitatem ſacramenta conferre. Quo peracto tempore Baioarii conſilio nefandorum, iterum eorum fidem fefellerunt, & contra præfatum principem eorum fidem mentiti ſunt. Qua de re

An. 749.

commoto exercitu cum magno agmine apparato eorum patrias peracceſſit: ipſi vero terrore compulſi ultra fluvium Igni cum uxoribus ac liberis eorum fugientes: & memoratus Princeps ſuper ripam Igni caſtra metatus, navale prælium præparavit, qualiter eos internecionem inſequeretur. Quod videntes Baioarii eorum viribus ſe auxiliare non poſſe, legatos cum muneribus multis tranſmittunt, & in ejus ditione ſe ſubdunt, & ſacramenta vel obſides donant, ut ne ulterius rebelles exiſtant. Ipſe vero duce Chriſto, cum magno triumpho in Franciam ad propriam ſedem feliciter remeavit. Et quievit terra à prœliis annis duobus. Quo tempore una cum conſilio &

An. 750. & 751.

conſenſu omnium Francorum miſſa relatione à ſede Apoſtolica auctoritate percepta, præcelſus Pipinus electione totius Franciæ in ſedem regni cum conſecratione Epiſcoporum & ſubjectione Principum, una cum regina Bertradane, ut antiquitus ordo depoſcit, ſublimatur in regno.

Pipinus Rex.

His tranſactis (*b*) ſequenti anno iterum Saxones contra eorum fidem, quam præfato Regi dudum promiſerant, ſolito more iterum rebelles contra ipſum exiſtunt. Unde & Pipinus Rex ira commotus, commoto omni exercitu Francorum iterum Reno transjecto in Saxoniam cum magno apparatu veniens, ibique eorum patriam maxime igne

(*a*) Locus corruptus; quem ex fide m. ſ. do. forte leg. rebellantem Theudebaldum filium Gotfredi. Reliqua tu conjecturâ corrige. CAN.

(*b*) Hic incipit pars quarta continuationis Chronici Ruinart. BASN.

Digitized by Google

igne concremavit, captivos tam viros quàm fœminas ſecum duxit, cum multam prædam ibidem feciſſet, & plurimos Saxones ibidem proſtraviſſet. Convenientibus iis Saxones pœnitentia commoti cum ſolito timore clementiam regis petunt, ut pacem eis concederet, & ſacramenta atque tributa multo majora quàm ante promiſerant redderent, & nunquam ultra jam rebelles exiſterent. Rex Pipinus Chriſto propitio cum magno triumpho iterum ad Renum ad caſtrum, cujus nomen eſt Bontia veniens. Dum hæc ageret, nuncius veniens ad præfatum regem ex partibus Burgundiæ quod germanus ipſius Regis nomine Gripho quondam in Gwaſconiam ad Wajofarium Principem confugium fecerat, & Theodonem Venenſem ſeu & Fridericum Ultrajuranum Comitem ſecundum partes Langobardiæ peteret, & inſidias contra ipſum prædictum regem pararet, apud Mauriennam urbem ſuper fluvium Arboris interfectus eſt. Nam & ipſi ſuperſcripti omnes in eo prælio pariter interfecti ſunt, per Ardennam ſilvam. SÆC. VIII. ANNO 780.

Cum ipſe rex veniens ad Theodonem villam publicam ſuper Moſella reſediſſet, nuncius ad eum veniens dixit, quod Stephanus Papa de partibus Romæ cum magno apparatu & multis muneribus jam monte Jovis tranſmeato ad ejus properaret adventum. Hæc audiens rex cum gaudio & lætitia & ingenti cura recipere eum præcepit. Qui uſque ad (a) pontem Ugone villæ publicæ ad ejus præſentiam adducere deberet, ibique Stephanus Papa Romenſis ad præſentiam regis veniens & multis muneribus tam ipſi regi quàm & Francis largitus eſt, auxilium petens contra gentem Longobardorum, & eorum regem Aiſtulfum, ut per ejus adjutorium ab eorum oppreſſionibus & fraudulentia eos & de manibus eorum liberaret, & tributa & munera, quæ contra legis ordinem à Romanis requirebant facere, deſiſterent. Tunc Pipinus Rex præfato Stephano Papa apud Pariſius civitatem in monaſterio ſancti Dionyſii Martyris cum ingenti cura & multa diligentia hyemare præcepit, legationem ad Aiſtulfum regem Longobardorum mittens, petens ut propter reverentiam Beatiſſimorum Petri & Pauli in partibus Romæ hoſtiliter non ambularet, & ſuperſtitioſas ac impias & contra legis ordinem cauſas, quas antea Romæ nunquam fecerat, propter ejus petitionem facere non deberent. Cum prædictus Rex Pipinus quod per legatos ſuos petierat, non impetraſſet, & Aiſtulfus hoc facere contempſiſſet, evoluto anno Rex, à Kal. Martii omnes Francos, ſicut mos Francorum eſt, in Bernaco villa publica ad ſe venire præcepit, initoque conſilio cum proceribus ſuis eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere, Stephanus Papa & reliquæ nationes, quæ in ſuo regno commorabantur, & Francorum agmina ad partes Langobardiæ cum omni multitudine per Lugdunum Galliæ & Viennam pergentes uſque Mauriennam pervenerunt. Aiſtulfus Rex Langobardorum hæc audiens cum omni exercitu Langobardorum uſque ad Cluſas, quæ cognominatur Valle Sweſiana, veniens ibi cum omni exercitu ſuo caſtra metatus eſt, & cum telis & machinis, & multo apparatu, quod nequiter contra rempublicam & ſedem Romanam Apoſtolicam admiſerat, nefarie nitebatur defendere. Et cum ſupra ſcriptus Rex Pipinus Mauriennam cum exercitu ſuo rediſſet, & propter anguſta vallium, montes, rupeſque exercitus prædicti Regis minime tranſire potuiſſet, pauci tamen montibus anguſtiiſque locis erumpentibus, uſque in valles Euſana, pervenerunt. Hæc cernens Aiſtulfus Rex Langobardorum omnes Langobardos armare præcepit, & cum omni exercitu ſuo ſuper eos audaciter venit. Hæc cernentes Franci, non ſuis auxiliis, nec ſuis viribus liberare ſe putabant, ſed Deum invocant, & Beati Petri Apoſtoli adjutorium rogant. Commiſſoque prælio fortiter inter ſe dimicantes, Aiſtulfus Rex Langobardorum læſum cernens exercitum ſuum, terga vertit, & pæne omnem exercitum ſuum, quem ſecum adduxerat tam Duces, Comites, & omnes majores natu Langobardorum in eo prælio omnes amiſit, & ipſe quodam monte rupis vix lapſus evaſit, Ticinum urbem ſuam cum paucis venit. Igitur præcelſus Rex Pipinus, patrata Deo adjuvante victoria, cum omni exercitu & multitudine, agmina Francorum uſque ad Ticinum acceſſit, caſtra metatus eſt, undique omnia quæ in gyro fuerunt vaſtans partes Italiæ maxime igne concremavit; totam regionem illam vaſtavit, caſtra Langobardorum omnia diſrupit & multos theſauros & alia ornamenta quamplurima & eorum tentoria omnia rapuit & cepit. Hæc cernens Aiſtulfus Rex Longobardorum, quod nullatenus evadere potuiſſet, pacem per ſacerdotes & optimates Francorum petens, dictiones ſuper dicto Rege Pipino faciens & quicquid contra Romanam Eccleſiam vel ſedem Apoſtolicam, contra legis ordinem fecerat, pleniſſima ſolutione emendaret, ſacramenta & obſides ibidem donat, ut nunquam à Francorum ditione ſe abſtraheret, & ulterius ad ſedem Apoſtolicam Romanam & rempublicam hoſtiliter nunquam accederet. Præfatus Rex Pipinus clemens ut erat, miſericordia motus vitam & regnum ei conceſſit & multa munera Aiſtulfus partibus prædicti Regis donat: nam & optimatibus Francorum multa munera largitus eſt. His itaque geſtis, Pipinus Rex prædicto

Adventus Stephani Papæ.

(a) Portion.

An. 754.

Pipinus proficiſcitur adverſus Longobardos.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

Stephano Papa cum optimatibus ſuis & multa munera partibus Romæ cum magno honore direxit, & ſedem Apoſtolicam incolumem, ſicuti prius fuerat, reſtituit. His tranſactis Pipinus Rex cum exercitu ſuo & multis theſauris ac multis muneribus, Deo adjuvante, reverſus eſt ad propria.

An. 755. Longobardi fidem violant.

Sequenti anno Aiſtulfus Rex Langobardorum fidem ſuam quam regi Pipino promiſerat, peccatis facientibus, fefellit. Iterum ad Romam cum exercitu ſuo veniens, fines Romanorum peragrans, atque regionem illam vaſtans ad Eccleſiam ſancti Petri perveniens, & domos quas ibidem reperit, maximè igne concremavit. Hæc Pipinus Rex cum per nuncios audiſſet, nimio furore & ira motus, commoto iterum omni exercitu Francorum per Burgundiam per Cavolonnam urbem & inde per Januam uſque ad Mauriennam veniens. Rex Aiſtulfus cum hoc reperiſſet, iterum ad Cluſas exercitum Longobardorum mittens, quod regi Pipino & Francis reſiſterent, & partes Italiæ intrare non ſinerent. Rex Pipinus cum exercitu ſuo monte Ciniſio tranſacto uſque ad Cluſas, ubi Longobardi reſiſtere nitebantur, perveniens, & ſtatim Franci ſolito more, ut edocti erant, per montes & rupes erumpentes in regnum Aiſtulfi cum multa ira & furore intrant, Longobardos quos ibi repererunt, interficiunt. Reliqui qui remanſerant, vix fuga lapſi evaſerunt. Rex Pipinus cum nepote ſuo Taſſilone cum Bajoarorum duce partes Italiæ uſque ad Ticinum iterum acceſſit, & totam regionem illam fortiter devaſtans, & circa muros Ticini utraque parte fixit tentoria, ita ut nullus exinde evadere poſſet. Hæc Aiſtulfus rex Longobardorum cernens, etiam nullam ſpem ſe evadendi ſperaret, iterum per ſupplicationem ſacerdotum, & optimatum Francorum, veniam & pacem prædicto ſupplicans, & ſacramenta, quæ præfato regi dudum dederat, atque contra ſedem Apoſtolicam rem nefariam fecerat, omnia judicio Francorum & ſacerdotum pleniſſima ſolutione emendaret. Igitur rex Pipinus ſolito more iterum miſericordia motus ad petitionem optimatum ſuorum vitam & regnum iterato conceſſit. Aiſtulfus rex judicio Francorum & ſacerdotum, theſaurum qui in Ticino erat, id eſt, tertiam partem, prædicto regi tradidit, & alia multa munera majora quam antea dederat partibus regis Pipini dedit, ſacramenta iterum & obſides donat, ut amplius nunquam contra regem Pipinum & proceres Francorum rebellis & contumax eſſe non debeat, & tributa, quæ Longobardi regi Francorum à longo tempore dederant, annis ſingulis per miſſos ſuos ſolvere deberent. Præcelſus rex Pipinus victor cum magnis theſauris & multis muneribus abſque belli eventu cum omni exercitu ſuo illæſo ad propriam ſedem regni ſui remeavit incolumis, & quievit terra à præliis annis duobus.

An. 756. Aiſtulfi obitus.

Poſt hæc Aiſtulfus rex Longobardorum, dum venationem in quadam inſula exerceret, divino judicio de equo, quo vehebat, ſuper quandam arborem projectus vitam & regnum crudeliter digna morte amiſit. Longobardi una cum conſenſu prædicti regis Pipini & conſilio procerum ſuorum, Deſiderium in regni ſedem inſtituunt.

Deſiderius.

An. 757. Vide Aimoin. lib. 4. cap. 63. 64. 65. Legatio Pipini ad Orientales.

Dum hæc agerentur, Rex Pipinus legationem Conſtantinopolim ad Conſtantinum Imperatorem pro amicitiæ cauſa & ſalute patriæ ſuæ mittens, ſimiliter & Conſtantinus Imp. legationem præfato regi cum multis muneribus mittens, & fidem per legatos eorum viciſſim inter ſe promittunt. Neſcio, quo faciente, poſtea amicitia, quam inter ſe mutuo promiſerant, nullatenus ſortita eſt effectum.

An. 758. & 759. Waiofario Aquitaniæ principe.

His itaque geſtis & duobus annis cum terra ceſſaſſet à præliis, prædictus rex Pipinus legationem ad Wajofarium Aquitanum principem mittens, petens per legatos ſuos, ut res Eccleſiæ regno ipſius, quæ in Aquitania ſita erant redderet, & ſub immunitatis nomine, ſicut ab antea fuerant conſervatas eſſe deberent, & judices ac actores in ſupra dictas res Eccleſiarum, quod à longo tempore factum non fuerat, committere non deberent, & Gothos prædicto regi, quos dudum Wajofarius contra legis ordinem occiderat, ei ſolvere deberet & homines ſuos, quod de regno Francorum ad ipſum Wajofarium principem confugium fecerunt, reddere deberet, hæc omnia Wajofarius, quæ prædictus rex per legatos ſuos ei mandaverat, hoc totum facere contempſit. Igitur Pipinus rex invitus coactus undique contraxit exercitum, & partibus Aquitaniæ, per pagum Trecaſinam uſque Antiſiodorem urbem acceſſit, inde ad Ligerem fluvium cum omni exercitu Francorum ad Maſuam vicum in pago Antiſiodorenſi Ligerem fluvium tranſmeavit, per pagum Bitorinum uſque Avernicam acceſſit, regionem illam pervagans, & maximam partem Aquitaniæ igne concremavit. Wajofarius princeps Aquitaniæ, per legatos ſuos pacem ſupplicans, Sacramenta & obſides ibidem donat, & omnes juſticias, quas præfatus rex Pipinus per legatos ſuos ei mandaverat, in placito inſtituto facere deberet. Rex Pipinus cum omni exercitu ſuo illæſo reverſus ad propria.

Revo-

Digitized by Google

Evoluto anno, id est, anno decimo regni ipsius, omnes optimates Francorum ad Dura in pago (a) Riguernisi ad componendum pro salute patriæ & utilitate Francorum tractando placito instituto ad se venire præcepit. Dum hæc agerentur Waiofarius inito iniquo consilio contra Pipinum regem Francorum insidias parat, exercitum suum cum (b) Uniberto Comite Bitorvio, & Blaudeno Comite Arvernico, qui dudum ante annum superiorem ad prædictum regem Pipinum cum Bertellano Episcopo Bitoricæ civitatis missus fuerat, & animum regis ad iracundiam nimium provocasset, cum reliquis Comitibus clam hostiliter usque Cavalonum, omnem exercitum suum transmisit, & totam regionem illam, id est, Augusdunensium usque ad Cavalonum igne cremavit & suburbana Cavaloni urbis, quidquid ibidem reperierunt, omnia vastaverunt, Melciam (c) convillam publicam incendio cremaverunt, cum multis spoliis & præda, nullo resistente, remeaverunt ad propria. Cum hoc Pipino regi nunciatum fuisset, quod Waiofarius maximam partem regni sui vastasset, Sacramenta, quæ ei dederat fefellisset, nimium ira motus jubet omnes Francos ut hostiliter, placito instituto, ad Ligerem venissent: commotoque exercitu cum omni multitudine iterum usque ad Trecas accessit, inde per Antisiodorum ad Nevernum urbem veniens, Ligeris fluvio transmeato, ad castrum, cujus nomen est (d) Burbone in pagum Bitourvium pervenit. Cumque in gyro castra posuisset subito à Francis captum & succensum est, & homines Waiofarii, quos ibidem invenit, secum duxit, maximam partem Aquitaniæ vastans, usque urbem Avernam, cum omni exercitu veniens Claremontem (e) castrum captum atque succensum bellando cepit, & multitudinem hominum tam virorum quàm mulierum & infantum plurimos in ipso incendio cremaverunt. Blandinum comitem ipsius urbis Avernicæ captum atque ligatum ad præsentiam regis adduxerunt: & multi Wascones in eo prælio capti atque interfecti sunt. Igitur rex Pipinus urbe capta ac regione illa tota vastata cum præda & populo multo, Deo auxiliante, cum illæso exercitu iterum remeavit ad propria. Factum est autem postquam Pipinus rex urbem Avernam cepit hanc, regionem illam totam vastavit.

SÆC. VIII. ANNO 780.

An. 761. Aquitania vastata a Pipino.

(a) Aimoi. cap. 65. vocat villam Duriam.

(b) al. Chuniberto & Blandeno.

(c) l. Melliacum villam. Bas.

(d) Aimoi. 16. Borbonum vocat.

(e) Hæc est prima mentio castri Claromontani Savaro. Bas.

Sequenti anno, id est, anno undecimo regni ipsius, cum universi multitudino gentis Francorum Bitoricas venit, castra metatus est undique & omnia quæ in gyro fuerunt, vastavit; circumsepit urbem munitione fortissimam, ita ut nullus egredi ausus fuisset, aut ingredi potuisset. Cum machinis & omni genere armorum circumdedit eam vallo, multis vulneratis, plurimisque interfectis Francis, per muros cepit urbem, & restituit eam ditioni suæ jure prælii, & homines illos, quos Waiofarius ad defendendum ipsam civitatem dimiserat, clementia suæ pietatis absolvit, dimissique reversi sunt ad propria. (f) Umbertum Comitem & reliquos Vascones, quos ibidem invenit, sacramentis datis secum adduxit, uxores eorum ac liberos in Franciam ambulare præcepit, muros ipsius Bitoricæ civitatis restaurare jubet, Comites suos in ipsam civitatem ad custodiendum misit. Inde cum omni exercitu Francorum usque ad castrum quod vocatur (g) Toarcius veniens. Cumque in gyro castra posuisset, ipse castrum mira celeritate captum atque succensum est, & Gunstones, quos ibidem invenit, una cum ipso Comite secum duxit in Franciam. Pipinus Christo duce cum omni exercitu Francorum cum multa præda & spoliis iterum reversus est ad sedem propriam.

An. 762. Pipini victoriæ in Vascones & Aquitanos.

(f) al. Imbertum.

(g) Aimoi. 4. cap. 66. ait: usque ad Carduciam seu Cadurciam accessit.

Facta est autem longa altercatio inter Pipinum regem Francorum & Guaiofarium Aquitaniæ principem. Pipinus rex, Deo auxiliante, magis ac magis crescens & semper se ipso robustior in se ipso factus est, pars autem Waiofarii, & ejus Tyrannidis decrescens quotidie. Waiofarius princeps semper contra prædictum regem Pipinum insidias parare dissimulat. Nam Mancionem Comitem consobrinum suum ad partes Narbonæ cum reliquis Comitibus transmisit, ut custodias, quas prædictus rex Narbonam, propter gentem Saracenorum ad custodiendum miserat, ne aut intrarent, aut si quando iterum, in patriam reverterentur, capere aut interficere suos possent: factum est autem ut Astraldus Comes & Galemanius itemque Comes, compares eorum, ad propria reverterentur, sic Mancio una cum multitudine gentis Gwascanorum super eos irruit, fortiter inter se dimicantes. Prædictus Galemanius & Astraldus ibidem Mancionem & universos pares suos, Deo adjuvante, interficiunt, hæc cernentes Gwascones terga vertunt, omnes equites quos ibidem adduxerant, amiserunt, montes vallesque pervagantes pauci tamen vix fugaciter evaserunt. Ipsi vero cum multa præda & equitibus & spoliis cum gaudio reversi sunt ad propria.

An. 763.

An. 764.

Dum his & aliis modis Franci & Gwascones semper inter se altercarent, Chilpingus Comes Avernorum collecto undique exercitu, in pago Lugdunensi in regno Burgundiæ ad præliandum (h) ambulare nitebatur. Contra quem Adalardus Comes Gavalonensis & Astraldus idemque Comes cum paribus eorum contra eum venientes:

(h) al. prædandum.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

tes: ſtatim Chilpingus Comes in eo prælio à ſupra ſcriptis Comitibus occiſus eſt, & multi qui cum eo venerant, ibidem interfecti ſunt: hæc videntes Gwaſcones terga vertunt. Vix pauci ſylvis & paludibus ingreſſis evaſerunt.

Amanugus Comes Pictavenſis dum (a) Turonicam infeſtatam prædaret & ab hominibus Gulfardi Abbatis monaſterii beati Martini interfectus eſt, & plures, qui cum eo ibidem venerant, cum ipſo pariter ceciderunt, reliqui qui remanſerant, terga vertentes, pauci vix evaſerunt. Dum hæc agerentur, Remiſtanus avunculus Gwaiofarii ad prædictum regem veniens, ſacramenta multa & fidem prædicto regi Pipino promiſit, ut ſemper fidelis tam prædicto regi, quam & filiis ſuis omni tempore eſſe deberet. Rex verò Pipinus in ſuam ditionem eum recepit, & multa munera auri & argenti & precioſa vestimenta equites & arma largiendo ditavit.

(a) al. Toronicam infeſtando.

Rex Pipinus caſtrum cui nomen (b) Argentonnis in pago Bitorvio à fundamento miro opere in priſtinum ſtatum reparare juſſit, Comites ſuos ibidem ad cuſtodiendum mittens ipſum caſtrum, Remiſtano ad Gwaiofario reſiſtendum cum eis medietatem pagi Bitorvio uſque ad Care conceſſit. Videns prædictus Gwaiofarius princeps Aquitanicus, quod caſtrum Claremontis rex bellando ceperat, & Bitoricas caput Aquitaniæ, munitiſſimam urbem cum machinis cepiſſet, & impetum ejus ferre non potuiſſet, omnes civitates, quæ in Aquitania Provincia ditionis ſuæ erant, id eſt Pictavis Lemodicas, Sanctionis, Petrecors, Equoliſma & reliquas quam plures civitates & caſtella, omnes muros eorum in terram proſtravit, quos poſtea præcelſus rex Pipinus reparare jubet, & homines ſuos ad ipſas ad cuſtodiendum dimiſit.

(b) al. Argenton. urbs apud Bituriges.

Iterum eo anno cum omni exercitu ſuo prædictus rex Pipinus ad ſedem propriam reverſus eſt.

An. 795. Aquitania depopulata à Pipino.

Iterum ſequenti anno commoto omni exercitu Francorum per Trecas inde Antiſiodorum uſque ad Avernum urbem cum omni exercitu veniens, ibique cum Francis, & proceribus ſuis placitum ſuum Campomadio tenens, poſtea Ligere tranſacto Aquitaniam pergens uſque ad Lemodicas acceſſit, totam regionem illam vaſtans, villas publicas, quæ ditionis Gwaiofarii erant, totas igne cremare præcepit. Tota regione pene vaſtata, monaſteriis multis depopulatis uſque Hiſandonem veniens, unde maximam partem Aquitaniæ, ubi plurimum vinearum erat, cepit ac vaſtavit, unde pene omnis Aquitania, tam Eccleſiæ, quam monaſteria, divites & pauperes vina habere conſueverunt, omnia vaſtavit & cepit. Dum hæc agerentur, Gwaiofarius cum exercitu magno & plurimorum Gwaſcanorum, qui ultra Garronam commorantur, qui antiquitus vocati ſunt Vaoeci, contra prædictum regem veniens, ſed ſtatim ſolito more omnes Gwaſcones terga verterunt, plurimi ibidem à Francis interfecti ſunt: hæc cernens rex perſequi eum jubet, & uſque ad noctem eum perſequens, vix Gaiofarius cum paucis, qui remanſerant, fugiendo evaſit. In eo prælio Blandinus Comes Avernorum, quem prædictus rex prius ceperat, & qui poſtea ad Guaiofarium confugium fecerat: interfectus eſt. Rex Pipinus, opitulante Deo, victor extitit, patrata iterum victoria cum magno triumpho iterum ad Degontum cum omni exercitu Francorum ad Ligerem veniens. Inde per pagum Auguſtudunenſem ad propriam ſedem remeavit: ibi victus Waiofarius legationem ad prædictum regem mittens, petens eum, quod Bitoricas & reliquas civitates Aquitaniæ provinciæ, quas de manu ejus prædictus rex abſtulerat, ei redderet, & poſtea ipſas Guaiofarius ditioni ſuæ faceret. Tributa & munera, quæ anteceſſores ſui reges Francorum, de Aquitania provincia exigere conſueverant, annis ſingulis partibus prædicto regi Pipino ſolvere deberet. Sed hoc rex per conſilium Francorum & plurimorum nationis qui in regno ſuo commorabantur, & procerum ſuorum facere contempſit.

An. 766.

Evoluto igitur anno, commoto omni exercitu Francorum uſque Aurelianis veniens ibi placitum ſuum Campomadii, quod ipſus primus pro campo Martio, pro utilitate Francorum inſtituit, tenens, multis muneribus à Francis & proceribus ſuis ditatus eſt. Iterum Ligere tranſacto totam Aquitaniam pergens uſque ad Agimum veniens totam regionem illam devaſtavit: videntes tam Gwaſcones, quam majores natu Aquitaniæ neceſſitate compulſi plurimi ad eum venerunt, ſacramenta ibi donant, & ſe ditioni ſuæ faciunt; ita omnis Aquitania provincia vaſtata cum multa præda ac ſpoliis per pagum Prætecoricam & Equaliſnam, jam pene omni Aquitania acquiſita cum omni exercitu ſuo Francorum iterum eo anno cum omnibus ſuis reverſus eſt in Franciam.

An. 767. Perſequitur Guaiofarum Pipinus.

Iterum denuo ſequenti anno commoto omni exercitu Francorum per pagum Trecaſinam inde ad urbem Antiſiodorum veniens ad caſtrum, quod vocatur Gordinis cum regina ſua Bertrada jam fiducialiter Ligere tranſacto ad Bitoricas acceſſit, palatium ſibi ædificare jubet. Iterum Campomadium, ſicut mos erat, ibidem tenere jubet

Digitized by Google

jubet initoque consilio cum proceribus suis præfatam reginam Bertardam cum reliquis Francis ac Comitibus fidelibus suis in prædicta Bitorica dimisit, ipse prædictus rex reliquis Francis & optimatibus suis ad persequendum Guaiofarium ire perrexit. Cumque prædictus rex ipsum Guaiofarium persequens non reperiret, jam tempus hyemis erat, cum omni exercitu ad Bitoricas, ubi præfatam reginam Bertradam dimiserat, reversus est. SÆC. VIII. ANNO 780.

Dum hæc agerentur, Remistanius filius Judonæ, quondam fidem suam, quam prædicto regi Pipino promiserat, fefellit, & ad Guaiofarium iterum veniens ditioni suæ faciens, quod Guaiofarius cum magno gaudio eum recepit, & adjutorem sibi contra Francos & prædictum regem eum instituit. Superscriptus Remistanus contra prædictum regem & Francos, seu custodias quas ipse in ipsius civitatibus dimiserat nimium infestus accessit, & Bitorium seu Limoticinum, quas rex acquisierat, prædando nimium vastavit, ita ut nullus colonus terræ ad laborandum, tam agros quam vineas colere non audebat. Prædictus rex Pipinus in Bitorice per hyemem totam cum regina sua Bertrada in palacio resedit, totum exercitum suum per Burgundiam ad hyemandum mittens natale domini nostri Jesu Christi & sanctæ Epiphaniæ apud Bitoricas urbem per consilium Episcopôrum & Sacerdotum venerabiliter celebravit. Bellum cum Guaiofario.

Evoluto igitur eo anno cum in Bitoricis resideret, medio ante Februario omnem exercitum suum, quem in Burgundiam ad hyemandum miserat, ad se venire præcepit, initoque consilio, contra Remistanum insidias parat, Hermenaldum, Beringarium, Childeradum, & Chunibertum Comitem Bitorinum cum reliquis Comitibus & leudibus suis ad ipsum Remistagnum capiendum mittens, prædictus rex Pipinus cum omni exercitu Francorum, iterum ad persequendum Guaiofarium ire destinavit. Bertrada regina Aurelianis transiens, & inde navali evectione per Ligerem fluvium usque ad Amormui regem Saracenorum miserat, post tres annos ad Marsiliam reversi fuissent legationem prædicti Amormuni regis Saracenorum ad præfatum regem cum multis muneribus secum adduxerant. Quod cum compertum regi fuisset, missos suos ad eam direxit, qui eos venerabiliter reciperent, & usque ad Mettis civitatem ad hyemandum ducerent. Igitur superscripti Comites, qui ad Remistagnum capiendum missi fuerant, per divinum judicium, & fidem regis eum capiunt, & ligatum ad præsentiam regis cum uxore sua adduxerunt, quam statim rex (a) Uniberto & Ghiselario Comitibus Bitoricæ civitatis ipsum Remistagnum in patibulo suspendi jussit, prædictus rex Pipinus usque ad Garonnam accessit. Ibi Gwascones, qui ultra Garonnam commorantur, ad ejus præsentiam venerunt, & sacramenta & obsides prædicto regi donant, ut semper fideles partibus regis ac filiis suis Carolo & Carlemanno omni tempore esse debeant. Et aliæ multæ quamplures gentes ex parte Guaiofarii, ad eum venientes, & se ditioni suæ subdiderunt. Rex vero Pipinus benigniter eos in suam ditionem recepit. Guaiofarius cum paucis per silvam, quæ vocatur Edobola in pago Petrecorrego latitans & huc illuc vagatur incertus. Præfatus rex Pipinus ad Guaiofarium capiendum insidias iterum parat. Inde ad reginam suam de Sellum veniens legationem Saracenorum, quam Mettis ad hyemandum miserat, ad Sellus castrum ad se venire præcepit, & ipsi Saraceni munera, quæ Amormuni transmiserat ibidem præsentant. Iterum rex ipsis Saracenis, qui ad ipsum missi fuerant, munera dedit, & usque ad Marsiliam cum multo honore adduci præcepit: Saraceni vero navali evectione per mare redeunt ad propria. An. 768. (a) Videtur aliquid deesse. Vide Aimoin. 4. cap. 67.

Præcelsus rex Pipinus iterum de Sellus castro cum paucis ad persequendum Guaiofarium eo anno iterum ire perrexit, usque ad (b) Sanctiones mira celeritate primus cum paucis venit. Cum hoc Guaiofarius audisset, solito more terga vertit. Rex Pipinus in quatuor partes Comites, scaritos, & leudos suos ad perquirendum Guaiofarium transmisit. Dum hæc agerentur, ut asserunt, consilium regis factum fuisset Guaiofarius princeps Aquitaniæ à suis interfectus est. Præfatus rex Pipinus jam tota Aquitania acquisita, omnes ad eum venientes ditionis suæ, sicut antiquitus fuerant, se faciunt. Cum magno triumpho & victoria Sanctionas, ubi Bertrada regina residebat, venit. Dum Sanctionas præfatus rex venisset, & causas pro salute patriæ & utilitate Francorum tractitaret, à quadam febre vexatus ægrotare cœpit, comites suos ac judices ibidem constituit. Inde per Pictavum usque ad Turonis urbem ad monasterium beati Martini confessoris accessit, ibique multam eleemosynam tam Ecclesiis quàm monasteriis & pauperibus largitus est, & auxilium beati Martini petens, pro ut ejus facinoribus domini misericordiam deprecari dignaretur. Inde promovens se cum prædicta regina Bertrata & filiis suis Carolo & Carlomanno usque ad Parisius ad monasterium beati Dionysii martyris veniens, ibique moratus est aliquandiu, cernensque quod vitæ periculum evadere non posset, omnes proceres suos, Duces & Comites Francorum tam Episcopos quàm Sacerdotes ad se venire præcepit, ibique una cum consensu Francorum & procerum suorum seu & Episcoporum, regnum Pipinus moriens dividit regnum filiis. (b) al. Santones. Santones.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

Francorum quod ipſe tenuerat, æquali ſorte inter prædictos filios ſuos Carlum & Carlomannum, dum adhuc ipſe viveret inter eos diviſit, id eſt Auſtraſiorum regnum inſtituit. Carlomanno vero juniori filio regnum Burgundiæ & Provinciæ Aleſans & Alemaniam tradidit: Aquitaniam quam ipſe rex acquiſierat inter eos diviſit. His geſtis rex Pipinus (*a*) poſt dies ut dolus eſt ad dicendum, multitudinem & vitam ſimul caruit. Sepelieruntque eum prædicti reges Carlus & Carlomannus filii ipſius regis in monaſterio S. Dionyſii martyris, ut ipſe voluit, cum magno honore, regnavitque annis viginti quinque. His tranſactis prædicti reges Carolus & Carlomannus unuſquiſque cum (*b*) leudelibus ſuis ad propriam ſedem regni eorum venientes, inſtituto placito, initoque conſilio cum proceribus eorum, menſe Septembri die Dominico decimo quarto Calendas Octobris Carolus ad Novionem urbem & Carlomannus ad (*c*) Saxones civitatem, pariter uno die à proceribus eorum & conſecratione ſacerdotum ſublimati ſunt in regno.

(*a*) Fort. poſt dies III. (dolor eſt ad dicendum) multitudine & vita ſimul caruit. Aimoin 4. cap. 67. ait obiiſſe 7. Kalend. Oct.

(*b*) l. Leudibus.

(*c*) Sueſſionis dicitur ab Aimoin. ib.

SANCTI

Digitized by Google

SANCTI WILLIBALDI

EPISCOPI EICHSTADIANI

LIBER DE VITA

SANCTI BONIFACII

MARTYRIS,

GERMANORUM APOSTOLI,

ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.

A Caniſio primum editus, ex Manuſcriptis codicibus Monaſterii Rebdorffenſis, prope Eichſtadium, & Magnifici & Cl. D. Alberti Hungeri Procancellarii Academiæ Ingolſtadienſis, &c.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

JACOBI BASNAGII
IN SCRIPTOREM VITA
SANCTI BONIFACII
MARTYRIS
OBSERVATIO.

I. Quis author illius vitæ?

I. DE *Willibaldi* vitâ, a Sanctimoniali ejus Conſanguineâ exarata, ſupra actum: Nunc ſolvenda quæſtio, num liber in quo deſcribitur *Vita Bonifacii*, ſit genuinus *Willibaldi* fœtus, nec ne? Dubitavit olim *Browerus* in obſervationibus ad Acta S. Gregorii Rectoris Trajectenſis: poſteriores vero Critici *Mabillonius* & *Papebrochius*; ille ſæculo Benedictino III. hic in Actis Sanctorum menſe Junio, illam Willibaldo vindicarunt. Dubitandi rationes ſunt, quod author ſe Presbyterum dicat, cum tamen ab ipſo Bonifacio ordinatus fuerit Epiſcopus Eichſtadianus: Reponit Mabillonius, in fine operis dici, *Ego Willibaldus Epiſcopus ſcripſi.* Deinde vero a Notkero *Presbyterum appellari.* Ea quidem vera ſunt, ſed nodum difficultatis non ſolvunt. Primo enim, quidquid dixerit Notkerus parum refert, qui Willibaldum, Epiſcopatu per quadraginta quinque aut circiter annos functum, Presbyterum non debuit appellare. Ipſi parum fuit notus Willibaldus, qui illum collegio Martyrum & Bonifacio morienti, cum Sorore Walpurge aſſociaverit. Quæ quam ſint a vero aliena nemo neſcit. Vixit enim plurimos annos Bonifacio ſuperſtes Willibaldus, nec niſi anno 786. in pace obiit. *Epiſcopum* quidem ſe dixit author in fine operis; ſed aſſumentum illud non legitur in pleriſque codicibus: excerptum eſt à Caniſio ex Hagiologio *Georgii Vicelii:* quod nobis ſuſpicionem movet. Deinde vero ibi fit mentio *Rabani.* Contendit quidem Mabillonius, illum non eſſe *Rabanum Maurum*; ſed nullo prorſus argumento, niſi quia inde aperitur fraus impoſtoris. Jungitur *Rabanus Lullo*, qui ambo ſedis Moguntinæ fuerunt Præſules, iique celeberrimi. Pondus & autoritatem operi ſuo conciliari credidit author, ſi in eâdem memoria S. Victoris, quam ſæpius frequentabant memorati Præſules, librum ſuum in Pergamenis reſcripſiſſet, non animadvertens ſe turpiter adverſus Chronologiam peccare. Subjicit author aſſumenti ſe poſtquam probatum fuiſſet opuſculum a Megengando Lulloque, illud iterum ſcripſiſſe. At quis credat Willibaldum Epiſcopum jam ætate provectum Libellum ſuum juniorum Epiſcoporum examini ita propoſuiſſe? Denique *quidem* author ſe *Presbyterum indignum* appellat: At Presbyter non fuit Willibaldus, ſed Epiſcopus. Quidquid ſit de prima Presbyterorum Epiſcoporumque origine,

Notker. Martyr. nom. Junii.

Digitized by Google

gine, in qua, argumentum præbentibus ipsis Scriptoribus sacris, illa nomina accurate distingui non erant solita; attamen dum sæcula fluxere, mutatus est vocis usus, nec octavo sæculo reperias unquam Episcopum nomine Presbyteri, ea ætate multo inferioris, fuisse designatum. Communia sæpius *Sacerdotum* & *Episcoporum* nomina, quemadmodum Ἱερεὺς apud Græcos, teste Procopio, Episcoporum & Presbyterorum fere nunquam: Vitæ Bonifacianæ scriptor dicitur tamen *Presbyter*; nec alium sibi titulum aptavit, nisi in assumento suppositionem redolente. SÆC. VIII. ANNO 780. Procop. de Bello Wand. l. 1. c. 10.

II. Suspicionem augent varia 1. Ipse qui se modeste nimis Presbyterum appellavit, immemor moderationis sibi propositæ, duos *bonæ industriæ viros* ad Episcopatum promotos, seipsum & Burchardum, refert. Contendit Mabillonius hoc *elogium ad Bonifacii ordinantis vel Burchardi potius, quam sui ipsius commendationem dictum.* Sed ne verbum quidem hic de Burchardi vel Bonifacii laudibus habet scriptor. Deinde an suas ipsius laudes canere licet, ut ordinatoris encomio vertant? Quis unquam talia dixit aut fecit vir probus? 2. Multa errat Historicus ille circa Bonifacium non satis accurate sibi notum. Legantur quæ de Concilio Suessionensi, vel potius Liptinensi, narrat. Ibi plurima de suo adjicit, susquedeque omnia vertit: Illa autem convenire non possunt authori coævo & oculato testi. 3. Et revera non ipse quæ testis oculatus viderat, prout debuit, scripta reliquit, sed narrat quæ à discipulis Bonifacii cum *ipso diu commorantibus vel à Megingando & Lullo illi relata* didicerat. Has postremas difficultates solvere non tentavit Mabillonius. Non igitur illud opusculum Willibaldo, Episcopo Eichstadensi primo, velim tribuere, sed Presbytero cuidam ignoto, cujus liber facile potuit depravari. II. Alia suppositionis argumenta.

III. Hanc vitam primus edidit Canisius: sæpius lucem postea vidit; ipsam enim legas apud Serarium in Rebus Moguntiacis, Surium, Mabillonium, Papebrochium. Plura de Bonifacio legas apud Othlonem, cujus scriptio hic recensebitur sæculo XII. Habent & alia plurima recentiores, quos consulere possis. III. Editiones variæ hujus operis

IV. Nos vitam ejus sub nomine Willibaldi, quod præferebat, vulgavimus: Variantes lectiones ad oram libri, quas ad calcem vel opusculi vel etiam voluminis rejecerat Canisius apposuimus: Tres fuere codices manuscripti quibus utebatur Canisius, quos initialibus litteris hic designamus, Rebdorfensem codicem, literâ R. Alberti Hungeri, literâ H. Windebergensem in Bavaria, literâ W. Plurimæ sunt lectiones nullius momenti, quæque tantum erratis amanuensium ad posteritatem usque trajiciendis inserviant. Sunt tamen aliquæ non spernendæ, præcipue ex codice Windebergensi, ex quo plures lacunæ fuerunt repletæ & loca mendosa sanata. Quædam etiam ex Mabillonii vel notis vel emendationibus sunt adjecta. Locus erat in editis, in quo memorabatur *Chorepiscopus Coban*: Apud Mabillonium levi mutatione legitur *Coepiscopus Eoban.* In Batavia sacra legitur, Ultrajectenses Chorepiscopos ita appellare solitos eorum Ecclesiæ Archipodiaconos: Sed Mabillonii conjecturam firmant Acta plurima, quæ ferunt Willibaldum Frisonum conversioni maxime intentum, ut sese sublevaret, Eobanum Ultrajecti, tunc Frisionibus subjectæ, Episcopum ordinasse: itaque Coepiscopum Frisiorum Eobanum habuit Bonifacius, Ultrajecti præsulem. De successore Adalario Martyre IV. Quid novi in hac editione. Batavia Sacra t. 1. pag. 78.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780. disserunt Ultrajectini adversus Pagium, qui eum Erphordiensem facit Episcopum primum & ultimum. Laudatur enim ille Coepiscopus Eoban apud Notkerum in Martyrologio: & revera Trajectensem Episcopatum antea celebrem obtinebat. Sunt & alia, quæ quantum licuit elucidavimus breviſſime.

Sententia Pagi & Oudini. V. Cum hæc scripserimus multò prius antequam a celeberrimis Wessteniis renovaretur hæc editio, observamus noviſſime 1. celeberrimum Pagium, quem nobis habemus consentientem, dum illam Bonifacii vitam Willibaldo Episcopo abjudicat, sibi fingere scriptorem illum dum scriberet Presbyterum, postea Episcopum factum, eaque ratione difficultatem conciliare videtur, si sedem Eistadiensem vel alteram illi assignaret. 2. Abit in diversa plane Oudinus, cujus Commentarius in lucem mox prodiit, illudque opus tanquam genuinum Willibaldo vindicat, argumentis quæ nos a priori sententia non revocant.

DE SANCTO WILLIBALDO, EX TRITHEMIO

De Scriptoribus Eccleſiaſticis.

De Willibaldo. WIllibaldus primus Episcopus Eistetensis, natione Scotus, frater S. Walpurgis, Virginis Abbatiſſæ Heidenheimensis, Monachus & discipulus S. Bonifacii Martyris, Ordinis S. Benedicti, vir doctus atque sanctiſſimus, ingenio & eloquio clarus. Scripsit ad ædificationem fidelium, petente S. Lullo Episcopo Moguntino, satis illustri sermone, vitam S. Bonifacii Episcopi lib. 1. *Illustrem igitur ac verè*, &c. Nescio si quid amplius edidit. Claruit sub Pipino, Patre Caroli Magni, Anno Domini 760. Eadem Trithemius in Catalogo illustrium virorum Germaniæ, nisi quod ibi Willibaldus libros duos de vita S. Bonifacii scripsisse dicitur; quod erratis Typographi annumerandum videtur.

De S. Willibaldo ex Centuriatoribus, Cent. VIII. cap. 10. col. 810.

SCripsit (Willibaldus) non ineleganti sanè stylo vitam Bonifacii, librum unum: quem ante editionem Lullus & Megengandus, inspexerunt & approbarunt. De vita Walpurgis librum unum, & epistolas plures ad Monachos, & alia quædam. Hæc illi.

De

De S. Bonifacio. Ex Trithemio in Catalogo de illuſtribus viris Germaniæ.

SÆC. VIII. ANNO 780.

De Bonifacio.

BOnifacius, qui & Winfridus, primus Eccleſiæ Moguntinenſis Archiepiſcopus, Monachus Ordinis S. Benedicti, natione quidem (*a*) Anglicus, ſed converſatione & dignitate Alemannus: vir in divinis ſcripturis doctiſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, vita & moribus integer atque ſanctiſſimus: multos ſua erudita prædicatione ad fidem Chriſtianam convertit, ut meritò Germanorum Doctor ſit habitus & Apoſtolus. Et ſcripſit nonnulla præclara opuſcula, de quibus ego vidi ſubjecta. Ad Gregorium Papam II. de fide ſanctæ Trinitatis lib. 1. Vitam S. Lebuini I. Epiſtolarum ad diverſos lib. 1. De geſtis variis Sanctorum lib. 1. Et quædam alia. Tandem in Phriſia verbum Dei prædicans Martyrio coronatus eſt ſub Pipino Rege Francorum, Anno Domini DCCLV. Indictione VIII. Epiſcopatus ſui Anno XXXVII. Nonis Junii. Sepultus autem eſt in Monaſterio Fuldenſi, quod ipſe conſtruxit.

De Lullo, cui S. Willibaldus librum de Vita S. Bonifacii dedicat. Ex lib. 3. Joannis Trithemii, de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti.

De Lullo.

LUllus Monachus & diſcipulus ſancti Bonifacii Martyris, & poſt eum Eccleſiæ Moguntinæ Archiepiſcopus ſecundus, natione Anglicus, vir ſanctus, & Deo dilectus, præfuit Eccleſiæ Moguntinæ 32. annis. Hic fundavit Monaſterium Hirsfeldenſe, cui præfecit Abbatem ſanctum atque venerabilem Sturmum. Claruit Anno Domini 775. cujus feſtum 17. Kalendas Novemb. colitur. Hæc Trithemius. De eodem vide eundem Trithem. lib. 4. de viris illuſt. Ord. S. Benedicti. cap. 78. De eodem Lullo multa Centuriatores Cent. 8. c. 20. inter cætera etiam hoc. *Aliquot ejus Epiſtolas videre nobis contigit: ut ad Oſuitam, epiſt. 1. Ad Leobgytham, Epiſt. 1. Ad Gregorium ep. 1. Ad Denehardum & alios ep. 1. Ad Cœnam Epiſt. 1. &c. Librorum ſtudioſus fuit: nam Bedæ libros ſibi poſtulat tranſmitti in Epiſtola ad Cœnam, & Willibaldum excitavit, ut vitam Bonifacii ſcriberet.* Hæc illi. Plura de Lullo vide in vita illius apud Surium. Tom. 5. die 16. Octob. (*b*)

De Megingozo altero Epiſcopo, cui S. Wilibaldus librum ſuum dedicat.

De Megingozo.

HUnc quidam Mayngudum; alii Megingaugum: Centuriatores Cent. VIII. c. 2. Megingolum nominant. Fuit Epiſcopus Herpibolenſis, Succeſſor S. Burchardi, de quo multa in vita ejuſdem Burchardi, apud Surium Tom. 5. die 14. Octob. præcipuè lib. 2. cap. 11. & lib. 3. cap. 1. ubi hæc de illo. Poſt beati Burchardi deceſſum, Megingaudus, vir, ut præmiſſum eſt, per omnia laudabilis, (*c*) Epiſcopatum Wirceburgenſem, catholicis & orthodoxis ſemper intendens inſtitutis, rexit 15. an. Hic igitur beatorum Bonifacii, Burchardi, Lulli, cæterorumque, quos huc de Anglia divinus amor adduxit, comperegrinus & compatriota, nec non profeſſione Monachus, ſicut & illi, nullatenus mutans vel inficiens rigorem propoſiti, ſemper irreprehenſibilis, verbis & exemplis mirifice pollens, gubernacula tenebat Pontificalis officii. Tandem jam ſenio imbecillior effectus, inſuper etiam fortaſſe ad incrementum meritorum, ægrotare ſe vehementius ſenſit: moxque reminiſcens exemplum prædeceſſoris, & Magiſtri ſui, miſſis legatis tam ad principes regni, quàm ad Sacerdotes Eccleſiarum, conſenſu atque conſilio cunctorum, quendam de ſuis Clericis, nomine Bernuvelphum, ſibi in præſulatu ſubrogavit, cooperantibus ſibi in eadem ordinatione Lullo Metropolitano, & Wilibaldo Eiſtetenſi Epiſcopo, coram univerſo ipſius Eccleſiæ Clero populoque.

(*a*) Mabillonius Trithemium reprehendit immerito, quaſi Bonifacium Scotum ex Hibernia natum feciſſet; eum enim *Anglum* aſſerit, & revera fuit Anglo-Saxo. BASN.

(*b*) Vide etiam inter cæteros Mabillon. Sæc. Ben. III. ad an. 786. BASN.

(*c*) Anno 851. Mabillonius mortem Burchardi aſſignat. Errat author vitæ Burchardi, qui aſſerit eum anno 791. è vivis exceſſiſſe; nam ſaltem anno 771. Mengoſus vel Megingauſus ſedem illam tenuit, cum eum jam Epiſcopum alloqueretur Wilibaldus, Abbas Heidenheimenſis. BASN.

PRO-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

PROLOGUS BEATI WILLIBALDI EPISCOPI

In Vitam Beati Archipræsulis & Martyris BONIFACII.

DOminis sanctis & verè in Christo charissimis Lullo & Megingozo Coëpiscopis, Willibaldus licet indignus in dominò Presbyter.

(a) Præcepto piæ effectu W. (b) Scientiæ. H.

(a) Percepto piæ paternitatis vestræ affectu, pariter & voto, non propriæ laudis literali (b) scientia confidens, sed debitum obedientiæ obsequium vestræ impendens sanctitati, libenter parui, arduumque quod suggessistis exiguis viribus opus inchoavi, ad perfectionis terminum finetenus deducens. Sed obsecro, ut si quidpiam aliter, quàm vestra expetierit voluntas, provenerit, infirmitatis meæ imbecillitatem, operisque imposîti sublimitatem æquo animo sustineatis. Quoniam maximum mecum reverentiæ est indicium, cùm vestræ sublimitatis

(c) Qui. H.

imperio obedientiæ operam non denego. (c) Quod si dignum aliquid & nostris temporibus profuturum confecerim, divino utique munere ac præcepti vestri desiderio conferendum est. Quoniam pia quandoque desiderantis voluntas & manum imitatur emunctoris, & impressionis suæ violentia vel minimam quandam desideratæ scientiæ dulcedinem parat, famelicumque impertiendo reficit. Decrevit enim sanctitas vestra insipientem sapientibus

(d) Vestro. R. W.

& minus idoneum prudentibus coæquare ac præferre; & quod sine nostro (d) videlicet conatu, prudenti sermone revelare potuistis, hoc mihi velut ignaro imponere. Sed deprecor ut quem præcepti vestri torcular deprimit, precatus assiduæ orationis infundat,

(e) Obtunsam. R.

& mentem ignaviæ caligine (e) obtusam, voluntas spontaneæ dilectionis vestræ, vel è somno suscitet, ut ad ea, ad quæ cogentibus vobis invitata est, tenacior vivaci sermonum narratione reddatur. Compulistis enim me, ut ad normam eorum, quorum aut vitæ castimoniam, aut morum sanctimoniam, sancti procul dubio Patres, elegante verborum ambage, chartis inserendo tradiderunt, petentibus Religiosis ac Catholicis viris, quibus vel in Thusciæ partibus, vel in Galliæ terminis, vel in Germaniæ aditibus, ac etiam in Britanniæ limitibus, sancti Bonifacii Martyris fama, miraculorumque coruscatio perstrepuit, sicut discipulis ejus secum diu commorantibus, vel vobis ipsis referentibus, comperirem, proœmium, mediumque ac finem vitæ ejus, quanta valeam indagatione, literis inseram. Et quemadmodum primæ prævaricationis resoluto chirographo, & veræ lucis radio illucescente, Egesippus, qui sub Anacleto Romam venisse fertur; quinque Ecclesiasticorum actuum libros, ob utilitatem legentium, edidisse perhibetur, Eusebiusque Cæsariensis nominatissimus historiographorum scriptor, cum Pamphilo Martyre, & adjutore suo, suorum sibique antecedentium temporum historias mira eloquii dissertitudine texentes, infinita scripturæ volumina ediderunt; nec non & Gregorius, qui erat vir beatæ memoriæ, literarum studiis eruditissimus, glorioso Apostolicæ sedis culmine præsidens, beatorum scribens Confessorum vitam, dialecticum miro ostendens mode-

(f) Quæ. R.

ramine morem, quatuorque (f) logica expressit ratiocinatione (g) libris, qui hucusque

(g) Libros. R.

Ecclesiarum inserti (h) bibliothecis, elucubratam posteris scientiæ afferunt dignitatem; ita beati viri vitam præcelsasque ejus virtutes & cultum pietatis atque abstinentiæ ro-

(h) Inserta. R.

bur, præsentibus ac pòst secuturis sæculis jubetis demonstrare. Sed quamvis ad demonstrandam tantarum rerum rationem, exiguum me parvumque forte authorem cognoscam, tamen exigente benevolentiæ vestræ voluntate, hoc quod demandastis, vobis jubentibus,

(i) In solertia. R.

non propriæ præsumptionis insolentia (i) fretus, sed assertione Catholicorum confisus aggrediar opus: neque ex parvitatis meæ stylo propriæ laudis præconium requirens, sed ex tantæ rei relatione profuturum legentibus præbens exemplum; dum his quisque instruitur formulis, & ad meliora profectus sui perfectione perducitur.

ORDITUR

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

ORDITUR LIBER S. BONIFACII DE SANCTO WILLIBALDO,

(a) CAPUT I.

Qualiter in infantia Dei servitium inchoavit.

Bonifacii infantia.

ILlustrem igitur ac verè beatam Bonifacii Summi Pontificis vitam moresque ejus, sanctorum magnoperè imitatione sacratos, licet opacitate præpediti scientiæ, exili tamen opusculi hujus stamine innectere, ac simplici historiæ tegmine, quemadmodum religiosis viris referentibus comperimus, quod quotidiana ejus colloquia, & religionis conversatione sedulò præsentati, ea quæ audierunt vel viderunt, in exemplum posteris tradiderunt; (a) congregata verborum varietate, texendo, nitimur enodare; & ab exordio usque ad finem, quanta possumus indagatione divinæ contemplationis ejus sanctimoniam revelare. Cum enim primævo puerilis ætatis decore multa, ut solet, maternæ sollicitudinis cura ablactatus atque enutritus esset, magna nimirum delectatione, cæterorumque postposito amore filiorum affectatus est à patre; Sed qui jam labentia cuncta animo subjecerat, & æterna magis quàm præsentia cogitare dispoſuerat, cum esset annorum circiter quatuor seu quinque, Dei se servitio subjugare studuit, multoque mentis conamine de monasteriali jugiter vita insudare, & ad ea mentis quotidiè nisibus anhelare. Cum verò aliqui, sicut illis regionibus moris est, Presbyteri sive Clerici, populares vel laicos prædicandi causſa adissent, & ad villam domumque præfati patris familias venissent, mox quantum possibilitatis ejus pusillanimitas (b) in infantia sua prævaluit, cœperat cum eis de cœlestibus loquendo tractare, & quid sibi suæque infirmitati in futurum proficeret, interrogare; dumque ita diu de cœlestibus diuturna mentis meditatione cogitaret, ac totum se in futurum extenderet, & ad superna erigeret, patri etiam demum, hæc quæ animo gerebat, revelavit, & ut suæ consuleret voluntati, rogavit. Quo comperto obstupefactus pater, magna cum increpationis instantia, minis, ne se desereret, prohibuit; partim etiam blandimentis ad sæcularis negotii curam instigabat, ut temporaneo eum transitoriæ hæreditatis subjungeret lucro, & sese quandoque defuncto, suæ terrenæ facultatis custodem, imò etiam hæredem relinqueret: verbis quidem quam plurimis, fraudulentia humanæ calliditatis usus versutia, tenerum à cœpti perfectione propositi animum declinare tentavit; magisque hanc suæ tolerabiliorem esse infantiæ activam, quàm quod vitam monasterialis militiæ contemplativam, multiplici sermonum adulatione promittit; ut vel sic à propositi hujus conamine eum cohiberet, & ad mundani luxus mollitiem incitaret. Sed vir jam Deo in pueritia plenus, quanto est à patre plus prohibitus, tanto mentis arrepta fortitudine cœlestem acquirere sibi thesaurum, & sacris se conjungere literarum studiis (c) anxius anhelabat; fitque mirum in modum, sicuti semper divina agere solet misericordia, ut suo imbecillioris ætatis militi Deus & cœptæ rei solatium, & anxiæ voluntatis augmentum, obsistentisque repentinam patris mutationem mentis providens, condonaret; ita ut uno eodemque temporis successu & festina patrem ægritudo subitaneo jam imminente mortis periculo surrepserit, & pia quantocius pueri, magno temporis intervallo præpedita voluntas succreverit; dominoque Deo adjuvante, succrescendo impleta est ac perfecta. Postquam enim miræ dispensationis Dei judicio carnalem ingens sancti viri patrem arripuerat languor, deposita mox pristina mentis pertinacia, puerum, propinquorum facta conventione, ad monasterium, quod Priscorum nuncupatur vocabulo (b) Adestancastre, spontaneus, à Domino quidem correptus, direxit, & fideli viro Wolfhardo, qui & Abbas extitit illius monasterii, per fideles suæ legationis nuncios redditum commendavit: quem puerilibus adhuc in annis constitutus, sapienter suis astantibus amicis allocutus est; & quod multo videlicet

(a) Tradentes. H.

(b) Pusillanimitas. R.

(c) Annexius. R.

(a) In cod. R. desunt numeri capitum, quanquam eorum tituli ibi legantur.

(b) Adest Caneastre R. Est autem ad *iscam castrum* & ut conjicit Mabillonius, est Exonia, primaria Devoniæ civitas, quasi ad *Iscam Castrum*. Supereſt tamen summa difficultas solvenda, quod nullum ibi legatur fuisse Monasterium. BAS.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

cet tempore monasteriali se regulæ subjicere desiderasset, rationabili prolata petitione, sicut à parentibus pridem edoctus erat, indicavit. Cui protinus pater monasterii, inito fratrum consilio, & eorum accepta, sicut regularis vitæ ordo poposcit, benedictione, consensum præbuit & effectum; sicque vir Dei carnali orbatus patre, ad optimum nostræ redemptionis secutus est patrem, terrenisque sæculi renuncians lucris, mercimonium deinceps æternæ hereditatis acquirere satagebat, ut juxta veredicam veritatis vocem, patrem relinquendo ac matrem aut agrum, & alia quæ hujus mundi sunt, centuplum acciperet & vitam æternam possideret.

Matth. 19.

CAPUT II.

Bonifacii Adolescentia.

Qualiter Adolescentiæ incentiva primitus frangeret, & omnibus bonis inhæreret.

EXpleto igitur, licet summatim, primordiali expositionis nostræ ordine, qui quali se initio studiosæ conversationis sanctimoniæ subdiderit, breviter protulimus, ut fabricæ à nobis fundamento confecto, structuræ paulatim sublimitas ad summa altius erigeretur. (a) Postquam igitur infantiæ septem evolvuntur anni, puerilis adveniente decore ætatis; etiam mira in eo scientiæ prævaluit fortitudo. Magna siquidem mentis & ineffabili gravitate, cœlesti inspirante gratia, sicut subsequentia hujus operis documenta declarant, ditatus est; & multarum castimonia virtutum, juxta ostensum sanctorum exemplar, præcedentium & venerabilium instituta patrum subditus declaratus ac decoratus; adeo etiam divino exarsit ingenio ac lectionis adprimè se subdidit exercitio, ut singulis quibusque additis temporibus, momentis atque horis annorumque circulis, augerentur etiam in eo (b) superna adjumenta divinaque donorum incrementa protectionis. Et quanto pastoralis (c) pædagogio magisterii est provectus, tanto ad provectum æternæ beatitudinis (sicut fideles confamiliaritates illius viri pro certo testati sunt) eum quotidiana ejus studia jugi laudis literali meditatione die noctuque incitavere, contra infestas diabolicæ suggestionis persecutiones, quæ tenerum sæpe apud mortales juventutis florem, ceu nebulosæ quadam cæcitatis caligine obtegere solent, mirabiliter protexere; ita ut etiam propter indesinentem diuturnæ sollicitudinis ejus curam & sempiternam sanctarum legum examinationem, illecebrosa in eo adolescentiæ incentiva, & carnalium desideriorum impetus primitus impingentes, domino Deo auxiliante, maxima ex parte sedavere, magisque ac magis ad communem provehunt populorum doctrinam, quam non multo transacto temporis intervallo, secundum pontificale Ecclesiasticæ definitionis decretum inchoavit, dilatavit ac perfecit. Quoniam caduca hujus mundi contemnens ornamenta, monasterialis vitæ normam in infantia sua ritè ac regulariter sub moderata præfati patris gubernatione, annos quamplurimos custodivit, donec pueritiæ (a) facessante lascivia, & pubertatis inchoante adolescentia, ardentior illum ingenioli sui voluntas accendit, ut ad finitima quoque monasteria magisteriali lectionis provocatus penuria, cum consensu atque consilio conservorum fidelium, patrisque monasterii pervenerit. Cumque voto simul & (b) intentione omnipotentis sibi adesse incessanter magna precum perseverantia suffragium postularet, tandem divina cœlitus inspirante gratia, ad monasterium pervenit, quod usque hodie dicitur (c) Nhutstelle, & beatæ memoriæ (d) Wynberchtis Abbatis, qui venerabiliter prædictum sub regulari disciplina regebat monasterium, spiritali literarum diligentia provocatus elegit magisterium fratrumque secum in Domino viventium (e) contubernia, ac sic Servorum Dei junctus consortio, devotum Domino Deo servitium & laboriosam vigiliarum instantiam, lectionisque divinæ operam, ingenti meditationis studio exhibuit; ita ut maxima demum scripturarum editione tam Grammaticæ artis eloquentia, & metrorum medullata facundiæ modulatione, quàm etiam historiæ simplici expositione & spiritalis tripartita intelligentiæ interpretatione imbutus, dictandique peritia laudabiliter fulsit, ut etiam aliis demum paternarum extitit pædagogus traditionum, & auctor Magisterii (f) subjectorum, qui & discipulus antea subjectorum esse non recusavit. Quoniam sacræ mos est conversationis, ut præferre se cæteris pertimescat, qui subjici aliis renuerit: quia & rectæ obedientiæ operam subjectis impendere non valebit, quam superna prælatis dispensatione justè non exhibebit: hanc enim ita omnibus in commune viventibus, & maximè suo, sub regulari videlicet disciplina, Abbati, monachica subditus obedientia, præbebat, ut labore manuum quotidiano, & disciplinali officio-

(a) Fatescente. Mabillon.

(b) Mente. H. W.

(c) *Hunger. Nhucscelle. legend. Nuiscelle au m. s. Othlone.*

(d) al. Wiberti.

(e) Contubernium. H.

(f) Hæc vox *subj.* abest in c. R.

(a) Postquam ætas & mira in eo scientiæ prævaluit fortitudo, infantiæque septem puerilis adveniente decore ætatis evolvuntur anni R. Sed correctius omnino H. quem etiam secutus Mabill. BASN.

(b) Superni adjumenta protectoris. H.

(c) Pædagogo est profectus. R.

Digitized by Google

officiorum administratione incessanter, secundum præfinitam beati Patris Benedicti rectæ constitutionis formam insisteret, omnibusque exemplum benè vivendi, in verbo, in conversatione, in fide & castitate se præbens, ut omnes de fructu ejus percipierent, & omnium mercedis æternæ perciperet portionem. Sed & humilitatis quoque ejus & charitatis excellentiam solus qui occultorum cognitor est Deus, intimæ inspectionis ejus consideratione novit, qua omnes sibi commilitones solerti cura subjunxerat, ut ab eis timore pariter haberetur & amore. Et quem divina dilectione haberent socium, mutuo Apostolicæ admonitionis honore prævenirent, ut patrem: tantæque in eo affabilitatis erga fratres, & cœlestis doctrinæ succrevit magnitudo, ut rumore sanctæ exhortationis ejus crebrescente fama, multis per monasteria tam virorum, quàm etiam Virginum Christi apertissimè claruit, quorum quidem quamplurimi virili sexus robore confortati, & lectionis instantia incitati, ad eum confluxere, & saluberrimum scientiæ fontem potantes, numerosa scripturarum volumina legendo recensuere. Quibus ergò sexus infirmioris imbecillitatis inerat & assidua pergendi (a) abnegabatur facultas, tantæ sibi sapientiæ virum, divini inflante spiritu amoris, præsentari fecerunt, paginarumque seriem transcurrentes, cœlesti instanter scrutinio inhæsere, & sacramentorum arcana mysteriorumque abdita jugiter meditantur. Quem ita superna sublevavit gratia, ut juxta egregii prædicatoris exemplar & gentium Doctoris vocem, formam habens sanorum verborum in fide & dilectione Jesu Christi, sollicitè curans seipsum probabilem exhibere Deo operarium, inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.

SÆC. VIII. ANNO 780.

(a) Abnegata. R.

2. *Tim.* 2.

CAPUT III.

Quòd doctrinæ verbum omnibus præberet, & quod hanc non suo ante tempus ætatis arbitrio arripuerat.

Bonifacius doctrinam præbet omnibus.

AD generalem ergò quotidianæ contemplationis ejus formam & diuturnam parsimoniæ (b) continentiam sermo à nobis directus aliquantisper derivatur, ut per singulos quosque ascensus sublimia hujus sancti viri opera propensius compendiosa verborum raritate exequamur, studiumque vitæ per omnia venerabilis S. Bonifacii subtilius indagando prosequamur, ut & æqua libraminis moderatione exemplar nobis æternitatis, & potens fiat Apostolicæ eruditionis norma, qui per sanctorum (c) exempla, arduam cœlestis intelligentiæ semitam feliciter scandens, ac prævium (d) populis ducatum præbens, portam Domi Dei nostri, quam justi intrabunt, ipse ingressus aperuit, & ab infantia sua usque ad decrepitam ætatis senectutem, præteritorum non mediocriter patrum sapientiam imitatus est; dum Prophetarum jugiter & Apostolorum verba stylo sanctitatis conscripta, & glorioſam Martyrum passionem literarum apicibus insertam, sed & Evangelicam Domini Dei nostri traditionem quotidiè commendabat memoriæ, & secundum Apostolum sive manducasset, sive bibisset, sive aliud aliquid egisset, laudis semper præconium, & devotæ fastigium jubilationis tàm mente, quàm etiam ore persolvebat Deo, juxta illud Psalmographi, Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. In tantum enim scripturarum exarsit desiderio, ut omni se intentione earum imitatione & auditione sæpius conjungeret. Et quæ ob doctrinam populorum conscripta sunt, ipse quippe populis mira eloquii dissertitudine & solertissima parabolarum assertione, efficaciter prædicando retexuit: cui tale discretionis temperamentum inerat: ut & vigore correptionis mansuetudo, & vigor prædicationis mansuetudine non deerat; sed quem zelus accenderet vigoris, mansuetudo mitigabat amoris. Divitibus ergo ac potentibus liberisque ac servis æqualem sanctæ exhortationis exhibuit disciplinam, ut nec divites adulando demulceret, nec servos, vel liberos districtione prægravaret; sed juxta Apostolum omnibus omnia factus est, ut omnes (e) lucrificaret. Qui & doctrinæ cœlestis documentum non suo ante tempus arripuit arbitrio, nec obstinationis suæ rapina usurpatum acquisivit, sed sanctæ humilitatis profectu, triginta aut eo amplius annorum habens ætatem, magisteriale & familiare sublevatus est electione, juxta canonicæ constitutionis regulam suscepit, & ad sacerdotalis officii gradum, diversis donorum ditatus muneribus, (f) acceſſit; ita ut eleemosynis quidem, misericordiæque operibus, quantum sub regulari monasterialique prævaluit districtione, opere penitus ac voluntate deserviret: sed & nocturna vigiliarum spatia omnibus horis præveniens, orationi se sollicitius, laboriosa operatione, exercuit; cujus nec patientiam ira surripuit, nec longanimitatem furor commovit, nec libido continentiam expugnavit, nec abstinentiam gastrimargia violavit: sed ita omni se jejunii frugalitate subjugavit, ut vinum & siceram non bibens, (g) utriusque testamenti imitatus est Patres, ut cum egregio gentium diceret doctore: Castigo corpus meum, & servituti subjicio, ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus efficiar.

(b) Parsimoniam & continentiam?

(c) Priscorum. H.

(d) Primam. R.

1. *Cor.* 10.

Psalm. 33.

(e) Lucrifaceret. W.

1. *Cor.* 9.

(f) Deest in eod. H.

(g) Veterisque. R.

1. *Cor.* 9.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

CAPUT IV.

De eo, quod ab omnibus primatibus directus sit ad (a) Cent, & quod postea ad Fresiam pervenit.

Bonifacius mittitur ad Cent & Frisiam.

(a) *Cantuariam.* Canthuarienſem. H.

COllecta ergò ſparſim ſuperius ſublimitate ſancti hujus viri virtutum, ſilentio quæ ſequuntur, minimè prætermittenda æſtimamus, quæ & fidelium didicimus relatione virorum, & manifeſta equidem ſcripturæ patefactione exerere curamus, quanta ſuarum perſeverantia virium & cœptis bonis inhæſerat, & ad alia quæque feſtinè properando animum incitaret. Cumque diutius mentem ſupra enumeratis virtutibus edomaret, & de die in diem ad altiora bonorum documenta ſub prædicto ſe presbyteratus gradu proveheret. Jam regnante in (*a*) Weſt, Saxonum Rege, ſubitanea quædam incubuerat, nova quadam ſeditione exorta, neceſſitas, & ſtatim ſynodale à primatibus Eccleſiarum cum conſilio prædicti Regis ſervorum Dei factum eſt Concilium, moxque omnibus in unum convenientibus, ſaluberrima de hac recenti diſſenſione, conſilii quæſtio inter ſacerdotales Eccleſiaſtici ordinis, gradus ſapienter exoritur, & prudentiori inito conſultu, fideles in Domino legatos ad Archiepiſcopum Cantuariæ civitatis nomine (*b*) Berechwaldum deſtinandos deputarunt, ne eorum præſumptione aut temeritate aſſcriberetur, ſi quid ſine tanti Pontificis agerent conſilio. Cumque omnis ſenatus & univerſus Clericorum ordo tam providenti peracta collatione conſentirent, confeſtim Rex cunctos Chriſti famulos allocutus eſt, & cui hujus præfatæ legationis nuntium imponerent, ſciſcitaretur. Tum repentè ſummus in Chriſto Archimandrita, qui prædicto præerat monaſterio, nomine (*c*) Wynberch & Wintra, qui monaſterio quod dicitur Diſſesburg præſidebat, & Beerwald, qui divina cœnobium gubernatione, quod antiquorum nuncupatur vocabulo, (*d*) Gleſtingaburg, regebat, nec non & alii multi hujus ſancti propoſiti Patres, ſanctum hunc virum accitum adduxerunt ad Regem, cui & nuntium Rex & legationis notitiam impoſuit, & adhibitis ſecum ſociis direxit cum pace. Qui etiam nuntio ſibi impoſito juxta mandatum ſeniorum proſpero itinere pervenit ad Cent, & Archiepiſcopo, ſummi Pontificatus infula prædito, ſapienter cuncta, quemadmodum edoctus erat à Rege, per ordinem revelavit; & ſic ſpontaneo accepto reſponſo, poſt non multos dies reverſus eſt ad patriam, præfatoque Rege & prædictis ſervis Dei ſecum aſſiſtentibus, à venerabili Archiepiſcopo ſpontaneum ſcienter detulit reſponſum, & magnum univerſis contulit gaudium. Ac ſic deinceps mira diſpenſationis Dei benevolentia nomen ejus diffamatum eſt, & celebre apud omnes tam ſæculares dignitates, quàm Eccleſiaſtici officii ordines habebatur; ita ut amodo jam in futurum proficiens, Synodali ſæpiſſimè eorum intererat inſtituto. Sed quia mens (*b*) etiam Deo dicata favoribus non attollitur humanis, nec laudibus ſublevatur, cœperat ad alia multa ſollicitudinis cura attentius properare, & parentum affiniumque ſuorum conſortia devitare, & peregrina magis quàm paternæ hæreditatis terrarum loca deſiderare. Sed cum ſic longo temporis intervallo ſecum ſolertiſſimè deliberaret, ut patriam, parenteſque deſereret, tandem arrepto beatæ memoriæ & prædicti patris conſultu, cuncta animi ſui ſecreta, intra conſcientiam antea abſcondita, patenter aperuit, & magna precum inſtantia ad conſenſum ſuæ voluntatis ſancti viri animum provocavit. Qui etiam magna primitus admiratione obſtupefactus, poſcenti ſanè ſupplicantique deſideratum ad tempus contradixit iter, ut cœpti propoſiti ſedaret induſtriam. Sed ad extremum invaleſcente omnipotentis Dei providentia, convaluit ſermo petentis, & tanta Abbatis, fratrumque ſuorum ſecum ſub regulari diſciplina viventium devotione adoptatum inchoaverat iter, Dominoque Deo diſpenſante compleverat, ut ei etiam humani ſumptus ſolatia libenter impenderent, & magna cordis commotione lacrimarum diutius infuſiones, orationumque ſupplicationes pro eo ad Deum funderent. Hic etiam dum ſpirituali confirmatus armatura, & ſæculari ſublimatus ſumptura, utriuſque vitæ ſtipendiis minimè careret, adhibitis ſecum duobus aut tribus fratribus, quorum ſpirituali corporalique indigebat ſuſtentaculo, profectus eſt, ac ſic immenſis peragratis terræ partibus, proſpero ovans fratrum comitatu, pervenit ad locum ubi erat forum (*e*) rerum venalium, & uſque hodie antiquo Anglorum Saxonumque vocabulo appellatur

(*b*) l. ejus jam. Scriv. not. mſ.

(*a*) Male conſtruitur illa oratio: ſic enim debet legi: IN Weſt-Saxonum Rege; ita ut Regem, non locum deſignet; erat enim Inna, ſive IN tunc Weſt-Saxonum rex. BASN. peſſime autem amanuenſis W. qui animadvertens deeſſe regis nomen, ſubjecit illud Caroli, legitque Rege Carolo. BASN.

(*b*) Berchualdus ex Abbate Benedictino Cantuarienſis Epiſc. factus ſedit ab anno 693. ad 731. Mabill. Berchualdum W. apud Othlonum c. 6. legitur Berthualdus. BASN.

(*c*) Winberth Twſpurch & Beorvald. W.

(*d*) Id eſt Glaſtonienſe. Mabill.

(*e*) Londoniam venit, quæ a Beda appellatur multarum emporium terra marique venientium. Mabill.

Digitized by Google

latur (a) Lundenwich, ac non multo transacto postliminio, nautarum naviter novus quidem epibata, consentienti nauclero, ingressus est navem, nauloque impenso, prospero ventorum flatu pervenit ad (b) Dorstet, ibique aliquandiu commoratus, debitum Domino Deo exolvit die noctuque præconium. Sed quoniam gravi ingruente paganorum impetu, hostilis exorta dissensio inter (c) Carlum Principem, gloriosumque Ducem Francorum, & (a) Ratwodum Regem Fresonum, populos ex utraque parte perturbabat; maximaque jam pars Ecclesiarum Christi, quæ Francorum prius in Fresia subjecta erant imperio, Ratwodi incumbente persecutione ac servorum Dei facta expulsione, vastata erat ac destructa; idolorum quoque cultura, exstructis delubrorum fanis, lugubriter renovata. Tum vir Dei, perspecta perversitatis nequitia, pervenit ad (b) Trech, ibique aliquantis expectatis diebus advenientem Regem Ratwodum allocutus est, cùm, circumvallatis ac conspectis terrarum partibus, utrum sibi in futurum prædicationis uspiam patesceret locus, perquireret; proponensque animo, ut si quanam in parte hujus populi Evangelium quàm aditus claresceret, verbi quidem Dei semina ministraret, quod etiam multis transactis annorum curriculis gloriosa martyrum testificatio comprobavit. Sed quia sanctorum singulare munus est sanctitatis, ut dum ad tempus suum sine spirituali virore germinis laborem minimè pollentem perspiciunt; ad alia prorsus loca fœcunda laboris cum fructu migrant: quoniam incassum inhabitatur locus, si & fructus deest sanctitatis. Sanctus enim vir dum sterilem aliquandiu Fresonum terram inhabitaret, & æstatis autumnique aliquantulum tempus præteriret, jam arida cœlestis rore fœcunditatis relinqueret arva, & ad natale sui, secum sumptis conviatoribus, solum migravit, ac monasterii sui secreta petens, & jam ibidem secundi siquidem anni hyemem, tripudiantium fratrum amore susceptus, hyemando (c) transegerat, ut Apostolicam gentium Doctoris vocem imitaretur dicentis; Ibi enim constitui hyemare.

SÆC. VIII. ANNO 780.

(a) H. Rat.

(b) Trecht. W.

(c) id est, transegit. Tit. 3.

CAPUT V.

Qualiter defuncto Abbate suo, cum fratribus aliquantum tempus commoratus est: & postea ad Romam cum commendatitiis Episcopi sui literis pervenit.

Bonifacius Romam petit.

TRanscursis jam ex parte sancti viri virtutibus; subsequentia ejus, quemadmodum rem rumigerulis referentibus, gestam comperimus; patenter proferimus, ut apertior in perpetuum vitæ morumque ejus ad normam sanctæ conversationis illius tendentibus pateat callis. Cumque ingens peregrinationis exegisset discrimen, gurgitumque maris evasisset dispendium; & fratrum suorum iterum reversus se societati dedisset, eorumque contubernio dies deinde plurimos injunxisset; gravi demum mentis correptus est mœrore; & recenti oppressus animi mœstitia, dum senilia jam Magistri membra infirmari conspiceret, extremumque astante Monachorum congregatione, obitus sui diem, languoris convalescente immensitate, vibrando, palpitandoque imminere, & tandem depositò corporis ergastulo, sub tristi mœrentium aspectu fratrem, ultimum efflare spiritum (d) videret. Quia in Sanctorum frequenter cordibus compassionis specialiter condolens refulget pietas, qua ad tempus sedulò solent contristari; sed Apostolico inhærentes præcepto, in Domino jugiter consolantur. Jam blandè adorsus est fratres, & spiritualibus eos colloquiis, paternæ memor traditionis hortatur, ut regularis jugiter constitutionis formam, & Ecclesiasticæ definitionis normam in omnibus conservarent, & ut patris cujuslibet spirituali se subjungerent imperio, instruxit. Tunc omnes unanimiter consonis instabant vocibus, & sanctum hunc virum, qui illo dicitur in tempore Winfrith, cuncti precarentur, ut pastorale super eos Abbatis susciperet magisterium. Sed refutatis mox patriæ facultatibus, & primatu regiminis abjecto, ad prædestinata promptus ac paratus, solerti se cura excusavit, omnemque (d) prohæredum substantiam abnegando renuit. Cum verò hybernale jam tempus præteriret, & calor æstatis candesceret, pristinaque labentis anni renovatur intentio, & omni (e) quippe sollicitudine iter omissum iterando renovare studuit. Tunc literis etiam commendatitiis à beatæ memoriæ (e) Daniele, Dei plebis

1. Thess. 4. & 5.

(d) Cohæredum. W.

(e) Hæc vox deest in ms. W.

(a) Ludenwik. Scriver. n. ms.

(b) Wicduerstede urbs Frisiæ ad fluvium Lacam, vulgo Locke. Mabil. Dorstes, Scriver. n. ms.

(c) Hinc refutamus qui dicunt primam Bonifacii profectionem fuisse an. 704. tunc enim Beroaldus supra memoratus nondum erat Glastoniensis Abbas. Deinde Carolus nonnisi anno 716. bellum gessit adversus Radbodum. Mab.

(d) Distinguendi sunt Winebertus Abbas Notscellensis, qui hic præsente Bonifacio decessit, ab Wigberto Abbate haud dubium Fritislariense, qui Bonifacio absente obierat, & de quo agit epist. 17. Mabill.

(e) Hic Daniel occidentalium Saxonum fuit Episcopus teste Beda l. 5. c. 19. una cum Aldhelmo, successit Puthelmo Episcopo an. 705. fueratque superstes anno 731. quo historiam suam absolvit Beda. Mabill.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

plebis ſpeculatore, acceptis, ad limina Apoſtolorum Romam venire tentavit: quem tamen reſiſtentium aliquandiu fratrum orbata patris impedivit neceſſitas, charitaſque ejulantium ac compaſſio utrobique dolentium, ad tempus obſiſtebat, ita ut magno quidem mentis angore (a) premebatur, & in quam ſe verteret partem, ignorabat: (b) metuebat enim ne grex magiſtro commiſſus jam ſine vigilanti paſtoris cuſtodia, eo decedente, luporum morſibus pateret, & ut peregrè proficiſcendi autumnale ſibi deficeret tempus formidabat. Cumque omnipotens Deus ſolita non immemor pietatis ſuæ clementia, ſervum ſuum animi preſſura perturbatum, & anxio vellet dolore eripere, & jucundum gregi prævidere magiſtrum, jam præfati Antiſtitis erga fratres inteſtina facta eſt meditatio, & bonæ indolis virum, nomine Stephanum, huic præſidere fecit Eccleſiæ: & ſanctum hunc virum per longas peregrinationis vias ire volentem ad loca incolumem deſtinata direxit. Qui protinus quidem valedicens fratribus, profectus eſt, locumque per longa terrarum ſpatia, qui jam prædicto dicitur nomine (c) Lundenwich, voti compos adiit; celocis celeriter marginem ſcandens, cœpit ignotas maris tentare vias, tripudiantibuſque nautis, immenſa, Coro flante, carbaſa conſurgebant, & pleno vento proſperoque curſu oſtia (a) citius fluminis quod dicitur Cuent, omni jam expertes periculi naufragio, aſpiciunt, & ad aridam hoſpites terram veniunt. Sed & caſtrametati ſunt in Cuentawich, donec ſuperveniens ſe collegûm multitudo congregaſſet; omnibuſque collectis, per ſingulos dies, imminente hyemis frigore, provecti ſunt, multaſque Sanctorum Eccleſias orando adierunt, ut tutius, opitulante altithrono, alpina montium juga tranſcenderent, Longobardorumque erga illos humanitatem mitius ſentirent, militumque malitioſam ſuperbiæ ferocitatem facilius evaderent. Cumque Sanctorum ſuffragante patrocinio, & Domino Deo diſpenſante, omnis quippe cohors (d) contubernalium comitatu hujus ſancti viri inhærens limina B. Apoſtoli proſpere aggreſſus eſt, immenſas ſtatim Chriſto pro ſoſpitate eorum grates perſolvunt, atque Eccleſiam S. Petri Principis Apoſtolorum magno cum gaudio ingreſſi, abolitionem peccaminum poſtulantes, diverſa quidem munera quam plurimi detulerunt. Tranſactis hic diebus non multis, ſanctus vir iſte venerabilem Sedis Apoſtolicæ Papam beatæ memoriæ Gregorium à primo ſecundum, & (b) noviſſimo priorem, affatus eſt, qui & vulgarica Romanorum lingua dicitur (e) junior, omnemque ſibi per ordinem itineris ſui atque adventus occaſionem manifeſtavit, & quali (c) annexius deſiderio diutius deſudaſſet, aperuit. Sanctus itaque Papa repentè hilari vultu, arridentibuſque oculis intuitus in eum, inquiſivit, an literas ab Epiſcopo ſuo commendatitias detuliſſet: at ille etiam concitus exempto pallio, chartam ex more involutam (d) literaſque protulit, deditque mirabili ſanctæ recordationis viro, qui ſtatim acceptis literis annuit ei, ut abiret. Apoſtolicus verò Papa perlectis literis, & recenſita commendatitiæ conſcriptionis charta, ſedulum deinceps cum eo habebat quotidianæ diſputationis colloquium, donec proficiſcendi redeundique æſtivum inſtaret tempus.

(a) Premeretur. W.
(b) Ignoraret. W
(c) Ludenwic. W.
(d) Contribulum.
(e) Minor. H.

CAPUT VI. (e)

De ejus reditu ex Roma, mandato Papæ, & quid in Thyringia, Francia, & Freſia, prædicando effecerit: & de geſtis cum Wilibrordo Archiepiſcopo.

(f) Jari. CUm vero Niſan menſis, qui eſt Aprilis, præteriret, & Jair, (f) qui & Majus, jam portæ pateſcerent, tum etiam poſtulata atque accepta Apoſtolicæ Sedis benedictione, & literis, (f) à beatiſſimo Papa ad inſpiciendos immaniſſimos Germaniæ populos directus eſt, ut, an inculta cordium arva Evangelico arata vomere, prædicationis ſemen recipere voluiſſent, conſideraret; ac ſic extemplo collecta numeroſa reliquiarum multitudine, reciproco ſuorum reditu ſervorum, Italiæ fines adiit, (g) optimumque Longobardorum Regem Liodoprandum, pacificis ſalutatum muneribus, compellavit, & honorificè ab eo ſuſcepit; (h) laſſata ex itinere membra requieſcebant. Ac ſic remuneratus ardua ac plana agrorum peragrans ſpatia, prærupta alpium juga tranſcendit, incognitas (i) Baioaricorum, & confines Germaniæ terminos aggrediens,

(a) Oſtia ejus fluminis quod dicitur Tuent. R. Cent. W. Vulgo la Canchie, Tuentavich. R.
(b) Hæc verba, nov. prior. deſunt in mſ. W.
(c) Et anxius deſiderio deſudaſſet. H.
(d) Binas litteras à Daniele acceperat Bonifacius, unas quidem *involutas*, id eſt, ſigillatas, ad Gregorium Papam; alias encyclicas & apertas, ad omnes Chriſtianos: quorum illæ exciderunt, hæ inter Bonifacianas ordine 33. reperiuntur. Scripſit & ipſe Bonifacius epiſtolas tres ad Danielem, cujus itidem epiſtolam refert Serrarius in notis ad epiſtolam III. Mabillon.
(e) Titulus hujus capitis deeſt in cod. mſ. R. quid Bonif. egerit in Turingia &c.
(f) Extant illæ litteræ datæ idibus Maii anno imperii Leonis Aug. indict. II. id eſt an. 719. Mabill.
(g) Allocutus cum Luitprando Rege. R.
(h) Suſceptus, laſſis ex itinere membris requieſcebat. W. R.
(i) *H. Baiuariorum*, l. incognitos Bawariorum.

Digitized by Google

diens, in Thuringiam, juxta mandatum Apoſtolicæ ſedis, conſiderando progreſſus eſt, adinſtar videlicet prudentiſſimæ apis, quæ (a) ſuctim camporum circumvolat arva, & numeroſam redolentium herbarum copiam pennigeris molliter perſtrepens alis circumvolat, carpentique roſtro pertentat melliflua, ubi nectaris lateat dulcedo, & ſuis eam, omni penitus mortiferi ſucci amaritudine contempta, alveariis invehit, & ſecundum quandam Apoſtolicæ ratiocinationis eloquii ſimilitudinem, omnia probat, & quod bonum eſt, tenet. Sanctus itaque vir in Thuringia, juxta inſitum ſibi mandatum Apoſtolici Pontificis, ſenatores, denique plebis totius populi principes, verbis ſpiritualibus affatus eſt, eoſque ad veram agnitionis viam & intelligentiæ lucem provocavit, quam olim ante, maxima ſiquidem ex parte pravis ſeducti doctoribus perdiderunt. Sed & Sacerdotes ac Presbyteros, (b) quorum alii religioſo Dei omnipotentis cultu incaluerunt, alii quidem fornicaria contaminati pollutione, caſtimoniæ continentiam, quam ſacris ſervientes altaribus ſervare debuerunt, amiſerant, ſermonibus Evangelicis, quantum potuit, à malitiæ pravitate ad canonicæ conſtitutionis rectitudinem correxit, admonuit, atque inſtruxit. Et Franciam deinde, fratribus ſecum commeantibus ingreſſus eſt, ſtatimque audita (c) Ratbodi, Freſonum Regis (a) morte, alveum quidem fluminis, magno gaviſus gaudio, navigio aſcendit, optans, quod etiam Freſia recepiſſet verbum Dei; & ad incultas cœleſti prædicatione terras pervenit, jamque atrocis ceſſante Regis Ratbodi perſecutione, doctrinæ cœleſtis ſemina miniſtravit, & verbi Dei fame expulſa, famelicam paganicæ ſuperſtitionis multitudinem pabulo æternæ prædicationis refecit. Cumque deſiderantis (b) repentè mentem ſpontaneus operis ſequeretur effectus, & votiva prædeſtinatæ doctrinæ lux Domino Deo diſpenſante, clareſceret, Carlique Ducis glorioſi ſuper Freſones roboratum eſſet imperium, jam buccina cœleſtis verbi increpuit, & prædicatorum, adveniente ſuperni roris fertilitate, vox intonuit Dei per Wilibrordum virum venerabilem, ac cooperatores ejus propagatus eſt ſermo. Sed quia meſſem quidem multam, operarios ineſſe paucos cerneret, ſanctus hic Dei famulus cooperator etiam factus per (c) tres inſtanter annos Wilibrordi Archiepiſcopi, multumque in Chriſto laborans, non parvum Domino populum, deſtructis delubrorum fanis, & extructis Eccleſiarum oratoriis, præfato Pontifice opitulante, acquiſivit.

Cum verò ſummus hic ſenuerat Pontifex, & ætatis plurimis gravabatur annis, decrevit etiam ſuggerente diſcipulorum cœtu, ut ſolatium ſancti miniſterii ſuæ decrepitæ ſenectuti provideret, & fidelem de parva congregatione virum eligeret, qui laude præeſſe potuiſſet populo. Accitoque huic famulo Dei ſalutari eum inſtructione admonuit, ut Epiſcopalis quippe regiminis ſuſciperet gradum, ad regendum Dei populum ſibi ſubveniret. Qui etiam humiliter repente reſpuens, minimè ſeſe dignum eſſe Epiſcopatus gradu referebat; & ne ſibi tantæ dignitatis faſtigium (d) adoleſcentiæ adhuc in annis conſtituto imponeretur, deprecatus eſt; & quomodo quinquageſimi (e) anni, juxta Canonicæ rectitudinis normam nec dum plene reciperet ætatem, teſtatus eſt, ut omni ſe penitus excuſationis tergiverſatione ab hujus gradus celſitudine declinaret Prædictus itaque tam ſancti præconii Pontifex placidis illum verbis increpavit, & diligenti eum cura ad hujus propoſiti gradum inſtigavit, populique ſubjecti maximam magnopere paupertatem prædiceret, (d) ſed cum neque ſic correptus ad ſuſcipiendum hujus celſitudinis gradum conſentiret, jamque per longas tricationum moras ſpiritualis inter eos orta eſt contentio, & conſona pulchræ diſcretionis facta diſſenſio. Hic verò grandi præventus humilitate, tangi (e) gradu contradixit honoris; ille autem piiſſimi appetitu lucri irretitus, ſalutem concupivit animarum. Cumque ſic diverſa jam ſermocinationum verba invicem protuliſſent, & ſanctus hic Dei ſervus velut in ſpirituali quodam (f) ſtudio poſitus, placidæ prorſus excuſationis exerens ſermonem ait: O ſuimæ ſanctitatis Pontifex, O ſpiritualis proreta agonis. Ego enim à B. ſanctæ recordationis Gregorio Papa Germanicis mandatum gentibus detuli: Ego Apoſtolicæ Sedis legatione fungens ad occidentales Barbarorum regiones ſponte tuæ me gubernationis dominio injunxi, & propriæ voluntatis arbitrio ignoranto, ſublimatu dominorum copulavi: Quorum uſque in hodiernam diem ſponſionis voto

Sæc. VIII. Anno 780.

(a) Suorum. H. 1. Theſſ. 5.

(b) Hæc verba deerant in cod. mſ. R.

(c) Radbodi.

(d) Prædixit. W.

(e) Tanti W. leg. tanti gradum.

(f) Stadio. W.

(a) H. Radbodi Friſonum Regis mors contigit eodem quo Bonifacii reditus ex urbe anno, ſcil. 719. de hac morte Radbodi Bonifacio Presbytero gratulatur Bugga ſeu Eadburga Abbatiſſa epiſt. 35. inter Bonifacianas, in qua mentionem facit revelationis Bonifacio factæ de futurâ meſſe ipſius apud Germanos & Libri de Paſſionibus Martyrum, quem Bonifacius Martyr ipſe futurus ſibi tranſmitti petierat. Mabillon.

(b) Uterque codex habet repentem. legendum repente. Canis.

(c) Scribunt alii tredecim annos, Liudgerus in vita S. Gregorii Trajectenſis Abbatis & Huchaldus in vita S. Lebuini, ſed legendum *tres anni*. Nam anno 723. hoc eſt, quatuor annos poſtquam in Germaniam fuerat directus, ordinatum a Gregorio II. fuiſſe patet. Mabillon.

(d) Male illum natum anno 670. dicunt aliqui; non enim fuiſſet adoleſcens anno 720. Mabillon.

(e) Nullæ Eccleſiaſticæ leges vetant Epiſcopum ante annum 40. ordinari, bene ante trigeſimum; ſed Bonifacius ſpectare videtur ad Numerorum caput VIII. verſ. 24. Iſtuc certe reſpexit Gregor. Magnus dialog. lib. 2. cap. 2. dum Moſis legem Paſtoribus applicat. In vita Sylveſtri Papæ locus extat qui huic verſui explicando aptari poteſt. Mabillon.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

voto conſtrictus ſum, ac ſervituti ſubjectus. Qua propter ſine Apoſtolicæ Sedis conſultu & authenticæ juſſionis mandato tam præclaræ ſublimitatis ordinem ſuſcipere non audeo: ſed & alia quoque rationabili petitionis ſupplicatione verba proferebat, dicens: Obſecro igitur, ut me propriæ ſponſionis vinctum catenis, ad has, ad quas primitus à Sede Apoſtolica miſſus ſum terras, deſtinando dirigas. Cui protinus vir Dei, audita tantæ profeſſionis cauſa, data ei benedictione, licentiam dedit abeundi, qui etiam proficiſcens, pervenit ad locum, cui nomen inſcribitur Amanaburch, juxta 1. *Tim.* 4. Apoſtolum enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus eſt.

(a) CAPUT VII.

Quomodo Saxonum & Heſſorum populos convertit, & de geſtis ſuis nuncium Romam miſit, eodemque mox ipſe evocatus, cum Papa collocutus eſt.

Bonifac. Saxones & Heſſos convertit.

PEr ſingulos enim à procemio gradus virtutis documenta, & laboris in Domino conſtantiam hujus ſancti viri perſtrinximus, ut ſequentia ſubtilius bonorum ejus exempla conglobatum ad memoriam revocemus. Cumque ingentem Domino populum in (a) Educati. H. Freſonis acquireret, multique ab eo ſpirituali doctrina (a) edocti, ad agnitionem veritatis, irradiantibus veræ lucis radiis pervenerunt. Tunc quippe Domino patrocinante alias Germaniæ prædicandi cauſa partes adiit, & ſupradictum locum, cui gemini præerant Germani; (b) Detic videlicet & Dierolf, Domino auxiliante obtinuit, eoſque à ſacrilega idolorum cenſura, qua ſub quodam Chriſtianitatis nomine malè abuſi ſunt, revocavit. Ac plurimam populi turbam, rectæ patefacta intelligentiæ via, errorum depoſito horrore, à malivola gentilitatis ſuperſtitione retraxit, & monaſterii, collecta ſervorum Dei congregatione, cellam conſtruxit. Similiter & juxta fines Saxonum, Heſſorum populum paganicis adhuc ritibus oberrantem, à dæmoniorum, Evangelica prædicando mandata, captivitate liberavit, multiſque millibus hominum, expurgata paganica vetuſtate, baptizatis. Idoneum quippe nuncium, ac fidelem ſuarum literarum portitorem, nomine (c) Binnan Romæ direxit, patrique venerabili Apoſtolicæ ſedis Pontifici univerſa quæ circa illum Domino dominante facta ſunt, muta quidem litera miniſtrante, per ordinem revelavit: & ut magna ſiquidem multitudo hominum, divino illuſtrante Spiritu, regenerationis perciperet ſacramentum, manifeſtavit. Sed & de rebus, quæ ad quotidianam Eccleſiæ Dei neceſſitatem (b) Plura. H. populique proventum pertinebant, (b) plurima ob conſilium ſedis Apoſtolicæ interrogando conſcripſit. Cum enim aliquantos dies præfatus hic nuntius prædicto maneret loco, & jam reditus ſui tempus inſtaret, tum etiam à præfato ſedis Apoſtolicæ (c) Vitioſe adverſus. R. Pontifice mutuum legationis ſuæ reſponſum accepit, & ſtatim (c) reverſus chartam ſedis Apoſtolicæ conſcriptionis jam non multo tempore tranſacto magiſtro attulit. Cumque ſanctus vir allatas legiſſet literas carptim, ſe invitatum ad Romam intellexit, feſtinusque ſummum obedientiæ gradum implere tentavit, clientumque confeſtim ſtipatus caterva, & fratrum circumſeptus agmine, Francorum ac Burgundionum Italiæque jam collibus alpium tranſcenſis, limitum fines militumque terminos tranſmigravit, & Romanæ urbis mœnibus conſpectis, altithrono repentè condignas gratiarum laudes rependit. Et ad beati Petri Eccleſiam mox perveniens diligenti ſe oratione munivit. Cum verò laſſata pauliſper membra quieviſſet, jam beato Gregorio Sedis Apoſtolicæ Pontifici nuntiatum eſt, quod hic Dei famulus adveniret. Qui etiam bene ſuſceptus in xenodochium adductus eſt. Adveniente itaque opportuno collocutionis eorum die, & ad baſilicam beati Petri Apoſtoli, adventante glorioſo Sedis Apoſtolicæ Pontifice, confeſtim hic Dei famulus invitatus eſt; & cum paucis ad invicem ac pacificis ſe ſalutaſſent verbis, jam de ſymbolo & fidei Eccleſiaſticæ traditione Apoſtolicus illum Pontifex inquiſivit. Cui mox hic vir Dei humilliter reſpondit, dicens: Domine Apoſtolice, novi me imperitum; jam (d) peregrinus veſtræ familiaritatis ſermone: ſed quæſo ut (e) otioſum mihi tempus conſcribendæ fidei concedas, & muta tantum litera meam rationabiliter fidem adaperiat, qui etiam protinus conſentit, & ut feſtinè hanc ſcripturam deferret, imperavit. Cumque aliquanto temporis evoluto ſpatio, fidem S. Trinitatis urbana eloquentiæ ſcientia conſcriptam detuliſſet, reddiditque præfato Pontifici; expectavit nihilominus quippe dies adhuc aliquos, ſic ſaltim reinvitatus eſt, & (f) Lateranum introductus humiliter prono vultu protinus poſtulata benedictione pedibus Apoſtolici Pontificis advolutus eſt. Quique repentè elevavit eum à terra, & chartam in qua integra & incorrupta patuit fidei veritas, huic Dei famulo reddidit,

(d) Peregrino ut (e) otium mihi temporis. W. R.

(f) R. Lateranem.

(a) In cod. mſ. R. Titulus capitis deerat.
(b) *H. Deetic vi. & Deorvulf.* Dectic & Dorulf. W.
(c) *H. Bynnan.* Othlonus Binnam. CANIS. Othlonus in vita Bonifacii Dieticum & Durolphum. CAN.

Digitized by Google

dit, eumque conſedere fecit, & ſalutari eum admonitionis doctrina inſtruxit, ut hanc ſine intermiſſione intemeratam fidei munitionem conſervaret, & aliis inſtanter ſuarum pro poſſibilitate virium prædicaret. Multa quoque alia de Religione ſanctitatis & fidei veritate ſciſcitando profert, ita ut omnem pœnè diem pariter colloquendo alternatim ducerent, & ad extremum qualiter per devia prius facinorum oberrantes, fidei documenta, ſua prædicatione, perciperent, ſciſcitatus eſt: & cùm pro certo comperiſſet, quòd maximam quidem multitudinem plebis à ſacrilega dæmonum cultura, ad conſortium ſanctæ Eccleſiæ adſciſceret, intimavit quippe ei, quia Epiſcopatus ſibi imponere gradum (*a*) voluiſſet, populisque paſtorali prius ſollicitudine privatis, & juxta ſententiam Domini Dei noſtri, jacentibus ſicut oves, non habentes paſtorem, præferre: ſed quia contradicere huic tanto Pontifici Apoſtolicæ Sedi Prælato non auderet, conſentit etiam & obedivit. Sicque Summus ſanctæ autoritatis Pontifex diem conſtituit ordinationis, id eſt, pridie (*a*) Calendarum Decembrium. Cumque ſanctus ſacræ ſolennitatis dies, & natalitius ſancti Andreæ, & præfinitæ ordinationis, illuxiſſet, jam ſacer ſedis Apoſtolicæ Pontifex Epiſcopatus ſibi & nominis, quod eſt (*b*) Bonifacius, impoſuit dignitatem, eique libellum, in quo ſacratiſſima Eccleſiaſticæ conſtitutionis jura pontificalibus ſunt digeſta conventibus commodavit, & ut ex hoc inconvulſa apud ſe pontificalis hæc diſciplina, & inſtitutionum ordo permaneret, populique ſubjecti his imbuantur exemplis imperavit. Sed & familiaritatem ſanctæ ſedis Apoſtolicæ tam ſibi, quàm omnibus ſibi ſubjectis ex hoc in futurum condonavit, & Caroli Ducis glorioſi ſuis ſacratiſſimis literis regni munimine ac devotione ſanctum hunc virum Epiſcopatus gradu pollentem ſubjugavit.

SÆC. VIII. ANNO 780.

(*a*) Invaluiſſet. R. H.

(*c*) CAPUT VIII.

Quomodo Roma diſcedens Carlum Francorum Ducem adiit, & quid in Heſſis ac poſtea in Thyringia prædicando effecit, de tyrannis, & depravata Religione in eadem provincia: de nunciis iterum Romam miſſis, & duobus ædificatis monaſteriolis.

Bonifac. Carlum ducem adit.

IS autem dum per longos viarum anfractus ingentium populorum adiſſet confinia, jam quidem ad præfatum Francorum Principem venit, & venerabiliter ab eo ſuſceptus literas prædicti Romani Pontificis, ſedisque Apoſtolicæ Carlo Duci detulit, ejuſque dominio ac (*d*) patrocinio ſubjectus ad obſeſſas ante ea Heſſorum metas cum conſenſu Carli Ducis rediit. Cum verò Heſſorum jam multi Catholica fide ſubditi, ac ſeptiformis ſpiritus gratia confirmati manus impoſitionem acceperunt, & alii quidem nondum animo confortati, intemeratæ fidei documenta integrè percipere renuerunt, (*e*) alii etiam linguis & faucibus, clanculo, alii verò apertè ſacrificabant, alii verò aruſpicia & divinationes, præſtigia atque incantationes occultè, alii quidem manifeſtè exercebant: alii quippe auguria & auſpicia intendebant, diverſosque ſacrificandi ritus incoluerunt: alii etiam, quibus mens ſanior inerat, omni abjecta gentilitatis prophanatione, nihil horum commiſerunt. Quorum conſultu atque conſilio (*b*) arborem quandam miræ magnitudinis, quæ priſco paganorum vocabulo appellatur Robur (*f*) Jovis, in loco qui dicitur (*g*) Gaeſmere, ſervis Dei ſecum aſtantibus, ſuccidere tentavit. Cumque mentis conſtantia confortatus arborem ſuccidiſſet, magna quippe aderat copia paganorum, qui & inimicum Deorum ſuorum (*c*) intraſſe diligentiſſimè devotabant, ſed ad modicum, quidem arbore præciſa, confeſtim immenſa roboris moles divino deſuper flatu exagitata, palmitum confracto culmine corruit, & quaſi ſuperni nutus ſolatio in quatuor etiam partes diſrupta eſt, & quatuor ingentis magnitudinis æquali longitudine trunci abſque fratrum labore aſtantium apparuerunt. Quo viſo prius devotantes pagani etiam verſa vice benedictionem Domino priſtina abjecta maledictione (*d*) credentes

(*b*) Robo-rem quendam. H.

(*c*) intra ſe. W.

(*d*) Ardentes. R.

(*a*) Nimirum Leonis Imperat. anno VII. Conſtantini ejus filii anno IV. ind. VI. ut fidem faciunt tum profeſſio fidei S. Bonifacii, tum epiſtolæ Gregorii Papæ inferius ab Othlono referendæ: proindeque an. Ch. 723. Hinc conſpicuum eſt Bonifacium non annos 13. cum S. Willibrordo collaboraſſe in Evangelico negotio & a Gregorio II. non III. fuiſſe ordinatum, quod etiam ex ſequentibus conſtat. Mabillon.

(*b*) Alias enim appellabatur Winfridus, ut ſuperius obſervatum. BASN.

(*c*) In cod. R. non diſtinguebatur caput illud a priori. CANIS.

(*d*) Othlonis Gregorii ad Carolum ducem litteras refert lib. I. cap. 16. Caroli vero litteras quibus Bonifacium in ſuum urbi mundeburn & defenſionem admittit, lege ſis inter Bonifacianas epiſtolas ordine 32. Mabillon.

(*e*) Renuerunt, optima lectio; alii enim male legunt *percipere retinuerunt*. Sed mox ſubſequitur depravatio maxima, quid enim ſibi vult author dum narrat illos qui dogmata fidei percipere renuebant, *linguis & faucibus* ſacrificaſſe? an intelligit numinis alicujus ceciniſſe laudes? ſed non indicatur quodnam fuerit numen illud. Conſtat autem ligna & aquas coluiſſe veteres Germanos cum Perſis, Græcis, Latiniſque; reponendum igitur *Lignis & fontibus* ſacrificaſſe. BASN.

(*f*) Roborio bis. H. Roburionis. R.

(*g*) Geſmeri. W. Geiſmaria fuit vicus in Haſſia inferiore, nunc urbs. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

tes reddiderunt. Tunc autem ſummæ ſanctitatis antiſtes, conſilio inito cum fratribus, ligneum ex ſupradictæ arboris (a) metallo oratorium conſtruxit, eamque in honorem S. Petri Apoſtoli dedicavit, atque univerſis quæ prædiximus completis, & ſuperno ſuffragante nutu peractis, ad Thuringiam profectus, & ſeniores plebis, populique principes affatus eſt, eoſque relicta ignorantiæ cæcitate, ad acceptam (a) dudum Religionem Chriſtianitatis iterando provocavit. Quia faceſſante ſuorum Regum dominio, magna quidem eorum Comitum multitudo ſub (b) Theotbaldi & Hedenes periculoſo primatu, qui lugubre ſuper eos tyrannici ducatus, & infeſtum vaſtationis potius, quàm devotionis obtinebant imperium, vel corporali per eos præventa morte, vel hoſtili ſiquidem eductione captivata eſt, in tantumque diverſis conſtricta malis, ut cætera quæ manebat reſidua populi turba, Saxonum ſe ſubjecerat principatu. Quo ceſſante Religioſorum Ducum dominatu, ceſſavit etiam in eis Chriſtianitatis & Religionis intentio, & falſi ſeducentes populum introducti ſunt fratres. Qui ſub nomine Religionis maximam hæreticæ pravitatis introduxerunt ſectam, ex quibus eſt (b) Torthunne & Berehthere, Tanbercht & Hunred fornicatores, & adulteri, quos juxta Apoſtolum judicavit Deus. Qui validiſſimum adverſus homines Dei excitaverunt conflictum. Sed veris verborum oppoſitionibus confutati dignam recompenſationis ſortiti ſunt ſententiam. Cumque renovatus per populum fidei illuxiſſet candor, & plebs ab ingenti erroris ereptus eſt laqueo, jam expulſis profani hoſtis amicis, & infeſtis populi ſupradictis ſeductoribus, meſſem quidem multam cum paucis admodum meſſoribus incoluit, & magnam primitus mundi hujus penuriam ac frugalitatem ſuſtinuit, magniſque tribulationum anguſtiis coarctatus, verbi Dei ſemina propagavit. Sed cum credentium paulatim polleſceret multitudo, prædicatorum quoque multiplicatus eſſet catalogus, tunc etiam Eccleſiæ repentè inſtaurantur, & prædicatio ejus doctrinæ multiformiter emanavit, monaſteriumque congregata ſervorum Dei unitate, de Monachorum ſumma ſanctitate, conſtructum eſt in loco qui dicitur (c) Ordorp. Qui propriis ſibi more Apoſtolico manibus victum, veſtitumque inſtanter laborando acquiſierunt: ſicque ſanctæ rumor prædicationis ejus diffamatus eſt, in tantumque inolevit, ut per maximam jam Europæ partem fama ejus perſtreperet, & ex Britanniæ partibus ſervorum Dei plurima ad eum tam lectorum quàm etiam ſcriptorum aliarumque artium eruditorum virorum congregationis convenerat multitudo. Quorum quippe quam plurimi regularum ſe ejus inſtitutione ſubdiderunt, populumque ab erratica gentilitatis profanatione plurimis in locis evocavere. Et alii quidem in provincia (c) Heſſorum, alii etiam in Thuringia diſperſi latè per populorum pagos ac vicos verbum Dei prædicabant. Cumque ingens utriuſque populi multitudo fidei Sacramenta, multis millibus hominum baptizatis, perciperet, jam defuncto beatæ memoriæ Gregorio ſecundo Sedis Apoſtolicæ Papa, & glorioſo præfatæ Sedis Gregorio Juniore Apoſtolici culminis Cathedram præſidente, denuo Romam nuntii ejus venerunt, ſanctumque Sedis Apoſtolicæ Pontificem allocuti ſunt, eique prioris amicitiæ fœdera, quæ miſericorditer ab Anteceſſore ſuo, S. Bonifacio, ejuſque familiæ collata ſunt, manifeſtaverunt: ſed & devotam ejus in futurum humilitatis Apoſtolicæ Sedi ſubjectionem narraverunt, & ut familiaritati ac communioni ſancti Pontificis atque totius Sedis Apoſtolicæ ex hoc devotè ſubjectus communicaret, quemadmodum edocti erant, precarentur. Statim ergò S. Sedis Apoſtolicæ Papa pacificum profert reſponſum, & ſuam Sedisque Apoſtolicæ familiaritatem & amicitiæ communionem tam ſancto Bonifacio, quàm etiam ſibi ſubjectis condonavit, ſumptoque (d) Archiepiſcopatus pallio cum muneribus diverſisque Sanctorum reliquiis legatos honorificè remiſit ad patriam. Advenientibus ergò nuntiis ac ſpontanea viri Apoſtolici referentibus reſponſa, jam gratulabundus Apoſtolicæ ſedis nimium confortatus devotionis ſuffragio, opeque divinæ miſericordiæ inſpiratus, duas videlicet Eccleſias Domino fabricavit; unam quippe in Frideſlare, quam in honorem ſancti Petri Principis Apoſtolorum conſecravit, & alteram in (e) Amanaburch; hanc etiam in honore ſancti Michaelis Archangeli dedicavit. Duo quoque Monaſteriola duabus injunxit Eccleſiis, hisque non minimam ſervientium Deo multitudinem ſurrogavit, ita ut uſque hodiè gloria & benedictio & gratiarum actio Domino Deo devote (f) confertur. Hisque omnibus ritè confectis, Baioariorum, temporibus (g) *Hutperti* Ducis, terras adiit, prædicationisque ſtudium apud eos diligentiſſimè exercuit, & multas conſiderando circuit Eccleſias. Tantoque dominicæ fortitudinis zelo armatus eſt, ut quendam quidem ſchiſmaticum hæretica pravitate deceptum nomine (h) *Eremuulſum*, juxta Cano-

(a) Materia. W.

(b) *H. Theotbalch.* W. Theobaldi & Bedenis, alii.

Hebr. 13.

(c) *H. Heſorum alii etiam in Thyringia.*

(d) Vide Othlonum l. 1. c. 36. & 37.

(e) *H. Hamanaburch.*

(f) Conferatur. W.

(g) *H. Hucperti.* Huguberti. W.

(h) *H. Eremuulſum.*

(a) Thuringia a Theodoricâ filiâ ſubacta Chriſtianas leges ſuſceperat, teſte Gregor. Turon. l. 3. c. 4. 7. & 9. Mabillon.

(b) *H. Torchtuvine, & Berchthere, Ramberchs & Hunrati. Hunrad.* W.

(c) Orthorphf. W. Conſtructum eſt quæ dicitur Ordorp. R. Ordorpenſe, Monaſterium S. Benedicti in Turingia ad Oram fluvium non longe ab Erfurt, vide Othlon. lib. 1. cap. 23. Mabillon.

Digitized by Google

Canonum decreta damnavit, atque abjecit, & populum à perverſa ſectæ ejus idolo- SÆC.
latria correxit, & ad fratres ſub ſuæ (a) diœceſeos gubernatione conſtitutos rurſus VIII.
migravit, juxta illud Apoſtoli: Cupiditatem habens veniendi ad fratres. ANNO 780.

CAPUT IX. (b)

Rom. 15.

De (c) tertia ejus Romam itione, & quomodo in reditu ad Odilonem Baioariorum Ducem invitatus divertit, & quatuor in Baioariis Epiſcopatus erexit: ac in Francia ſub Charlomanno & Pipino Ducibus celebratis Synodis orthodoxam Religionem reſtauravit.

Tertium Bonifacii iter.

IGitur hujus viri aliquantiſper meritorum documenta excerpſimus, ut quanto ſe religionis regimine per cunctos ætatis ſuæ gradus indeſinenter rexerit, brevi videlicet proferamus ſermone. Quoniam quidem diutinus ſanctorum uſus eſt, ut quotidie aliorum per exempla ad meliora ſe provehant, & decreſcente dierum calculo, creſcat in eis etiam intimi virtus amoris. Cumque Eccleſiarum erat non minima in Haſſis & in Thuringia multitudo extructa, & ſingulis ſinguli providerentur cuſtodes: Tum etiam tertiò propter familiarem ſancti Apoſtolici Pontificis, totiusque Clericatus communionem, diſcipulorum comitante cœtu, Romam venit, ut Apoſtolici videlicet patris ſalubri frueretur colloquio, & ſanctorum ſe, jam ætate provectus, orationibus commendaret. Aſt ubi poſt immenſam itineris vaſtitatem Domino Apoſtolico Gregorio (d) Juniore II. præſentaretur, benignè ſuſceptus eſt ab eo, tantaque à cunctis tam Romanis, quam etiam advenis veneratione habebatur, ut multi ad ſalutarem ejus doctrinam confluerent. Francorum enim & Baioariorum, nec non ex Britannia advenientium Saxonum, aliarumque provinciarum ingens ſedulo ejus admonitione adhærebat multitudo. Cumque non minimum anni ſpatium morabatur in his regionibus, & ſanctorum peragrando atque orando circuiſſet reliquias, tunc quippe reſalutato venerando viro, ac Sedis Apoſtolicæ Pontifice, cum muneribus & reliquiis Sanctorum honorificè ditatus remeavit, Italiamque perveniens, Ticene urbis ingreſſus eſt mœnia, & apud honorandum Longobardorum (a) Luitbrandum Regem, jam ſenio feſſis membris, requieſcebat, & recedens non ſolum invitatus Baioariorum ab (b) Otilone Duce; ſed & ſpontaneus viſitavit incolas, manſitque apud eos diebus multis, prædicans & evangelizans verbum Dei, veræque fidei ac Religionis Sacramenta renovavit, & deſtructores Eccleſiarum populique perverſores abigebat. Quorum alii pridem falſo ſe Epiſcopatus gradu prætulerunt, alii etiam presbyteratus ſe officio deputabant, alii hæc atque alia immemorabilia fingentes, magnum populum ſeduxerunt. Sed quia ſanctus vir jam ab infantia Deo deditus, injuriam Domini ſui non ferens, ſupradictum Ducem, cunctumque vulgum ab injuſta hæreticæ falſitatis ſecta, & fornicaria Sacerdotum deceptione coërcuit, & provinciam Baioariorum, (c) Otilone Duce conſentiente, in quatuor diviſit parochias, quatuorque his præſidere fecit Epiſcopos: quos ordinatione ſcilicet facta in Epiſcopatus gradum ſublevavit: quorum primus nomine Joannes Eccleſiæ in oppido, quod dicitur Saltzburg, Epiſcopatus Cathedram ſuſcepit. Secundus (e) Erembercht, qui Friſingenſis Eccleſiæ ſuperſpeculatoris tenuit principatum: Tertius (f) Gaibald, qui Eccleſiæ civitatis Reginæ paſtorale excubitoris ſubiit magiſterium. (d) Quartus Vivilo, qui ſuper Patavienſem Eccleſiam ſacræ indagatiotionis obtinuit dignitatem. Cumque omnia confirmato Chriſtianitatis ordine rite agerent, & Canonum jura in Baioariis recuperata, jam ad proprias remeando rediit Eccleſias, populique ſibi commiſſi curam gerens, caulasque gregum circumſpiciens, & excubias plebis providens, oves à nefandis luporum morſibus eripuit. Cumque Carli Ducis glorioſi temporale (e) finitum eſſet, & regnum & filiorum ejus Carlomanni & Pipini roboratum eſt imperium. Tunc quippe Domino opitulante ac ſuggerente ſancto Bonifacio Archiepiſcopo, religionis Chriſtianæ confirmatum eſt teſtamentum, & orthodoxorum Patrum ſynodalia ſunt in Francis correcta inſtituta, cunctaque Canonum auctoritate emendata atque expiata; & tam laicorum injuſta concubinarum copula, partim exhortante ſancto viro, ſeparata eſt, quàm etiam Clericorum nefanda cum uxoribus conjunctio ſejuncta ac ſegregata. Tantusque in ſupradictis Ducibus divinæ

In Laſſis & Tyringia. H.

(a) Liobrandum. W.

(b) R. *Adilone.*

(c) R. *Osilo.*

(d) Deſunt illa in cod. R.

(e) Futurum eſſet.

(a) Dioceſeos gubernationis. R.
(b) Titulus cap. deeſt in R. CANIS.
(c) Hæc tertia profectio incidit in annum 738. Mabil.
(d) Minore ſecundo H. Hic eſt Gregorius tertius.
(e) Eremperch qui ſuper Friſingenſem Eccleſiam ſpeculatoris. W. ſuperſpeculationis. Guibalt. W. R.
(f) Gaibalch. H. Goibaldum alii. fuit Ratiſponenſis Epiſcopus, quæ olim civitas Reginum dicebatur. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780. divinæ charitatis, per doctrinam ſancti Bonifacii fervor exarſit, ut plebem quidem à perverſa inolitæ conſuetudinis cenſura multùm liberarent, qua proprio implicata arbitrio, & hæreticorum decepta ſuggeſtione, jura æternæ hæreditatis amiſerat. Adeo enim ſpiritualis in populo doctrinæ lucem hæreticorum ſuffocaverat ſecta, ut tenebroſa hæreticæ deceptionis caligo magnam ſiquidem plebis obtexerat partem, ex quibus quidem (*a*) Elberchtus & Clemens à via veritatis populum, profana pecuniarum cupiditate ſeducti, jugi averterunt ſtudio. Sed à S. Bonifacio Archiepiſcopo, conſentientibus Carlomanno & Pipino Ducibus glorioſis, ab Eccleſiæ unitate expulſi, juxta Apoſtolum, traditi ſunt ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fiat in die Domini.

CAPUT X.

Bonifacii Mors.

Qualiter (b) per omnem ætatem ſuam prædicationis ſtudium exercuit, & quali hunc mundum fine dereliquit.

COnvenientibus in unum Epiſcopis, ac Presbyteris, Diaconibusque ac Clericis, omnique gradu Eccleſiaſtico, quos inclitæ recordationis Carlomannus Dux ſub regni ſui imperio adſciſcere fecit (*a*) quater ſynodale factum eſt concilium, in quo Bonifacius Archiepiſcopus Moguntiæ civitati, ipſo Carlomanno conſentiente ac donante, pontificatu præſidens, Romanæ Eccleſiæ ſedisque Apoſtolicæ legatus, quatuor (*c*) principalium ſynodorum numeroſa canonum conſtituta, primum miſſus à S. & venerabili ſedis Apoſtolicæ Pontifice Gregorio juniore, à primo ſecundo, & Gregorio à ſecundo juniore, cum primo tertio, viro honorabili, ob ſalutare doctrinæ cæleſtis augmentum admonuit conſervare: & quemadmodum in Nicena Conſtantino Auguſto orbis Monarchiam gubernante, Arriani everſa eſt perfidia blaſphemiæ. Et 150. Patrum, Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli imperante, congregatio quendam Macedonium, Spiritum S. Deum eſſe refutantem, condemnavit. Atque 200. Epiſcoporum unitas ſub Juniore Theodoſio apud Epheſinam urbem adventata, Neſtorium geminas

(*a*) *quatenus.*

(*a*) *H. Eldeberchs* Addeberch. W. leg. Adelbertus. Noti ſatis illi ſeductores, qui viros & fœminas pretio dicto conducebant, ut ſe claudos cæcoſque fingerent & ſanitatem ope Adelberti & Clementis recuperarent. Non modo expulſi fuerunt ab Eccleſia, ſed Clemens carceri mancipatus, conſentiente Carlomanno. BASN.

(*b*) Titulus cap. deeſt in mſ. cod. H. CANIS. aliter legitur hic titulus apud Mabillon. Qualiter Synodalia jura in Francia ſæpius celebrans in Freſiam prædicaturus perrexit. BASN.

An. 744. (*c*) I. De Concilio Sueſſionenſi cui præfuiſſe Bonifacium ſumma animi contentione tuentur eruditi, hæc interpretatur Mabillon. Actorum Bened. Sæc. III. p. 2. movet tamen ipſi ſcrupulum, quod Bonifacius hic dicatur *Archiepiſcopus Moguntinæ civitatis*, & Concilium Carolomanni juſſu convocatum. Aliam deinde habet difficultatem, quod narret Willibaldus, *quintum Synodale factum eſſe Concilium.* Meretur fidem Willibaldus, qui ipſe Concilio Germanico interfuerat. Batavia Sacra p. 1. p. 72. Quatuor igitur alia ſub Carolomanno Concilia fuerunt antea, quanquam nulla ſuperſit eorum memoria, tria autem occurrunt; primum ad Danubium, de cujus indictione extant Gregorii II. Litteræ apud Othlonum l. 1. c. 30. Secundum in Germania, in quo ſeptem capitula ſunt condita, anno ſequenti in Liptinenſi confirmata. Hæc Mabillonius loco indicato, quæ breviter debent elucidari.

II. Non agi credam hic de Concilio Sueſſionenſi, cui non præfuit Bonifacius. I. anno 744. nondum venerat in Neuſtriam, nec dum Legatus totius Galliæ a Pontifice fuerat creatus; dum enim Romæ de Adalberto & Clemente agitarentur controverſiæ ſub Zacharia, Legationis Bonifacianæ in Germania tantum, non vero in Gallias, fit mentio. II. Verum eſt quod aſſerit Willibaldus, Concilium cui præfuit Bonifacius, à Carolomanno fuiſſe convocatum. Non igitur debet de Sueſſionenſi Synodo intelligi, non Carolomanni, ſed Pipini juſſu habito. Cap. 10. III. Non legitur in Concilio Sueſſionenſi nomen Bonifacii; omiſſum tamen non fuiſſet, ſi Bonifacius Præſes cum cæteris ſubſignaſſet. IV. Si conferantur quæ refert Willibaldus de quotidianis bellorum ſuſpicionibus & infeſta circumvallantium Barbararum Gentium ſeditione, cum Canone ſecundo Concilii Liptinenſis, in quo imminentia *Bella & perſecutiones caterarum Gentium quæ in circuitu noſtro ſunt*, indicantur, eadem facile judicabit. Nos igitur, quæ hic memorat Willibaldus, de Concilio Liptinenſi intelligendum arbitramur. Liptinæ autem domus erat Regia in agro Camera-

cenſi ſub ditione Carolomanni in cujus imperio Legatus fuit tunc temporis Bonifacius.

III. Difficultates ſuperſunt aliquæ nunc ſolvendæ. Legitur apud Willibaldum hoc quintum fuiſſe Concilium, cum tantummodo tria nobis innoteſcant. Obſervandum primo, hic variare codices: alii legunt *quatenus*, alii *quater*; ſic enim habet Caniſius: *quater Synodale factum eſt Concilium.* Mabillonius ſolus habet *quintum.* Secundo, nemo dubitat tria fuiſſe Concilia a Bonifacio convocata. Prius ad Danubium, ſecundum Ratiſponenſe, poſterius Liptinenſe. Quid ſi legas leviſſima mutatione *ter Synodale factum eſt Concilium?* nulla remanebit difficultas. Tria enim hic apparent Concilia.

Tertio, refert Willibaldus in Concilio poſteriori confirmata Decreta Concilia Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, & Chalcedonenſis; illa tamen non leguntur in Concilio Liptinenſi, convenireque videntur Sueſſionenſi, in quo conſtituitur, fidem quam conſtituerunt 318. *Patres Nicæni, denuntiari per totam Regionem noſtram.* At negari non poteſt hic multo plura dicere Willibaldum, quàm Concilium Sueſſionenſe, in quo de Decretis Conſtantinopolitanis, Epheſinis & Chalcedonenſibus nulla fuit mentio. Aliud peccat itidem hic autor, qui quintum & ſextum Concilium adverſus Monothelitas omiſit. Tantam igitur fidem non meretur hic ſcriptor, mihique ideo non videtur fuiſſe coætaneus Bonifacio; niſi tamen ipſius Commentarium his verbis Concilii Germanici, quod anno ſequenti fuit in Liptinenſi confirmatum, aptare velis; ſtatuit enim Carlomannus *Concilium haberi ut ipſo præſente Canonum decreta; Eccleſiæ Jura reſtaurentur & Religio Chriſtiana emendetur*: quæ verba de priorum Conciliorum Canonibus poſſent explicari; & ea ratione excuteretur difficultas.

Non facile ſolvi poteſt quod aſſerit author, Bonifacium fuiſſe tunc *Archiepiſcopum Moguntinæ civitatis.* Auget difficultatem, quod Zachariæ nullam fecerit mentionem, ſub cujus Pontificatu hanc obtinuit dignitatem; indicantur enim hic Gregorius II. qui junior à veteribus fuit dictus, & Gregorius III. qui illum Legatum creaverant. Conſtat Bonifacium non fuiſſe Moguntinum Archiepiſcopum niſi an. 745. quo Gewilieb Geroldi filium & ſucceſſorem *cum avibus canibuſque jocantem depoſuit* & illius ſedem occupavit. An igitur tempora anticipat Author, an forſan Bonifacio longe poſterior, annos non ſatis accurate diſtinxit? Hæc omnia confirmant Willibaldum non eſſe hujus vitæ ſcriptorem.

Digitized by Google

geminas in Chriſto perſonas profitentem à Catholica juſto anathemate ſegregavit Eccleſia : nec non & Chalcedonenſis Synodi DCXXX. Sacerdotum conventio Eutychen Conſtantinopolitanæ urbis Abbatem, & Dioſcorum defenſorem ejus, Catholicæ fidei rebellantes juxta præfinitam Patrum ſententiam anathematizavit ; ita equidem apud Franciam omnium funditus eradicata hæreticorum perfidia, extirpata iniquorum conjuratione, legis divinæ augerentur incrementa, & ſynodalis generalium Conciliorum canones reciperentur, ſynodaliſque ſpiritualis conſilii Epiſcoporum congregatio juxta præfinitam authenticæ conſtitutionis diffinitionem pariter convenirent. Quæ ob quotidianas bellorum ſuſpiciones, & infeſtam circumvallantium barbararum gentium ſeditionem, quam extraneorum alieni Franciam populorum prædones atrociter demoliri conabantur, vel minimè facta eſt, vel etiam tanta erat oblivione tradita, ut omni penitus obliterata præſentium ſeculorum memoria, jam nulla eſſet ratione cognita. Cui mundus quotidiè in ſe naturaliter ſui detrimentum diminutionis, ſaltim etiam recuperatus, patitur, non renovatus ſiquidem per omnia ſuo evaneſcit diſpendio, & ad prædeſtinatum anhelando finem feſtinat. Quapropter ſi quæ in hac mortali hujus peregrinationis vita ad communem in hoc mundo infirmantium profectum ab ſpiritualibus medicinaliter ſunt comperta authoribus, etiam ſi quandoque humanis inſerta fuerint mentibus, magna ſunt in unitionis fortitudine à Catholicis conſervanda, & præfixa mentis immobilitate tenenda, ne vel oblivio humana obrepat, vel etiam mundanæ delectationis illecebroſa delectatio diabolo inſtigante præpediat. Quam ob cauſſam ſanctus hic Domini Antiſtes hac ſollertiſſimæ ſollicitudinis cura inſpiratus plebem à peſtifera tortuoſi ſerpentis perſuaſione eripere curavit, & Carlomannum Ducem ad congregandum ſupradictum Synodorum conventum ſæpiſſimè incitavit, ut tam præſentibus, quàm poſteris ſpiritualis ſcientiæ ſapientia pateſceret, & averſa animarum circumventione cognitio Chriſtianitatis innoteſceret. Cumque quoddam canonicæ rectitudinis ſpeculum omnibus ad exemplum gradibus benè vivendi opponeret, & evidens cunctis veritatis veſtigium oriretur, jam ſibi ſuæque infirmitati longævo ætatis ſenio decrepitus ſalubre exhibuit conſilium & juxta Eccleſiaſticæ diſpoſitionis normulam paſtorale populis prævidit magiſterium, ut ſive vivente illo, ſive moriente, medicinali plebs paſtorum officio minimè careret, & duos bonæ induſtriæ viros ad ordinem Epiſcopatus promovit (a) Willibaldum & Burchardum, eiſque in intimis Orientalium Francorum partibus & Baioariorum terminis Eccleſias ſibi commiſſas impertiendo diſtribuit, & Willibaldo ſuæ gubernationis parochiam commendavit in loco, cujus vocabulum eſt (b) *Eichſtat*, Burchardo verò in loco, qui appellatur (c) Wirzaburg, dignitatis officium delegavit, & Eccleſias in confinibus Francorum & Saxonum atque Sclavorum ſuo officio deputavit, & uſque ad glorioſum exitus ſui diem inceſſanter arctam regni cœleſtis viam plebibus patefecit. Cum verò Pipinus, Domino donante, regale Franchorum, felix ſupradicti Germani ſucceſſor, regnum ſuſcepit, & jam aliquantulum ſedante populorum perturbatione, in Regem ſublevatus eſt, cœpit anxius vota Domino devota perſolvere, & ſynodalia confeſtim recuperare inſtituta, ac canonica à germano ſuo, juxta exhortationem S. Bonifacii Archiepiſcopi fideliter inchoata, inſtaurare (a) miniſteria, eumque habitu ſimul & honore præferre, & ſuis in Domino parere præceptis. Sed ſanctus vir infirmitate corporis prægravatus ſynodalia conciliorum conventicula per omnia adire non poterat, jam conſultu atque conſilio glorioſi Regis idoneum proponere miniſtrum ſupradicto gregi definivit, & *Lul* ſuum ingenioſæ indolis diſcipulum ad erudiendum tantæ plebis numeroſitatem conſtituit, & in Epiſcopatus gradum (d) provehit atque ordinavit, eique hæreditatem, quam in Chriſto inſtanti implicavit labore, acquiſierat, qui & fidelis in Domino comes peregrinationis ejus erat, & teſtis utrobique paſſionis & conſolationis. (b) Dum autem ſervum ſuum Dominus de hujus mundi vellet tentatione eripere, & temporalis vitæ tribulationibus ſublevare, tunc etiam Domino diſpenſante definitum eſt, ut ad Freſiam olim corpore, non quidem mente omiſſam, ſervis Dei ſecum migrantibus, perveniret, ut ubi primitus prædicationis ſtudium ingrediens, præmiorum inchoaverat incrementa, etiam è ſæculo rediens ſumptus reciperet remunerationis. Sed miro quodam modo vaticinii præſagio ſequentem ſui obitus diem prædicto Epiſcopo prænuntiauit, & quali mundum fine demum relinqueret, inſinuavit, eique per ordinem de Eccleſiarum ſtructura, & populi doctrina propoſuit, dicens : Ego enim propoſitum pergendi iter complere cupio : Ego me à deſiderato proficiſcendi itinere revocare

ANNO VIII. ÆC. 780.

(a) *H Willibaldum.*

(b) Eihſtet. W.

(c) *H. Wirzaburch.*

(d) Provexit.

(a) al. Myſteria. cætera deſunt in mſ. H. quæ utinam non periiſſent optima fide exſcripta, ex quibus multa errata & lacunæ poſſint emendari. CANIS.

(b) Hic incipit cap. XI. apud Mabillon. ſub titulo *de Paſſione S. Bonifacii.* BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

vocare non potero: jam enim inſtat reſolutionis meæ dies, & tempus obitus mei appropinquat. Jam enim depoſito corporis ergaſtulo æternæ retributionis revertar ad bravium. Sed tu, fili mi chariſſime, ſtructuram in Thuringia à me cœptam Eccleſiarum ad perfectionis terminum deduc, tu populum ab erroris invio inſtantiſſimè revocatamque ædificationem baſilicæ jam inchoatæ ad Fuldam comple, ibidemque meum multis annorum curriculis corpus inveteratum perduc: hisque completis ſermonibus, adhuc ampliora hujuſmodi addidit verba, & ita inquiens ait: Fili, tua cuncta prudentiſſimo provide conſilio, quæ in hoc noſtro ſint uſui itinere copulanda: ſed & linteum, quo meum decrepitum involvatur corpus, in theca librorum meorum repone. Dum enim præfatus tantæ quereloſitatis antiſtes ſuſpiria non ferens, ſed ſtatim ſe in lacrimas dediſſet, jam S. Bonifacius finito colloquio ad alia rediit, & diebus non multis interpoſitis a cœpto ſe minimè retraxit itinere, ſed ſumptis ſecum conviatoribus navem aſcendit, ac per Rheni fluminis alveum penetrans, nocturna portuum navigio exquiſivit loca, donec aquoſa Freſonum arva ingrediens, trans ſtagnum, quod lin-

(a) Ælmere W. Almere. Scriverius not. mſ.

gua eorum dicitur (a) Elmere, ſoſpes pervenit, infœcundaque divino germine littora inſpiciendo circuit, dumque periculoſum fluminum, mariſque & ingentium aquarum evaſit diſcrimen: in periculum jam ſine periculo incedit, gentemque paganam Freſonum viſitaret, quæ interjacentibus aquis in multos agrorum dividitur pagos, ita ut diverſis appellati nominibus unius tamen gentis proprietatem prætenderint. Sed quia longum eſt, ut per ordinem replicentur, eos tantum de nomine denudare ſtudemus, quæ ad narrationis noſtræ ſeriem veraciter proferuntur, ut & locus & lingua relatam à nobis beati viri ſanctimoniam æqualiter prodat, & quali hunc mundum ſine deſereret, aperiet. Per omnem igitur Freſiam pergens verbum Domini, paganico repulſo ritu, & erroneo gentilitatis more deſtructo, inſtanter prædicabat, Eccleſiaſque (a) minimè confracto delubrorum ingenti ſtudio fabricavit, & multa jam millia hominum virorum & mulierum, ſed & parvulorum cum commilitione ſuo Chorepiſcopo (b) Do-

(b) Trecht. W.

ban baptizavit, quem ad ſubveniendum ſuæ ſenilis ætatis debilitate Freſonis injuncto ſibi Epiſcopio in urbe, quæ vocatur (b) *Trehet*, ſurrogavit, & Presbyteris ac Diaconibus, quorum hæc ſunt nomina, (c) Wintrung & Waltheri, ſimul & Helheri, ſacerdotali presbyteratus officio præditus, (d) Hammit & Waſa Levitarum obſequio deputatur Wacchar & (c) Gundwacchar. Illehere & Bathowlf monaſteriali Monachorum ordine ſublevatis, cum etiam in tantum vitæ æternæ ſemen cum Bonifacio latè per populum divulgantes, Domino Deo patrocinante diffamaverunt, ut quibus juxta Apoſtolicæ inſtitutionis normam cor erat unum, & anima una, eademque palma eſſet Martyrum, & remuneratio triumphi. Poſtquam igitur fidei, ut prædiximus, per Freſiam illuxerat ſplendor, & felix ſanctitatis hujus vitæ appropinquaret finis, jam quidem ſecus ripam fluminis, quod dicitur (e) Bordne, quod eſt in confinibus eorum, qui ruſtica dicuntur lingua (f) Oſtar & Weſter, ad quæ, ſuorum tantum ſtipatus clientum numero, erexit tentoria; ſed quia feſtum confirmationis Neophytorum diem, & nuper baptizatorum ab Epiſcopo manus impoſitionis & confirmationis populo prædixerat, jam longè lateque diſperſo ad propriam unuſquiſque reverſus eſt domum, ut ſecundum dennitam S. Epiſcopi ſententiam univerſi prædeſtinato confirmationis eorum die præſentarentur. Cum autem prædictus dies illuxiſſet, & aurora lucis orto jam ſole prorumperet, tunc etiam verſa vice pro amicis inimici, & novi denique lictores pro novitiis fidei cultoribus advenerant, hoſtiumque ingens in caſtra vibrantibus armis haſtata & ſcutata irruerat multitudo. Tunc repentè ex adverſo pueri è caſtris proſilientes utrobique ſe armis impetunt, & ſanctos, contra intentatum, poſtmodum Martyres, furentis populi exercitum defendere geſtiunt. Sed vir Dei ſtatim audito tumultuantis turbæ impetu, accito ad ſe Clericorum Clero, ſumptis Sanctorum reliquiis, quas ſecum indeſinenter habere conſueverat, è tentorio procedit, & confeſtim increpando pueris pugnæ interdixit certamen, dicens, Ceſſate pueri à conflictu, pugnæque deponite bellum, quoniam teſtimonio ſcripturæ veraciter erudimur, & ne malum pro malo, ſed etiam bonum pro malis reddamus: jam enim diu optatus adeſt

1. *Theſſ.* 5.

dies, & ſpontaneum reſolutionis noſtræ tempus imminet. Confortamini igitur in Domino, & permiſſionis ſuæ gratiam gratanter ſufferte, ſperate mecum, & liberabit animas veſtras. Sed & aſtantes tam Presbyteros, quàm etiam Diaconos, inferioriſque ordinis viros, Dei ſubditos ſervitio, pari admonens voce, ait: Viri fratres, forti eſtote animo, & ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, quoniam animam ſine fine manentem necare non poſſunt, ſed gaudete in Domino, & ſpei veſtræ anchoram

(c) Gundacker. W.

(a) alii, nomine; alii Eccleſiaſque confracto nomine delubrorum. W.

(b) Eoban. W. Coepiſcopo. Mabillon. ſic & Scriverius n. mſ.

(c) Wintrueg & Waltere ſimul & Ætheltere. W.

(d) In Hammund & Scirbart & Boſa. W.

(e) Borne Scriver. n. mſ. Burde fluvius olim dividens Weſtrachios ab Ooſtrachiis, id eſt, Occidentales Friſios ab Orientalibus. Mabill.

(f) Oſtor & Weſtereche ſuorum. &c. W

Digitized by Google

choram in Deum figite, quæ extemplo perpetuæ reddet vobis remunerationis mercedem, & cœleſtis aulæ ſedem cum ſupernis Angelorum civibus condonat. Nolite vos vana hujus mundi delectatione ſubjicere, nolite caducis gentilium adulationibus delectare, ſed ſubitaneum hic conſtanter ſubite mortis (*a*) articulum, ut regnare cum Chriſto poſſitis in ævum. Cumque tali doctrinæ hortamento diſcipulos ad coronam martyrii affabiliter incitabat, confeſtim furens ſuper eos paganorum tumultus cum gladiis cunctæque militiæ armatura irruit, & felici Sanctorum cæde corpora cruentavit, ſtatimque mortali juſtorum mulctata carne tripudians gentilium turba (*a*) ..... ſuæ damnationis prædam arripuit, caſtraque depopulans manubias diripiendo impertivit. Sed & Thecas, in quibus multa inerant librorum volumina, & reliquiarum capſas abſtulit (*b*) mag. ſed ita tam auri argentique copia credens ad naves, quibus quotidianus Clericorum ac puerorum victus, & aliquantulum adhuc reſiduum ejuſdem ſtipendii vinum, obſeratis ut erant vaſculorum clauſtris, asportavit, ac repentè comperto adamato liquoris hauſtu, cœpit guloſam ventris ſatiare ingluviem, & vino madidum inebriare ſtomachum, tandemque acceptis prædæ ſpoliis inito conſilio mirabili omnipotentis Dei diſpoſitione tractare, & qualiter non viſum quidem aurum vel argentum inter ſe invicem diſpertiretur conſulere, cumque prolixius (*c*) perſonarum æſtimatione ſermocinaret, jamque jurgiorum diſceptatio exorta eſt, & tanta diſcordia demum (*b*) inimicitiæ inchoata, ut furore etiam veſaniæ in (*d*) ..... turba in duas diviſa eſt factiones, & ad extremum arma, quibus ſancto (*e*) ..... martyres jugulaverunt in ſeipſos crudeliter pugnando verterunt. Tunc itaque maxima inſanientis turbæ parte proſtrata jam qui ſupervixerant ad lucrum animarum vitæque damno acquiſitum jacentibus adverſariis, qui ſibi ſuper deſiderato cupiditatis theſauro obſiſtebant, gaudentes cucurrerunt, & cum fractis librorum repoſitoriis etiam pro auro volumina, & pro argento divinæ ſcientiæ chartas repererunt, ſicque pretioſo auri argentique pretio privati, (*f*) Codices quos invenerunt, alios per campi planitiem diſperſerunt, alios ſiquidem paludum arundineto inferentes, alios etiam in diverſis quibusque locis abſcondentes projecerunt; ſed tam omnipotentis Dei gratia, quàm etiam precibus S. Bonifacii ſummi Pontificis atque Martyris (*g*) ..... intemerati magnoperè ..... lapſo temporis ſpatio reperti ſunt, & ad domum in qua uſque hodie animarum proſunt ſaluti à ſingulis quibusque inventoribus remiſſi: Carnifices autem ſuper æſtimatæ amiſſione pecuniæ contriſtati domum reverſi (*c*) majorem domeſticarum rerum poſt trium indutias dierum damnum; ſed & vitæ diſpendium mortis recepta talione perceperunt: quia omnipotens mundi conditor ac reformator ulciſci ſe noluit de inimicis, & fuſum pro ſe Sanctorum ſanguinem conſuetæ miſericordiæ zelo puniri, ac diu protelatam idolorum cultoribus iram novo recentis malitiæ furore permotus publicè oſtendere: (*h*) cumque inproviſa ſanctorum Martyrum temporalis interemptio exin, (*d*) per pagos ac vicos, omnemque provinciam volitaret, repentè Chriſtiani, corporali comperta Martyrum morte, maximam congregantes expeditionem (*i*) ..... finium terminos prompti poſtmodum futuræ ultionis bellatores expetunt, & revoluta ſupradicta dierum ſupputatione ſoſpites, ſed indevoti hoſpites aggrediuntur terram, ac paganos eis è diverſo obviantes ingenti ſtrage (*k*) proſtraverunt. Sed qui pagani primi populi Chriſtiani impetu obſiſtere non valebant, in fugam ſiquidem verſi magna etiam clade corruerunt, & terga vertentes vitam ſimul cum inteſtina eorum ſuppellectili, & hæredibus perdiderunt; ſicque ſaltem Chriſtiani ſuperſtitioſorum tam uxoribus, quàm etiam filiis, nec non ſervis & ancillis deprædatis ad propria redierunt, fitque modo mirabili, ut ſuperſtites gentilium accolæ præſentibus confracti malis æterna potius tormenta, fidei fulgore illuminati, (*e*) devitarunt, & præfati antiſtitis doctrinæ documentum, quod eo vivente renuerunt, etiam moriente, divinæ increpationis moderamine perterriti, ſuſceperunt. Corpus verò B. Pontificis proſperis velis, ventorumque ſtatibus trans fretum quod dicitur (*l*) Aelmare; ſed & aliorum Martyrum poſt dies non multos

SÆC. VIII. ANNO 780.

(*a*) Victricem. W.

(*b*) inimicitia. W.

(*c*) majus. W.

(*d*) exitus. W. male. B.

(*e*) devitarent. W.

(*a*) al. periculum. Scriv. n. mſ.

(*b*) *Magna ſe ditatam auri.* W. melius omnino. Mabill. *magnam ſe ibi tam auri argentique copiam credens.* Sic etiam ex Othlono reſtituerat Scriverius, cujus notæ mſ. mihi poſtea creditæ ſunt. BASN.

(*c*) De tanta pecuniarum. W. bene omnino; ſic etiam Mabil. BASN.

(*d*) Inſaniens turba. W.

(*e*) Sanctos antea Martyres. W. Sic & Mabillon. lacunam replevit. BASN.

(*f*) Tres fuerunt illi codices 1. Canones Novi Teſtamenti: Secundus Martyris cruore rubricatus epiſtolam S. Leonis ad Theodor. Sermonem B. Ambroſii de Spiritu Sancto, ejusdem Libellum de bono mortis, Libellum S. Fauſti Confeſſoris, epiſtolam Agnelli ad Ariminum de ratione fidei, Notitiam regionum in quibus Apoſtolorum corpora requieſcunt: Tertius Evangelium ipſius Bonifacii manu exaratum complectuntur. Sunt in Monaſterio Fuldenſi. Mabillon.

(*g*) Illæſi & intemerati, magno poſtea dilapſo. W. Sic & Mabillon.

(*h*) Hic incipit cap. XII. apud Mabillon. titulus eſt *De Sacri Corporis in Monaſterium Fuldenſe Tranſlatione.* BASN.

(*i*) Exercitus confinium. W.

(*k*) alii de Widekindo Saxonum Duce, qui cum Carolo Magno bellum geſſit; alii de Widekindo Friſonum principe, qui tamen tunc temporis nullus fuit; alii de Pipini præfecto intelligunt. BASN.

(*l*) Ælmere. W. flevi Alveum vocat Johannes de Beka, hoc eſt, ſinum maris Germanici inter Batavos & Friſones hodiernos, in quem Rheni alveus orientalis cum Iſala apud Campenam urbem influit, quem Accolæ Mare Auſtrale vocant. Mabillon. Zuyderzee.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

non multos perductum est ad supradictam urbem, quæ dicitur Trecht, ibique conditum ac sepultum, donec à Maguntia religiosi & fideles in Domino fratres à Lullo Episcopo, successore quidem hujus S. Pontificis & Martyris Christi, directi navigio ad perducendum beati viri cadaver, ad Monasterium, quod eo vivente construxerat, & secus ripam fluminis, quod dicitur Fulda, situm est, advenerunt. Quorum unus, qui & auctor itineris, comitatus quod aliorum extiterat, singularem sanctimoniæ, ac privatam castimoniæ continentiæque gerebat vitam, nomine (a) Hadda, cui privatim præfatus præsul legationis hujus nuntium, sanctique corporis advectionem cum fratribus secum proficiscentibus imposuit, ut major sancto reverentiæ viro devotionis impenderetur honor, & plurimorum amplius testificatio in his, quæ auditu vel visu perciperent, prævaleret; cumque honorabiles tam sanctæ consocietatis fratres ad prædictam urbem pervenerunt, tunc quippe aliquantula eis obviam populi erat congregata collectio, ejusdemque urbis præfecti eis audientibus, quemadmodum à glorioso Rege Pipino exivit edictum, intonuit interdictum, & ne inde prædicti Pontificis corpus amoveretur indictum est. Sed quia omnipotentis magis, quàm hominum convalescit fortitudo, mirabile statim ac memorabile cunctis astantibus, angelica magis quàm humana peractum cognitione, auditum est miraculum, ac Ecclesiæ, quæ (a) Gloccum in signum admonitionis sancti corporis, humana non contingente manu, commotum est, ita ut omnes repentino timoris pavore (b) procul seu maximo tremore obstupuerunt, & justi hujus reddendum esse (c) corporis proclamaverunt, sicque statim redditum est corpus, & à prædictis sanctæ recordationis fratribus cum psalmis hymnisque honorificè ablatum, ac sine remigantium labore tricesima obitus sui die perductum est ad civitatem supradictam Magontiam, miraque Dei omnipotentis providentia factum est, ut uno eodemque die, sive statuto prædefinitionis tempore quasi ad statutum prædestinationis diem tam legati sanctum deferentes corpus, quàm etiam de longinquis longè latèque regionibus multi virorum ac mulierum fidelium ad sancti viri mortis obsequia convenerant. Sed & supradictus Dominus Antistes tam venerandæ dignitatis successor, qui regali illo in tempore præsens erat palatio, hujus omnino ignarus causæ, adventuque sancti corporis insçius, ad civitatem, quam prædiximus, velut sub.... (d) momento pervenit tantaque omnibus altitudine advenientibus, vel etiam ejusdem urbis civibus & doloris incubuerat mœstitia, & gaudii (b) excubuerat lætitia, ut etiam tanti perfecta Pontificis temporanea corporis morte, & (c) amicum carnaliter dolerent, & futurum sibi suisque in posterum perpetualiter patronum (e) exederent. Quapropter geminis his causis existentibus compuncti cordibus cum Presbyteris ac diaconibus omnique gradu Ecclesiastico ad eum, quem vivens prædestinaverat locum, perduxerant, & novo in Ecclesia confecto sarcophago ex more sepelientes posuerunt, omnibusque ritè peractis redierunt, & fidei robore confortati ad propria pervenerunt. Sed in loco ubi sanctum posuerunt corpus, divina deinceps beneficia redundabant, & sancti viri precibus ii, qui ad eundem diversis infirmitatibus obsessi..... (f) locum salubre tam corporum, quàm etiam mentium remedium consequuntur; Ita ut alii jam toto corpore præmortui, pæneque per omnia exanimes, ultimum tamen interim exhalantes spiritum, pristina redditi sunt sanitate; alii verò luminibus cæcitate pressis suum recipiunt visum; alii quidem diaboli laqueis adstricti etiam (g) mentes accepti, & insanientes animi postmodum detinent integritatem, & pristina dediti salute, laudantes glorificant Dominum, qui suum dignatus est servum tanto munere decoratum ditare & honorare, & præsentibus ac secuturis sæculorum temporibus coruscа miraculorum patefectione ostensa quadragesimo peregrinationis ejus anno revoluto glorificare, qui & Incarnationis Domini septingentesimus (h) quinquagesimus, quintus annus cum indictione octava computatus. Sedit hic in Episcopatu annos 36. menses 6. & dies 6. Et sic ordine suprascripto die Nonarum (i) ..... Martyrii triumpho remuneratus migravit ad Dominum, cujus est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

(a) Hadao. W.

(b) exuberabat. W.

(c) amissum. W.

ENumeratis igitur beati viri (k) gestis, quibus in infantia & pueritia vel adolescentia & juventute, aut etiam in senectute floruerat, ad ea, quæ post emensam hujus mundi metam, & felicem vitæ istius decursum mirabiliter annuendam mortalibus beati viri vitæ sanctitatem, Domino cooperante peracta sunt, redeamus, & memorabile

(a) Clocca Scriverius. n. mf. al. Cloccum. W. nulla Cloccæ fit mentio apud Eigisum, legitur solum corpus Bonifacii immotum hæsisse. Mabill.

(b) Perculsi. W. Percussi. Mabill.

(c) Corpus W. bene, sic & Mabill. BASN.

(d) Velut ab uno eodemque horæ momento, W.

(e) *fort. excolerent*, crederent. W.

(f) Obsessi perveniunt locum. W. oppressi. Mabil.

(g) Mente sunt capti. Mabil.

(h) Mf. W. habet hanc numeri notam DLII. dubie tamen scriptam. CANIS.

(i) Nonarum Juni. W. bene.

(k) Ex codice Ingolstadiensi desumpta sunt quæ sequuntur.

Digitized by Google

morabile quoddam miraculum, populisque imitabile ad memoriam reducimus, quod & à glorioso Rege Pipino, sicut ipsis sibi referentibus, qui huic præsentes erant miraculo, compertum est, & ad nos usque per venerabilem virum (*a*) Lull Episcopum delatum est. Atque ita ipso nuntiante intimatum, quod in loco, ubi quondam pretiosus (*b*) S. Martyris effusus est sanguis, cum consilio plebis, atque ingentis partis populi Fresonum structuram cujusdam tumuli propter immensas (*c*) Ledonis ac Malinæ irruptiones, quæ diverso inter se ordine maris æstu Oceanique recursu, sed & aquarum diminutiones, infusionesque commovetur, ab imo in excelsum usque construeretur, super quem denique Ecclesiam, sicut postea gestum est, exstruere cogitabant, ac servorum Dei habitationem in loco eodem collocare. Sed cum præfatum colliculi opus jam ex integro ædificarent, & omne quippe ædificium ipsius structuræ complerent, etiam ad se reverti, quod incolæ habitatores loci ipsius de insulsæ penuria lymphæ, quæ per omnem Fresiam maximam, tam hominibus, quàm etiam animantibus difficultatem gignit, inter se invicem disputarent. Tum demum unus (*d*) Domino miserante, qui officium præfecturæ secundum indictum glorioſi regni Pipini super pagum locumque illum gerebat, & princeps operis ipsius erat, nomine Abba, sumptis secum collegis, equum ascendit, ac circumagrato calce, tumuloque inspecto, repentè cujusdam caballus pueri ex improviso tantum pedibus terræ impressis, ruinæ penitus casura tentabatur, anterioribusque humo infixis cruribus volutabatur; donec ii, qui agiliores solertioresque extiterant, descensis suis præproperè caballis, equum terræ inhærentem extraherent. Sed stupendum statim, ac spectaculo dignum iis, qui aderant, ostensum erat miraculum, & limpidissimus extra consuetudinem illius terræ fons miræ suavitatis gustu indulcatus prorumpebat, & per incognitos penetrans meatus profluebat ut rivus jam maximus esse videretur. Quo obstupefacti miraculo, exultantes atque alacres domum reversi, ea quæ viderunt, plebibus divulgaverunt.

SÆC. VIII. ANNO 780.

EGo Wilibaldus (*e*) Episc. &c. vitam & passionem Bonifacii conscripsi, primum in cæratis tabulis, ad probationem Lulli & Megengaudi. Post eorum examen, in pergamenis rescripsi. Atque hoc in loco, qui dicitur sancti Victoris extra muros Moguntiæ, ubi Lullus & (*f*) Rabanus vacabant orationibus, &c.

(*a*) Qui successit Bonifacio in Episcopatu Moguntino. Scriver. not. mſ.

(*b*) Bonifacii. ibidem.

(*c*) Ledon est major æstus Maris, Malina vero minor æstus Mab. Contra vero Beda æstus crescentes Malinas, æstus vero decrescentes placuit appellare Ledones. Malina æstus est ille quem nos vulgo appellamus *haute marée*. vide plura apud Cangium circa has voces. BASN.

(*d*) Hasbo nomine, Scriverius n. mſ.

(*e*) *In Hagiologio Georgii Vicelii habentur hæ verba in fine vitæ S. Bonifacii à S. Willibaldo scriptæ.*

(*f*) Non Rabanus Maurus, inquit Mabillon. quia tunc non fuit natus; Sed alius quidam cognominis, & fortean ipse quem Lullus commendat ep. 62. inter Bonifacianas: *similiter pro duobus Laicis Megenfrith & H. Rabanx missas unusquisque cantet.* Ego plane aliter; quid enim ille Laicus ignotus jungeretur Lullo tanquam vir pius & famæ notissimæ? Credam igitur indicari hic Rabanum Maurum, qui fuit Episcopus Moguntiacensis, ut Lullus fuerat. Sed inde probatur authorem qui hæc scripsit, aut nomen Willibaldi sibi aptasse, aut Bonifacio & Lullo fuisse recentiorem. BASN.

Digitized by Google

COLLECTANEA INCERTI AUCTORIS CONTRA SEVERIANOS.

A CANISIO *primùm in lucem edita.*

INTERPRETE

FRANCISCO TURRIANO

SOCIETATIS JESU.

JACOBI BASNAGII IN HÆC COLLECTANEA OBSERVATIO.

SÆC. VIII. ANNO 780.

IN illis *Collectaneis* nihil occurrit, quo vel autorem, vel tempus quo vixerit, distinguere queamus. Cum tamen ibi *Maximus*, *Anastasius*, imo *Damascenus* laudentur, dubium esse non potest, post medium Sæculum octavum, quo lites illæ sæpius agitari solitæ fuerunt, scripsisse. Certius quid indicare nobis non licet. Quis autem fuerit *Severus* Severianorum parens, sufficienter dictum tum in Præfatione, tum ad *Leontium Byzantinum*. Cum autem varias in partes abierint ipsi Severiani, de eorum schismatis & nominibus legendus est Nicephorus l. 18. c. 49. Monuisse sufficiat, genuinos Severi Corrupticolæ, ut ajebant, Discipulos naturarum confusionem tenentes hic oppugnari.

COLLEC-

Digitized by Google

COLLECTANEA QUÆDAM INCERTI AUCTORIS CONTRA SEVERIANOS ET ACEPHALOS.

Franciſco Turriano Interprete.

SEverus in libro contra Cæſareum Grammaticum objicit Catholicis percunctando qui unam naturam dicunt in homine alioqui compoſito ex corpore & anima duabus ſubſtantiis, & dicunt, eſſe eundem modum compoſitionis in myſterio incarnationis, & in homine, quare non ſimpliciter confitentur unam ſubſtantiam in Chriſto, ſiquidem dicunt idem eſſe ſubſtantiam, & naturam? Hæretici enim quod primum, & proprie, ac maxime ſubſtantia eſt, atomum, id eſt, individuum, libenter confitentur, de natura autem neque Peripatetici tradunt, fortaſſe quia judicaverunt nomen ſubſtantiæ & nomen naturæ differre. Variæ Sententiæ circa ſubſtantiam, Hypoſtaſim & Atomum.

Sciendum eſt, quod Patres Concilii Chalcedonenſis, ſequentes Patres Concilii Nicæni, dixerunt idem eſſe naturam, & ſubſtantiam; aliud vero eſſe præter ſubſtantiam atomum, & hypoſtaſim. Philoſophi vero externi unam primam ſubſtantiam eſſe dicunt, atomum, & non idem eſſe ſubſtantiam & naturam. Hæretici autem Eutychis & Severi τῶ ἕλλην@ diſcipuli non ſequuntur ſanctos patres, qui dicunt idem eſſe ſubſtantiam & naturam, & aliud præter hæc, atomum, & hypoſtaſim; nec externos Philoſophos, qui atomum vocant primam & maxime propriam ſubſtantiam, non autem primam naturam. Severus enim, ut dixi, & qui eum ſequuntur, idem dicunt, eſſe naturam, & hypoſtaſim & atomum. Subſtantiam, & hypoſtaſim & atomum idem eſſe nolunt dicere, ſicut dicunt ſapientes Gentilium.

Ex Pamphilo. (a)

INquit Ariſt. Subſtantia eſt propriiſſime, & primum, & maxime dicta, quæ nec de ſubjecto dicitur, neque in ſubjecto eſt. Propriiſſime dixit, quia propriè dicitur & non ſecundum metaphoram; primum, quia non per medium aliquod intelligitur, ſed ipſam primum cognoſcimus, Cum dixit maximè, ſignificavit multorum opinionem. In libris enim ejus τελειοτέροις, id eſt, abſolutioribus, non individuam, & particularem vocat primam ſubſtantiam, ſed univerſalem, hoc eſt, genera & ſpecies. Non eſt in ſubjecto, quia non eſt accidens. Accidentia enim utpotè quæ in ſubſtantia cernuntur, in ſubjecto dicuntur. Illud autem, Neque de ſubjecto, ſignificat, non prædicari de aliquo, neque ſubdividi in aliam ſubſtantiam, quia eſt individua, & particularis. Pamphilus.

De

(a) Ille Pamphilus fuit Abydenorum Epiſcopus, qui deficiente Sæculo quinto inſurrexit adverſus Petrum Fullonem. Habetur ejus epiſtola Conciliorum tom. IV. p. 1118. alia deinde ſcripſiſſe debuit adverſus Concilii Chalcedonenſis adverſarios, ex quibus ſuperant fragmenta quæ hic leguntur. Epiſtolam ſuperius indicatam Pamphilo abjudicat Harduinus diſſertatione de Sacramento Altaris p. 65. Sed cum nullas ſubjecerit rationes, vix refelli poteſt. Baer.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

De differentia ſubſtantiæ, & naturæ.

PHiloſophi externi aliud dixerunt ſignificare nomen ſubſtantiæ, & aliud nomen naturæ, ut eorum definitiones declarant.

Doctores verò eccleſiæ indifferenter uſi ſunt his nominibus. Unde & nos eos ſequentes indifferenter utimur his nominibus in divinis dogmatibus de Chriſto ſalvatore noſtro. Poſſumus etiam alio modo limatius differentiam horum nominum expromere. Reperimus enim nomen naturæ per abuſionem dici de iis, quæ non habent hypoſtaſim, & de iis, quæ ſpectantur in ſubſtantia, & hypoſtaſi. Nomen verò ſubſtantiæ de iis tantum, quæ ſunt ἐνυπόστατα: ſubſtantiam enim nunquam dicimus ἀνυπόστατον, id eſt, carere hypoſtaſi, ſive non eſſe per ſe. Naturas verò multas reperimus, quæ per ſe ſine ſubſtantia nunquam ſubſiſtunt, ut naturam iræ, dilectionis, temporis, mendacii, & verbi nominat beatus Baſilius contra Eunomium ſcribens: magni, inquit, precii eſſet falſa dicere, ſi ſimul cum iis, quæ dicuntur, periret natura mendacii. At non habet hoc naturam. Et rurſus idem; tractus aquæ demonſtrat fontem, ſermonis autem natura demonſtrat cor, unde manavit.

De hypoſtaſi Chriſti ſimiliter ex Pamphilo.

UNam hypoſtaſim, quam in Domino Chriſto ut profiteremur, doctores eccleſiæ tradiderunt, utrum oporteat nominare ſubſtantiam, an accidens, ex iis quæ ſupra dicta ſunt, poſſumus reperire ſolutionem quæſtionis poſitæ. Diximus enim ſignificare ſubſtantiam τὸ ὕπαρξιν, id eſt, eſſentiam uniuſcujuſque rei; hypoſtaſim vero multitudinem proprietatum χαρακτηριστικῶν. Rurſus demonſtravimus, quod ſubſtantia ſignificat communem naturam individuorum, quæ eſt ſine proprietatibus ſignantibus ἀφοριζομένων. ſive ſeparantibus hypoſtaſes. Hypoſtaſis vero ſignificat proprium, & individuum proprietatibus ἀφοριζόμενον, id eſt, ſeparatum. Subſtantia igitur commune ſignificat, hypoſtaſis vero τὸ ἰδικὸν, id eſt, ſpeciale, ſive particulare. Non eſt autem idem commune, & ſpeciale, ergo non eſt idem ſubſtantia cum hypoſtaſi. Idcirco non debemus hypoſtaſim Chriſti, quatenus eſt hypoſtaſis, ſimpliciter dicere ſubſtantiam. Ac rurſus ſi hypoſtaſim Chriſti, quæ compoſita eſt, ſubſtantiam appellamus, neceſſe eſt & ipſam ſubſtantiam compoſitam, & individuam ponere. Et hoc, ſi verum eſt, quomodo erit immutabilitas, & non confuſio in naturis, ex quibus divina, & ſupra naturam unio facta eſt? quomodo eadem natura erit creata, & increata? Vivifica, & vivificata? Homouſios Deo patri ſecundum divinitatem; & homouſios nobis ſecundum humanitatem? Propter hæc, & ea, quæ ſuperius dicta ſunt, quod non oporteat profiteri in Chriſto ſubſtantiam compoſitam, neceſſe eſt dicere hypoſtaſim Chriſti, accidens verò longè abeſt ut dicere debeamus, διὰ τὸ ὑπερτελὲς καὶ ἄϋλον καὶ ὑπερκείμενον πάσης νοητῆς καὶ αἰσθητῆς ὑπάρξεως τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως, id eſt, propter naturam divinam pluſquam perfectam, quæ omnem eſſentiam intellectilem & ſenſilem infinito intervallo ſuperat. Ergo quia neque ſimpliciter ſubſtantiam, neque accidens nominare licet, reſtat, ut vocemus apoteleſma duarum naturarum unitarum, id eſt, ſubſtantiarum cum proprietatibus divinitatis ſcilicet, & humanitatis, ut ſit hypoſtaſis Chriſti res compoſita ſubſtantialis vel individua, quæ in duabus naturis cognoſcitur.

Quomodo ſubſtantiam antiqui quatuor modis diviſerunt.

Heraclianus. EX Heraciano. (a) Dicuntur, inquit, ſubſtantiæ incorporeæ. Dicitur etiam ſubſtantia materia, ſimiliter ſubſtantia dicitur forma, & utrumque ex materia & forma. Subſtantia, & ſubſtantia ut forma idem cum natura. Subſtantia incorporea, & ſubſtantia ex materia & forma cum proprietatibus intellectæ individua dicuntur, id eſt, hypoſtaſes. Si autem compoſitum ex materia & forma univerſaliter intelligatur, aut tanquam materia, aut ſicut dicuntur ſubſtantiæ incorporeæ univerſaliter, neque hypoſtaſis, neque natura dicitur, ſed ſubſtantia tantum. Exempli gratia. Quercus arbor quatenus eſt in hoc loco, hujus proceritatis, & cum aliis proprietatibus, hypoſtaſis eſt, quatenus verò quatuor elementis advenit talis forma, quæ quercum in generatione fecit, ſecundum hanc formam dicitur eſſe natura. Non autem ſecundum materiam, id eſt, quatuor elementa, neque ſecundum rationem communem quercus, cujus ſunt participes omnes quercus, natura, aut hypoſtaſis dicitur, ſed ſubſtantia tantum.

Quod

(a) Hic Heraclianus fuit vir eruditiſſimus, Epiſcopus Chalcedonenſis anno 599. Scripſerat adverſus Manichæos libros utiliſſimos quibus Evangelium Hæreticorum & *Theſaurus* illos decantatiſſimos refutabat. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

Quod impossibile est esse naturam ex creato & increato, & quod Apolinarius ad tollendum duas naturas peperit vocem naturæ compositæ in Christo, & ante Apolinarium Manichæus, Præterea Ariani, quos secuti sunt Eutyches & Severus.

Nulla natura composita ex creato & increato.

GReg. Naz. de spiritu sancto probat commentitium esse unam naturam ex divinitate, & creatura compositam esse.

Cyrillus ex libro contra Synusiastas.

Cyrillus. Δεῖ γὰρ τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει σώζεσθη καθαρῶς καὶ ἁπλῶς καὶ ἀμιγὲς ἑτέρῳ, καὶ τὸ μὴ συντεθεῖσθαι δοκεῖν ἐν γε τοῖς καθ' ἑαυτὴν ἤγουν προσθήκης δεδεῖσθαί τινος ἢ ἀσυμφυοῦς αὐτῇ πράγματος εἰς κοινωνίαν ἐλθεῖν τινὶ ἐν ταυτότητι φύσεως ἤγουν ὁμοουσιότητα. Oportet enim in illa, quæ omnes transcendit, supremaque natura purè conservare simplicitatem, & ne cum alio permisceatur, neve composita censeatur in iis, quæ in se continet, quasi additamento quodam alicujus rei sibi non cognatæ indigens venerit in communionem secundum identitatem naturæ sive substantiæ. Adverte hic, quemadmodum negat doctor Cyrillus fieri posse, ut divina natura, sive cum se ipsa, sive cum alia diversa componatur in identitatem naturæ, sive substantiæ.

Ambrosius in libro contra hæreses.

Ambrosius. DUces horum sunt, qui divinitatem, & corpus Domini dicunt esse factum unius naturæ: legi enim quod non credidissem, nisi legissem: legi, inquam, sic scriptum, Instrumentum, & à quo movebatur instrumentum, unius naturæ fuisse in Christo.

Apolinarius ad Petrum.

Apollinarius. NAtura quidem Deum, & natura hominem Dominum dicimus, una vero natura συγκράτῳ, id est, commixta, humana & divina. Idem Apolinarius De incarnatione. O nova fides, & admiranda mixtio. Deus & caro unam naturam ἀπεστίλασεν, id est, effecit. Ejusdem Apolinarii contra Diodorum ad Heraclium. Alterius, & alterius naturæ unam & eandem esse adorationem nefas est, hoc est, creatoris, & creaturæ, Dei & hominis. Una verò est Christi adoratio, & ideo in uno nomine intelligitur Deus & homo: non est igitur alia, & alia substantia Deus & homo, sed una secundum compositionem Dei cum corpore humano.

Tempus opportunum est comparandi quæ adversarii proferunt ex sermone perperam inscripto Athanasio, cum sit planè Apolinarii, ut testatur index librorum & sermonum Apolinarii, quem Timotheus discipulus ejus conscripsit, immo etiam, quæ ex sermone Julii Pontificis Romani proferunt, qui etiam Apolinarii est falsò inscriptus Julio, ut ex cognatione sermonum dignoscatur legitimus pater & auctor. Sic ergo habet testimonium, quod ex sermone Athanasii falso recitant.

ἐκ τῆς τῶν λόγων συγγενείας.

Apolinarius ex Epistola (a) Athanasii ad Jovinianum Imperatorem.

„ QUando venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, „ &c. Et esse ipsum filium suum Dei, & Deum secundum spiritum, filium „ hominis secundum carnem, non duas naturas unum filium, sed unam natu-

„ ram

(a) Scripserat quidem Athanasius epistolam ad Jovianum Imperatorem, qui ab eo certam fidei normam postulaverat, habeturque inter ejus opera; sed aliam sub eodem titulo vulgaverat Apollinaris, ut errorem suum autoritate viri in Ecclesia notissimi comprobaret. Ephræmius quidem in ea re deceptus laudavit epistolam Athanasii ad *Julianum*; sed mendum cubat in textu, in quo reponendus est Jovianus. Alii etiam in eandem foveam incauti ceciderunt. Patet enim ex Anonymo qui hic editur, quique Catalogum operum Apollinaris a Timotheo ipsius discipulo confictum legerat, in ea serie librorum ab Apollinari compositorum recenseri epistolam Athanasii ad Jovinianum. Spuria igitur fuit, hæreticis debetur ut & ea Julii Pontificis Romani, de qua mox Anonymus; quanquam Ephræmius etiam velut genuinam receperit. BASN.

Digitized by Google

SÆC. ANNO 780.

„ ram Dei verbi incarnatam, & adoratam cum carne una adoratione". Hæc tanquam Athanasii recitata, si quis studiosus veritatis est, conferat cum reliquis Athanasii dogmatibus, ea reperiet dissimilia esse. Etsi igitur hæc à dogmatibus Athanasii discrepant, & propinqua sunt dogmatibus Apolinarii, & hæc collatio satis est ad demonstrandam veritatem, nos tamen seposita collatione veritatem tenemus lecto indice Timothei, ut supra diximus.

Sic etiam in Julio Romano, quem falsò supposuerunt, non solum ex inscriptione coarguitur eorum calumnia, sed ex ipso genere dictionis, quæ phrasis dicitur. Nec enim Romani unquam hujusmodi inscriptione utuntur, cum ad aliquem episcopum scribunt. Nec ipsa phrasis convenit, tanquam conversa è latino, cum sit nimis Græca. Sic enim scribit Apolinarius, (non Julius) ad quendam Dionysium, ad quem hujusmodi inscriptionem facit; Domino meo desideratissimo, & comministro Dionysio Apolinarius. Sic autem πλαστογραφήσαντες, id est, falsarii fecerunt inscriptionem, Julius Episcopus Romæ in domino salutem, & post prooemium, & multa alia, subjecit hæc Apolinarius: „ Necesse est eos, qui duas naturas dicunt, unam quidem „ adorare; in divinam quidem baptizari, in humanam verò non baptizari. Si autem „ in mortem Domini baptizamur, unam confitemur naturam impassibilis divinitatis, „ & passibilis humanitatis. Hæc tanquam ex Julio producunt.

Adjungamus nos istis ea quæ sunt Apolinarii, ut demonstremus, quanta sit propinquitas, & cognatio Apolinarii cum Diodoro „ Quomodo, inquit, non est res impia „ aliam substantiam creatam, vel servam habere, & eandem adhiberi adorationem „ creatori & domino. Et iterum in libro de incarnatione. Impossibile est eundem „ esse Deum, & hominem, sed in unitate commistæ naturæ divinæ, incarnatæ". Hæc sunt Apolinarii admiranda, sicut Polemon discipulus ejus ait. Hæc habent maximam similitudinem cum iis, quæ ab ipsis ficta sunt tanquam Athanasii, & Julii essent.

ἐν μονότητι.

Manichæi Scelesti ex Epistola ad Conarum Saracenum.

Manes.

„ CUm Judæi vellent aliquando lapidare Christum, & audaciam sceleris sui ad effectum perducere, demonstravit clarè substantiam suam superni luminis filius, „ & transiens per medium eorum non videbatur. Natura enim expers materiæ quæ „ speciem carnis præ se ferebat, non erat quidem aspectabilis, nec attrectabatur, quia „ nullam habebat communionem materia cum experte materiæ, una enim natura erat „ totum, quamvis forma carnis videretur.

Eudoxius.

Eudoxii Constantinopolitani Ariani in libro de incarnatione.

Quòd Ariani voce unius naturæ composita usi sunt.

„ CRedimus in unum solum verum Deum, & patrem solum principium ingenitum, & sine patre, & in unum Dominum Jesum Christum unigenitum quidem, ut præstantiorem omnibus post eum creaturis: primogenitum vero ut eximium, & primarium in creaturis, incarnatum, & non humanatum, non enim animam humanam assumpsit, sed factus est caro, ut per velum sive tegumentum nobis „ loqueretur Deus, non duas naturas, quia non erat perfectus homo; sed pro anima „ erat Deus in carne, una totum natura secundum compositionem. Respondeat „ igitur quomodo passibilis, & mortalis poterat esse consubstantialis impassibili & immortali.

Lucius

Lucii Alexandrini Ariani in oratione in pascha.

„ QUomodo igitur opus fuit animâ, ut perfectus homo simul cum Deo adoraretur? Idcirco clamat Joannes, verbum caro factum est, pro eo, quod est, „ compositum est cum carne, non cum anima, sicut dicunt, qui nunc fidem „ cauponantur, sed unitus est corpori, & unus factus est cum eo: alioqui quomodo „ est Christus, si non est una persona, una natura composita, sicut cognoscimus hominem ex anima & corpore compositum? Sin autem habuit animam, sicut prædicant, qui dogmata adulterant, pugnant igitur motus Dei, & animæ, utrumque „ enim per se movetur, & ad diversas actiones ducitur.

Quod

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

Quod quidam Patres repudiarunt nomen mixtionis in myſterio Incarnationis.

De vocabulo Mixtionis in incarnatione.

Ambroſius de divina incarnatione.

Ambroſius.

EOs autem qui dicunt nudum hominem Chriſtum, aut paſſibilem Deum, aut mutatum in carnem, aut duas naturas Chriſti ſecundum mixtionem confuſas unam ſubſtantiam factas eſſe.

Chryſoſtomus ad Cæſarium Monachum.

Chryſoſtomus.

HOc eſt abſurdum Apolinarii amentis, hæc eſt hæreſis impiiſſima introducentium mixtionem, & compoſitionem.

Cyrillus de fide.

Cyrillus.

EGo mixtum non recipio, alienum enim eſt ab Apoſtolica fide, & recta Dei traditione. Mixtio enim interitum naturarum operatur.

Ejuſdem ad Orientales.

EOs verò, qui dicunt, quod mixtio, aut confuſio, aut φυρμὸς, id eſt conſperſio, ſive fermentatio facta eſt verbi cum carne, ſanctitas veſtra reprimat.

Quòd tota divinitas toti humanitati unita eſt, & non pars parti, ſicut Ariani, & Apolinarius dicunt, & qui particulares ſubſtantias profitentur, ex Cyrillo ad Theodoſium 2. Ex Greg. de baptiſmate. Ex Dionyſ. Areop. in Eccl. Hier. c. 3. de communione, divinæ autem bonitatis &c. Ex Baſil. in epiſt. ad Sozopolitas: ex Epip. in Ancyroto: Ex Athan. de ſalutari adventu περὶ τῆς σωτηριώδους ἐπιφανείας. Omnia accepit ex virgine, quæcunque à principio ad conſtitutionem hominis formavit Deus, χωρὶς ἁμαρτίας, id eſt, præter peccatum, ἀ τῆς θεότητος μεταποίησιν ἐπιδεικάμενος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος καινοποίησιν ἐργασάμενος κ τὸ αὐτῦ θέλημα, non quod divinitatem transmutarit, ſed quod ſecundum voluntatem ſuam, ipſam humanitatem innovarit.

Atque hæc quidem hactenus in eos, qui dicunt ſumpſiſſe Dominum corpus inanimatum, contra eos verò, qui dicunt particularem ſubſtantiam verbi particulari naturæ hominis unitam eſſe, & non confitentur totam divinitatem in ſingulis perſonis divinis eſſe, nihilo deficiente, ea quæ ſequuntur, pugnant, ex Apoſt. in epiſt. ad Coloſſ. Quoniam in ipſo habitat plenitudo divinitatis, & paulo poſt, videte, ne quis vos &c. ex Dionyſ. Areop. c. 2. de unitis, & diſcretis, hoc enim & in aliis à nobis excuſſum & demonſtratum eſt, &c. Ejuſdem circa finem, ejuſdem cap. has nos communes, & unitas τῆς ὁλότητος, id eſt, univerſitatis &c.

Ex Eulogio Alexandrino.

Eulogius.

COntra eos, qui dicunt, ſi dicitis habere Chriſtum duas ſubſtantias, neceſſario ſancta Trinitas σεσάρκωται, id eſt, incarnata eſt. Hæc ſunt, quæ adverſarii objiciunt, fortaſſis enim opinantur partibilem eſſe ſubſtantiam divinitatis, & partem ſpectari in Patre, partem in Filio, & partem in Spiritu ſancto: tanquam unaquæque perſona ex parte, & non in omnibus proprietatibus divinitatis agnoſcatur. Nos autem non eo impietatis proceſſimus, ut partitionem, & ſectionem in divina ſubſtantia eſſe exiſtimemus, ſed dicimus unamquamque hypoſtaſim characteriſticam, habere notiones divinitatis nulla deficiente, ut bonum, poteſtatem creandi, & quæcunque ſunt circa naturam increatam. Sic enim dicimus Trinitatem eſſe homouſion, id eſt, conſubſtantialem, quia eadem ſubſtantia ex toto in tribus perſonis agnoſcitur. Siquidem pater perfectam habet divinitatis ſubſtantiam, ſimiliter Filius, ſimiliter Spiritus Sanctus, unde perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus Sanctus. Conſentit his Paulus prædicator veritatis, cum ait, In ipſo enim habitat plenitudo divinitatis corporaliter. Non enim dicit Patrem incarnatum eſſe, ſed quod tota divinitas in tribus perſonis eſt, nihilo deficiente, in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto in unaquaque perfecte, ſecundum vocem Domini, qui dixit, Omnia Patris mea ſunt, id eſt, quæcunque ſunt notiones ſubſtantiæ Patris, hæc verbi Dei etiam incarnati

Characterem vocat proprietatem diſtinguentem perſonam à perſona.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

nati ſunt, non quod Pater ſit Filius; aut Filius Pater, hæc enim nomina habitudinem inter eos ſignificant. Quomodo igitur non dicimus ſubſtantiam divinitatis eſſe in Chriſto plenè ſine defectu, ſiquidem perfectum eum eſſe dicimus? Quomodo autem perfectum etiam hominem confitentes, non omnem ſubſtantiam humanitatis in ipſo eſſe confitebimur? Non enim partem ejus aſſumpſit, ut ait Apolinarius, carnem ſine anima, ſed totam ſubſtantiam, id eſt, carnem animatam anima rationali, & intelligente. Hæc enim communiter in ſingulis hominibus perfectè exiſtens, οὐσία εἰκότως ἂν εἴη, id eſt, rectè eſt ſubſtantia. Singuli enim diſtinguuntur, ſive ſeparantur inter ſe non ſubſtantia, ſed proprietatibus conſequentibus, ſive comitantibus magnitudine, colore, & ut uno verbo dicam, characteriſticis perſonarum qualitatibus. Quomodo enim ex duabus naturis Chriſtum eſſe dicent, niſi nomen naturæ pro ſubſtantiis intelligant? Non enim audebunt dicere pro hypoſtaſibus characteriſticis dici ex duabus naturis, ne cogantur dicere ex duabus perſonis. Hypoſtaſis enim characteriſtica perſona intelligitur: dico autem hypoſtaſim characteriſticam, ſive in charactere, ne, fraude hæreticis conſueta, hypoſtaſim ſine charactere ſupponant. Tunc enim ſignificationem ſubſtantiæ fert hypoſtaſis. Quomodo autem conſubſtantialem Patri, & nobis Chriſtum poſt unionem ponunt, & non ſunt ſtupidi confitentes quidem duo conſubſtantialia, negantes vero duas ſubſtantias?

articularis
ubſtantia
Chriſto.

Contra particularem ſubſtantiam humanitatis in Chriſto.

SI ſeparantes cogitatione proprietates accidentes, & in ſeipſa naturam Petri conſiderantes, ſic dicimus, quod eſt animal rationis particeps, & mortale, eadem autem definitio naturæ humanæ ſimpliciter à nobis redditur, eadem igitur erit ratio naturæ ſimpliciter, & naturæ in aliquo conſideratæ: quomodo igitur dicitur, quod non poteſt natura alicujus ſingularis communis eſſe? Et ſi communem naturam non aſſumpſit Chriſtus, me non aſſumpſit; quod ſi me aſſumpſit, aſſumpſit igitur & Judam: reſpondeamus & nos, naturam quidem aſſumpſiſſe: non autem proprietates hypoſtaticas: hæ enim faciunt Judam, & illum: quoniam univerſalia non inferunt particularia; particularia vero inferunt univerſalia, ut omnibus liquet. Quamobrem cum dicimus fieri unionem ex communibus ſubſtantiis, non cogimur inferre hypoſtaſes, quæ ſunt ſub ipſis ſubſtantiis, ut calumniatores nugantur. Si filium habentem in ſe ipſo naturam divinitatis perfectam, nulla re defectam, ſupra quam plenam, factum eſſe hominem dicimus, quid cogit nos, qui hoc dicimus, patrem, & ſpiritum ſanctum ad humanationem neceſſario deducere? Petro enim crucifixo, & Paulo capite amputato, & utroque plenam, & totam communem naturam hominum habente, quid hoc reliquis nocuit, qui ſub eandem naturam referebantur? Non naturarum, ſed hypoſtaſeon proprietates docemur, ait Greg. Naz. in 2. libro contra Eunomium. Sic enim ait de patre, & filio, & ſpiritu ſancto, quod per hæc nomina differentiam docemur, ſed perſonarum proprietates γνωριστικὰς, id eſt, notionales.

Energeia
in Deo.

Quomodo oporteat intelligere energiam id eſt, operationem in Deo. Chryſoſt. in epiſt. ad Coloſſ.

Chryſoſtomus.

HAbet, inquit, energiam illa ſubſtantia, ſcilicet divina, & quæ eſt energia? Ergo in illo eſt motus. Quare non eſt immutabilis. Quod enim movetur, non eſt immutabile, movetur enim ex immotione, & tamen movetur, & nunquam ἵσταται, id eſt, ſiſtit motionem. Quali ergo motione? Dic mihi, apud nos enim ſeptem ſunt motus, ſurſum, deorſum, extra, intro, ad dextram, ad ſiniſtram, circulo. Eſt præterea accretio, decretio: ſed nullo horum motu movetur, neque quali motu mens movetur, abſit: multis enim abſurdis motibus movetur mens. Deinde ſi velle eſt ἐνεργεῖν, id eſt, operari, cum omnes homines velit Deus ſalvos facere, quomodo non fiunt ſalvi? Ergo non ſufficit ad energiam, velle? Quomodo igitur dicit ſcriptura, omnia quæcunque voluit, fecit? Et Leproſus dixit Chriſto, ſi vis, potes me mundare. Si igitur ſimul ut vult, ſequitur hoc, ſcilicet mundatio, quid reſtat dicendum?

Dionyſ.

Digitized by Google

Dionyſ. Areop. de divinis nominibus, cap. de parvo & magno, ſimili, diverſo.

Dionyſius Areopagita.

QUid eſt, quod Theologi dicunt, ad omnia procedentem, & ajunt moveri immotum? An non eſt hoc intelligendum, ut Deum decet? Moveri enim ipſum, pie exiſtimandum eſt, ὁ κζ΄ φορὰν, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ ἑτεροίωσιν, ἢ τροπικὴν ἢ τοπικὴν κίνησιν, non motu recto, non rotundo, non ex utroque compoſito, non motu mentis, non motu animæ, non motu naturali: ſed moveri Deum eſt εἰς ὑσίαν ἄγειν, id eſt, facere eſſe, & continere omnia, & omnia procurare, adeſſe omnibus præſentem τῇ πάντων ὀχέτῳ περιοχῇ, καὶ ταῖς ἐπὶ τὰ ὄντα πάντα προνοητικαῖς πρόοδοις καὶ ἐνεργείαις, comprehenſione illa, quæ coërceri nequit, & providentiæ ſuæ ſuper omnes res creatas quaſi progreſſionibus & operationibus.

Euſtathii Epiſcopi Beryti Apologia, ſive defenſio epiſtolæ Leonis Pontificis Romani contra Timotheum Aelurum.

Apologia in locum epiſt. Leonis.

COgnoſce ex iis quæ ſequuntur horum dogmatum ἀκρίβειαν, id eſt, limatam & perfectam rationem, nam cum dixiſſet: operabatur enim utraque forma cum alterius communione, quod habuit proprium; ſubjungit: verbo quidem operante hoc, quod eſt verbi, corpore verò perficiente quæcunque erant corporis. Cum dixit, τοῦ λόγου κατεργαζομένου, id eſt, verbo operante: τοῦ αὐθεντίαν καὶ ἐξουσίαν καὶ τὸ ἀδέλωτον, id eſt, auctoritatem, & poteſtatem, & libertatem divinitatis ſignificavit, quæcunque enim ſunt verbi, hæc ſunt ἀρχικὰ καὶ βασιλικὰ, id eſt, principalia & regia: non ſubjunxit autem, corpore ἐργαζομένου, ἀλλὰ ἐκτελοῦντος, id eſt, corpore operante, ſed perficiente quæcunque ſunt corporis, ut tibi ſignificaret, quod corpus ad voluntatem verbi uniti, cujus erat factum proprium, movebatur κζ΄ τοῦ ἀκολουθίαν τῆς φύσεως, ἡνίκα τοῦτο παραςαίη τῷ θεῷ λόγῳ, ὁ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὰ φυσικὰ πάθη τοῦ ὁρμοῦ ἐποιεῖτο, ἢ τὰ ἔξωθεν προσπίπτοντα, ἀλλὰ τοῦ λόγου συγχωροῦντος οἰκονομικῶς, id eſt, ſecundum ordinem naturæ, quando hoc placeret verbo, non enim ex ſeipſo ad naturales paſſiones ciebatur, aut ad ea, quæ extrinſecus accidebant, ſed verbo permittente, œconomicè.

Euſtathius Berythenſis.

Idem Leo.

Leo Magnus.

EX nobis ipſis minor patre humanitas, ex patre vero æqualis ipſi cum patre divinitas.

Scholium.

Auctor Collectaneorum.

ADverte hic, quod divinitas, & humanitas non ſignificant perſonas, ſed ſubſtantias, quarum differentiam poſtquam dixit, ſubjungit ſtatim unionem ſecundum hypoſtaſim in Chriſto.

Item unam perſonam dicit, aliud tamen eſt illud, unde in utroque commune eſt, quod ad contumeliam, & paſſionem pertinet, ſcilicet humanitas; & aliud illud, unde commune fuit, quod ad gloriam: ſcilicet divinitas.

Cyrillus in illud: & nunc anima mea turbata eſt.

Cyrillus.

SIcut œconomicè permittit carni interdum pati, quæ ſunt propria, ſic rurſus permittit animæ propria pati, & ubique menſuram exinanitionis ſervavit, quamvis eſſet Deus natura, & ſupra omnem naturam.

Idem in Joannem.

CUm Chriſtus ſecundum naturam non modò Deus, ſed & homo fuerit: ideo ſubiit cum aliis ea, quæ ſunt hominum. Quando enim in ipſo incipiebat commoveri triſtitia; jamque ſancta illius carne ad lacrymas propendente, haud ſinit, ut more noſtro id agat immodicè. Infremit autem ſpiritu, hoc eſt, virtute ſpiritus: & quodammodo propriam carnem reprehendit. Illa vero motionem divinitatis ſibi unitæ non ferens tremit & turbatur. Hoc enim ſignificat illud: & turbavit ſemetipſum. Quomodo enim alioquin turbatio in illa exſiſteret? Turbatur autem aliquo modo inconſumpta ſemper & tranquilla natura. Caro itaque redarguitur à ſpiritu, ut doceatur ea, quæ ſupra naturam ſunt, ſapere.

Joan. XI. infremuit ſpiritu, & conturbavit ſemetipſum.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

Cyrillus contra Neſtorium.

DEus ſecundum naturam vita, poſtquam factus eſt unum cum carne, vivificam eam reddidit: quare quamvis dicat nobis: niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis &c. non tanquam unius cujuſpiam ex noſtro numero hominis carnem eſſe exiſtimabimus. Quomodo enim caro hominis natura erit vivifica? Sed tanquam propriam verè factam ejus, qui propter nos factus eſt & vocatus filius hominis.

Ex S. Maximo.

Maximus. NAtura quidem non eſt ἀνυπόστατος. id eſt, non caret hypoſtaſi, neque hypoſtaſis eſt ἐνυπόστατος, id eſt, non eſt in hypoſtaſi, hypoſtaſis enim eſt omne quod per ſe exiſtit, & propriam habet ὕπαρξιν, id eſt, exiſtentiam ἐνυπόστατον verò, id eſt, exiſtens in hypoſtaſi, eſt, quod per ſe quidem ex toto non exiſtit, ſed in alio ſpectatur, ut ſpecies in individuis, aut cum alio differente ſecundum ſubſtantiam ad generationem totius alicujus compoſitum: cum enim fit concurſus differentium ſubſtantiarum ad compoſitionem unius alicujus, utraque natura concurrens ſimul ad generationem totius, aſſumens proprietatem diſtinguentem & ſeparantem ab homogeneis non per ſe & ἀνὰ μέρος, id eſt, particulariter, ſed in unione & συνυπάρξει, id eſt, in coëxiſtentia, eſt ἐνυπόστατος, id eſt, in hypoſtaſi, & non eſt hypoſtaſis, quia non per ſe exſtitit. Si verò ſic unita eſt natura humana, neque propriam & ſeparatam exiſtentiam habuit, ſed ſimul cum compoſito & coëxiſtente habuit eſſe: ambæ autem redditæ ſive conſtitutæ ſunt una hypoſtaſis: unita enim inter ſe illa quæ concurrerunt, unam habuerunt communem hypoſtaſin, & propria alterius partis, quæ illam ab homogeneis ſeparant, facta ſunt propria verbi. Quod enim eſt per ſe, & ſeparatim conſiſtit, hoc eſt hypoſtaſis, ſiquidem hypoſtaſim vocant, qui de his philoſophantur, ſubſtantiam cum proprietatibus, numero ab homogeneis differentem. Caro igitur verbi non fuit hypoſtaſis, neque enim vel tam brevi, quam ſola cogitatione fingi poteſt, per ſe ipſam penitus extitit ſeparata, proprietatibus eam ab homogeneis ſeparantibus, vel πρὸς τὸ συγκείμενον καθ' ὑπόστασιν λόγον, proprium ſeparatum à communi, ſed potius ἐνυπόστατος, id eſt, in hypoſtaſi exiſtens tanquam in ipſo, & per ipſum accipiens exiſtentiæ ortum, & facta ipſius ſecundum hypoſtaſim caro, & cum ipſo ſecundum hypoſtaſim unita verbo proprietate eum à reliquis hominibus ſeparante: communem enim carnis & divinitatis ſecundum unionem factam eſſe dicimus concurſu ipſarum naturarum ſecundum unionem naturalem, id eſt, veram, & realem unam Chriſti hypoſtaſim completam: communem vero dico tanquam unam & eandem partium ἰδικωτάτῳ, id eſt, ſpecialiſſimam ex unione hypoſtaſim declaratam, quin potius unam & eandem hypoſtaſim verbi nunc, & prius, ſed prius quidem ſimplicem, & non compoſitam, poſtea vero ſine mutatione compoſitam aſſumptione carnis animatæ anima rationali.

Una Chriſti hypoſtaſis completa facta eſt communis utriuſque naturæ.

Quòd in creaturis non exiſtant per ſe, quæ communia & univerſalia dicuntur, in ſola autem divina natura ſervatur proprie unum re, & veritate.

ADvertendum eſt, quod in nobis, & in omnibus creaturis communitas ratione, & cogitatione ſpectatur, & conſideratur, diviſum verò re; contra verò in divinitate; illic enim invenitur unum re propter coæternitatem, & identitatem operationis, & voluntatis, & bonitatis, cogitatione vero reperitur diviſum; in ſolis enim proprietatibus paternitatis, & filiationis, ac proceſſionis ſpectatur, & in eo, quod eſt eſſe principium, & eſſe ex principio, eſſe ingenitum, & genitum, & procedens, in his & ſolis eſt differentia. Non enim diſtantiam loci, ſicut in nobis, poſſumus in divinitate incircumſcripta dicere, neque differentiam voluntatis, aut virtutis, aut ſententiæ, quæ quidem in nobis generant diviſionem realem. Alio etiam modo hoc conſiderandum eſt, quod in Trinitate tres quidem hypoſtaſes cognoſcimus, unam vero ſubſtantiam, & divinitatem, ſed non cogitatione illud unum divinitatis, & ſubſtantiæ ſpectamus, ſicut in nobis unum ſubſtantiæ, & humanitatis, id eſt, communitatem, quin potius in divinitate, ſcimus eſſe unum re & veritate, quia nunquam fuit, quando non eſſet in tribus perſonis, quas credimus, una divinitas. Nec unquam in pluribus, aut paucioribus fuit, nec erit, contra quam in nobis, fuit enim quando non erat in Petro, verbi gratia, & in Paulo, & in Joanne communis natura, ſed in alio, vel aliis, & erit rurſus in aliis, & fuit aliquando, cum in nullo fuit: quomodo igitur non ſola cogitatione ſpectabitur, & conſiderabitur creata natura, quæ univerſalis, & communis iis, quæ non ſunt dicitur, vel ex alio in alium tranſiens, quorum nihil in vera & increata natura evenit?

Baſilius

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

Basilius ad Amphilochium de Spiritu Sancto.

AN intelligunt ὑπεραριθμησιν, id est, supernumerationem scilicet Spiritus Sancti divisionem communis εἰς ὑπεσταλμένα, id est, in subjecta & contracta? at non credam eos eo dementiæ progredi, ut dicant Deum universi tanquam communitatem aliquam sola ratione spectari posse, in nulla autem hypostasi existentem, in subjecta dividi. Basilius. *Auctoritates ad probandum superiora.*

Scholium.

ADvertendum est, sic opinari eos, qui dicunt substantias μεριχὰς, id est, particulares. Auctor Collectaneor.

Anastasius contra διαιτητὴν.

SI enim impossibile est cogitare corpus sine loco & sine aliis, extra quæ esse non potest, quamvis non habet corpus substantialem constitutionem sui in ipso loco; quomodo non erit magis impossibile naturam aliquam sine individuis cogitare per se non existentem, nec intellectilem? Anastasius.

Scholium.

QUomodo ponerent Ariani particulares naturas, ex Damasceno etiam licet intelligere in libro contra Acephalos, sic enim ait: sed quod non oporteat dicere naturas particulares (has enim tanquam hypostases per se existentes ponebant) hinc intelligimus, si naturas particulares in sancta Trinitate confitemini, diversæ substantiæ eam esse sentitis: & iterum Arius suscitatus est. Ac rursus si singulis personis S. Trinitatis propriam substantiam tribuitis; has autem consubstantiales esse secundum communem substantiam confiteamini, idem autem sit, (ut dicitis) substantia & hyhostasis, erit igitur opinione vestra quaternitas hypostaseon: trium quidem particularium, unius vero communis: similiter quaternitas substantiarum, & unaquæque hypostasis, duarum naturarum & hypostaseon, unius quidem communis, & unius particularis. Eruntque ejusdem substantiæ, & diversæ; ejusdem hypostasis, & diversæ hypostasis. Ecquis non ridebit? Imò vero flebit in tanta insania, &c. Auctor.

OPPOSITIO EX PERSONA SEVERIANORUM,

Contra fidem Orthodoxam, cum responso incerti Auctoris.

SCio planè, id quod negari non potest, quod vos Chalcedonenses Cyrillum Archiepiscopum Alexandrinum habetis magistrum, & columnam fidei Orthodoxæ, sicut & nos. Hic autem sanctus usus est exemplo hominis è nostro numero, loquens sic de unione in Christo in epistola secunda ad Successum: (a) Sit, inquit, nobis exemplum homo similis nobis. Duas enim naturas in eo intelligimus, unam quidem animæ, alteram vero corporis, & quæ sequuntur. Ego vero hoc exemplo dogma nostrum confirmare possum. Sicut enim Petrus unus & idem est, & duas naturas habet, naturam dico animæ, & naturam corporis, & nec anima ejus conversa est in corpus, neque corpus in animam, sed remanserunt in eo duæ naturæ, natura animæ, & natura corporis, immutabiles, non confusæ, neque divisæ, tamen ex utrisque naturis animæ & corporis constitutus est Petrus, constitutaque est ex duabus naturis una hypostasis, & una natura composita, sic Christus unus & idem est, & habet naturas duas, naturam dico divinitatis, & naturam humanitatis: & neque divinitas Argumentum Severiani ex unione animæ & corporis.

(a) Legitur illud argumentum in epistola prima non secundâ ad Successum inter opera Cyrilli. T. 5. p. 2. p. 137. Basn.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 780.

tas ejus converſa eſt in humanitatem, neque humanitas mutata in divinitatem, ſed manſerunt in eo duæ naturæ immutabiles, non confuſæ, neque diviſæ. Verumtamen ex utriſque naturis conſtitutus eſt Chriſtus, factaque eſt una hypoſtaſis, & una natura compoſita.

Ego vero tibi reſpondeo, quod Petrus non eſt anima ſua, neque ſuum corpus. Et à me interrogatus reſponde, quæ eſt animæ definitio? Neceſſe eſt dicas, animal rationale, immortale. Quæ vero definitio Petri? Animal rationale mortale: vides, quemadmodum Petrus definitionem corporis recipit? Accepit ex definitione animæ rationale, & abjecit immortale, ex definitione corporis accepit mortale, & rejecit irrationale.

In Chriſto tota hypoſtaſis eſt Deus, & tota homo, totus Deus totus homo.

Tredecim capita, in quibus demonſtratur, quid diſſimilitudinis habeat exemplum hominis cum unione in Chriſto.

ANima Petri non eſt ante corpus ejus, divinitas vero Chriſti eſt ante humanitatem ejus. Anima Petri non eſt hypoſtaſis ſui corporis; Deus verbum factum, eſt hypoſtaſis ſuæ carnis. Hypoſtaſis Petri non erat ante compoſitionem animæ cum corpore; Hypoſtaſis Chriſti erat ante unionem divinitatis cum humanitate. Petrus non eſt anima ſua, neque ſuum corpus, quia non recipit definitionem animæ, neque definitionem corporis, ſicut ante demonſtratum eſt; Chriſtus vero eſt Deus perfectus, & homo perfectus, quia recipit perfecte definitionem divinitatis, quæcunque illa ſit, quamvis nobis ignota, & perfecte definitionem humanitatis, quæ eſt, animal rationale. Petrus non recipit duo contraria ſecundum naturam, verbi gratia, non potes dicere, eſt rationalis, & irrationalis, mortalis, & immortalis, paſſibilis, & impaſſibilis, corpus, & incorporeus, & alia ſimiliter; Chriſtus autem recipit duo contraria. Secundum enim naturam eſt idem creatus & increatus, æternus, & ſub tempore, circumſcriptus. & incircumſcriptus, impaſſibilis, & paſſibilis, immortalis, & mortalis, viſibilis, & inviſibilis, & ſimilia. (a) Petrus non eſt in anima ſua ejusdem ſubſtantiæ cum animis aliorum hominum, nec eſt homouſios in corpore ſuo cum corporibus reliquorum hominum; Chriſtus autem eſt homouſios in divinitate ſua cum Patre & Spiritu Sancto, & in ſua humanitate homouſios cum matre, & nobiſcum. Petrus non dicitur anima corporata, id eſt, facta corpus: neque corpus animatum, id eſt, factum anima; Chriſtus autem dicitur, & eſt Deus factus homo. Anima Petri compatitur corpori ſuo, & recipit paſſiones, & dolores ejus; Deus autem verbum non eſt compaſſus cum carne, neque paſſiones ejus, & dolores communes habuit, ſed potius patiente carne propria Deus verbum manſit impaſſibile tanquam Deus. Mors Petri ſeparatio eſt animæ à corpore; mors verò Chriſti non eſt ſeparatio divinitatis ab humanitate, ſed potius ſeparatio animæ à proprio corpore, remanente divinitate inſeparabili ab anima ſua, & à corpore ſuo. Et in anima ſua prædicavit in inferno animis quæ ibi erant ab Adam uſque ad deſcenſum ſuum illuc, & in ſepulchro ſervavit corpus ſuum incorruptum, & poſt triduum ſepulturæ ſurrexit incorruptum, & copulavit illud cum propria anima, & perſeverat in poſterum inſeparabile ab ea in ſæcula. Petrus autem melior eſt ſua anima, & ſuo corpore, partes enim ejus ſunt; Chriſtus autem non eſt melior divinitate ſua, aut humanitate ſua: Quia non ſunt proprie partes ejus, unaquæque enim earum eſt ſpecies ſpecialiſſima, quatenus de pluribus differentibus numero prædicatur. Ambæ partes Petri ſunt creatæ, anima ſcilicet & corpus; Partes autem Chriſti altera eſt increata, ſcilicet divinitas, altera creata, ſcilicet humanitas.

(a) Id facile non poteſt intelligi, cum omnes animæ & omnia corpora ſint ejuſdem ſpeciei. CAN.

EPITOME

Digitized by Google

EPITOME CANONUM

QUAM

ADRIANUS

SUMMUS PONTIFEX

HOC NOMINE PRIMUS

CAROLO MAGNO Romæ obtulit.

A CANISIO primum evulgata

Ex M. S. Codice celeberrimi Monaſterii Weingartenſis.

Digitized by Google

CANISIUS AD LECTOREM.

Sæc: VIII. Anno 781.

Uctor hujus Epitomes Adrianus Pontifex Pontificatum iniit anno Christi 772. tenuitque usque ad annum Domini 795. Sanctitate & rerum gestarum magnitudine conspicuus. Altero sedis suæ anno, qui erat annus Christi 773. Carolum Magnum Romæ excepit, & hoc Canonum Breviario donavit. Quod luce dignissimum, cum propter ejus qui obtulit; tum propter ejus, cui oblatum est, auctoritatem. Dolendum, correctius & integrius non prodire: nam deesse Canones Nicænos, nescio quo infortunio, vel inde conjicias, quod semel atque iterum tanquam in hoc compendio exstantes citantur; & tamen nusquam apparent. Sed forte offeret borta sors vel nobis vel aliis perfectiorem codicem, cujus ope resarcire liceat, si quid huic editioni deesse videbitur.

JACOBI BASNAGII IN HANC CANONUM COLLECTIONEM OBSERVATIO.

I. Ecc'esia Gallicana nullam habuit Canonum Collectionem.

I. Collectione Canonum ad sæculum sextum caruisse videtur *Ecclesia Gallicana.* Habuere quidem præsules Galli Canones, quos dubiis in rebus consulerent; at illi fuere *Canones Nicæni*, à Constantino probati & illius ope ab universa fere Ecclesia recepti. Sed propriis utebantur Canonibus Ecclesiæ diversarum regionum, qui a Conciliis vel provincialibus vel nationalibus statuebantur. Eorum quæ in Gallia definiverant, ratio potissimum habebatur: horum fit mentio in Concilio Agathensi, cui placuit *ut Canones & Statuta Patrum per ordinem legerentur*, quod de Concilii Valentini an. 374. decretis debet intelligi. Clarius adhuc *Cæsarius Arelatensis* his verbis: *ecce manifestissime constat quod tituli antiquorum Patrum, sed & Canones Gallicani continere videntur.* Denique laudabant aliquando Galli Canones veterum Conciliorum Græcorum: Sic Aurelianense primum Antiochenos, Epaönense Ancyranos. Sed indene conjicias, collectionem integram Canonum habuisse Gallos Patres? Non ego crediderim in unum codicem fuisse compactos. Legebantur quidem disjunctim, prout à Conciliis fuerant editi & ex ipsis fontibus pro-

Concil. Agath. an. 506. c. 1. Valentin. an. 374. c. 1. Aurelian. an. 511. c. 14. Epaönense c. 31.

Digitized by Google

prout neceſſitas poſtulabat, ipſos educebant Epiſcopi. I. Nulla indicatur collectio Canonum apud Gallos uſitata, vetuſtior *Dionyſio Exiguo*, qui id opus ſæculo ſexto concinnavit. Nulla vel laudatur vel etiam indicatur à priorum ſæculorum præſulibus: omnes vel *Iſidori* vel *Dionyſii* collectionem memorant; altum de priori aliqua ſilentium: Quod ſatis indicat nullam fuiſſe, non enim ignota res eſſe potuit. II. Innocentius primus apud Sozomenum aſſerit, *ſolis illis parendum eſſe canonibus, qui apud Nicæam ſunt definiti.* Ipſe vero Canones Antiochenos, tanquam ab hæreticis dictatos ſugillabat. Non fuit ergo apud Occidentales *Innocentii primi* temporibus illa collectio Canonum quæ legis vicem obtineret, nec tum *Antiochena decreta* in cenſum Canonum fuerant adſcripta. III. Ipſe *Leo* Pontifex anno 452. eandem tuebatur ſententiam, ſolis Canonibus Nicænis adhærens. IV. Juſſit quidem Concilium Chalcedonenſe, ut *regulæ Patrum per ſingula Concilia conſtitutæ proprium robur obtinerent.* Sed de Concilio Chalcedonenſi longæ motæ ſunt controverſiæ, & dum definitionem fidei impugnabant Orientales, canonibus obſiſtebant Occidentales, ipſiſque vehementiſſime refragabatur *Leo* Pontifex. Quis igitur, dum agitabantur illæ lites de Concilio Chalcedonenſi, juſſis illius obtemperaſſe Gallos ſibique ex ejus mandatis Canones conſarcinaſſe putet? Canones Chalcedonenſis Concilii repudiabat Leo ea ratione, quod de fide ſola debuerint agere. Ficulneum prorſus argumentum! Non igitur Leo collectionem illam vetuſtiſſimam, quam nobis venditant plurimi, confecit, unde ad Gallias potuiſſet facilius transmitti: Sed aliquis imperitus, ut mox patebit, ſponte tentavit illud opus, quod à pleriſque aſpernabatur, & ideo fuit Gallis ignotum. Notandum tamen in ea verſione Latina Græcorum Canonum defuiſſe Canones Sardicenſes. V. Collectionem ſuam agreſſus eſt *Dionyſius Exiguus* precibus *Laurentii*, Diaconi Eccleſiæ Romanæ: Laurentius *aſſiduâ & familiari cohortatione parvitatem noſtram regulas eccleſiaſticas de Græco transferre pepulit, confuſione priſcæ tranſlationis offenſus.* Fuit igitur quædam Canonum tranſlatio Romæ, ſed confuſa, quæque viros doctos offenderet; ideoque ne illam juſſu Leonis Magni conſcriptam putes! Illa Translatione veteri, cujus veſtigia ſuperſunt, non utebantur eruditi, qui Canones diverſimode & pro libitu interpretabantur. Ad Gallos penetraſſe collectionem illam, leviſſimum eſt argumentum, quod in ea Canones Apoſtolici deſint; quippe illos ab omnibus editionibus, nequidem Dionyſianâ excepta, detraxerant Galli, ut inferius patebit. Nulla fuit igitur collectio Canonum apud Gallos Dionyſianâ vetuſtior, quamquam regulas Patrum aliquando laudaverint & ex Conciliis excerpſerint. Is *Dionyſius* Canones Sardicenſes, qui nullo in pretio erant apud Orientales & Africanos, operi ſuo inſeruit, quod uſu celeberrimo Eccleſia Romana, imo Gallicana complectebatur, ut loquitur ſcriptor coævus.

SÆC. VIII. ANNO 781.

Sozom. l. 8. c. 28. p. 795.

Concil. Chalc. c. 1.

Caſſiodor. divin. lect.

II. Ab eo tempore *Adrianus Papa* confecit Conciliorum Volumen illudque miſit ad *Carolum Magnum*, præfixâ ad eum præfatione & epigrammate Acroſtichicis verſibus: ſic Baronius ad an. 795. Et revera quidem integrum codicem Canonum Carolo obtuliſſe Pontificem aſſerit *Sirmundus*; unde conflata fuit epitome, quæ ſuo Adriani nomine vulgatur. Alii cenſent Dionyſianam collectionem ab Adriano Imperatori datam dum eſſet Romæ, ideoque male illam Pontifici vindicari. Sed invaluerat jam apud

II. Hæc collectio non eſt Adriani. t. 9. p. 459.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 781. apud Gallos Dionyſiana collectio, ita ut denuo ſcripto mandari non debuerit. Deinde vero *Epitome* quam vulgavit *Caniſius*, quæque tomo ſexto Conciliorum inſeritur, alia eſt à Dionyſiana, in qua legebantur non modo *Nicæni* ſed & *Chalcedonenſis* Concilii Canones. Melius igitur *Sirmundus*, qui collectionem integram Canonum tribuit *Adriano*, ex qua epitomator aliqua tantum breviter excerpſit; unde concludas non eſſe hîc genuinum opus Adriani, quamquam nomen ejus præferat tum in editis tum in mſ. codicibus.

III. Quo tempore data. III. Quo tempore fuerit data Carolo Magno Collectio Canonum, contendunt inter ſe eruditi; cum enim ternis vicibus Romam petierit Imperator, dubium eſſe poteſt, ad quam profectionem illud munus ſit referendum. *Caniſius* ad primam, *Sirmundus* ad tertiam, ex eo, quod multa occurrant in epiſtola Adriani, quæ primæ non conveniunt. Nos a cæteris diſcedentes ſecundam indicamus. Jam devictus erat *Deſiderius*, corruerat-que Longobardorum Imperium, cum ad *Carolum*, ſcripſit *Adrianus*:

> *Arma ſumens divina gentes calcavit ſuperbas,*
> *Reddidit priſca dona Eccleſiæ matri ſuæ*
> *Urbeſque magnas, fines ſimul & caſtra diverſa;*
> *Longobardam ac Erulam virtute divina proſtravit*
> *Gentem.*

Nondum proſtrata fuit Longobardorum gens, cum primum Romam advenit Carolus; quippe tunc obſidione ab eo tenebatur Papia Longobardorum urbs primaria, non niſi poſt Caroli reditum in ejus ditionem redacta: Non igitur de primo adventu hîc potuit agi, qui tamen anno 774. non 773, ut voluit Caniſius, debuit aſſignari. Deinde vero Carolum *Regem* appellat Adrianus in Acroſtichis: an ſiluiſſet Imperatoriam dignitatem qua decoratus fuit in tertio adventu Carolus? Illud non veriſimile. Poſito igitur, illud munus oblatum fuiſſe à Pontifice dum Romæ degeret Carolus, de quo dubium movet Epiſtola, quæ forſan dum alibi poſt primum adventum verſaretur, fuit transmiſſa, de ſecunda profectione debuit intelligi ideoque illud donum anno 781. aſſignavimus.

IV. De Canonum Apoſtolicorum autoritate apud Gallos. IV. Incipit hæc collectio abbreviata a Canonibus Apoſtolicis; cave tamen credas, a Gallis religioſe ſemper fuiſſe obſervatos. Jam eos Latine redditos indicaverat *Dionyſius Exiguus*; ſed ſpurii illi fœtus a legitimis fuerant diſtracti. Id patet *ex eo, quod Chilpericus transmiſit Epiſcopis Librum Canonum, in quo erat quaternio novus adnexus habens Canones quaſi Apoſtolicos.* Gregor. Turon. l. 5. c. 14. Rejiciebantur igitur illi Canones Apoſtolici tanquam Apocryphi, id enim indicat illud Gregorii Turonenſis *quaſi Apoſtolicos*; nec legebantur niſi ſeorſim in novo quaternione, quem ideo cum cæteris offerebat Chilpericus, ut facilius damnaretur Prætextatus Rothomagenſis, velut lege adverſus *perjuros, adulteros & homicidas ab Apoſtolis* latâ; Quinimo a Rege depravatus fuerat ille quaternio; nihil enim de *homicidio* habebant Canones Apoſtolici. Sed ab eo tempore hic Canon a plurimis fuit receptus, qualem eum Chilpericus indicaverat, ut patet ex Halitgarii Lib. V. cap. 4. conjicias forſan ſaltem ab Adriano adjectos Canones Apoſtolicos & Pontificia autoritate roboratas plus ponderis habuiſſe. Nequaquam! *Hincmarus* enim Hincmar. op. c. 24. Adriano multo recentior ſic de Canonibus Apoſtolicis: *Non ab Apoſtolis conſcripti*

Digitized by Google

ſcripti eſſe creduntur, ſed & B. Gelaſius in Catalogo: Qui libri ab Eccleſia recipiantur? de his Apoſtolorum Canonibus penitus tacuit, ſed nec inter Apocrypha eos miſit. quapropter in lectione illorum ſequenda eſt cautela ab eodem B. Gelaſio præmonita: Cum hæc, inquit, ad Catholicorum manum advenerint, Beati Pauli præcedat ſententia, quæ dicit: omnia probate, quod bonum eſt tenete. Decipiebatur *Hincmarus*; nam ſive *Gelaſius*, vel quisquis alius hunc Canonem librorum confecit, Canones Apoſtolicos non recipiebat. SÆC. ANNO 781.

Nec mireris Gallos collectionem Canonum à Pontifice, Imperato risinterventu ad ipſos demandatam, ambabus ulnis non recepiſſe, quippe propriis Canonibus mordicitus non adhærebant, ipſoſque ſæpius pro libitu irritos fecere, legem veterem recentiore abrogantes, ut patet ex ipſo Concilio Agathenſi ſuperius memorato, in quo ſic legas: *quanquam aliud ſtatuta Patrum decreverunt.* Fruſtra igitur Pontifex Carolo Magno poſuit in mandatis:

A lege namquam diſcede hæc obſervans ſtatuta.

V. Sequuntur in epitome variorum Conciliorum decreta; ea tamen eſt mutila, cum nulli occurrant Canones Conciliorum œcumenicorum; quamquam de Nicænis mentio fiat. Autumarunt aliqui Canones Concilii Laodiceni ab Arianis fuiſſe confictos: idipſum ſentit Pagius, nec inde detrimentum rei Eccleſiaſticæ fore putat, ſi leges ab hæreticis inventas recipiat Eccleſia. Nos alibi Concilium Laodicenum a tanta injuria liberavimus. Utinam ſemi-Ariana non fuiſſet Antiochena Synodus! cujus decretis & legibus obſtrictos à longo tempore ſeſe tenuere Latini præſules. Denique hic adſunt Africani Canones; omittuntur vero falſæ ille decretales in Galliis ea ætate ignotæ; ſed quas ſub nomine Iſidori Mercatoris ex Hiſpania poſtmodum transvexit Riculphus Moguntinus Epiſcopus. Ab eo tempore, antiquatis prioribus legibus, novum jus apud Gallos fuit inſtitutum & Romani Pontificis autoritas inde plurimum invaluit. Canones Conciliorum.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 781.

INCIPIT COMPENDIOSA TRADITIO CANONUM ORIENTALIUM,

SIVE

AFRICANORUM

QUOS

B. HADRIANUS

PAPA,

In uno volumine cum ſuperioribus Conciliis ad diſpoſitionem Occidentalium Eccleſiarum Carolo Romæ poſito dedit Regi Francorum, & Longobardorum, ac Patricio Romanorum. In primis de Canonibus Apoſtolorum ſub numero L. *capitulorum.*

Incipiunt Eccleſiaſticæ Regulæ S. Patrum, Apoſtolorum,

PROLATÆ PER

CLEMENTEM ROMANUM PONTIFICEM:

Quæ ex Græcis Exemplaribus in primo ordine ponuntur.

I. EPiſcopus à duobus, vel tribus ordinetur.
II. Presbyter, & reliqui Clerici ab uno Epiſcopo ordinentur.
III. Ne mel, & aliud in ſacrificio offeratur, niſi quod Dominus ſtatuit.
IV. Novas ſpicas, uvas, oleum, & incenſum ad altare licet offerri, ad benedicendum.
V. Reliqua omnia ad domum Epiſcopi, & Presbyteri.
VI. Ut Presbyter uxorem ſuam à gubernatione ſua non abjiciat, ſed caſte regat.
VII. Ordinati, ſæcularibus curis dediti, dejiciantur.
VIII. Ut Paſcha ante æquinoctium vernale non celebretur.
IX. Ut miniſtri altaris facta oblatione communicent.
X Ut & laici Eccleſiam ingreſſi communicent.
XI. Si quis cum excommunicato, ſaltem in domo oraverit, excommunicetur.
XII. Si quis cum damnato Clerico, veluti cum Clerico, oraverit, damnetur.
XIII. Ut nullus præter commendatitias litteras ſuſcipiatur.
XIV. Ne Epiſcopi alienam parochiam invadant.
XV. Ne Clerici ſuam Eccleſiam relinquant, præter Epiſcopi licentiam.
XVI. Ut Epiſcopus, fugitivum alterius Epiſcopi Clericum retinens, excommunicetur.
XVII. Ne bigamus, vel concubinam habens ordinetur.

XVIII. Ne

Digitized by Google

XVIII. Ne corruptarum mariti ordinentur.
XIX. Ut duabus fororibus, (a) vel filiæ fratris corrupt..... ad Clerum non admittatur.
XX. Clericus fidejuſſor abjiciatur.
XXI. Per vim eunuchizatus poſſit fieri Epiſcopus.
XXII. Et qui ſe eunuchizaverit, non ordinetur.
XXIII. Si Clericus ſe eunuchizaverit, deponatur.
XXIV. Laicus ſemetipſum abſcindens tribus annis excommunicetur.
XXV. Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus in fornicatione, perjurio, vel furto capti, deponantur, non tamen excommunicentur.
XXVI. Similiter reliqui Clerici judicentur.
XXVII. Quod Lectoribus tantum liceat Matrimonium contrahere.
XXVIII. Quod Epiſcopus, Presbyter, Diaconus peccantes fideles verberare non debeant.
XIXX. Ut damnati priſtinum officium uſurpantes, de Eccleſia penitus abſcindantur.
XXX. Epiſcopus, Presbyter, Diaconus per pecuniam ordinatus, cum ordinatore ſuo, deponatur, & excommunicetur, ut Simon Magus à Petro.
XXXI. Ut Epiſcopus (b) ſeculares poteſtates Eccleſiam obtinens, deponatur.
XXXII. Ut Presbyter qui contempto Epiſcopo ſuo ſeorſum conventus fecerit, deponatur.
XXXIII. Quod Clerici ab Epiſcopo ſuo damnati, ab aliis non debeant recipi.
XXXIV. Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, peregrini per commendatitias litteras ſuſcipiantur hoſpitio, non ad communionem.
XXXV. Ut Epiſcopi ſine Primate ſuo: Primas, abſque ſuis Suffraganeis nil diſponant, nec in propriis parochiis.
XXXVI. Ut Epiſcopus, qui in aliena parochia Clericos, neſciente eorum Epiſcopo, ordinaverit, deponatur cum his, quos ordinavit.
XXXVII. Ut Epiſcopus curam populi ſuſcipere nolens, excommunicetur. Item Clerici, ſi populum non erudierint, ut legitimo Epiſcopo obediant, ſi ad illos venire noluerint:
XXXVIII. Bis in anno Concilia Epiſcoporum celebrentur.
XXXIX. Ut Epiſcopus omnes Eccleſiaſticas res diſpenſet, nec inde aliquid ſuis parentibus, non pauperibus ſubminiſtrari patiatur.
XL. Ut Presbyteri, & Diacones præter Epiſcopum nihil agant, ſint autem ab invicem ſeparatæ res Eccleſiaſticæ, & res Epiſcopi propriæ, quas ille dare poſſit quibus voluerit, ne eo moriente, propinqui ejus proſcribantur ſub obtentu Eccleſiæ.
XLI. Omnes res Eccleſiæ, in poteſtate ſint Epiſcopi ad diſpenſationem pauperum.
XLII. Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, aleator, aut ebrioſus, aut deſinat, aut delinquentes Clerici, ſive Laici eadem facientes, excommunicentur.
XLIII. Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, uſurarii, aut deſinant, aut damnentur.
XLIV. Epiſcopus, Presbyter, Diaconus cum hæreticis tantum orantes excommunicentur.
XLV. Si vero eos ad Clericale officium hortati fuerint, damnentur.
XLVI. Epiſcopus, Presbyter, baptiſma hæreticorum, non in nomine Trinitatis baptizantium ſuſcipiens, damnetur.
XLVII. Epiſcopus, Presbyter, qui recte baptizatum rebaptizaverit, vel non recte baptizatum non baptizaverit, deponatur.
XLVIII. Si Laicus uxorem ſuam pellens, alteram vel ab alio dimiſſam duxerit, excommunicetur.
XLIX. Si quis Epiſcopus vel Presbyter non baptizaverit in nomine ſanctæ Trinitatis, abjiciatur.
L. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter non per trinam merſionem baptizaverit, deponatur.

(a) *Qui duas ſorores duxit, aut conſobrinam, clericus eſſe non poteſt.*

(b) *Per*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 781.

Incipiunt Canones Ancyrani numero, XXIV.

Regulæ Ancyrani Concilii priores quidem ſunt Nicænis: ſed ideo Nicænis iſtæ poſtponuntur, propter ſancti, & magni Concilii auctoritatem Nicææ congregati.

Incipit Ancyranum Concilium.

I. UT Presbyseri, qui immolaverunt inviti, & poſtea paganis reluctati ſunt, depoſito quidem officio, honorem propriæ ſedis retineant.

II. Item de Diaconibus fiat, ſi ſimiliter peccaverint; ſic, ut digne pœnitentibus parcere poſſint.

III. Ut hi, qui ad ſacrificandum idolis violenter attracti ſunt, à communione non ſeparentur, qui in arbitrio tamen Epiſcoporum ordinari poſſunt.

IV. Ut hi, qui paganorum ritus inviti fecerunt, tamdiu ſe pœniteant, quamdiu ſe paganizaverunt.

V. Ut hi, qui non tormentis ſummis ſacrificare coacti ſunt, inter audientes uſque ad magnum diem cœnæ Domini, ſuſcipiantur, deinde ſex annis pœniteant.

VI. Ut hi, qui in locis idolorum proprios cibos manducaverunt, biennio pœniteant.

VII. Ut, qui frequenter coacti ſunt ſacrificare, ſeptennio pœniteant.

VIII. Ut, qui & alios ſacrificare compulerunt, decennio pœniteant.

IX. Ut Diaconi incontinentes deponantur.

X. Ut ſponſæ à raptoribus, licet etiam corruptæ, ſponſis ſuis reſtituantur.

XI. Quod ordinandis non noceat: quod ante baptiſmum ſacrificaverunt.

XII. Ut (a) correpti Presbyterum, vel Diaconum non ordinent, nec Presbyter aliquid agat in parochia ſine præcepto Epiſcopi.

(a) *Chorepiſcopi.*

XIII. Ut Clerici eſum carnium abominantes, deponantur.

XIV. Ut Eccleſiæ reſtituatur, quidquid Presbyteri de rebus Eccleſiaſticis, abſque Epiſcopo vendiderunt.

XV. Ut maſculorum, & pecorum concubitores, nondum vicennes, poſt XV. an- in pœnitentia exactos, orationum communionem recipiant. Deinde poſt quinquennium, communionem altaris percipiant. Quibus etiam prolixius tempus ad agendam pœnitentiam imponendum eſt, ſi tale ſcelus frequentaverint. Qui autem jam vicennarii, & uxorati, ita peccaverint, XXVI. annis pœnitentia exactis tandem in oratione communicent, deinde poſt quinquennium oblationis Sacramenta percipiant. Qui vero quinquagenarii, & uxorati, ita peccaverunt, tandem ad exitum vitæ communionem recipiant.

XVI. Ut maſculorum, vel pecorum concubitores, inter Dæmoniacos tantum orent.

XVII. Si Epiſcopi ordinati, nec recepti, aliis Epiſcopis vim ſeditionis inferant, abjiciantur.

XVIII. Ut virginalis propoſiti prævaricatores, inter bigamos computentur: &, ne virgines habitent cum aliquibus, quaſi ſorores.

XIX. Si cujus uxor adultera fuerit, vel, ſi vir adulterium commiſerit, ſeptennio pœniteat.

XX. Ut feminæ, quæ partus ſuos ex fornicatione necant, decennio pœniteant.

XXI. Ut ſpontanei homicidæ poſt jugem pœnitentiam in exitu vitæ communionem recipiant.

XXII. Ut, non ſpontaneum homicidium ſeptennio, vel quinquennio emendetur.

XXIII. Qui divinationes expetunt, more gentilium, quinquè annis pœniteant.

XXIV. Quidam ſponſæ ſuæ ſororem ingravidavit. Deinde ſponſa, ab eo in uxorem ducta, ſoror ejus corrupta laqueo ſe ſuſpendit. Hi, qui fuerunt conſcii decennio pœniteant.

Et ſubſcripſerunt XVIII. Epiſcopi: Vitalis Antiochenus, Marcellus Ancyranus. Agricolaus Cæſarienſis, & reliqui XV. Epiſcopi.

Explicit Ancyranum Concilium.

Regulæ

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 781.

Regulæ, in Neocæſarienſi Synodo prolatæ, Ancyranis quidem, vel Cæſarienſibus temporibus poſteriores; ſed Nicænis anteriores.

Incipiunt XIV. Cap. Neocæſarienſis.

I. PResbyter, ſi uxorem duxerit, deponatur: ſi vero in fornicatione, vel adulterio peccaverit, ad acriorem pœnitentiam compellatur.
II. Ut mulier duobus fratribus nupta, uſque ad mortem abjiciatur. Verum in exitu ſuſcipiatur: ſi promiſerit ſe talem copulam non iteraturam ſi vita concedatur.
III. Quod multinubi pœnitere debeant.
IV. Ut gratiæ divinæ imputetur, ſi deſiderata libido non perficitur.
V. Ut catechumenus expellatur, ſi poſt admonitionem peccans juſſa prævaricatur.
VI. Ut gravida catechumena baptizetur.
VII. Ne Presbyteri nuptiis bigami interſint: quia digamia eget pœnitentia.
VIII. Ut laicus, cujus uxor adulterata eſt, non ordinetur. Et Clericus, cum adultera uxore vivens dejiciatur.
IX. Presbyter confeſſus ſe ante ordinem crimen perpetraſſe, oblata non conſecret, in reliquis manens officiis. Non confeſſus autem, ſi convinci non poterit, ſuo judicio relinquatur.
X. Diaconus ſimili modo lapſus, deponatur.
XI. Presbyter ante XXX. annos non ordinetur.
XII. Ut in ægritudine baptizatus Presbyter non fiat, niſi neceſſitate.
XIII. Ne Presbyteri ruris in civitate coram Epiſcopo, vel Presbyteris urbis offerant, niſi forte illis abſentibus advocentur.
XIV. Ut in civitate VII. ſint Diacones, ſicut Actuum Apoſtolorum liber præcipit. Et ſubſcripſerunt: Vitalis Salaminius: Amphion, & reliqui, qui in (a) Cæſarea convenerunt XIX. Epiſcopi.

(a) *Neocæſarea legend.*

Explicit Neocæſarienſe Concilium.

Incipiunt XX. Canones Gangrenſis Concilii, poſt Nicænum Concilium expoſiti.

I. SI quis conjugium pro crimine deteſtatur, anathema ſit.
II. Si quis religioſe carnes edentem execratur, anathema ſit.
III. Si quis ſervum pro religione dominum ſuum contemnere docet, anathema ſit.
IV. Si quis ſpernit Presbyterum, eo quod legitime conjugatus fuerit; anathema ſit.
V. Si quis donum Dei contemtibile docet, anathema ſit.
VI. Si quis Eccleſiaſtica miniſteria extra Eccleſiam temere uſurpaverit, anathema ſit.
VII. Ut nullus oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam, præter conſcientiam Epiſcopi, vel Vicarii ejus ſuſcipiat.
VIII. Ut nullus accipiat, vel diſtribuat oblationes pauperibus præter Epiſcopum, vel ejus Vicarium.
IX. Ut nullus pro virginitate execretur nuptias.
X. Ut nullus virginitatem cuſtodiens adverſus conjugatos ſuperbiat.
XI. Ut nullus exſecretur Agapas, id eſt, convivia pauperibus exhibita.
XII. Ut nullus virorum in ſignum continentiæ, pallio utatur, deſpiciens eos, qui ſolitis veſtibus utuntur.
XIII. Ut nulla femina virilem habitum ſumat, quaſi pro continentia.
XIV. Ut nulla femina virum relinquat, pro execratione nuptiarum.
XV. Ut nullus filios ſuos negligat per occaſionem continentiæ.
XVI. Ne filii parentes occaſione Chriſtianitatis deſpiciant.
XVII. Ne mulieres, quaſi pro divino cultu, attondeantur.
XVIII. Ne quis in die Dominica, quaſi pro continentia jejunet.
XIX. Ut nullus Eccleſiaſtica jejunia abſque neceſſitate diſſolvat.
XX. Ut nullus collectas execretur, quæ ſunt in commemoratione Martyrum. Et ſubſcripſerunt, Elianus, Euſebius, Baſilius, Oſius, Gregorius, & reliqui Epiſcopi numero X.

Expliciunt regulæ Gangrenſis Concilii.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 781.

Incipiunt XXV. Regulæ apud Antiochiam in encæniis expoſita.

I. QUicunque cum Judæis contra ſtatuta Nicæni Concilii Paſcha celebraverit, excommunicetur. Et damnatus Clericus omni quoque honore extrinſecus, quem ſancta Regula, vel Sacerdotium promeruit, privetur.

II. Ut, quicunque ſe à ſancti Communione, pro quadam intemperantia ſuſpendit, vel qui excommunicato communicaverit, excommunicetur.

III. Ut Clericus, qui ad propriam parochiam redire contempſerit, degradetur.

IV. Ut Epiſcopus, Presbyter, Diaconus damnatus, ſi priſtinum officium uſurpaverit, nunquam reſtituatur, & omnes ei poſt damnationem ſcienter communicantes, excommunicentur.

V. Si Clericus proprium Epiſcopum contemnens ſeorſim colligit, irrevocabiliter damnetur. Idem, ſi Eccleſiam turbare non deſinit, per cæteras poteſtates opprimatur.

VI. Ut excommunicatus à ſuo Epiſcopo, non recipiatur.

VII. Ut peregrini ſine commendatitiis litteris non ſuſcipiantur ab alio.

VIII. Presbyteri agrorum non poſſunt dare canonicas Epiſtolas, ſed Chorepiſcopi.

IX. Ut Metropolitanus, licet comprovincialibus Epiſcopis prælatus, nil tamen præter illos, niſi in propria parochia diſpenſet.

X. Quod Chorepiſcopi ordines uſque ad Subdiaconatum dare non poſſunt. Et Clericus, qui præter litteras comprovincialium Epiſcoporum, pro querimoniis adierit Imperatorem, honore, & communione privetur.

XI. Ut Clerici damnati, ſi Imperatorem adierint, nunquam reſtituantur.

XII. Ut irritum ſit, quidquid Epiſcopus non rogatus in aliena parochia ordinaverit.

XIII. Si in damnatione Epiſcopi Provinciales Epiſcopi diſſenſerint à Metropolitano, vicinis Epiſcopis advocatis, cauſa terminetur.

XIV. (a) *Nota hic deſideratur.*

XV. (a) Si omnes Provinciales Epiſcopi in damnatione unius conſenſerint, hunc apud alios judicari non oportebit.

XVI. Ut Epiſcopus vacantis Eccleſiæ invaſor abjiciatur.

XVII. Si quis ſuſceptum Epiſcopatum adire, & gubernare contempſerit, excommunicetur.

XVIII. Si quis ſuſceptum Epiſcopatum non ſuo, ſed aliorum vitio devitaverit, honorem ſuum retinere debebit.

XIX. Ut Metropolitanus non niſi cum pluribus Epiſcopis, ordinet Epiſcopos.

XX. Ut in provincia Epiſcoporum Concilia bis in anno fiant.

XXI. Ut Epiſcopus de ſua Parochia in alienam nullo modo tranſmigret.

XXII. Quod irrita ſit ordinatio, quam Epiſcopus in aliena Parochia in alienis Clericis uſurpaverit.

XXIII. Ut irritum ſit, ſi Epiſcopus ſibi ſucceſſorem elegerit.

XXIV. Ut res Eccleſiæ judicio Epiſcopi diſpenſentur, ſeparatæ quidem ab ejus propriis rebus, quas ille dare poſſit, quibus voluerit: ne eo moriente, invadantur res ejus propriæ, cum rebus Eccleſiæ.

XXV. Quod Epiſcopus Eccleſiaſticas res ſibi, & aliis diſpenſare poſſit, non tamen ad ſuperfluitatem, ſed ad indigentium neceſſitatem.

Et ſubſcripſerunt XXX. Epiſcopi Euſebius Palæſtinenſis; Theodorus Meſopotamienſis, Theodotus Iſaurienſis, & reliqui.

Explicit Antiochenum Concilium.

Sancta Synodus quæ apud Laodiciam (a) Pacatiæ Phrygiæ convenit, Regulas LVIII. expoſuit ſubter annexas.

(a) Pacatianæ.

I. SI qui ſecundò legitimè nupſerunt; poſtque parvo tempore tranſacto, orationibus vacaverint, ad communionem recipiantur.

II. Ut perfectè pœnitentibus communio concedatur.

III. Ut noviter baptizati, non fiant Clerici.

IV. Ne ordinationes fiant ſub conſpectu audientium, id eſt, catechumenorum.

V. Ne Clerici aliquo modo ſint uſurarii.

(b) L. Photiniani.

VI. Ne permanentes in hæreſi, permittantur intrare domum Dei.

(c) *M. ſ. adjurationem; mendoſè.*

VII. Ut Novatiani, & Teſſareſcædecaditæ, & (b) Sotiani ad Eccleſiam redeuntes, poſt (c) abjurationem hæreſis, per unctionem Chriſmatis reconcilientur.

VIII. Ut

Digitized by Google

VIII. Ut ex hæreſi Cataphrygarum converſi baptizentur.
IX. Ut Catholici hæreticorum cœmeteria oratum euntes, excommunicentur.
X. Ne Catholici cum hæreticis indifferenter conjugium ineant.
XI. Ut illæ, quæ dicuntur Presbyteræ, præſidentes in Eccleſiis, non ordinentur.
XII. Ut Epiſcopi cum judicio Metropolitani, & aliorum Epiſcoporum provehantur.
XIII. Ne judicio multitudinis ordinationes fiant.
XIV. Ne eulogiæ, id eſt, oblatæ, ad alias Parochias deſtinentur.
XV. Ut nullus, præter regulares Cantores, in pulpito cantet.
XVI. Ut in Sabbatho Evangelia cum aliis ſcripturis legantur.
XVII. Ne in Eccleſia Pſalmi continuentur, ſed per ſingulos Pſalmos lectiones recenſeantur.
XVIII. Ut id ipſum officium precum, & nona, & veſpera celebrentur.
XIX. Ut poſt prædicationem Epiſcoporum, fiat oratio ſuper Catechumenos: quibus egreſſis, oratio fiat ſuper pœnitentes, tunc ad manum ſacerdotis accedentes. His diſcedentibus conſummantur tres orationes fidelium. Prima quidem ſub ſilentio: ſecunda verò, & tertia per ſolitas exclamationes. Et pace data, celebretur oblatio. Solis autem ſacris Miniſtris juxta altare liceat communicare.
XX. Ne Diaconi coram Presbytero ſedeant, niſi eo jubente. Similiter Diaconi ab inferioribus honorentur.
XXI. Ut Subdiaconi remoti ſint à Diaconio, id eſt, Secretario, nec Dominica vaſa contingant.
XXII. Ne Subdiaconus orario utatur, nec oſtia relinquat.
XXIII. Ne Lectores, vel Cantores cum orariis legant, vel pſallant.
XXIV. Ne Clerici, vel Continentes, vel Monachi comedant in tabernis.
XXV. Ne Subdiaconi panem dent, vel calicem benedicant.
XXVI. Quod nuſquam exorcizare poſſint hi, qui ab Epiſcopo ad hoc non ſunt ordinati.
XXVII. Ne Clerici ad Agapen vocati, partes Eccleſiarum accipiant.
XXVIII. Quod non liceat in Eccleſiis Agapen fieri, vel manducari, vel accubitus ſterni.
XXIX. Ut nullus in Sabbatho Judaizando otietur.
XXX. Ut viri cum mulieribus non laventur.
XXXI. Ne Catholici filios ſuos, vel filias hæreticis dent in conjugium, ſed magis accipiant, ſi tamen illi, ſe Catholicos fieri promittant.
XXXII. Ne quis eulogias ab hæreticis ſuſcipiat, quæ non benedictiones ſunt, ſed maledictiones.
XXXIII. Ne quis cum hæreticis, vel ſchiſmaticis oret.
XXXIV. Quod anathema ſint, quicunque ad hæreticorum Martyres acceſſerint.
XXXV. Ut anathema ſit, quicunque relicta Eccleſia, (a) Angelos colere, vel congregationes facere præſumpſerit. Ut Clerici incantationibus, vel phylacteriis utentes excommunicentur.
XXXVI. Ne quis à Judæis, vel ab hæreticis dona feſtivitatis eorum ſuſcipiat.
XXXVII. Ne quis azyma ſuſcipiat à Judæis.
XXXVIII. Ne quis cum gentilibus feſta celebret.
XXXIX. Ne Epiſcopi vocati ad Synodum venire contemnant.
XL. Ne quis Clericus ſine Canonicis litteris, id eſt, formatis proficiſcatur.
XLI. Ne Subdiaconi vel paululum januas Eccleſiæ deſerant.
XLII. Ne Clerici ſine juſſione Epiſcopi proficiſcantur.
XLIII. Ne feminæ ingrediantur ad altare.
XLIV. Ut nullus poſt duas quadrageſimæ hebdomadas baptizetur.
XLV. Ut baptizandi Symbolum diſcant, quod in quinta feria majoris ſeptimanæ, Epiſcopo vel Presbytero reddant. XLVI. Ut

(a) *Angulos forte legendum.* Caniſius. Peſſime omnino; nam eo tempore quo hos Canones edidit vir in veterum ſcriptis verſatiſſimus res ſatis elucidata. Verum equidem, *Iſidorum Mercatorem* ſic olim reddidiſſe hunc Canonem: Non oportet *Chriſtianos derelictâ Eccleſia abire & ad Angulos idololatria abominandæ congregationes facere.* In depravandis Canonibus intolerandâ ſane audaciâ, tolerando tamen ſenſu: multo deterius peccavit * Crabus, qui *Angulos* repoſuit apud *Dionyſium Exiguum*, in cujus verſione ferri nequit illa vox. In eundem lapidem impegerunt *Carranza*, *Sagittarius*, *Jovetius* & plurimi, qui *Caniſio* audaciores, ſine ullo dubio Angulos pro Angelis Canoni Concilii Laodicæni inſeruerunt. Aliter inter Græcos *Harmenopulus*, *Zonaras* & *Balſamon*, quin imo *Photius* hunc Canonem ſcriptum aſſerit adverſus Angelitas περὶ ἀγγελιτῶν, aut potius *Angelicos*; Sic enim eos qui Angelorum cultui addicti jam erant appellaverunt *Auguſtinus* & *Iſidorus Hiſpalenſis.* Nomen noverat tantum *Epiphanius*, rem ignoraſſe fatetur. Habent Angelos itidem Latini ſcriptores *Creſconius* in Breviario Canonum 3. 90. *Dionyſius Exiguus* in editione Labbeana Conciliorum, tum & *Ferrandus* Sect. 184. De *Theodoreti* ſenſu dum hunc Canonem profert in Epiſtolam ad Coloſſenſes, plura habent tum *Bellarminus* tum *Binius* in notis, tum cæteri quibus controverſiæ curæ ſunt. Nobis variantem lectionem apud Caniſium tantum obſervantibus, hæc ſufficiant.

* Conc. Col. edit. 1538.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 781.

XLVI. Ut in ægritudine baptizati fidem poſtea addiſcant.
XLVII. Ut baptizati Chriſmate confirmentur.
XLVIII. Ut panis benedictionis in quadrageſima non offeratur, niſi in Sabbatho, vel Dominica.
XLIX. Ut nullus in Cœna Domini jejunium quadrageſimale ſolvat.
L. Ne natalitia Martyrum in quadrageſima celebrentur, (a) ſi eorum commemoratio in Sabbatis, vel Dominicis fiat.
LI. Ne nuptiæ, vel hominum natalitia, celebrentur in quadrageſima.
LII. Ne Chriſtiani in nuptiis plaudant, vel ſaltent, ſed venerabiliter cœnent.
LIII. Ne Clerici ludicris ſpectaculis interſint in cœnis, vel nuptiis, ſed ante diſcedant, quàm Thymelici veniant.
LIV. Ut nullus (b) ex..... vel commiſſationibus convivia celebret.
LV. Ne Presbyteri ante Epiſcopum intrent ſacrarium, & ſedeant, ſed cum ipſo.
LVI. Ut in villis, vel in agris, non Epiſcopi, ſed viſitatores conſtituantur.
LVII. Ut in domibus oblatio non celebretur ab Epiſcopo, vel Presbytero.
LVIII. Ne plebei Pſalmi in Eccleſia cantentur: nec alii libri, niſi novi, & veteris Teſtamenti tantum in Eccleſia legantur. Et ſubſcripſerunt XXII. Patres.

(a) *Sed.*

(b) *Collatis vel commiſſaliis (hoc eſt ex Symbolis.)*

Explicit.

(c) *M. S. Serdicenſium.*

Incipit præfatio Canonum (c) Sardicenſium, ſive Africanorum.

SUnt etiam XX. Regulæ, quæ per Oſium Cordubenſem Epiſcopum currunt, quæ titulantur, tanquam XL. Epiſcoporum apud Serdicam, quæ tamen non apud Græcos, ſed magis apud Latinos inveniuntur. Sciendum eſt autem hunc Oſium inter CCCXVIII. Patres Nicæni Concilii honorabilem fuiſſe, atque ab Apoſtolica Sede, cum Victore, & Vincentio Presbyteris deſtinatum; qui & Hiſpanus uſque ad tempus Conſtantii Principis in corpore legitur permanſiſſe. Hic tamen in extremis ſuis ſatis pueriliter deſipuit, ut Severus (d) Sulpicius in Chronicis ſuis teſtatur, aſſerens, quod Conſtantius Imperator numeroſiſſimum Ariminenſe Concilium ab eo contra Catholicam fidem congregatum Arrianæ hæreſi ſubſcribere compuliſſet. Unde etiam placuit, ut miſſa Apoſtolica legatione, à prædicto Oſio perquireretur, an Nicæna Synodus, cui ille interfuit, filium patri συνομούσιον, id eſt, conſubſtantialem, quod Catholicorum eſt: an συνόμοιον, id eſt, conſimilem tantum, quod Arriani dicunt, decreviſſet confitendum. Sed ille, aut pro longa ætate deſipiens; aut aſſentatione Principis verum diſſimulans, reſpondiſſe perhibetur, utramque partem rectè confiteri ſive συνομούσιον, ſive συνόμοιον. Quod reſponſum tam à Catholicis, quàm ab Arrianis uno ore irriſum eſt, atque refutatum. Denique poſt hoc reſponſum, in civitate ſua Corduba, in qua Epiſcopus fuit, nomen inter Catholicos Epiſcopos minimè recitatum eſt.

(d) *M. ſ. Suplicius mendosè.*

Sunt etiam Eccleſiaſticæ regulæ, quæ in Africanis regionibus frequentiſſime Synodali Concilio conſcriptæ ſunt. Sed in his omnibus illa ſequi debemus, quæcunque à Nicæno Concilio, & à ſancta atque Apoſtolica Eccleſia Romana non diſcrepare videmus.

Incipiunt Canones Sardicenſis Concilii, numero XXII.

I. UT Epiſcopus laica communione privetur, ſi de ſua civitate in aliam tranſmigravit.
II. Ut Epiſcopus nec laicam communionem in fine recipiat, ſi ſedem mutaverit per ambitionem.
III. Ut inter diſcordes Epiſcopos, comprovinciales Epiſcopi audiant. Quod ſi damnatus appellaverit Romanum Pontificem: id obſervandum eſt, quod ipſe cenſuerit.
IV. Ut nullus appellantis Epiſcopi ſedem uſurpare præſumat.
V. Ut in Provincia, ubi unus tantum Epiſcopus remanſerit, nec comprovincialem ſibi Epiſcopum ordinare voluerit, Epiſcopi alterius provinciæ à Presbyteris vocati ordinent Epiſcopum, etiamſi ille ſolus, qui remanet, poſt admonitionem eis cooperari noluerit.
VI. Ne Epiſcopus ordinetur in vicis, vel in modicis civitatibus.
VII. Quod Provincialis Synodus per Vicarios Romani Pontificis retractari poſſit, ſi ipſe ita decreverit.

VIII. Ut

Digitized by Google

VIII. Ut Epiſcopi ad comitatum non vadant, niſi ab Imp. vocati, aut neceſſitatibus oppreſſorum ſubventuri.
IX. Ut Epiſcopi Diacones ſuos ad comitatum dirigant.
X. Ut Papa Diacones Romam ad comitatum venientes, ſolicitè diſcutiat, ſi juſtam cauſam veniendi habeant.
XI. Ut Epiſcopi Epiſcopos ad comitatum tranſeuntes, ſolicitè diſcutiant, ne pro ambitione vadant.
XII. Ut Epiſcopi ab aliis inſtruantur, ſi nondum Synodica ſtatuta noverunt.
XIII. Ut ex Laicis non fiant Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi utpote per inferiores.
XIV. Ne Epiſcopi ultra tres ſeptimanas in aliena civitate morentur, quoniam Laici tanto tempore conventum Eccleſiæ negligentes ſunt excommunicandi.
XV. Ne Epiſcopus à ſua Eccleſia plus quam duas hebdomadas abſit.
XVI. Ut Clericus à ſuo Epiſcopo excommunicatus non recipiatur ab alio.
XVII. Ut Clericum ſive juſtè, ſive injuſtè ab Epiſcopo ſuo excommunicatum finitimi Epiſcopi audiant; ſi ante excommunicationem, nullo modo excommunicent tam diu morari. (a)
XVIII. Ut nullus Epiſcopus alienum Clericum in Parochia ſua ordinet.
XIX. Ut ordinatio alieni ſine conſenſu proprii Epiſcopi irrita ſit.
XX. Ut Presbyteri extra ſuam Parochiam non plus quàm III. ſeptimanas demorentur.
XXI. Ut Epiſcopi à ſede ſua expulſi non prohibeantur in aliena civitate. *

(a) *Locus mendoſus. vide Can: 17 in ipſo Sardicenſi Concilio.*

Omnis Synodus dixit: Univerſa, quæ conſtituta ſunt, Catholica Eccleſia in toto orbe cuſtodiat. Et ſubſcripſerunt Epiſc. diverſarum provinciarum, ſive civitatum, num. LX. Oſius à Spania Cordubenſis: Vicent. de Capua Legatus S. Romanæ Eccleſiæ. Januarius de Benevento, Legatus S. Romanæ Eccleſiæ. Calipodius Neapolitanus Legatus S. Romanæ Eccleſiæ. Athanaſius de Alexandria. Marcellus à Macedonia de Ancyra. Protogenes ex Achaia de Serdica. Gaudentius ex Dacia de Naiſo. Similiter & reliqui multi.

Explicit Sardicenſe Concilium.

Incipiunt Canones Carthaginenſis Concilii.

POſt conſulatum Honorii, & Theodoſii Auguſtorum VIII. Kal. Junias Carthagine in ſecretario Baſilicæ Fauſti cum Aurelius Papa una cum Legatis Romanæ Eccleſiæ Fauſtino Epiſcopo Eccleſiæ Potentinæ Provinciæ Italiæ, Picenæ, & Philippo, & Aſello Presbyteris, nec non cum Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus, & reliqui CC. XVII. Epiſcopi concediſſent; primùm recitato commonitorio, quod Zoſimus Papa ad prædictos Legatos direxit. Deinde etiam XX. capitulis Nicæni Concilii recitatis, ut (b) ſuperius deſcripta inveniuntur, communi decreto ſtatuerunt capita XXXVII. quæ ſubſequuntur.

(b) *Non exſtant in hac Epitome. Hinc videtur mutila.*

I. Ut ſtatuta Nicæni Concilii omnimodis conſerventur.
II. Ut ſancta Trinitas populo Dei prædicetur.
III. Ut altaris miniſtri ſe omninò contineant, juxta Apoſtolorum doctrinam.
IV. Uti à propriis uxoribus ſe abſtineant miniſtri altaris.
V. Ut à Clericis penitus avaritia vitetur: nec fænus de qualibet re accipiatur.
VI. Ne Chriſmatis confectio, vel puellarum conſecratio, vel publica pœnitentium reconciliatio ullo modo fiat à Presbytero.
VII. Quod in periculo poſiti à Presbytero poſſint reconciliari, ſi tamen præceperit Epiſcopus.
VIII. Quod criminoſi nequeant accuſare Epiſcopos, neque majores natu.
IX. Ut Epiſcopus, vel Presbyter excommunicetur, ſi alterius Epiſcopi excommunciatum in communionem recepit.
X. Ut Presbyter, ſi contra Epiſcopum ſuum inflatus ſchiſma fecerit, anathema ſit.
XI. Ut Epiſcopus abſque Synodi tempore in crimine detentus. (c)
XII. Ut Epiſcopus non à paucioribus quam tribus ordinetur.

(c) *Locus mendoſus.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. XIII. Si quis contra profeſſionem ſuam, vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe (e) honore Epiſcopatus audiatur.

ANNO 781. XIV. Ut apud Tripolim Presbyter à quinque audiatur Epiſcopis; & Diaconus, à tribus, propter inopiam provinciæ.

(a) Mendum. XV. Ut Clerici apud Eccleſiam incriminati, Eccleſiaſticum judicium non abnuant. Et, ut judicibus Eccleſiaſticis nil obſit, ſi eorum ſententia ſolvatur, cum ab illis, ad alios Eccleſiaſticos judices majoris auctoritatis provocatum fuerit, ſi tamen convinci non poterint, quod aliqua cupiditate depravati ita judicaſſent. Item, ne filii Sacerdotum exhibeant ſæcularia ſpectacula, vel expectent, ut ubi blaſphemiæ fiunt, non accedant.

XVI. Ne Cleri ſint conductores, vel procuratores: nec ullo turpi negotio victum quærant. Item, ut Lectores aut cogantur ducere uxores, aut profiteantur continentiam. Item, ut Clericus commodans pecuniam, tantum recipiat, quantum dedit. Item ut ante XXV. annum nec Diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur.

(b) Primatem. XVII. Ut unaquæque provincia propter longinquitatem (b) Primatum habeat proprium.

XVIII. Ut Clericis ab ordinatoribus ſuis Canones inculcentur.

XIX. Ut mortuis nec Euchariſtia, nec baptiſmus detur.

Ut annuatim Concilium celebretur, ad quod ſingularum provinciarum legati dirigantur. Ut, nec accuſatus Epiſcopus, nec accuſator ejus à communione ſuſpendatur: niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum judicium die ſtatuta occurrere noluerit. Ut Epiſcopus non communicans nec in ſua Eccleſia communicet. Ut perſona accuſatoris, ſi culpabilis videtur, ad arguendum non admittatur, niſi proprias cauſas, non tamen Eccleſiaſticas, aſſerere voluerit.

XX. Ut accuſatus Prespyter, vel Diaconus diſcutiantur ab Epiſcopo, adjunctis ſeptem in Presbyteri nomine: & tribus in Diaconi nomine, quos ipſi potierunt. Reliquorum Clericorum cauſas ſolus Epiſcopus loci cognoſcat, & finiat.

XXI. Ut filii Clericorum paganis, hæreticis, vel ſchiſmaticis in matrimonio non jungantur.

XXII. Ut Clerici in eos, qui Catholici non ſunt, nihil per donationes rerum ſuarum conferant.

XXIII. Ut Epiſcopi non tranſeant mare niſi conſulto eorum Primate.

(c) Mendum. XXIV. Ut nihil in Eccleſia legatur ſub nomine divinarum ſcripturarum (c) teſtatim.

XXV. Ut Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, Epiſcopi ab uxoribus contineant: quod niſi fecerint, deponantur. Cæteros autem Clericos ad hoc non cogi, niſi maturiori ætate.

XXVI. Si quis Epiſcopus res Eccleſiæ ſuæ ſive conſilio finitimorum Epiſcoporum vendiderit, deponatur.

XXVII. Ut Presbyteri, vel Diaconi in graviori culpa convicti, manus impoſitionem non ſuſcipiant tamquam laici, ne rebaptizati Clerici fiant.

XXVIII. Ut Clerici, qui ad tranſmarinos, non ad Primates ſuos, appellaverint, in communionem non recipiantur.

XXIX. Si quis Clericus excommunicatus ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit.

XXX. Ut Accuſatus, vel accuſator in loco, unde eſt ille, qui accuſatus eſt, ſi metuit aliquam vim multitudinis, locum ſibi eligat proximum.

XXXI. Ut Clerici, ſi Epiſcopis ſuis volentibus eos pro Eccleſiarum neceſſitate ad majorem honorem promovere, non obedierint, nec ibi in gradu ſuo miniſtrent, unde recedere noluerunt.

XXXII. Ut Clerici res Eccleſiæ, quas de rebus conquiſierint (Eccleſiaſticis) Eccleſiæ relinquant.

XXXIII. Ut Presbyteri rem Eccleſiæ ſuæ non vendant, nec Epiſcopus rem Tituli matricis Eccleſiæ uſurpet. Et ſubſcripſerunt; Aurelius Epiſcopus huic ſchedæ à nobis relectæ ſubſcripſi. Fauſtinus Epiſcopus Eccleſiæ (d) potentiæ, Provinciæ Italiæ Piceni, Legatus Eccleſiæ Romanæ huic ſchedæ ſubſcripſi. Philippus, & Aſellus Presbyteri Romanæ Eccleſiæ Legati his geſtis ſubſcripſimus per nos relictis & directis. (e) Auguſtus Epiſcopus Hippone Regii Legatus Concilii Numidiæ huic chartulæ pro me, & eodem Concilio ſubſcripſi. Et reliqui Epiſcopi CCXIII. diverſarum provinciarum ſubſcripſerunt: qui in Carthaginenſi Concilio convenerunt.

(d) Potentinæ.

(e) Auguſtinus.

Explicit.

In-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 781.

Incipiunt Canones diverſorum Conciliorum Africanæ Provinciæ, numero CV.

I. QUod nihil de Hipponenſi Concilio primo ſit emendandum.

II. Ut Clerici, filios ſuos à ſua poteſtate non dimittant: niſi ea ætate, qua ad ipſos propria peccata pertineant.

III. Ut Clerici non ordinentur priusquam omnes ſuos fecerunt Catholicos.

IV. Ut nihil, niſi panis, & vinum aqua miſtum in Sacramentis offeratur.

V. Ne Clerici, vel continentes, aut viduas, vel virgines accedant, niſi juſſu, vel permiſſu Epiſcoporum: nec tunc ſoli, ſed coram probatis perſonis accedant.

VI. Ut primæ ſedis Epiſcopus non vocetur Princeps Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos: ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus.

VII. Ne Clerici in tabernis edant, vel bibant, niſi peregrinatio hoc cogat.

VIII. Ut Sacramenta altaris non niſi a jejunis celebrentur.

IX. Ut Clerici in Eccleſia non conviventur niſi neceſſitate.

X. Ut Epiſcopus pœnitentiam pœnitentibus imponat juxta differentiam peccatorum, nec Presbyter reconciliet pœnitentes inconſulto Epiſcopo, ut publice pœnitentibus manus ante abſidam imponat.

XI. Ne Epiſcopus, vel Presbyter virgines ſacras paſſim vagari permittat.

XII. Ut infirmi obmuteſcentes baptizentur, ſi teſtimonium ſuæ voluntatis habuerint. Ut ſcenicis, & hiſtrionibus, & aliis hujusmodi perſonis reconciliatio non negetur.

XIII. Liceat legi paſſiones Martyrum cum eorum anniverſarii dies celebrantur.

XIV. Ut ab Apoſtolica Sede inquiratur, ſi poſſint ordinari, qui apud hæreticos in infantia ſunt baptizati.

XV. Ne fiant rebaptizationes, reordinationes, & translationes Epiſcoporum. Ut Epiſcopus alieni Epiſcopatus invaſor judiciaria auctoritate excludatur, ſi Sacerdotalia monita contempſerit.

XVI. Ut Epiſcopus non à paucioribus, quam III. ordinetur.

XVII. Ut ordinandus Epiſcopus, ſi ei contradicitur, non jam à tribus ſed à pluribus expurgatus ordinetur.

XVIII. Ut de Eccleſia Carthaginenſi dies Paſchæ Affricanis Eccleſiis nuntietur Epiſcopis, & diſcutiatur. Interloquutio Honorati, & Urbani Epiſcoporum ſit..... Mauritaniæ le.....

XIX. Ut diœceſes propriis Epiſcopis carentes Epiſcopos non accipiant, niſi ex conſenſu Epiſcopi qui illas eatenus non ſuperbe retinuit. Nam ſi ſuperbe retinuerit, & plebibus incubare affectans Coëpiſcopos ſuos deſpexerit, non ſolum à retentis diœceſibus, ſed à propria Eccleſia auctoritate judiciaria propellendus eſt.

XX. Ne quis Epiſcopus alienum Clericum ſibi vendicet, niſi concedente ejus Epiſcopo.

XXI. Quod Carthaginenſi Epiſcopo liceat ex qualibet Eccleſia ordinare præpoſitos Presbyteros, vel Epiſcopos ad alias Eccleſias.

XXII. Ut Epiſcopus nullam diœceſin ſibi vendicet, niſi ad quam ordinatus eſt.

XXIII. Quod parvuli à Donatiſtis baptizati, in Catholica ad Clerum ordinari poſſint.

XXIV. Ut idolorum reliquiæ, vel templa deſtruantur.

XXV. Petendum ab Imperatore, ut ſtatuatur, ne Clerici de judicii ſui (a) cognatione cogantur in publico teſtimonium dicere. (a) *Fort. cognitione.*

XXVI. Petendum ab Imp. ut paganorum comitia faciat auferri.

XXVII. Petendum ab Imp. ut prohibeat ſpectacula theatrorum in diebus Dominicis, & aliis ſanctorum feſtis.

XXVIII. Petendum ab Imp. ut interpoſita pœna damni pecuniæ ſtatuat, ne quis damnatum Clericum defendat.

XXIX. Petendum ab Imp. ne permittat hiſtriones poſt converſionem ad priſtinum ludum ab aliquo compelli.

XXX. Petendum ab Imp. ut manumiſſiones in Eccleſia celebrentur.

XXXI. Ut Equirius damnatus quomodocunque expelleretur, ne ſtatum Eccleſiæ inquietaret.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 781.

XXXII. Ut cum Donatiſtis levius agatur, ut in manſuetudine correpti, reſipiſcant à laqueis diaboli.

XXXIII. Ut judices ſæculares communem matrem ſanctam Eccleſiam in hoc adjuvent, in quo Epiſcopi auctoritas contemnitur.

XXXIV. Ut Clerici Donatiſtarum in catholicam recipiantur cum ordine pro tempore, & neceſſitate.

XXXV. Ut ad Donatiſtas cauſa componendæ pacis legatio..... in continentes.

XXXVI. Ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi deponantur, ſi vel cum uxoribus inveniantur.

XXXVII. Ne Epiſcopus diu abſit à ſua principali cathedra.

XXXVIII. Ut infantes baptizentur, de quorum baptiſmo dubitatur.

XXXIX. Ut dies Paſchæ, & Concilii omnibus denuntietur.

XL. Ne interceſſor Epiſcopus Cathedram defuncti Epiſcopi diu retineat, ſed infra annum eidem Cathedræ Epiſcopum provideat.

XLI. Ut defenſores Eccleſiarum ab Imperatoribus poſtulentur.

XLII. Ut Epiſcopi ad Concilium veniant, niſi aliqua gravi neceſſitate impediantur.

XLIII. Ut Epiſcopus invaſor alieni Epiſcopatus damnetur, ſi vocatus ad Synodum venire contempſerit (a aliuſque) ordinetur.

(a) *in m.ſ. deſiderabatur.*

XLIV. Quod diſſidentes populi impedire non debeant, quin Epiſcopus eis....

XLV. Ut Clericus ſi poſt excommunicationem ſuam infra annum, cauſam ſuam purgare contempſerit, penitus deinceps non audiatur.

XLVI. Si quis Epiſcopus de alio monaſterio ſuſceptum ſuæ Eccleſiæ præpoſitum, vel Clericum ordinaverit, excommunicetur, nec ille Clericus, vel præpoſitus perſeveret.

XLVII. Si quis Epiſcopus hæredes hæreticos, vel paganos Eccleſiæ prætulerit, vel poſt mortem anathematizetur, nec nomen ejus inter Dei Sacerdotes recitetur.

XLVIII. Ut altaria ab Epiſcopis evertantur, ubi nullius ſancti corpus, aut reliquiæ conditæ probantur.

XLIX. Ut ab Epiſcopo Carthaginenſi, cum opus fuerit, omnium Epiſcoporum nomina dictentur, ſubſcribantur litteris in Concilio dictatis.

In M. S. Cod. deſunt numeri à 49. *uſque ad* 60.

LX. Ut Epiſcopi, qui poſterius ordinati ſunt, prioribus ſe non audeant anteferre.

LXI. Ne accuſato Epiſcopo Epiſcopatus adimatur, priuſquam cauſa ejus diffiniatur.

LXII. Ut depoſito Epiſcopo libere ſucceſſor requiratur.

LXIII. Ut Epiſcopi, qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis Epiſtolas accipiant, quæ diem, & Conſulem præferant, ne deinceps de poſterioribus, vel anteribus altercatio fiat.

LXIV. Ut quicunque in Eccleſia vel ſemel legerit, ab alia Eccleſia ad Clericatum non teneatur.

LXV. Ut Donatiſtæ in ſingulis civitatibus ab Epiſcopis conveniantur utrinque.

(b) *fort. ut.* LXVI. (b) Ne quæſtio, quæ Donatiſtas, & Catholicos ab invicem ſeparavit, pacifice tractetur.

LXVII. Ut Donatiſtæ, qui pacifica præmonitione contempta, Chatholicos infeſtare non ceſſant, militari auxilio ſubmoveantur, ſicut & Apoſtolus factioſorum conſpirationem ſubmovit.

LXVIII. Ne Epiſcopi ad tranſmarina facile proficiſcantur ſi accipiant....

LXIX. Ut univerſale Concilium non fiat niſi pro neceſſitate communium cauſarum, ut cauſæ, quæ communes non ſunt, in ſuis provinciis judicentur.

LXX. Si provocatum fuerit, eligat, qui provocatur, contra eum, qui provocat, judices, à quibus deinceps provocare non licet.

LXXI. Ut ab Imp. poſtuletur advocatorum defenſio, pro cauſis Eccleſiæ.

LXXII. Ut plebes, quæ Epiſcopum nunquam habuerunt, non accipiant Epiſcopum niſi deſtinatum ex plenario Concilio provinciarum, & Primatis conſenſu Epiſcopi, ad cujus diœceſim pertinuit.

(c) *fort. erant.* LXXIII. Ut plebes à Donatiſtis converſæ etiam inconſulto Concilii Epiſcopum (c) erant.

LXXIV. Quod vocati ad Synodum, ſi venire contempſerint, damnari poſſint ut contumaces.

LXXV. Pla-

Digitized by Google

LXXV. Placuit ut Romana, & Alexandrina Eccleſia invicem pacificentur.

LXXVI. Ut deſertores uxorum, vel deſertrices maritorum, aut ita permaneant, aut ſibi reconcilientur, juxta Evangelicam & Apoſtolicam doctrinam.

LXXVII. Ut illæ tantum preces, præfationes, commendationes, vel manus impoſitiones ab omnibus celebrentur, quas probaverit Concilium.

LXXVIII. Ut qui publicorum judiciorum cognitionem ab Imp. poſtulaverit, honore privetur. Nil autem obſit, ſi quis Epiſcopale judicium ab Imp. petierit.

LXXIX. Si Clericus excommunicatus in Africa communicaverit apud tranſmarinos, à Clero dejiciatur.

LXXX. Ut pergentes ad comitatum cauſam ſuam vel Carthaginenſi, vel Romano Pontifici inſinuent.

LXXXI. Ut unus Epiſcopus non ſibi vendicet cognitionem ab Honorio, & Theodoſio Imp. contra Pelagium, Cæleſtinum.

Octo cap. quæ ſequuntur in Carthaginenſi Concilio ſub anathemate ſtatuta ſunt.

LXXXII. QUod Adam non neceſſitate naturæ, ſed pro peccati merito moreretur.

LXXXIII. Quod parvuli in remiſſionem peccatorum baptizentur.

LXXXIV. Quod gratia Dei non ſolum tribuit remiſſionem peccatorum, ſed etiam præſtat adjutorium, ne peccetur.

LXXXV. Quod gratia Chriſti non ſolum ſcientiam tribuit, quid agamus, ſed etiam dilectionem nobis inſpirat, ut quod ſcimus, implere valeamus.

LXXXVI. Quod ſine gratia Dei nihil boni implere poſſimus.

LXXXVII. Quod ſancti cum ſancto Joanne non ſolum pro humilitate, ſed etiam pro veritate. ....

LXXXVIII. Quod in oratione Dominica ſancti pro ſe dicant, dimitte nobis debita noſtra.

LXXXIX. Quod veraciter dicatur à ſanctis, dimitte nobis debita noſtra.

XC. Ut Catholici, & Donatiſtæ in una diœceſi manentes, ſi (a) adverſus Cathedras pertinentes poſt converſionem Donatiſtarum, ad illam Cathedram ſimul pertineant, ad quam Catholici jam ante pertinebant. (a) *forte & ad diverſas.*

XCI. Ut Catholici Epiſcopi & ex Donatiſtis converſi, diœceſes illas æqualiter dividant: in quibus tam Donatiſtæ, quam Catholici, jam ante commanſerant.

XCII. Ut nullus Epiſcopus diœceſin repetat, quam alius Epiſcopus ab hæreſi liberans jam triennio abſque lite poſſederat.

XCIII. Ne Epiſcopi plebes, quas ad ſe pertinere putant, inconſultis Epiſcopis, à quibus detinentur, irruant.

XCIV. Si Epiſcopus VI. menſes, poſt admonitionem memor Epiſcoporum, neglexerit Catholicas efficere plebes ad ſuam Cathedram pertinentes, quamlibet eos obtineat, qui illas ab hæreſi liberaverit.

XCV. Ut Epiſcopus à judicibus communiter electis provocaſſe detectus, contumaciter eis nolens obtemperare, excommunicetur à Primate, uſque dum illis obtemperet.

XCVI. Ut Epiſcopus, ſuam diœceſim ab hæreſi liberare nolens, & negligens, excommunicetur.

XCVII. Ut Epiſcopi Donatiſtas ſibi communicaſſe mentiti deponantur.

XCVIII. Ut Clerici non ad Africana Concilia, ſed ad tranſmarina provocantes ab Africanis in communionem non recipiantur, (niſi) neceſſitas (b).. coëgerit. (b) *Ad hoc forte.*

XCIX. Quod virgines etiam ante XXV. annos velari poſſint, ſi.... aliqua jam non admittant.

C. Ut ex ſingulis provinciis terni judices ſeligantur, ne diutius in Concilio omnes Epiſcopi teneantur.

CI. Quod excommunicati ad accuſationem non ſunt admittendi.

CII. Ut nullus ſervus, vel libertus, vel infamis, vel hæreticus, vel paganus, vel Judæus, vel illi, quos publicè leges non admittunt, ad accuſationem admittantur, quibus tamen omnibus in propriis cauſis licentia accuſandi non negatur.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 781.

CIII. Ut accuſatores Clericis plurima crimina objicientes, ſi hoc quod primum objecerint, probare non valuerint, ad reliqua ut ad teſtimonium non admittantur. Qui nec accuſare permittuntur, vel illi, quos accuſator de domo ſua produxerit.

CIV. Nullus ad teſtimonium exhibeatur intra ſextum annos ætatis ſuæ.

CV. Ut ſi Epiſcopus aliquem ſibi ſoli crimen confeſſum fuiſſe dixerit; ille negaverit, non indignetur Epiſcopus, ſi ſibi ſoli non creditur.

Ut quamdiu Epiſcopus aliquem ſibi ſoli crimen confeſſum pro excommunicato vitaverit: tamdiu eidem Epiſcopo ab aliis non communicetur Epiſcopis. Et hoc ideo, ut Epiſcopus caveat, ne in quenquam dicat, quod aliis documentis probare nequeat.

Et ſubſcripſerunt; Aurelius Epiſcopus his geſtis ſtatutorum apud nos habitis ſubſcripſi.

(a) Fauſtinus. (a) Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Potentinæ Provinciæ Italiæ Piceni, Legatus Eccleſiæ Romanæ his geſtis ſubſcripſi.

Philippus, & Aſellus presbyteri, Romanæ Eccleſiæ Legati, his geſtis ſubſcripſimus: quæ per nos Romam directa ſunt.

Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis Legatus Provinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Item & reliqui CCX. Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Quod prædicta Synodus Africana CCVII. Epiſcoporum per Fauſtinum Epiſcopum, & Philippum, & Aſellum Presbyteros ejusdem Concilii ſtatuta Bonifacio Papæ confirmanda direxerit, & quod per eundem Papam ſibi exemplaria Nicæni Concilii ex Orientalibus Epiſcopis mutuari petierit.

Quod S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus Epiſcopis Africanæ Synodi authentica Nicæni Concilii exemplaria direxerit.

Quod & Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Africanis Epiſcopis authentica Nicæni Concilii exemplaria direxerit.

Quod exemplaria Nicæni Concilii poſt Conſulatum Honorii, & Theodoſii Auguſtorum VI. Kal. Decemb. ad Bonifacium Papam ſub XX. Cap. pervenerint, ſicut per omnia in ſuperioribus ſunt.

Quod Africanum Concilium miſſis litteris, Cæleſtinum Papam rogaverit, ut excommunicatos ex Africa fugientes, nullatenus in communionem ſuſciperet.

Explicit compendioſa traditio Orientalium Canonum, ſive Africanorum, quos beatus Hadrianus Papa per manum Karoli Regis, *Occidentalibus Eccleſiis direxit.*

ETHERII

Digitized by Google

ETHERII

EPISCOPI UXAMENSIS,

ET

BEATI

PRESBYTERI

ADVERSUS

ELIPANDUM

ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM

LIBRI DUO,

DE ADOPTIONE CHRISTI,

FILII DEI,

Primùm ex Bibliotheca Toletana in lucem deprompti

STUDIO

Petri Stevartii, Leodii, SS. Theologiæ Doct. & Professoris, &c.

STEWAR-

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 785.

STEWARTIUS AD LECTOREM.

Quis Etherius.

QUi sint duo isti Auctores, quos hïc tibi damus, & unde, & quibus annitentibus, ex tenebris educti, intelliges ex illis, quæ paulò pòst subjungentur, testimoniis. Etherius variè scribitur, Hcterius, Itherius, Hiterius; arbitratu nimirum librariorum, quibus hujusmodi nomina variè scribi apta, si non ludibrium, certè ludus esse solent; à quo ludo Beati nomen tutum erat.

Ejus Stylus.

Opus quod adversus Elipandum ediderunt, eruditum est; tametsi non ubique grammaticum. Solœca enim & barbara, & ἀνακόλουθα seu inconsequentia passim occurrunt. Nec mirum, in tanta barbarie, qua tunc Hispania premebatur, partim à Mauris, partim ab aliis peregrinis nationibus insessa. Sed his non offendetur, qui rerum potius, quàm verborum amator est; aut si & verba non impolita amat, ut sanè amanda sunt; ea alibi quærenda, & ab aliis expetenda novit.

Elipandi sententia.

Disputant Theologi, an Elipandus fuerit verè Nestorianus, duas personas in Christo cum Nestorio statuens; an verò tantùm docuerit, Christum in una persona esse filium Dei naturalem & adoptivum; naturalem, secundum divinitatem; Adoptivum, secundum humanitatem. Et quidem Nestorianum non fuisse, nec propter Nestorianismum, sed propter assertam adoptionem Christi in una persona, damnatum esse, aliquot argumentis probare conatur Gabriel Vasquez, Tomo primo in tertiam partem S. Thomæ. Disp. 89. cap. 8. Aliis secus videtur; nempe Elipandum cum suo Felice Urgelitano in Nestorii jam pridem anathemate percussam hæresin incidisse; ut Nestorianismi reum, in Concilio Francofordiensi, reprobatum esse; de quo copiosè Franciscus Suarez Tom. 1. in 3. p. D. Thomæ Q. 23. Disput. 49. sect. 3. Quibus multum favere videtur Paulinus Aquileiensis Episcopus, Lib. 1. contra Felicem, statim initio, cujus hæc sunt verba: Nec sibi sufficiebat tantummodo Christum, qui de Virgine natus est, negare proprium esse filium Dei; sed etiam hunc eundem non consentit verum esse Deum: sed novo & inaudito sanctæ Dei Ecclesiæ nomine, nuncupativum Deum nominare illum non timet, dividens Christum in duos filios, unum vocans proprium; alterum, adoptivum: & in duos Deos, unum verum Deum; alterum, nuncupativum Deum. Plura de hoc genere Nestorianismi indicia invenies in illis septem libris Paulini contra Felicem; qui libri non ita pridem evulgati sunt Tomo secundo Auctarii ad Bibliothecam SS. Patrum: quorum lectio multum lucis Etherio &

Beato

Digitized by Google

Beato noſtro accendet; ut & Synodus Francofordienſis contra Elipandum & Felicem, Anno Redemptoris 794. Temporibus Adriani I. & Caroli Magni celebrata; quæ tota, prout quidem hodie exſtat, conficitur ex Epiſtola Adriani Papæ ad Epiſcopos Galliciæ & Hiſpaniarum; & ex Libro Sacroſyllabo, qui à Paulino Aquileienſi compoſitus eſt, ſed juſſu totius Concilii, & ad Hiſpaniæ Epiſcopos tranſmiſſus; & ex Epiſtola Synodi ad eoſdem Epiſcopos; Denique ex Epiſtola Caroli Magni ad Elipandum. SÆC. VIII. ANNO 781.

Contra eundem Elipandi & Felicis Urgelitani errorem duo alia Concilia habita ſunt, nempe Forojulienſe, & Reginenſe ſeu Ratisbonenſe, de quibus conſule Tomum tertium Conciliorum.

Orthographiam Gotthici Codicis ſcrupulosè retinere, haud neceſſarium duxi: Num enim ideo doctior eris, ſi deſerta hodierna ſcribendi ratione, ſcribas, adoptivus, parvolus, profeta, inluminatus, qum, ammirabilis, proterbe, kareo, aſſumtio, cotidianus, ammoneo, intellego, Diabulus & *ſimilia; quæ ad Criticorum tribunalia libenter ablegamus.*

DE

ELIPANDO TOLETANORUM ARCHIEPISCOPO.

Joan. Mariana Soc. Jeſu, Annalium Hiſpaniæ Lib. VII. Cap. VIII.

Grande de Religione diſſidium acceſſit. Mali auctores præcipui Felix in Ilergetibus Urgelitanus Præſul, atque Elipandus in Carpetanis Archiepiſcopus Toletanus, non inſulſo viri ingenio, neque eruditionis expertes, ut in tantis tenebris, tantaque malorum omnium colluvie: in qua non offendere, non fœdari miraculi inſtar eſſet. Quis enim in graviſſima ſervitute literis locus? cùm oppreſſi vectigalibus, vitæ neceſſaria ſubſidia comparare cogebantur. Silebant Eccleſiaſtica Concilia, quibus diſciplinam eccleſiaſticam aſtringere, & reipublicæ vulnera ſanare, veteri inſtituto ſuſceptum erat. Proceres & populus pro ſe quiſque ut collibitum erat, ita vitam inſtituebant, atque de rebus divinis nullo prohibente pro voluntate, proque arbitratu ſinguli ſentiebant: quæ magna pernicies eſt. Ex impiæ gentis uſu pravas ſæpe opiniones in Chriſtianorum gentem redundare, propemodum erat neceſſe. Neſtorii placita Concilii pridem Epheſini diligentiâ ſopita, quaſi veteris incendii ſcintillæ in Hiſpania, iis auctoribus ſuſcitatæ ſunt, Chriſtum *affirmantibus* qua parte certè homo eſt, Dei Filium adoptione eſſe, *contra fas, contra auſpicia, contra omnes divinas & humanas litteras, & religiones. Quî enim natura & adoptione filius ſimul idem eſſe poſſit? cum adoptione filius patris tantum benignitate, nulla neceſſitudine ſit quaſi ad alieni juris hæreditatem admiſſus: quod qui aſſerat,* Chriſti *geminam hypoſtaſim fateatur opus eſt.* Mariana de Elipando.

Felicem propter locorum vicinitatem, & quoniam in eam Hiſpaniæ partem Gallorum arma annis ſuperioribus penetrarunt, Gallum natione fuiſſe vulgò nonnulli ſuſpicantur. Elipandus ex antiqua Gotthorum gente prognatus erat. Pugnabat pro illis pontificia ipſorum auctoritas, & celebrati nominis fama. Erroris auctores laudabant Eugenium Illefonſum, Julianum: multis præterea divinarum Scripturarum locis ad patrocinium abutebantur: quibus Chriſtum *qua homo eſt, minorem patre dici ſatis conſtat. Et ut erant ardenti ingenio, miſſis in omnes partes litteris ac libris, cæteris omnibus* Felicis & Elipandi Patria.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

bus ſuſceptas opiniones inſtillare, fucata oratione, atque perſuadere ſatagunt. Ad Aſturum & Calæcorum Epiſcopos Elipandus, pro ea auctoritate, quam in alias Eccleſias obtinebat præcipuam & maximam, litteras dat: ac nominatim Adoſindum Silonis Regis viduam, in fraudem impellere conatur. Illa uti erat neceſſe, ſui judicii eſſe negat, de controverſia pronunciare: remque integram ad Epiſcopos defert & ſacerdotes, ſanctiſſima & prudentiſſima fœmina: in quo numero erat Beatus presbyter, & Heterius Uxamenſis Epiſcopus: quorum extat adverſus Elipandum diſputatio non inelegans opuſque (a) *ſpiſſum, operoſum & vaſtum: ſed quoniam validis argumentis mendacium arguit, bene eſſe operam collocatam Lectores judicabunt. Controverſia agitata, & quoniam conatibus par ſucceſſus non erat, Elipandus quidem Toleto profectus, Aſtures & Calæcos obivit, iiſque in locis multos prava opinione infecit peſtifero oris afflatu. Felix Vaccæos primùm in Hiſpania, & Septimaniam in Galliæ aditu aggreſſus eſt: deinde reliquam Galliam atque Germaniam, nullo operæ pretio: cum paſſim ſummi, medii, infimi, ad inſolentiam novæ vocis exhorreſcerent, & errorem cum auctoribus palàm deteſtarentur. Concilia Epiſcoporum iis in regionibus habere promptum erat.*

(a) Ita viſum Marianæ, quia opus Beati & Etherii in ſpiſſo & vaſto Codice ſcriptum erat.

(b) Ratisbonam.

Itaque invenio apud (b) *Reginum Baioariæ civitatem, coram Carolo Magno Francorum Rege, in Epiſcoporum conventu Felicem damnatum ſalutis anno ſeptingenteſimo nonageſimo ſecundo. Inde Romam miſſum, coram Hadriano Pontifice abdicaſſe, ſimulato certe animo. Qua de cauſa novum Epiſcoporum conventum haberi Francofurti in Germania neceſſe fuit anno ſeptingenteſimo nonageſimo quarto, præſente Carolo Magno. Miſſi Roma Legati Theophylactus & Stephanus Epiſcopi: ex Hiſpania Beatus, & Hetherius Uxamenſis Epiſcopus pro Catholicis Legati. Neque ſe mali auctores deſerunt in periculo: Carolo ipſi libellum ſupplicem offerunt, poſtulantes, ut præſens in ea controverſia diſceptaret: & multorum potius judicium ſequeretur, quàm ſe paucorum dolis circumveniri ſineret. Re diſcuſſa, prava opinio cum auctoribus reprobata eſt: ac niſi mutarent Felix & Elipandus, ſacrificiis interdicti. Felix, ut Ado Viennenſis eſt auctor, Patrum ſententia relegatus eſt, & Lugduni, nunquam errore depoſito, extremum vitæ diem clauſit. Sic opinio hominum fuit: uſque adeo difficile eſt fixam perperam de Religione ſententiam mutare, imbutamque prava perſuaſione mentem traduci ad ſanitatem.*

(c) Vide Gabrielem Vaſquez Tom. 1. in 3. P. Diſp. 80. cap. 12.

(c) *Quid Elipando contigerit, clam eſt: ac credam potius ſententiæ Patrum obtemperaſſe, pravaque opinione depoſita mutaſſe, neque ex Hiſpania extuliſſe pedem, neque Reginum, Romam, aut Francofurtum adiiſſe, perſuaſum habeo. Veteres Eugenium, Illefonſum, Julianum Carolus quidem accuſat iis literis, quas ad Elipandum & cæteros ſacerdotes Hiſpaniæ ſcripſit: neque mirari ſe ait, filios patribus ſimiles exiſtere. Heterius negat in eorum ſcriptis ſimile quippiam extare. Ex Felicis ſanè Schola aliquanto intervallo Claudius Taurinenſis Epiſcopus, homo Hiſpanus, verſatuſque aliquandiu cum nonnulla ingenii laude in Ludovici Auguſti cognomento Pii aula, ad priorum commenta, tum alia, tum imagines divorùm è templis Chriſtianis exturbandas eſſe affirmavit: quem Jonas Aurelianenſis æqualis, de Scripto diligenter atque accuratè impugnavit.*

Gabriel Vaſquez Tom. I. in III. Partem D. Thomæ Diſput. 89. cap. 1.

Vaſques de Elipando.

EOdem tempore, quo Elipandus apud Toletanos hanc ſententiam (de adoptione Chriſti) *tanquam veram, & Catholicæ Eccleſiæ doctrinæ minime contrariam docebat, (neque enim ad ea uſque tempora quidquam de hac re aperte definitum, aut in Scripturis expreſſum habebatur) Beatus Presbyter apud Aſtures, vir in ſacris litteris eruditus, Elipando ſe oppoſuit, & illius doctrinam tanquam de errore ſuſpectam notare cœpit: cui adhæſit Heterius Epiſcopus Uxamenſis, qui tunc fugiens Maurorum tyrannidem, apud Aſtures cum multis aliis Epiſcopis exulabat. At Elipandus pro ea auctoritate, quam in alias Eccleſias obtinebat maximam, indigne ferens à Beato, & Heterio ſuam doctrinam, quam ipſe Catholicam putabat, erroris inſimulari, ad Fidelem Abbatem, qui etiam apud Aſtures commorabatur, litteras dat menſe Octobri anni 783. quo mortuus eſt Rex Silo, & Mauregatus regnum primum occupavit. Hæc epiſtola habetur in principio libri, quem contra ipſum Elipandum Beatus & Heterius conſcripſerunt. In ea autem conqueritur Elipandus, quod ipſe Archiepiſcopus Toletanus cum eſſet, quem cæteri in Hiſpania, utpote ſupremum Præſulem, de fide conſulere deberent, à Presbytero Beato, & Heterio Epiſcopo erroris argueretur. Scripſit etiam ſe eo animo eſſe, ut ſperaret, hæreſin Beatianam (ſic enim vocat ſententiam Beati & Heterii) brevi ab ipſo extinguendam: quemadmodum ante paucos annos hæreſim Migetianorum de celebratione Paſchatis, Hiſpali convocato Concilio, ipſe damnaverat. Fidelis*

Abbas

Digitized by Google

Abbas nihil de hac re ad Beatum, & Heterium ſcripſit: ſed cum illi menſe Novembri anni ſequentis ad eum caſu veniſſent, litteras Elipandi ipſis oſtendit: quibus perlectis Beatus & Heterius ſuam ſententiam Elipando apertè expoſuerunt, & libro de ea compoſito, multis Scripturæ teſtimoniis confirmarunt. Hujus antiquiſſimum exemplar manu Gothica ſcriptum, in Bibliotheca Toletana ſervatur: in cujus initio prædicta Epiſtola Elipandi continetur. Ex qua Ambroſius Morus, lib. 13. hiſtoriæ Hiſpaniæ, cap. 26. totam hanc hiſtoriam texuit. Idem Vaſquez Diſp. 80. cap. 10. Beatum & Heterium non poſſum non admirari, quod tam calamitoſo tempore, quo dira Maurorum tyrannide Hiſpania noſtra opprimebatur, rem uſque adeo obſcuram ſui ingenii acumine, & eruditione illuſtraverint. SÆC. VIII. 785.

Paulinus (a) Aquileienſis Epiſcopus, Lib. I. contra Felicem Urgelitanum, Tom. II. Auctarii ad Bibliothecam SS. Patrum.

QUod verò quendam Beatum Abbatem, & diſcipulum ejus Hitherium dicitis huic veſtræ Sectæ primùm contraire, laudamus eos in eo, quod veritatem defendere conati ſunt. Sed ſi verum eſt, quod dixiſtis, eos duas naturas Chriſti in unum confundere, ſicut vinum & aquam, hoc nullatenus conſentimus, ſed in eo, ſi verum eſt, valde eos eſſe reprehenſibiles judicamus. Paulinus de Etherio.

Annotatio Stewartii.

FElix injuriam fecit Etherio & Beato. Nihil minus ſenſerunt, aut docuerunt. Sed ſolenne eſt hæreticis, veritatis doctores calumniis onerare; Nam & hac ætate Ubiquetarii Catholicos Neſtorianiſmi mendaciſſimè inſimulant; eo quod novum Eutychianiſmum, quem iſti cum ſua Ubiquitate procuderunt, totis viribus oppugnent.

R. P. Jacobo Gretſero And. Schottus S. D.

MItto, ut poſtulâras, tandem aliquando Apologeticon Eterii & Beati adverſus Elipandum Toletanæ ſedis Archiepiſc. dum à veritate de filio Dei aberraret, deſcriptum è Toletana Bibliotheca, curante nobis R. P. Jo. Mariana noſtro; qui cum olim pie ac ſuaviter in Carpetanis ſic viximus, ut tametſi loci intervallo maximè diſjuncti ſimus, amemus tamen inter nos caritate ſingulari: amiſſo jam altero P. Ribadeneyra, Toletano: ut ipſe Elborenſis eſt, quæ urbs in iiſdem Carpetanis Talevera vulgo indigitatur, ut in Annalib. Hiſpaniæ diſſeruit, ſenex admodum plenuſque dierum, octogenario major, ſed qui ætatem bene portet, etſi adverſis conflictatus, ſed quæ patientia, conſtantiaque ſua jam ſuperârit. Equidem σύνταγμα, dum longius fieret, ut ad te perferri commode poſſet, recenſui ipſe, & S. Scripturæ adſcriptis locis nonnihil illuſtravi, ut ſi quos fortè offendat, aut argumentum, ſacram rem tractari videant; aut ſtyli moleſta ſit humilitas, ad aurem ſibi illud accini patiantur, meminerint, & etiam atque etiam conſiderent, quibus hæc conſcripta agitataque temporibus, cùm mutæ tacerent litteræ atque jacerent; & Gothica barbaries omnia vi teneret, neque doctorum, librorumve bonorum ſuppeteret copia. Legere tamen atque illuſtrare grave ne ſit, & publici eſſe juris permittas, qui tam multa hodie pro Eccleſiæ in terris militantis bono evulgas, ut πολυγεάφ audias, faveantque pii laboribus ab athleta Chriſti *quotidie ſuſceptis. Adjeci & coronidis vicem faſciculo,* Andronici *cum Judæis diſſertationem Græcè conſcriptam, è Joan. Livineii Gaudenſis Bibliotheca. Si fortè qui Cantacuzenos evulgaſtis, extrudere unà placeret, Latina civitate utcunque ab illo donatam, limatamque atri tuo judicio. Vale, noſque precibus mutuis ſacriſque juva. Antverpiæ, 15. Martii, 1615.* Schottus de Etherio.

(a) Illi Libri non ſunt Paulini, quamvis ipſi tribuantur a plurimis, ſed Alcuino debent reſtitui. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

JACOBI BASNAGII HISTORICÆ CIRCA FELICIANAM HÆRESIM ET ETHERII ATQUE BEATI LIBROS OBSERVATIONES.

PLura de *Etherio* & *Beato* habent quatuor viri de Historia Ecclesiastica meritissimi, Cardinalis *d'Aguirre* in Bibliotheca Hispanica: de *Marca*, *Tolosanus* & deinde Parisiensis præsul in Marca Hispanica: *Mabillonius* in appendice ad Sæc. Bened. IV. Denique *Pagius* scribens adversus Baronium. Ut Lectorum tempori parcamus, quæ sunt observatione digna delibabimus, & secundum seriem temporum Historiam totam erroris Feliciani in ordinem redacturi sumus.

§. 1. *Erroris origo.*

Anno 783. erupit primum *Hæresis Feliciana*; quippe scripsit *Adrianus* Pontifex, *Ægilæ* Hispano Pontifici, ut jejunium sexta feria & Sabbato observaret; & ibi nullum errorem circa Adoptionem Filii, natum indicat. Carpuntur in altera Pontificis ad eundem Agilam epistola errores plurimi, qui tunc disseminabantur apud Hispanos, sed nulla fit mentio *Feliciani*. Illæ autem epistolæ fuerunt scripto mandatæ anno 732. Ideoque epistolæ XCVII. Cod. Car. in qua indicatur error ille, errori natalem annum merito Pagius assignavit.

Pagi Critica Bar. p. 368.

Alterum subjecit argumentum *Card. d'Aguirre*. Autumat enim epistolam *Elipandi* ad *Fidelem Abbatem*, in qua queritur amarissime de *Beato* & *Etherio*, fuisse scriptam hoc anno; quippe *Si recto it talo calculus, ac nota numeri nos non fallit*, præfert annum DCC. LXXXIII. in codice ms. Ecclesiæ Toletanæ. Sed fefellit virum celeberrimum numeri nota, cui fides adhiberi non debuit. Quippe querelas effundere non potuit *Elipandus* hoc anno, quo *Beatus* & *Etherius* nihil adhuc scripserant, & recentissime natus error vix nosci potuit. Denique Adriani Pontificis epistola, in qua Migentii damnationem postulat ab *Elipando*, debet ad annum 785. rejici.

§. II.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

§. II. *Erroris parentes & sequaces.* De *Felice* Episcopo Urgelitano, *Elipando* Archiepiscopo Toletano, *Ascario* Bracarensi Præsule, & *Fideli* Abbate in Asturiis.

Primus erroris Parens fuit *Felix* Urgellitanus Episcopus. Dicitur *prosapiâ Gallus* in vita Beati, quam *Mabillonius* edidit. Illud pati non potuit vir eruditissimus: Festivi sunt, inquit, Hispani, qui si quos habent *Nebulones*, Gallis ascribunt; quos autem sanctos insigniores habemus, sibi vindicant. *Orgellis autem, cujus fuit Episcopus Felix, est civitas in montis Pyrenæi jugo.* Sed parcat verbis vir celeberrimus! Primo enim *Felix* non fuit *Nebulo*; quippe qui distinguebatur puritate morum & zelo fidei: de moribus sic *Alcuinus*, quanquam ipsi infensissimus: „ Legimus in epistolis „ *Beati Felicis, viro scilicet Religiosæ vitæ præcipuo & sanctitate spectabili*, „ si Catholicam Fidem & unitatem Ecclesiæ, sine qua nullus Deo placere „ potest, amare & prædicare velit". Erroris culpam indicit Alcuinus, sed *Religiosam vitam* & *sanctitatem ejus spectabilem* laudat; ipsumque non *Nebulonem*, sed *Beatum* appellat.

Appendix ad Sæc. IV. Ben.

Albini ep. ad Elipantum. pag. 902.

De Zelo erga Fidem constat, utpote qui veritatem adversus Sarracenos tunc temporis grassantes in Hispania & tum Ecclesiæ tum Episcoporum persecutores, propugnaverit scripto quod *Carolus Magnus* diligentissime perquisivit & ab *Alcuino* ipso enixissime postulavit.

Denique *Felix* dici potuit *Gallus*. *Felicem propter locorum vicinitatem, & quoniam in eam Hispaniæ partem arma Gallorum superioribus annis penetrarunt, Gallum natione fuisse vulgo nonnulli opinantur*, inquit *Mariana*. Et revera *Orgellis*, sic enim aliquando dicitur, fuit urbs Hispaniæ citerioris ad Secorim fluvium sita; sed ea pars Hispaniæ tunc temporis *Carolo Magno* ejusque successoribus fuit subjecta: unde Ceretanam diœcesim, qualis possidebatur ab Imperatore Gallo, describens filius ejus *Ludovicus Pius*, inter hujus diœceseos parochias recenset *Urgelitanensem* &c. & illius edictum confirmavit *Carolus Calvus* a Gaussido præsule rogatus. Revera Carolo Magno jubenti obedientiam præstitit Felix & coram ejus tribunali, quin imo coram Episcopis ab ipso missis ut dijudicaretur causa, præsens stetit. Quod nullatenus fecit *Elipandus*, qui Toletanam tenens sedem iisdem legibus non tenebatur. Ab eodem Imperatore in exilium missus est Lugdunum. An paruisset mandatis Caroli, si nihil Imperii in ipsum tanquam Gallum obtinuisset? Denique in Septimaniam facilius errorem suum propinare potuit Felix ipse Gallus, aut saltem Gallorum subditus. Sæpius damnatus erroris causa Felix falsam egit pœnitentiam: sed de his inferius.

Marc. de Rebus Hispan. l. VII. c. VIII. p. 288.

Majorem errori conciliavit autoritatem *Elipandus* Toletanus Præsul. ea est enim hominum indoles, ut qui fulgent in Ecclesiæ sedibus quas obtinent, majori polleant apud plebeios autoritate. Distabat longe Ecclesia Toletana a sede Urgellensi infima: *Elipandus* eruditione præstabat eo tempore, quo vix studendi vel cogitandi annuebatur libertas a Sarracenis: *Tu enim es, sanctissimus Præsul, civitas super montem posita, quæ nullatenus abscondi potest, cujus murus nequaquam debet insidiosis cuniculis cujuslibet perfidiæ alicubi perforari, sed firmissimo Catholicæ Fidei munimine ex omni parte circumdari, ut inexpugnabilis undique ad salutem totius populi, qui in te*

Alc. epist. pag. 902.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

gaudet & ad tui oris imperium respicit, permaneat: Nec mihi est, Pater optime, tecum in hac parvitatis meæ cartula disceptatio sublimis, sed supplicatio humilis obnixe deprecans &c.

Mirare, Lector, indolem Theologi Elipando adulantis, quanquam ipsum errare crederet, qui *prophano* saltem stylo ipsi acommodat verba Christi, quibus firmitas Ecclesiæ totius fundatur. Elipandus igitur, si credatur Alcuino, erat *civitas super montem posita, quæ nullatenus abscondi poterat.* Elicias nunc ex ipsius Christi verbis firmitatem Ecclesiæ splendidam & ad extrema usque sæcula in eadem sententia permansuram; cum *Elipandus errans sit illa civitas supra montem posita, quæ nullatenus abscondi nec perforari poterat!*

(a) Vel Mingentium.

Scripsit Adrianus Pontifex Elipando cæterisque Hispaniarum Episcopis adversus Migentium (a) ejusque discipulum Ægilam, Episcopum Illiberatanum, qui Quartodecumanorum renovabant errores peccabantque circa celebrationem Paschatis.

Dirigitur epistola maxime tamen Elipando vel Ascario cum eorum consentaneis. „ 1. Pro hæresi vel blasphemia, quod Filium Dei adoptivum „ nominant. 2. De Paschali Festivitate, De sanguine pecudum, suillo & „ sanguine suffocato, quem in errore prædicantes dicunt ut qui ea non „ ederit, *rudis & ineruditus* est, quanquam eos sub anathematis *vinculo obligatos & ab Ecclesia extraneos dicat.* 3. Similiter de Prædestinatione „ Dei, quod si quis ad bonum prædestinatus esset, contra malum resiste„ re illi necesse non erat & è contra. 4. Communem vitam cum Ju„ dæis & non baptisatis in Paganis tam in escis quam in potu, seu & in „ diversis erroribus agunt. 5. Nec non filias eorum populo gentili tra„ dunt. 6. De sacrationibus eorum & de mulieribus, quæ vivente viro „ sibi maritum sortiuntur. 7. Simulque de libertate arbitrii docent & „ aliis multis, castigandi sunt sanctorum patrum traditionibus.

Unum stupemus; in tanta malorum & errorum colluvie minima Theologorum sphalmata circa Paschatis celebrationem & vocem adoptivi filii, censuras tot talesque attraxisse, dum majoribus peccatis circa prædestinationem liberumque arbitrium, & morum impuritati parceretur.

Damnavit *Elipandus Migentium* & Migetianos, qui circa diem Paschatis errabant, Concilio adversus eos convocato: inde ferocior factus, & sibi plaudens mirari cœpit, quod *Beatus* Monachus & *Felix* Urgelitanus ipsi refragari vellent & contempta ipsius auctoritate quinimo jurisdictione, cui sese Migentiani subjiciebant, caput auderent adversus eum attollere. Iratus scripsit vehementissime tum adversus *Beatum*, quem semper *fœtidissimum Alcuini discipulum* appellat sed; ad ipsum *Alcuinum*, quanquam apud *Carolum Magnum* præpotentem, hæc habet verba: *Epistolam tuam aretæ fidei tramite deviam, nitore sulphureo horrificam, superstitioso sermone scriptam, exeunte Julio accepimus.*

Elipandi ep. ad Albinum inter Alcnin. op. p. 940.

Damnatum a Pontifice & Conciliis Elipandum pœnituisse, & errorem suum dejerasse tuetur *Tamayus Salazar* in Martyr. Sed vereor ne *Tamayus*, aliàs Toletanorum Archiepiscoporum dignitati aliquid detrahere veritus, pœnitentem fecerit qui in errore perseveravit tenaciter ad mortem usque. Inter defensores Elipandi primipili fuere *Ascarius* Bracarensis Episcopus, ad quem epistolam direxerat Adrianus,

Digitized by Google

nus, ut abſente vel nolente Elipando Concilium convocaret adverſus Migentianos. Et revera pollebat apud Hiſpanos autoritate maxima Bracarenſis præſul, tum ſede, tum moribus & doctrina. Zelo maximo flagrabat erga Magiſtrum *Fidelis* Abbas Aſturicenſis: illi ſcripſit ſumma cum fiducia *Elipandus*; & fideliſſimus fuiſſe videtur. Denique proceres & populus pro ſe quiſque, ut collibitum erat, ita vitam inſtituebant, atque de rebus divinis, nullo prohibente, pro voluntate atque arbitratu ſinguli ſentiebant, quæ magna pernicies eſt; itaque Bracarenſes, Gallœci, Aſturicenſes, Septimani plerique *Felicis* & *Elipandi* ſententiam de filio Dei adoptivo tuebantur. SÆC. VIII. ANNO 785. Mariana ibid.

§. III. Erroris elucidatio.

In diverſa plane abeunt eruditi, ubi primam erroris Scaturiginem indagare volunt. *Deceptus forſan Felix & Elipandus*, inquit Purpuratus *Daguirre, contagione inſidentium cervicibus, aut è proximo blaſphemantium Mahometanorum, Jeſum Chriſtum Dei Filium adoptivum appellare non erubuerunt.* Idem ſentire videtur *Mariana*. Sed quid conſuetudinis cum Sarracenis ferociſſimis? aut fidei concretionis apud Epiſcopos fidei defenſione in cæteris illuſtriſſimos? & qua ratione potuit a Mahometanis hauriri ſententia de filio adoptivo, his temporibus ſæpius damnata, tanquam hæretica, nequaquam vero tanquam Sarracenica, non enim olim parcebant verbis ipſiſſima Concilia. Denique Felicem contra Sarracenos ſcripſiſſe jam notavimus.

Alterum erroris fontem aperiunt eruditi, qui credunt ex *Iſidori Miſſis* male intellectis *Felicem* & *Elipandum* hauſiſſe ſententiam quam cæteris propinabant. Ego quidem credam potius Felicem circa diſtinctionem naturarum ſubtiliter nimis ratiocinantem, prout fieri ſolet apud Hiſpanienſes Theologos, qui ſingula perſcrutantur cæteris gentibus acutius multo, illam naturarum diſtinctionem accuratius elucidatam ſibi finxiſſe; deinde vero ex *Iſidori Miſſis*, Aldefonſi cæterorumque Patrum vetuſtiorum ſcriptis teſtimonia deprompſiſſe, ut fieri ſolet a ſcriptoribus ſingulis quærentibus argumenta ad ſtatuminandum, quatenus fieri poteſt, ſuam ſententiam. Conjiciunt plerique docti, nequidem excepto *Marca*, *Neſtorianiſmum*, per longam ſæculorum ſeriem oblivioni mandatum, renovare voluiſſe tum *Felicem* tum *Elipandum*; quod a nobis, qui nullatenus a præjudiciis etiam inveteratis nos abripi patimur, debet elucidari. Fuerunt igitur hæc Felicianorum dogmata:

I. Cum diſcrimen obſervarent ſummum inter binas Chriſti naturas, illas diſtinxerunt, & cum humanitatem divinitate multo inferiorem viderent, actioneſque ipſis plane diverſas tribuerent, Dei Filium æternum propter divinitatem, adoptivum propter humanitatem appellabant: *Filius*, inquiebat Elipandus, *ex matre adoptiva natus debuit adoptari.* Attamen Naturam Divinam ejusdem eſſentiæ cum patre in Chriſto agnoſcebat: *Eſt totus Dei Filius, propter unam cum Patre Deitatem.* „ Omnia quæ Pater habet „ etiam Filius Dei habet. Secundum formam Dei, ipſe & Pater unum „ ſunt; Secundum formam ſervi, non venit facere voluntatem ſuam, ſed „ voluntatem ejus qui miſit eum: Secundum formam Dei, ſicut Pater, „ habet vitam in ſeipſo; ſecundum formam ſervi, triſtis eſt anima ejus „ uſque ad mortem". Elipandi epiſt. ad Alcuinum inter opera Alcuini p. 920.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 785.

II. Quanquam naturas distingueret, unam tamen personam confitebatur: duas Hypostases, quæ Nestorio tribuuntur, rejiciebat. *Licet ergo in uno Domino, vero Deo atque Hominis Filio, Verbi & carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivisa omnes habeat actiones, intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates.*

III. Tres inde tantum Personas confitebatur in Trinitate: *Non enim homine assumpto vel adoptivo personarum numerus auctus est, sed eadem Trinitas mansit.*

IV. Denique omnem inter naturas divisionem ore rotundo repudiabat: *Quamvis enim ab illo initio, quo in utero virginis Verbum caro factum est, nihil unquam inter utramque formam divisionis aliquid extiterit* „ *& per*
Ibid. „ *omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones,*
„ *ea ipsa namque alibi tamen quæ inseparabiliter facta sunt, nulla commix-*
„ *tione confundimus, sed quid cujus sit formæ, ex horum qualitate sentimus.*

V. Hæc fuit genuina *Elipandi* sententia ex ipsius epistola ad *Alcuinum* elicita. Qualis igitur fuerit error, ad cujus damnationem *Carolus Magnus*, *Adrianus* Pontifex & cæteri doctores nonmodo tot tumultus excitaverint, sed convocata sint Concilia plurima, dum aliis parceretur erroribus; Nos ingenue fatemur meram fuisse *logomachicam*, quæ sæpius occurrit apud Theologos. Subtiliter nimis ratiocinabatur Toletanus Præsul, & ni fallor, levissimum agitabat argumentum, circa vocem *adoptivi* vitilitigans. Quippe unio Hypostatica Divinitatis cum Humanitate quæ unam *conficiebat Personam*, tantam conciliabat eminentiam, ut *adoptione* non egeret. Ab una parte confitebantur Orthodoxi Humanitatem esse Divinitati multo inferiorem; ab altera parte tenebant Feliciani Christum esse Dei Filium, Deum, & omnia Divinitatis attributa æquo gradu cum Patre possidentem. Adjiciebat naturas esse indivisas, quanquam diversæ forent naturæ & earum actiones. Denique unam esse *Personam* in Christo Deo & Homine, quemadmodum tres e contra sunt Personæ in Trinitate, quamquam una sit essentia. Levissima fuit igitur controversia circa vocem *adoptivi* Filii, ubi de ejus Humanitate tantum agebatur. Sed leves controversiæ magnas lites movent sæpius in Ecclesia.

VI. Diffiteri non debemus ex *Isidori* scriptis & *Missis*, quæ tanto scriptori vindicantur, Elipandum plurima hausisse loca, quæ ejus sententiæ favent; sed nos indicare contenti, illa lectoris accurati judicio subjicimus. Hoc unum notabimus, Elipandum suam epistolam inscripsisse *Alcuino*, *novo Ario*, *sanctorum venerabilium Patrum Ambrosii*, *Augustini*, *Hieronymi*, *Isidori doctrinis contrario*. Ita ut ab utraque parte Traditionis autoritate pugnaretur pari cum fiducia.

§. IV. De *Etherio* & *Beato* fidei defensoribus.

I. De scripti quod editur authoribus.

I. Non omnes fidei defensores hic recensebimus, alias de *Alcuino* præsertim facturi mentionem. Sed præcipui quos hic edimus, sunt *Etherius* & *Beatus*. Illos non satis accurate distinxit *Alvarus Cordubensis*, qui dum Testimonia Patrum adversus adoptivi Filii sententiam colligit, alterum profert ex *Beati Etherii scripto*. Si sic legas, unus indicatur author Etherius, isque inter Beatos relatus. Deficiente autoritate & veritate, Etherius Beati non

Digitized by Google

non debet nomine condecorati; ſed *Beatus* Monachus & Abbas præcipuas tenuit partes cum *Etherio* adverſus *Elipandum*. SÆC. VIII. ANNO 785.

II. De *Etherio* hæc habet *Elipandus* ad *Fidelem* Abbatem, ejus partibus addictiſſimum: *Adoleſcentiam ſane fratris noſtri Etherii lacte adhuc alitam & nondum ad robur perfectæ intelligentiæ perductam veſtra fraternitas erudiat, quia non cum Magiſtris optimis, ſed cum ignaris & ſchiſmaticis Felice & Beato Antiphraſio* (ſ. contradicente) *æquales in virtute & pares in eruditione, habuit collationem.* Hoc unum notat Elipandus in Etherio, nempe juventutem nimiam, quanquam aliorum carpat mores. *Felix* autem fuit Abbas Obonenſis Ord. S. Benedicti, ſi credatur *Mabillonio*, cui fides adhiberi debet in his rebus potiſſimum. *Etherius* ſcripſit cum *Beato*, & ejus nomen, quanquam junioris, præfert opus quod hic edimus, ideo forſan, quod poſtmodum factus eſt Epiſcopus Auxamenſis. Hujus operis codices MS. ſervantur plurimi: bini ſunt in Eccleſia Toletana, tertius vero in Eccl. Vallis Cavatæ, qui fuit deſcriptus an. æræ Hiſp. MVIII. hoc eſt anno 970. II. De Etherio.

III. Beati vitam ſcripſit anonymus *Hiſpanus, qui recentioris videtur ætatis* Mabillonio, qui illam edidit. Dubitaverat ille, an Beatus inter Monachos Benedictinos deberet recenſeri? & ipſius ſententia firmabatur autoritate plurimorum, qui *Presbyterum* nolebant fuiſſe Monachum. Sed obſervatur Monachos ſacris initiatos ſuſcepti ordinis titulo ſæpius inſignitos fuiſſe *abjecta plerumque & rarius adjecta Monachi appellatione.* Deinde Abbas appellatur ab Alcuino *Beatus*; at nullus apud Viſigothos fuit Abbas *commendatarius*, ut vocant, ſed omnes ad eam evecti dignitatem fuerunt Regulares & Monachi. Denique monet ipſe, *fratre dimiſſo in ſæculo, plures inveniſſe* in monaſterio. Renunciaverat igitur ſæculo & fratri ipſiſſimo *Beatus*, ut in clauſtro incluſus alios reperiret. *Lingua impeditus* ad ſcribendum quam ad diſputandum fuit promptior. Abbas creatus ſcripſit nonmodo adverſus Elipandum, ſed & commentarium in Apocalypſim, qui nondum editus eſt. Colitur *Beatus* inter Beatos apud Aſturienſes, ſed nomine penitus ignoto; vocatur enim a vulgari plebe *San Bieco*. Quis hic, niſi litaverit aliquando litteris Eccleſiaſticis, agnoſcat *Beatum* Elipando adverſantem? III. De Beato. Mab. appendice ad Sæc. IV. Act. Benedict.

Plurima intentat *Elipandus* crimina *Beato*, a quibus a nemine vindicari mihi videtur. Primo reprehendit ipſum, quod ſub Archiepiſcopo Toletano militans tanquam Monachus & Abbas, tanto cum contemptu „ ipſius autoritatem violaret „ aſtans enim Toletanus Epiſcopus ipſi e„ jus ordinem & dignitatem contemnentes nullam ab ipſo de adoptionis „ doctrina cognitionem ediſcere cogitarent. Quis ergo unquam audivit, „ quod homo Aſturicenſis & Montivagus *Toletanos* docere & corrigere „ præſumat; Nonne exemplum ab Archarico Epiſcopo poterat inſume„ re, qui audita veſtri Beati *Antiphraſii* doctrina, ad noſtram occur„ rens ſedem, quod tenendum humili percunctatione popoſcit. Vita Beati apud Mab.

Sed parvi ſunt momenti quæ de neglecta Toletani præſulis auctoritate hic habentur; majora vero quæ Elipandus narrat de fœditate *Beati*: Epiſtolam dirigit Albino, *Antiphraſii*, hoc eſt, *Beati, fœdiſſimi diſcipulo.* Adjecit deinde: *ſicut Magiſter tuus* (Beatus ſcilicet) *fœtidus & horribilis maculavit Libanam, ita tu regnum Auſtriæ.* Denique *ſicut Magiſter tuus* Elipandi ep. inter opera Alcuini.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

Antiphraſius Beatus, *Antichriſti diſcipulus*, *carnis immunditia fœtidus & ab altario Chriſti extraneus pſeudochriſtus & pſeudopropheta.*

Convitia nihil moramur; quia vehementior multo quam debuerat fuit Elipandus, leviſſima ratione; *quod duro ſermone ſcripſimus, Domino jubente hoc fecimus, qui dicit per Moyſem, non coques hædum in lacte matris ſuæ.* quaſi hoc teſtimonio, quod torquebat Elipandus, evidentiſſime a crimine ſe liberare potuiſſet. Quidquid ſit, tria ſumus obſervaturi.

I. Ut verba a nobis indicata poſſent intelligi, notabimus apud Aſtures eſſe montanam Regionem *Liebanam* ſive *Libanam* dictam, hodie *Santillana*, ſub ducis infantatus, ut monet Card. *d'Aguirre*. Ibi erat monaſterium *Vallis Cavæ*, Hiſpanis *Vall Cabado*. Monaſterium Ordinis S. Benedicti ibi extructum rexerat *Beatus*, quippe ibi poſtmodum quæſivit perfugium, ut poſt tot exantlatos labores moreretur in pace. Inde *Libanam maculaſſe* dicitur. *Francia* vero, hic vocatur, ut ſæpius, *Auſtria* & Regnum regnorum, quod *maculaverat Alcuinus* ea autoritate qua pollebat apud Carolum Magnum.

II. Sed præcipua nobis incumbit obſervatio circa *Beatum*, carnis immunditiâ fœtidum imo fœdiſſimum; denique ob morum *impuritatem ab altario Dei extraneum*. An veriſimile fit, Præſulem Toletanum, teſtem oculatum, ſcriptorem coævum, contribulem talia ſcripſiſſe *Alcuino*. Beati Zelotæ, qui facillime calumniæ notam poterat inurere, ſi ea falſa fuiſſent? Illamne repulit *Alcuinus*, Elipando infenſiſſimus? Illamne repellit *Marca* celeberrimus; notans per tranſennam hæc verba *eſſe irarum & calumniæ plena*? Nonmodo *fœtidas* mores exprobrat Elipandus Beato ubique, ſed eum *ab Altario Dei extraneum* dicit; quod fieri non potuit niſi ſententiâ publicâ quâ Sacerdotis munere privabatur. Huic fœtido opponebat Elipandus *Felicem*, *quem novimus ab ineunte ætate caritate ſummum, pudicum & moribus ornatum, quem tu perſequeris in montibus, ſpeluncis & in cavernis terræ latitantem.*

Ibid. pag. 911.

Denique exprobrabat *Elipandus Alcuino* cæteriſque *Beati* ſequacibus, nefandum nefandi Beati diſcipulum ſuis auribus audiviſſe dicentem: J. Chriſtus in viſceribus matris carnem *adſumens, non de viſceribus maternis trahens, ſed carnem novam ſibi efficiens*. Deinde Felix Beatum & Etherium accuſavit duas naturas Chriſti in unum *confundere, ſicut vinum & aquam* quod nullatenus *conſentimus; ſi tamen verum eſt quod dixiſtis*, inquiebat Alcuinus. In eundem lapidem impingebat Cyrillus, dum a Neſtorio diſcrepare nimis volebat. Tandem Alcuinum ſervorum numero viginti millium & divitiarum abundantia, quæ Monachum ſæculo renuntiante non decent, tanquam inflatum merito traducit Elipandus.

Alcuin. l. 1. adverſ. Felicem.

Hiſtorica. Anno 783.

Anno 783. dubius & hæſitans *Elipandus* circa Humanitatem Chriſti, quam adoptivam appellare volebat, ſcripſit ea de re ad *Felicem* Urgelitanum Epiſcopum, qui hanc ſententiam, a longo forſan tempore in pectore natam, propalare non audebat, quam ſtatim per Aſturias & Gallœciam nonmodo diſſeminavit, ſed autoritate ſua firmavit, ut jam indicavimus.

Anno

Digitized by Google

Anno 785.

Aderant apud Adoſindam Etherius & Beatus; cum eis pervenerunt Elipandi epiſtolæ ad Fidelem Abbatem, ejuſque error primum innotuit, ut teſtantur ipſi. Fuit Adoſinda Aldefonſi filia, Siloni nupta, cujus Regnum Mauregatus, ejusdem Aldefonſi filius, ex concubina natus, invaſit an. 783. Illam tentabat Elipandus, & in ejus ſententiam voluit inducere. Veſtem Monachalem induerat perdito Regno, & ipſam ſolabantur Etherius & Beatus. Qui de errore admoniti, uno conſenſu illum refellendi hanc arripuerunt occaſionem. Se ſcribere dicunt anno æræ Hiſpanicæ DCCCXXIII. ſed cum æra Hiſpanica annis triginta & octo differat a noſtra, ad an. DCCLXXXVI. debet hoc opus referri. Dirigitur *Eminentiſſimo nobis & Deo amabili Elipando &c.* quod confirmat hunc Toletanum Præſulem tunc temporis fama maxima apud omnes eſſe gaviſum; & revera de illo ſic loquitur autor vitæ Beati: *Ejus fama doctrinæ & ſanctitudinis per totam ſpargebatur Hiſpaniam.* Nonmodo doctrinâ, ſed ſanctitate præcellebat eo tempore, quo vix, regnantibus Sarracenis, ſtudiis incumbere licebat. Quidquid ſit, inceptum hoc anno bellum denuntiaſſe videntur autores noſtri ſcripto ab ipſis edito adverſus litteras ab Elipando clam *Fideli* amiciſſimo mandatas.

V. Eth. & Beati Lib. I. adv. Elip. Maß; notæ in vitam Beati.

Anno 788.

Diſſeminaverunt errorem tum Elipandus, apud Hiſpanos tum Felix Urgellenſis apud Gallos. Contendit Pagius, Eghinardi Teſtimonio fultus, Felicem uſque ad Concilium Ratiſponenſe anno 792. habitum *quanta potuit pertinacia pravitatem intentionis ſuæ defendere curaviſſe*; attamen habetur hoc anno Concilium *Narbonenſe* pro multis & variis negotiis convocatum, *præſertim pro Felicis Urgelitanæ ſedis Epiſcopi peſtifero dogmate.*

Hoc Concilium primus edidit Catellus de Patria meritiſſimus; ſed cum menda plurima Baluſius obſervaſſet, illud deſcripſit ex vetuſtiſſima membrana, quæ aut ætati Caroli ſuppar, aut certe non multum fuit remota, *quantum colligi poteſt ex caracterum forma & litteris fugientibus.* P. Labbe illud Conciliorum collectioni inſeruit, quanquam dubius circa tempus convocationis, ut dicunt. Pagius vero illud de *falſitate ſuſpectum habet, non ſolum quia notæ temporariæ inter ſe pugnant*, ſed etiam, quia Felix huic Concilio ſubſcribit & tamen hæreſim ſuam non ejurat, de qua etiam nihil *in eodem Concilio legitur præter citata verba.*

Apud Marca de Conc. Sacerd. l. VI. c. 25. pag. 265. t. 2.

Pagi Critica Bar. pag. 385.

Nos ſuppoſititium non autumamus *Concilium Narbonenſe*; quippe ſubſcriptum a tot Epiſcopis coævis, qui ſua appoſuerunt ſigilla. Deinde probatur facillime Narbonenſes Epiſcopos Parochiam Redonenſem ita ſibi vindicaſſe eo tempore & hujus autoritate Concilii, ut deinde Narbonenſes & Redonenſes Archiepiſcopi voluerint appellari, ne titulus à Concilio firmatus daretur oblivioni.

Secundo potuerunt ſubſignare Felix Urgelitanus & Epiſcopus Barcinonenſis tunc temporis Carolo Magno ſubditi & Galliæ Conciliis aſſignati, ut ſuperius notavimus, Felix vero, quamquam a *Carolo Magno* indicatus tanquam peſtiferum dogma proferens; quia in eo Concilio agitata non fuit hæc cauſa, ut ex actis probatur. Invigilant ſæpius Epiſcopi Jurisdictioni

quam

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 785.

quam doctrinæ, ut ex infinitis pateret exemplis. Eo tempore in ipsa Hispania jam de prædestinatione & libero arbitrio, quanquam tunc illæ moverentur controversiæ, siluisse tum Pontifices tum Doctores, indicavimus. Nondum forsan constabat de doctrina *Felicis*, cujus epistola ad *Elipandum*, ipsum tanquam amicum consulentem, non poterat in erroris argumentum & probationem duci.

Tertio una eaque solidissima supereſt difficultas circa numerum annorum qui *Carolo Magno* assignantur; nam regnasse dicitur tunc temporis annos XXIII. At si numeretur initium regni a morte Pipini, qui diem suum obiit an. 768. supersunt tantum anni viginti.

Deinde Imperator dicitur Carolus, qui tamen anno 800. demum obtinuit Imperium. Sed nescio an illa sphalmata amanuensibus solita, postint argumenta superius allata funditus diruere. Consulere potest qui dubitabit, *Balusium*, qui varias adhibet conjecturas, tum circa calculum annorum Caroli Magni, tum circa titulum *Imperatoris*, quem sæpius honorifice conferebant non Ecclesiastici tantummodo, sed ipsi Pontifices Regibus Galliæ, quanquam Imperatoria dignitate non fulgerent illi Reges, ad quas epistolæ mandabantur. Denique eadem suppositionis suspicione laboraret Concilium Francofurtense, quod Paulinus Aquilejensis Imperii Caroli M. ordine convocatum asserit.

Anno 792.

Hoc anno damnatus fuit duplici sententia *Felix*. Sic enim *Eginhardus*, qui *Caroli Magni* vitam scripto mandavit:

„ Felix, natione Hispanus, ab Elipando Toleti Episcopo per Litteras „ consultus, quid de Humanitate Salvatoris &c. sentire deberet; utrum se„ cundum quod homo est, proprius, an adoptivus Dei Filius credendus „ esset; valde incaute, atque inconsiderate & contra antiquam Catho„ licæ Ecclesiæ doctrinam adoptivum pronunciavit, sed etiam scriptis ad „ memoratum Episcopum Libris pertinacissime pravitatem opinionis „ suæ defendere curavit. Hujus rei causa ductus ad Palatium Regis, qui tunc „ apud (a) *Reginum* Baioariæ civitatem, in qua hyemaverat, residebat; „ ubi congregato Episcoporum Concilio auditus, errasse convictus, ad „ præsentiam Hadriani Pontificis Romani missus, ubi etiam coram ipso „ in Basilica Beati Petri Apostoli hæresim suam confessus est atque ab„ dicavit; quo facto ad civitatem suam reversus".

(a) Ratisbonam.

Hucusque *Eginhardus*. Constat autem Felicem Reginoburgo Romam missum fuisse cum *Engilberto*, qui apud Centulenses Monachus factus an. 790. Abbas postmodum creatus est, & revera apud *Carolum Magnum* aliquandiu summâ pollebat gratiâ, utpote qui ab infantiæ rudimentis in ipsius palatio fuerit enutritus. Dubitant eruditi quid evenerit postea; dum alii asserunt *Bertham* Caroli filiam amore captam patri suasisse ut ipsi nuberet, cui matrimonio consenserit Rex, ne pejus eveniret: alii vero repugnante Matrimonio Patre, inscio vel dissimulante, turpiter cum Angilberto vixisse tuentur. *Mabillonius*, ne quid Abbati Benedictino detrahat, matrimonium asserit confictum. Quidquid sit de re dubia, fuit creditus tali viro *Felix*, ut Romæ fidem suam ejuraret.

Anno

Digitized by Google

Anno 793.

Convocatum adverſus Felicem fuiſſe hoc anno Concilium conjecit celeberrimus Annaliſta Gallicanæ Eccleſiæ Le Cointe, his fultus verbis Caroli Magni a Paulino Aquileienſi relatis: ab anno prorſus præterito, *ex quo cœpit hujus peſtis inſania tumeſcente ulcere diffuſius ebullire.* Agitur hic de Concilio Francofurtenſi anno ſequenti habito; & inde concluditur aliquod remedium adhibitum malo ſerpenti anno quem indicavimus; attamen nulla fit mentio Concilii, in quo damnaretur hoc anno Felix. Deinde quanquam errorem ſuum dejeraſſet Romæ; attamen redux apud ſuos, repudiata confeſſione, quam metu vel vi eduxerat Pontifex, potuit *hujus Peſtis inſania tumeſcente ulcere diffuſius ebullire.*

Et revera debuit anno proximo convocari Concilium Francofurtenſe de quo mox acturi ſumus.

Anno 794.

Elipandus audax ſcripſit ad Carolum Magnum, tanta cum fiducia cauſæ, ut poſtularet ab ipſo, ut examini doctorum ſubjiceretur ejus epiſtola. Miſit illam Adriano Pontifici, qui ante convocatam Synodum *Gallicis Spaniiſque Eccleſiis præſidentibus* ſcripſit. *Gallicios* interpretantur aliqui *Gallos*, propter Felicem. Immerito plane; quippe in Gallœcia ſuum errorem diſſeminabat Elipandus.

Cum autem hujus præſulis epiſtola fuiſſet allata Carolo Magno; Francofurti jubente Rege publica voce recitata fuit, & ſtatim ſurgens venerabilis Princeps de Sella Regia, ſtetit ſupra gradum ſuum & locutus eſt de cauſa fidei prolixo ſermone & adjecit: *Quid vobis videtur?* In ea epiſtola quædam plena *blaſphemiis & Catholicæ Fidei reperta ſunt modis omnibus inimica, quædam vero inveniri poterant non rejicienda; ſed in eodem poculo in quo gutta veneni infuſa turgeſcit, mellis nihilominus amareſcit dulcedo.* Synodo convocatæ Francofurti non adfuerunt Etherius & Beatus, quanquam fidei defenſores, ut opinantur multi; quippe non patiebatur ſtatus rerum, ut graſſantibus Sarracenis Epiſcopi in alterius principis ditionem tranſirent controverſiæ inter Chriſtianos dijudicandæ cauſa. Sententiam tulerunt nonmodo præſules ex variis Regni provinciis advocati, ſed & Pontificis Romani Legati qui tunc aderant. Damnatus fuit error Elipandi; & hic Canon, qui priorem obtinet locum, placet admodum Pontificiis. *Concilium illud fuit celeberrimum, ſed non ab omni parte beatum*, in quo ſancte quidem anathematiſata fuit impia ac nefanda hæreſis &c. ex temerario autem auſu Catholicum *dogma de adoratione imaginum &c.* inquit Card. d'Aguirre. Miror tantum virum leviſſimum errorem tam acriter damnare, cultum imaginum tanto cum zelo propugnare & ad auroritatem Maimbourg ficulneam confugere. Plura reperias apud Annaliſtam coævum, quem Lambecius indicat; ſed quæ fuiſſe latam adverſus Elipandum & Felicem ſententiam tantummodo confirmant, de qua nemini dubium poteſt eſſe.

Paulin. Aquilei. in Libello Sacrofyllabo.

Bibl. Hiſp. l. VI. c. 2. pag. 324.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

Anno 798.

Tegumenta diſſimulationis evolvens Felix hoc anno ſcripſit *Alcuino*, errorem priſtinum probare conatus. *Sopitos infidelitatis cineres vobis exhortantibus reſuſcitare intendit* Felix. Epiſtolam exhortatoriam, ut ſe Catholicæ jungeret unitati, dirigere curavi; cui *ille non epiſtolari brevitate, ſed libelli prolixitate reſpondere niſus eſt, atque in eo omnes perfidiæ veſtræ foveas maxime aperuit*; inquit Alcuinus Elipandum refellens. (a) Elipandus quanquam *octogenarius* epiſtolam Felici direxerat, ut vires revocaret; ille vero aſſuetas fortius præſtavit vices. Obibat diem ſuum Beatus, qui cum Etherio adverſus eos ſcripſerat; ſiquidem fides habeatur authori ejus vitæ, quam Mabillonius edidit; quippe non ſibi ſatis conſtat, hæc enim legas: „ Concilio „ denique ſoluto & rebus in Hiſpania bene compoſitis, ſedatoque Feli„ cianæ pravitatis jurgio, ſanctus vir Beatus Adoſindæ &c. continuus pro „ animæ ſuæ remedio extitit Pædagogus, donec ad Vallem cavam ſecede„ ret, ibique ſuper Apocalypſis myſteria librum miro ordine ſcriptitavit. „ Demum miraculis celebris Domino cui ſervierat ſpiritum placida dormi„ tatione commendavit XI. Kal. Martii anno DCCXCVIII". Supponit Scriptor ille pœnitentiam ab Elipando actam in *Concilio* Toletano, *ſoluto Concilio*. At ſi unquam Elipandum pœnituerit, tardius id evenire debuit, nec potuit jurgia Felicianæ pravitatis ſedata dicere; quippe hoc anno novas reſumpſerat vires hæc controverſia.

(a) Lib. I. adv. Elip. pag. 939.
Ibid. pag. 938.
Apud Mabill. app. tom. IV. pag. 737.

Revera *Felicis* Libellum ſeptem libris hoc anno refutavit *Alcuinus*; *Cui Libello ejus ſeptem noſtræ devotionis Libellis reſpondimus*. Unde patet hos ſeptem libros eſſe genuinum Alcuini fœtum, eoſque peſſime in Bibliotheca Patrum aſſeri Paulino. Deinde, quaſi tot hoſtibus repellendis ſolus non ſufficeret Alcuinus, Carolum Magnum deprecatus eſt ut ipſi daret adjutores: „ Provideat vero tua ſancta Pietas huic operi tam arduo tam ne„ ceſſario *adjutores idoneos*, quatenus hæc hæreſis impia omnimodis extin„ guatur, antequam latius ſpargatur per orbem Chriſtiani Imperii".

Ad Elip. lib. I.
Alc. epiſt. IV. ad Carol.

Denique Paulinus Aquileienſis ſive Forojulienſis Patriarcha, qui Concilio Francofurtenſi præſens adfuerat, ſtrinxit hoc anno calamum & contra Felicem Urgelitanum tres libros exaravit, quos Carolo Magno direxit, qui eo ſtudio quo litteratos colebat, ipſum honoribus & beneficiis proſecutus eſt. Habentur tres illi libri cum *Regula fidei metrico promulgata ſtyli mucrone* & *Libello Sacroſyllabo adverſus* Elipandum, ad calcem operum Alcuini.

Apud Du Cheſne p. 1765. 1854. & 1873.

Anno 799.

Ineunte hoc anno convocatum fuit Romæ Concilium a Leone, qui poſtmodum, hoc eſt, menſe Aprili a Romanis fuit excœcatus. Habentur hujus Concilii fragmenta ex ſchedis Pithœanis a Ph. Labbe edita in Conciliis.

Actio Prima.

Concil. tom. VII. pag. 1170.

„ Leo Papa univerſalis dixit: De peſte illa, quæ per miſerum Felicem „ Ex-Epiſcopo de nomine adoptionis in Chriſto Dei Filio orta eſt, Con„ cilium

Digitized by Google

„ cilium facere atque tractare pariter debemus; & olim quidem a præde- SÆC.
„ cessore nostro Domino Adriano Papa & ex autoritate Sedis Apostolicæ, e- VIII.
„ jusdem Regis magni jussione, Synodali tramite sub anathematis vinculo ANNO
„ putabatur extincta, nunc magis ac magis crescendo pullulat". Et revera 785.
Pontifex pejores hæreses & majores blasphemias in Libello Felicis adversus Alcuinum, quem ipsi miserat Carolus, observasse dicebat.

Actio Secunda.

„ Leo dixit: Quis non videat miserrimum illum & *Infelicem* hæreticum?
„ quia non solum hæresiarcha dudum de adoptione in Filio Dei latrans
„ factus est, sed etiam & *semel & bis & tertio* perjuratus factus est". *Ratisponensi Concilio conscripsit, anathematizans qui ausus fuerit dicere Filium Dei esse adoptivum secundum carnem*; & iterum sub sancto Adriano fecit *in vinculis orthodoxum Libellum*, quem *super sacrosancta mysteria in Rostro Patriarchico ponens* juravit sic *tenere & confiteri*; & *iterum in confessione super corpus Beati Petri ipsum ponens orthodoxum Libellum similiter* juravit: *non adoptivum, sed proprium Filium* Dei teneo & confiteor. Tertio orthodoxum Concilium in conspectu Domini Caroli &c. Episcopi anathematis vinculis jaculantes eundem Felicem, si in errore persisteret, cum sequacibus damnaverunt.

Actio Tertia.

„ Leo Papa dixit Felici Orgellitanæ Ecclesiæ Episcopo, si noluerit de-
„ clinare ab hæretico dogmate suo, anathema sit atque ante Tribunal
„ Dei omnipotentis condemnatus".

Hujus Concilii, in quo fuerunt *LVII. Episcopi cum Presbyteris* & Diaconis, post Aquisgranense, decreta probare finxit Felix. Sed tunc temporis absens autoritatem Pontificis contempsit & perseveravit in errore.

Misit Carolus Magnus orthodoxiæ Zelotes Leidradum Lugdunensem, Nefridium Narbonensem Archiepiscopos cum plurimis Gothiæ Provinciæ Episcopis & Abbatibus Urgellam, ut Felicem in viam reducerent: Ipsis pollicitus est se Imperatori præsentem fore Aquisgrani, modo nullam passurum vim sibi constaret, eique pacifice sententiam suam exponere tuerique liceret.

Convocavit revera Carolus magnam Synodum Aquisgrani in Palatio, & per quinque dies cum Felice conflixit Alcuinus, ita ut vix aliud gestum sit. „ Convictum se confessus est autoritate & veritate: Veritatis & totius Ec-
„ clesiæ Universalis consensu convicti ad universalem Ecclesiam, Deo faven-
„ te, ex toto corde nostro reversi sumus, non qualibet simulatione seu velami- Confessio fidei Felicis. apud Alcuinum p. 997.
„ ne falsitatis, sicut dudum, quod Deus scit; sed, ut dixi, vera cordis credulitate & oris professione; quod etiam in conspectu multorum Sacerdotum
„ & Monachorum professi sumus", inquit ipse in confessione Fidei.

Missa fuit illa fidei confessio ad Urgelitanos ipsius sententiæ addictissimos, ut præsulis exemplo pœnitentiam agerent; sed post tot dissimulationis & humanæ fragilitatis exempla ipsum Carolus exilio damnavit perpetuo Lugdunum.

Inscius *Elipandus* Fœlicianæ confessionis apud *Aquisgranum*, ipsi scripsit de Fratre Militane *qui recta de Deo sentiebat. Felicis* epistolam direxe- Apud. Alc. pag. 995.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785. rat ad Fratres Cordubenſes, qui de Deo recta ſentiebant & multa reſcripſerant in ſuo adjutorio, quæ ipſi dirigere debuerant. Sed fatigatus, non potuit. Me tamen, inquiebat, cognoſcite jam decrepita octuageſimo ſecundo a die oct. Kal. Aug. ingreſſum fuiſſe, & orate pro nobis aſſidue, ſicut & nos facimus.

Anno 800.

Fuit igitur Elipandus decrepitus ſenex, qui nullatenus potuit infirmari. Miſit quidem in Hiſpaniam Carolus Imperator hoc anno Epiſcopos Laidradum cæteroſque antea laudatos, quibus libros ſuos adverſus Toletanum præſulem commendavit Alcuinus, ut illis uterentur; ſed cauſa ceciderunt.

Aiunt equidem *Elipandum* pœnituiſſe & Mauris ſuffragantibus Concilium Toleti convocaſſe, in quo hæreſim ſuam dejerans poſtmodum obierit in fide. Et quidem in vita *Beati* apud Mabillonium fit mentio illius Concilii Toletani, in quo ſententiæ ſuæ de Chriſto adoptivo renuntiare debuit Elipandus; & Tamayus Salazar eam in Martyrologio Hiſpanico firmat conjecturam. Sed Johan. Tamaii hic mos *fuit præpoſteri quidem judicii & abominandæ audaciæ, actis genuinis Legendariorum ac Breviariorum inventa pſeudochronicorum quibus adhærebat inſerere, tanquam hæc ejuſdem texturæ & autoritatis eſſent cum Eccleſiaſticis illis, quæ traditiones noſtræ gentis antiquas conſervabant.* Dixiſſet multo melius Purpuratus noſter, ſi Legendarios & Breviaria multo Chronicorum ſcriptoribus incertiora rejeciſſet; ſed probatur illius autoritate Elipandum nequaquam errori ſuo renuntiaſſe; Toletanumque Concilium Mauris approbantibus convocatum eſſe plane fictitium.

d'Aguirre Bibl. Hiſp. pag. 327.

Obire debuit mox *Elipandus* & *Felix* Lugduni exulans. Reperit *Agobardus* ipſius Schedulam, in qua inſpexit hominem „ *diligenter & fraudulenter inſtaurantem, quantum in ſe fuit, omnem pravitatem dogmatis ſui, in qua dudum fuerat detectus & propter quam ab honore Epiſcopatus depoſitus*".

Inde diſcant tum principes tum Eccleſiæ Præſules, errores non facile eradicari. Flectuntur equidem Doctores autoritate Principum & pœnarum metu; ſed eadem ſentiunt intus quæ ſentiebant antea, nec facile opinioni inveteratæ renunciant. Id probatur hoc exemplo. Scripſerunt adverſus Elipandum & Felicem viri docti: Imperator eorum tenebat partes: Pontifices duo eos anathemate percuſſerunt: Concilia adverſus eos congregata Felicem, qui ſub Caroli ditione degebat ad abjurationes fictas ſæpius impulerunt. An fides prior fuit eradicata cum obiens illam ſcripto firmaverit? E contra Elipandus, quanquam Sarracenis infenſiſſimis Chriſtianæ veritatis hoſtibus, contempta Imperatoris, Pontificis & Conciliorum autoritate, Epiſcopos Galliarum ipſi delegatos, & *Alcuinum* tunc temporis præpotentiſſimum, utpote qui famulitio viginti millium ſervorum & divitiis conſentientibus gaudebat, contempſit ad mortem uſque, invito Tamayo, ſententiæ ſuæ adhærens. Vanæ ſine viribus iræ.

EMINEN-

Digitized by Google

EMINENTISSIMO, NOBIS ET DEO AMABILI ELIPANDO, TOLETANÆ SEDIS ARCHIEPISCOPO, ETHERIUS ET BEATUS

In Domino ſalutem.

LEgimus literas Prudentiæ tuæ anno præſenti: & non nobis, ſed Fideli Abbati menſe Octobri in Era. DCCCXXIII. (*a*) clam ſub ſigillo directas: quas ex relatu adveniſſe audivimus: ſed eas uſque ſexto Kalendas Decembres minime vidimus. Cumque nos ad Fratrem Fidelem, non literarum illarum compulſio: ſed recens religioſæ Dominæ Adoſindæ (*b*) perduceret devotio, audivimus ipſum libellum adverſum nos & fidem noſtram cuncta Aſturia publicè divulgatum. Et cum fides noſtra una eſſet indiſſoluta, cœpit inter ſcopulos fluctuare navicula; & duæ factæ erant. Poſtea cum tranquillitate, non bipertita, ſed tantùm videretur una, tunc conloquentes ab invicem diximus: Dormit Jeſus in navi, & hinc inde fluctibus quatimur, & tempeſtatum moleſtias ſuſtinemus, quia importabilis excitatus eſt ventus: nulla ſalus in nobis eſſe videtur, niſi Jeſus excitetur: & corde & voce clamandum eſt, ut ei dicamus: *Domine, ſalva nos, perimus. Tunc ſurrexit Jeſus*, qui in noſtra dormiebat navi, qui cum Petro eramus. Tunc *imperavit vento & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Ex tunc, Deo miſerante, non turbatur iſta, quæ Petrum habet: ſed turbatur illa, quæ Judam habet. Quomodo enim turbari poterat, cui præerat ipſe, in quo Eccleſiæ firmamentum eſt? SÆC. VIII. ANNO 785. *Matth.* 8, 25.

Plerique tamen ex noſtris, etiam remigatores fortiſſimi, nimis formidabant, quia longius à terra, id eſt, à corpore *Chriſti* in alto pelago navicula fluctuabat: quia dixerat Dominus Petro: *Duc in altum retia:* hoc eſt, in profundum diſputationum, & pelagus ſcripturarum. Quid enim tam altum, quàm altitudinem divitiarum videre? Quid etiam tam profundum, quàm (*c*) ſcire Dei filium, & divinæ generationis profeſſionem aſſumere? Quia licet humana mens non poſſit plenè rationis inveſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etſi non licet nobis ſcire, quomodo natus eſt Dei filius, ſcire tamen nobis licet & credere, quòd vere natus ſit. Fortes eſtote, non formidetis: nobiſcum eſt ille, pro quo hæc intentio vertitur: *Ecce ego*, inquit, *vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.* Neque enim nobis tam dura intentio eſſet, niſi Virgo peperiſſet, & quia Virgo peperit, intentio eſt: & quia Virgo peperit Emmanuel, hoc eſt, nobiſcum Deus, ipſum credimus, & adoramus, quia nullus alter Deus eſt. Denique in perſecutione quid quæritur, niſi ut Deum *Chriſtum* negemus? Itaque, qui non confitetur *Chriſtum* Deum verum, *Mariæ* Virginis filium, natum ex Deo vero, veniam non merebitur. *Sed & quicumque ſpiritus non confitetur Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt, & ipſe eſt Antichriſtus.* Qui enim hominem negaverit, Deum negavit: quia Deus homo eſt: & homo Deus eſt: & Deus & homo unigenitus *Chriſtus* filius Dei eſt. Petrus enim, qui hanc naviculam reget, hominem negavit. Sic enim ait: *Non novi hominem.* Non enim dixit: Non novi Deum, aut filium Dei: Sed cum hominem negavit, filium Dei Deum negavit. Et cum ab homine interrogaretur, *Quem me dicunt filium hominis?* tunc

Neceſſe eſt Chriſtum confiteri. *Luc.* 5. 4.

Matth. 28, 20.

1. *Joan.* 4. 2.

Matth. 16. 13.

(*a*) Anno 785. nam iſti autores ſequuntur æram Hiſpanicam quæ triginta octo annis differt a Chriſtiana. BASN.

(*b*) Fuit illa Regis Silonis vidua, quam in errorem inducere tentabat Elipandus. BASN.

(*c*) Cognoſcere Dei Filium, & illum profiteri, alterum enim ex altero ſequitur. STEW.

Digitized by Google

SÆC. VIII. tunc homo homini reſpondit, & ait: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Ipſum Chriſtum filium Dei vivi negavit, Cùm dixit: *Non novi hominem.*

ANNO 785. Sed ubi negavit, Chriſtus ligatus tenebatur: Ante præſidem ſtabat: Alapis & colaphis cædebatur: Conſpuebatur. Nox erat, tenebræ erant, frigus erat: in prætorio erat: ancilla oſtiaria oſtium clauſum tenebat. Adhuc Spiritus Sanctus plenius Petro non fuerat *datus*, *quia adhuc Jeſus non fuerat glorificatus.* Ubi vero confeſſus eſt *Chriſtum* filium Dei, non erat ligatus *Jeſus*, neque ſolus: ſed multitudo ſequebatur eum, quorum mortuos ſuſcitabat, cæcos inluminabat, leproſos mundabat, Dæmones effugabat, & diverſas infirmitates curabat: quærit ab hominibus; quis habeatur in populis egregius ille. Cum illi diverſas opiniones proferrent, & alii dicerent: Tu es *Elias*, alii, *Jeremias*, alii, *Tu es Joannes Baptiſta*, alii, *Tu es Propheta*; tunc Petrus inter omnes, ſine aliqua dubitatione dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Exclamat Dominus beatum, cui non caro, iſtud & ſanguis revelaſſet: ſed Pater ejus, qui eſſet in cœlis. Tunc & petra vocatus, poſtquam angularem petram illum primus agnovit. Hæc eſt Petra, de qua Pater dixerat per Eſaiam Prophetam: *Ecce, mittam in fundamentis Sion Lapidem probatum, electum, angularem, precioſum: & omnis, qui crediderit in eo, non confundetur.* Et utique in Lapidem, in quem credere mandat, Deus eſt. De qua petra Paulus Apoſtolus dixit: *Petra autem erat Chriſtus.* Et (a) quia omnes ſancti, qui in Chriſto fundati ſunt, lapides, & petræ ſcribuntur: ſed cum in ſacro eloquio ſingulari numero petra vel lapis nominatur, ſolus Chriſtus accipitur. Cum vero *petræ* pluraliter appellantur, membra videlicet ſancti viri, qui illius robore ſolidati ſunt, (b) experiuntur. Quos nimirum Petrus Apoſtolus *lapides* vocat, dicens: *Vos tanquam lapides vivi coædificamini domus ſpiritualis.* Qui omnes non à Petro, ſed à Chriſto petra, ſicut & Petrus, nomen acceperunt: & quod Petro dixit, *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, non ſoli Petro, ſed nobis omnibus dixit. Et quod Petro dixit: *Non revelavit tibi iſtud caro & ſanguis, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt*; non ſolum Petro, ſed & nobis, qui ſic credimus ut Petrus, & hodie dicit. Nam cum nos hodie dicimus corde, & ore coram omni Eccleſia, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*; protinus ille reſpondet: Non revelavit vobis iſtud caro, & ſanguis, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt: hoc veritas dixit uni, quod omnibus ſufficit. Hoc nos omnes credimus, quod ille ſolus confeſſus eſt.

Abnegatio Petri coacta. *Joan.* 7. 59.

Matth. 16. 14.

Fideles omnes ſunt Petra. *Iſa.* 28. 16. & c. 8. 14.

1. *Cor.* 10. 4.

(a) f. quidem.

(b) Exprimuntur. 2. *Petr.* 2. 5.

Petrus Chriſtum Deum confeſſus eſt.

Cui caro, & ſanguis revelavit, dicat: Tu es adoptivus humanitate, & filius Dei vivi ſecundum divinitatem, non enim Petro caro & ſanguis revelaverat hoc, quod dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Cujus caro & ſanguis? Nunquidnam Petri, ut ipſius caro obſtaret & ſanguis, ut *Chriſtus* Dei filius diceretur? Non plane, ſed ipſius Domini caro & ſanguis. In qua carne & ſanguine, dum homo videtur, quod aſſumpſerat Deus, non credebatur eſſe quod erat. Impoſſibile enim omnibus videbatur, ut Deum crederent, quem hominem viderent. Et tantam illam majeſtatem, in qua habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, quam ipſe non capit mundus, in corpuſculo deſpectæ etiam imaginis incluſum ait: Non hæc caro mea & ſanguis tibi eſſe me Dei filium revelaverunt; quia iſta (c) me, id eſt, caro mea, & ſanguis non promittunt Dei filium credi. Denique & Propheta jam dixerat: *Et homo eſt, & quis agnoſcit eum?* Apertè ergò illi ſecundum oculum judicantes, me aut Eliam aut Prophetam, aut unum aliquem de Prophetis loquuntur, quia me hominem omni habitu carnis agnoſcunt. Sed tibi revelavit Pater meus, qui in cœlis eſt.

(c) f. mea.

An *Iſa.* 53. 3.

Miracula probant divinitatem Chriſti.

Quando revelavit? Quo tempore Deus cum Petro locutus eſt? Revelavit tibi, inquit, Pater meus, qui in cœlis eſt. Ac ſi apertè diceret: Operibus credidiſti, quæ me loquuntur filium Dei. Vidiſti me mortuos ſuſcitare, cæcos illuminare, ſurdos facere audire, & mutos loqui, ſuper aquas ſicco veſtigio ambulare, ventis imperare, infirmos verbo ſanare. His operibus credidiſti, quæ me loquuntur filium Dei. Nam & illi me iſta facere viderunt, qui me unum ex Prophetis nuncupaverunt: quia omnes mendacium dixerunt, quia de ſuo dixerunt: non de Patre revelatum habuerunt. Qui enim *de ſuo loquitur, mendacium loquitur:* quia qualem me videt, talem me putat eſſe. Qui enim de Patre audit, veritatem dicit, quia de veritate haurit, & de veritate certificat.

Joan. 8. 44.

Quid eſt veritas? Tu es Chriſtus filius Dei vivi. Ipſe enim Chriſtus hoc dixit: *Ego ſum via, veritas, & vita:* Non enim nos interfuimus, cum à Patre Dei filius diceretur. Solus Pater dixit: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite* omnis anima. Nam cum omnis anima dixit, nobis omnibus dixit. Omnis enim anima omnis homo dicitur: ſicut eſt illud in Geneſi: *Septuaginta animæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum cum Jacob.* Per tot homines Pater clamat de cœlo nobis in terra hominibus, ut filium ſuum audiamus. Credamus ei, & prædicemus eum coram hominibus, proprium eſſe filium Dei. Quid primò dubitamus? Si Deo non credimus, cui credimus? Omnia enim, quæ credimus, vel viſu credimus, vel auditu. Viſus aliquando

Joan. 14. 6.

Matth. 17. 5.

Gen. 26. 47.

Digitized by Google

aliquando fallitur: auditus (a) *tamen* in fide eſt. Fuerunt tunc qui Chriſtum viderunt, & crediderunt: Fuerunt qui viderunt, & non crediderunt. Sunt nunc qui evangelium audiunt, & Chriſtum coram hominibus Dei filium crucifixum confitentur; & ſunt, qui eum Dei filium coram (b) *omnibus* non eſſe contendunt: intonant Prophetæ, Evangelium clamat, & idem filius per Evangelium ſuum dicit: *Pater, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* Pater ei dicit: *Clarificavi, & iterum clarificabo.* Pater veritas, quia teſtificatur veritatem; Clamat veritas veritati, de quo eſt ipſe veritas. Reſpondit veritas veritati, qui in hunc mundum non ſibi, ſed nobis miſit hanc veritatem. Venit veritas ad mendaces: & putamus, quod eam poſſumus facere, non credendo mendacem?

SÆC. VIII. ANNO 785.

(a) f. tantùm.

(b) forte, hominibus.

Joan. 17. 1.

Veritas dicit per os carnis ſuæ: *Filius Dei ſum.* Et, *qui negat me, negat eum, qui me miſit.* Et præſumet aliquis *hoc* Evangelium diſſolvere? An ex parte oportet credere Evangelio, & ex parte non credere? Qui non credit Evangelio, non credit filio, cujus eſt Evangelium. Et qui non credit filio, non credit Patri, qui miſit illum. Neque enim regem diligimus, ſi ejus leges odio habemus. Qui Patri, & Filio iſta dicenti non credit, mendax eſt, quia Deum putat eſſe mentitum. Si viri boni dicerent, nefas putaremus eſſe, non credere. Deus aſſerit, probat Filius: tremens terra teſtatur: inferna captivos abſolvunt: maria obediunt: elementa ſerviunt: petræ ſcinduntur: Sol obſcuratur; & hæreticus, cum eſſet rationalis, filium Virginis non eſſe Dei filium cauſatur.

Joan. 12. 18. *Marc.* 14. 62. *Luc.* 10. 16.

Credendum filio.

Quis eſt Dei filius, niſi Jeſus, quem virgo peperit Maria? Ipſum nobis promiſit per Prophetam Pater, dicens: *Revelabitur enim vobis filius meus Jeſus.* Hoc nomen & angelus Virgini nunciavit: *Vocabis*, inquit, *nomen ejus Jeſum: hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur.* Potuerat dicere tunc, ſi verum eſſet, quod dicitis: Vocetur Jeſus adoptivus filius Altiſſimi humanitate, & nequaquam adoptivus divinitate. Potuerat & filius dicere: *Sic dilexit Deus mundum*, ut filium ſuum adoptivum daret in mundo, ut omnis, qui crediderit in eum, non pereat. Et utique miſſio ejus homo eſt: & nihil aliud potuerunt in eo videre increduli, qui eum crucifixerunt, niſi tantùm hominem. Et cum hominem crucifixerunt, filium Dei crucifixerunt, Deum crucifixerunt. Pro me paſſus eſt Deus meus: Pro me crucifixus eſt Deus meus. Et quid dico pro me? Pro omnibus paſſus eſt Deus noſter. Dicamus ergo: *Surge Deus, judica terram.* Cui Deo dicitur, ſurge, niſi ei, qui mortuus eſt? Cui Deo dicitur: Judica terram; niſi ei, qui à Judæis judicatus eſt? Surge Deus, judica terram, qui judicatus es à terra. Unde & in Pſalmo 81. dicitur: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deus diſcernit. Et utique qui Deos diſcernit, Deus eſt. Et non eſt Deus inter Deos, ut hæretici aſſerunt, ſed Deus Deorum eſt: Ille, qui dixit: *Ego dixi Dii eſtis, & filii excelſi*, ipſe eſt Deus excelſus filius Virginis: de quo Propheta jam dixerat: *Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua veniet, & nullus ei ſimilis. Quis poterit ſcrutari vias ejus?* Cuncta conſiderans: & nomen ejus ſupra terminos terræ. Ipſe eſt Dominus dominorum, qui eſt Deus Deorum. Et ſicut non de diis multis eſt: ita neque de dominis multis: ſed unus Dominus Deus, Apoſtolo atteſtante, qui ait: *Nullus Deus, niſi unus. Nam ſi ſunt qui dicantur Dii, ſive in cælo, ſive in terra, ſiquidem ſunt Dii multi, & Domini multi: nobis autem unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos per illum, & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia*, & nos per ipſum. *Sed non in omnibus eſt ſcientia.* Ipſe eſt Chriſtus Chriſtorum, qui Dominus Dominorum, & Deus Deorum.

Jeſus eſt Filius. *Luc.* 1. 31.

Joan. 3. 16.

Pſal. 81. 8.

Pſal. 81. 6.

Iſa. 40. 10.

1. *Cor.* 8. 5.

Sed non eſt de illis Chriſtis, de quibus dictum eſt: *Nolite tangere Chriſtos meos.* Sed neque de illis, de quibus hæretici dicunt: Et ille Chriſtus, & nos Chriſti. Et quamquam & Sancti Chriſti ſint, & domini ſint, & dii ſint: ſed nullus ex illis abſolutè dicitur uno ſermone Chriſtus Jeſus Deus noſter. Nullus ex illis dictus eſt, *Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia.* Nullus ex illis mortuus eſt pro mundo. Solus iſte. Nullus ex illis propria voluntate natus, aut propria voluntate crevit, aut propria voluntate mortuus, aut quando voluiſſet, poſuiſſet animam, aut quando voluiſſet reſumeret; ſed ſolus iſte. Sic enim ait Judæis: *Solvite templum hoc, & triduo ſuſcitabo illud.* Non dixit: Solvite templum hoc, quem Pater ſuſcitet: ſed ego ſuſcitabo illud, Et in Pſalmo tertio ait: *Ego dormivi, & exſurrexi.* Hoc totum libera Chriſti poteſtas, ejus, qui poteſtate ſua mortuus eſt, poteſtate ſua reſurrexit. Et qui poteſtatem habet, Deus eſt: & non quiſlibet Deus, ſed omnipotens, quia omnia poteſt. Et nullus poteſt facere, quod fecit, & facit omnipotens Deus. Nam quia & Pater eum ſuſcitavit, dicit in eodem Pſalmo: *Dominus ſuſcitavit me.* Dominum dicit, quem Patrem habet. Nam ſi eum Patrem non haberet, Petrus Apoſtolus de eo non diceret Judæis: *Dominus Deus Patrum noſtrorum ſuſcitavit filium ſuum Jeſum, quem vos interemiſtis.* Servus dictus eſt Patris, quia ſemetipſum exinanivit, id eſt, ſemetipſum mundo viſibilem oſtendit. Quia *formam ſervi accipiens*, inquit Apoſtolus,

Chriſtus differt a cæteris Chriſtis.

1. *Cor.* 1. 24.

Joan. 3. 19.

Pſalm. 3. 6.

Actor. 3. 13.

Phil. 2. 7.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

lus, *in ſimilitudinem hominum factus eſt, habitu inventus ut homo.* Et ideo Patris eſt ſervus, qui cum Patre eſt unus Dominus, & unus Deus. Veruntamen ipſe ſibi nec dominus, nec ſervus eſt. Solius Patris eſt ſervus, quia facit voluntatem Patris, ut ipſe de ſemetipſo ait: *Non veni voluntatem meam facere, ſed voluntatem ejus, qui miſit me, Patris.* Non hoc loco dixit voluntatem Dei facere, ſed Patris. Quamvis enim Deum ſuum Patrem dixerit, cum Deus ſit, etiam ipſa natura, & de illius eſſentia: tamen nullatenus ignoramus, quod manens, homo quoque factus ſit, qui ſub Deo juxta debitam legem naturæ (a) humanitatis exiſteret. Ipſe verò ſibi quomodo vel Deus poterit eſſe, vel Dominus? Ergo ſolius Patris eſt ſervus, non ſibi ſervus: non ſuus ſervus. Non ſibi dominus, non ſuus dominus. Sicut ſolus Patris eſt filius, non ſuus filius, non ſibi filius; ſicut ipſo major & minor. Et ideo in quo major ſibi ipſi, æqualis eſt Patri: in quo minor ſibi ipſi, minor eſt Patre. In quo minor Patri, Dominus omni creaturæ. In quo ſervus Patri, dominus cœli, & terræ, id eſt, angelorum, & hominum, Paulo Apoſtolo atteſtante, qui ait: *Humiliavit ſemetipſum uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus Pater exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu,* filii Mariæ Virginis, *omne genu flectatur Cœleſtium, & terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Jeſus in gloria eſt Dei Patris.*

Joan. 6. 38.

(a) fort. humanæ.

Phil. 2. 8.

Nulli enim angelorum dixit Pater; Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Ad angelos quidem dicit: Adorent illum omnes angeli Dei. Ad filium autem dicit, Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Et, tu Domine, initio fundaſti terram; & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnia, ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis ea, & mutabuntur: Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Filii ſervorum tuorum inhabitabunt, & ſemen eorum in ſæculum ſeculi dirigetur. Hoc Eccleſia de Chriſto dicit. Et quia in hoc mundo minoratus venit paulò minus ab angelis, & non ſolum angelis, ſed etiam hominibus, quia minor erat parentibus ſuis, (b) & ante paſſionem, ante mortem, ante reſurrectionem. Nam poſteaquam reſurrexit à mortuis, dixit diſcipulis ſuis: *Data eſt mihi poteſtas omnis in cœlo, & in terra. Sicut me miſit Pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixiſſet, inſufflavit, & dicit eis: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Et quia Spiritus Sanctus de Patre filioque procedit, ipſum Spiritum Sanctum inſufflans Apoſtolis, ut manifeſtius oſtenderetur, quod (c) præeſſet filius Dei, à quo procedit Spititus ſanctus, & ipſa eſt tertia in Trinitate perſona: qui donum Patris, & filii dicitur; quem tunc dedit, & poſtea de cœlo miſit, ut oſtenderet dilectionem Dei & proximi, ſecundum illa præcepta, *in quibus tota lex pendet, & Prophetæ.*

Hebr. 1. 5. 8.

(b) f. ſed.

Matt. 28. 18. Joan. 20. 22.

(c) f. quòd ipſe eſſet.

Matth. 22. 40.

Spiritus Sanctus de cœlo datus.

Semel in terra dedit Spiritum Sanctum propter dilectionem proximi: & ſecundò dedit de cælo propter dilectionem Dei. Nam cùm inſufflavit, & illi accepiſſent Spiritum Sanctum, dixit eis: *Ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Ubi maximè commendatur hæc Trinitas, (d) dubitare non debemus. Ipſe eſt igitur Spiritus Sanctus, qui etiam de cœlo datus eſt die Pentecoſtes poſt dies decem, quando Dominus aſcendit in cœlum. Quomodo non eſt Jeſus Chriſtus Deus Dei filius, qui de Virgine natus eſt Deus verus, qui dat Spiritum Sanctum? Imo quantus Deus eſt, qui dat Deum? Neque enim aliquis diſcipulorum ejus dedit Spiritum Sanctum. Orabant quippe, ut veniret in eos, quibus manus imponebant: non ipſi eum dabant. Quam conſuetudinem in Epiſcopis etiam nunc ſervat Eccleſia.

Matt. 28. 19.

(d) Videtur aliquid deeſſe.

Actor. 8. 15.

Denique & Simon Magus offerens Apoſtolis pecuniam non ait: Date & mihi hanc poteſtatem, ut dem Spiritum Sanctum: ſed, *cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum.* Quia neque ſcriptura ſuperius dixerat: *Videns autem Simon quod Apoſtoli darent* Spiritum Sanctum: ſed dixerat: *Videns autem Simon, quod per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus.* Propter hoc & Dominus ipſe Jeſus Spiritum Sanctum non ſolùm dedit, ut Deus; ſed & accepit ut homo. Propterea dictum eſt; *Plenus gratia.* Et manifeſtius de illo ſcriptum eſt in actibus Apoſtolorum: *quia unxit eum Deus de Spiritu Sancto.* Non utique oleo viſibili: ſed dono gratiæ, quod viſibili ſignificatur unguento, quo baptizatos unguit Eccleſia. Nec ſanè tunc unctus eſt Chriſtus Spiritu Sancto, quando ſuper eum baptizatum, ut columba deſcendit: Tunc enim corpus ſuum, id eſt, Eccleſiam ſuam præfigurare dignatus eſt: In quo præcipuè baptizati accipimus Spiritum Sanctum. Sed iſta myſtica, & inviſibili unctione tunc intelligendus eſt unctus, quando verbum Dei caro factum eſt, id eſt, quando humana natura, ſine ullis præcedentibus bonorum operum

Actor. 8. 19.

Chriſtus quando unitus Spiritui Sancto?

Joan. 1. 14. Actor. 10. 38.

Digitized by Google

rum meritis, Deo verbo est in utero Virginis copulata, ita, ut cum illo fieret una persona. Ob hoc eum confitemur natum de Spiritu Sancto, & Virgine Maria. Absurdissimum est enim, ut credamus eum, cum jam triginta esset annorum ætatis, & à Johanne baptizatus est, accepisse Spiritum Sanctum. Sed venit ad Baptisma Johannis sicut sine peccato, ita plenus Spiritu Sancto. Si enim de servo suo, & præcursore ipsius Joanne scriptum est: *Spiritu Sancto replebitur adhuc in utero matris suæ*: quia quamvis seminatus à Patre, tamen Spiritum Sanctum in utero formatus accepit: quid de homine Christo intelligendum est, vel credendum, cujus carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritualis fuit? SÆC. VIII. ANNO 785. *Luc.* 1. 15.

Hæreticorum indoles.

Hoc totum quare diximus? nisi, ut Jesum Christum, qui de Virgine natus est, verum Deum, & verum filium Dei esse proprium firmaremus: & Deum inter Deos, & adoptivum cum adoptivis, & parvulum cum parvulis, & servum cum servis, ut hæretici blasphemant, aperta fronte negaremus? Ululant isti; scripturam non tractant. Et quia ululant, lupi sunt, in tenebris ambulant, id est, inter ignaros prædicant: obscuras, & distortuosas disputationes proferunt, quibus ignaros decipiunt. Pastores Ecclesiarum auferre conantur, ut oves Domini facilius strangulent. Videte fratres, non credatis eis, expellite eos à vobis, & fugite eos, si oves estis, quia non habent (a) voces pastoris. Bonus pastor noster nobis dixit: *Cavete à Pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Nonne lupi sunt, qui vobis dicunt: Adoptivum credite Jesum Christum: & qui ita non crediderit, exterminetur? Et Episcopus Metropolitanus, & princeps terræ, pari certamine hæreticorum schismata, unus verbi gladio, alter Virga regiminis ulciscens, de terra vestra funditus auferantur: certe jam rumor est, jam fama est, & non solum per Asturiam, sed per totam Hispaniam, & usque ad Franciam divulgatum est, quod duæ quæstiones in Asturiensi Ecclesia ortæ sunt. Et sicut duæ quæstiones; ita duo populi, & duæ Ecclesiæ, una pars cum altera pro uno Christo contendunt. Cujus fides vera, an falsa sit, grandis intentio est: & hoc non in minuta plebe; sed inter Episcopos est. Una pars Episcoporum dicit, quod Jesus Christus adoptivus est humanitate, & nequaquam adoptivus Divinitate. Altera pars dicit: nisi ex utraque natura unicus est Dei Patris filius proprius, non adoptivus: in tantum proprius, ut ipse sit Dei filius Deus verus; & ipse adoretur, & colatur, qui sub Pontio Pilato est crucifixus. Hæc pars nos sumus, id est Eterius, & Beatus, cum cæteris ita credentibus. Credimus certè non solum in Deum Patrem omnipotentem, sed in Jesum Christum filium ejus unicum Deum, & Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu Sancto, & Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato.

(a) vocem. *Mat.* 7. 15.

Ecclesiæ Hisp. divisio.

Variæ sententiæ circa filium.

Ecce utraque fides patet: sed nos pro hac fide, quam vindicamus, non solum (b) exilium, sed etiam mori parati sumus. Tempestat mare, & fluctuat, sed navicula non mergitur, quia fides non dubitatur. Descendunt hæreticorum pluviæ, flant persecutionem venti, adveniunt flumina, id est, minæ, & terrores hæreticorum: sed domus à fundamento non dissolvitur, quæ diu supra firmissimam petram, quadratis lapidibus artificis manu construitur. *Et licet Angelus de Cœlo* veniat, qui nobis vestram fidem peregrinam inserere disponat, anathema nobis *maranata* reputabitur. Et quia (ut diximus) jam venti, & flumina imminent, ipsa domus radicitus subvertetur, quæ supra arenam fundata esse non dubitatur. Quid est arena, nisi hæreses? Et cum multi hæretici sint, multa etiam mendacia confingunt, quia adversus Catholicam fidem diversa sentiunt, & tamen inter se minimè concordare possunt. Ecce campum scripturarum, & unum Christum, & tamen inter utrasque partes divisum. Pars, quæ rectè credit in Christo, sicut ipse ait, *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Et cum habuerit Christum, tunc habebit Legem & Evangelium. Et pars, quæ non habuerit Christum, non poterit illa aqua ex eo fluere, & ea in flumina non valebit derivare, quæ Spiritus Sanctus non dictaverit. Sed proculdubio illa aqua, quæ apud Salomonem prava scientia nuncupatur, per mulierem, quæ typum hæreseos tenet, & callidis suasionibus blanditur dicens: *Aquæ furtivæ dulciores sunt.* Et non philosophando scribamus obscuris sermonibus; sed simpliciter; ut omnes, qui audierunt, alterum interrogare non indigeant, sed omnes intelligant.

(b) f. exulare. *Math.* 7. 25. *Galat.* 1. 8. 1. *Cor.* 6. 22. *Joan.* 7. 38. *Prov.* 9. 17.

Et quia pro fide recta est, non ornato, politoque sermone, sed rebus manifestis convincenda est. *Hauriat* unusquisque nostrum *aquas de fontibus salvatoris*, id est, de Prophetarum, & Apostolorum doctrinis. Non sibi fodiat cisternas novas: de quibus Dominus per Prophetam dicit: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ: & effoderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non solent continere aquas:* quia *repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris.* Cisternam novam fodisse est, nova verba de Christo conficere, quæ in Lege, & Evangelio scripta non sunt. De qua cisterna in Evangelio Dominus commemorat de villico iniquitatis, qui ait: *Fodere non valeo: mendicare erubesco.* Iste villicus iniquitatis Saulus erat, qui postea Paulus Apostolus

Consulenda scriptura. *Isa.* 12. 3. *Jer.* 2. 13. *Isa.* 11. 9. *Luc.* 16. 3.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

factus est. Quando Saulus erat, elatus erat, & superbus; & gloriabatur de lege, & sapientia scripturarum: & *ad pedes Gamaliëlis*, qui eo tempore peritissimus erat in lege, gloriabatur se litteras didicisse: & ob hoc persequebatur Apostolos Christi, dicens, nescire eos legem, & rusticos esse. Quamobrem adhuc (a) *suspirans minas*, *& homicidia in discipulos Domini, accessit ad sacerdotem, & petiit ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas, ut si quos inveniret, qui essent de hac via viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem.* Qui cum cæpisset credentes in Christum persequi, ligare, occidere, & omnem Dei sui dissipare substantiam, correptus à Domino est. *Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Dixitque in corde suo: Quid faciam, quia magister fui, & villicus, cogor esse discipulus, & operarius? Fodere non valeo. Quid dixit, fodere non valeo? Ac si apertè diceret: Non possum suprà prophetare, quam prophetatum est. Non possum novum dogma componere, quia ea, quæ Prophetæ dixerant, jam omnia in Christo completa erant. Jam cessaverant *Lex & Prophetæ usque ad Johannem* Baptistam. Sed non erat Johannes prophetarum finis, & legis, sed Christus: sicut ipse Apostolus ait: *Finis autem legis Christus, ad justitiam omni credenti.*

Act. 22. 3.
(a) spirans.
Actor. 9. 2.
Act. 9. 5. 6.
Matth. 11. 13.
Rom. 10. 4.

Fodere, inquit, non valeo, mendicare erubesco. Ac si diceret: Ut qui doctor fueram Judæorum, cogor ab Apostolis rusticis, & egentibus, & à discipulo Anania, salutis & fidei mendicare doctrinam. Aperiamus oculos, & videamus Saulum lupum Ananiæ ovi summittere caput. Videamus eruditum in Lege, à rusticis accipere doctrinam salutis. Nihil sciebat Saulus in lege, quam dederat Deus, qui Christum persequebatur, qui dederat ipsam Legem. Omnem legem sciebant Apostoli rustici, qui Christum Deum sciebant, qui compleverat jam Legem, quam dederat: quia nullus hominum potuerat adimplere Legem, nisi solus Christus, qui eam dederat, sicut ipse ait: *Non veni legem solvere: sed adimplere.* Quod si quæsieris, quare vocetur Villicus iniquitatis in Lege, quæ Dei est? Dicamus: Recte credebat in Patrem, villicus erat: Filium persequebatur; iniquus erat. Villicus autem dicitur propriæ villæ gubernator: unde & à villa villicus nomen accepit. Qui de Saulo elato, & superbo factus est humilis Paulus, *vas electionis* Christi, *ad omne opus bonum paratus:* Qui non esset discipulus, nisi discipulo rustico submitteret collum. Qui etiam non valuit cisternam fodere novam, id est, legem componere novam: sed illam, quæ fodita erat, aperuit, & in flumine derivavit, id est, illam legem, quæ de Christo erat, aperuit, & explanavit: & totum mundum in gentibus aridum faciavit, quando Christum illis Dei filium cognoscere fecit.

Matth. 5. 17.
2. Tim. 2. 21.

Elogium scripturæ.

Hæc exempla nos sequi oportet. Non confingamus de nostro, sed illa explanemus, quæ in Lege, & Evangelio scripta sunt. Et quia Christus noster & panis est in divinitate fortibus, & lac in humanitate parvulis, quid cui debeatur, aptum cibum ministrare, utrorumque filiis non negemus: ut illud in nobis compleatur, quod Dominus in Evangelio dicit: *Quis, putas, est fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore?* Dispensator prudens, pastor Ecclesiæ, unicuique cibum suo tempore dat, cum verbum prædicationis sic dispensat singulis, ut libenter accipiens animas capere, & portare possit, quod dederit: ne (quod absit) mente parvulo dum panis durus in os, id est, in loquutione, quod est divinitas, mittitur, sine trituratione dentium, suffocetur: Lacte ergo alendi sunt, id est, credant eum esse filium Dei proprium, non adoptivum: Deum verum, quem Judæi crucifixerunt. Ipse est verus Deus, & vita æterna, Johanne Apostolo attestante, qui ait: *Scimus, quoniam filius Dei venit, & dedit nobis intellectum, ut cognoscamus verum Deum; & simus in vero filio ejus Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Paulus Apostolus ad Romanos ait: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Qui etiam *proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* Item ibi. *Quorum Patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Et ipse Dominus in Evangelio Cæco illuminato dixit: *Tu credis in filium Dei?* Et dixit: *Quis est Domine, ut credam in eum? Respondit ei Jesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Item in Evangelio secundum Johannem, quando Lazarum suscitaturus venit, *dixit Martha ad Jesum: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Dixit illi Jesus: Resurget frater tuus: Dicit ei Martha: Scio, quia resurget in resurrectione, in novissimo die. Dicit illi Jesus: Ego sum resurrectio, & vita. Qui credit in me, & si mortuus fuerit, vivet: Et omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Et ait illi Martha: Utique Domine. Ego credidi, quia tu es Christus, filius Dei, qui in hunc mundum venisti.*

Matth. 25. 45.
1. Joan. 5. 20.
Rom. 8. 31.
Rom. 9. 5.
Joan. 9. 35.
Joan. 11. 21.

Non debemus ergo dubitare de eo, quem Judæi crucifixerunt, quod ipse sit verus filius Dei proprius, non adoptivus: sed unicus Dei Patris filius, Deus verus, & vita æterna. Credamus in eum tam parvuli, quàm senes, tam rustici, quàm sapientes,

Digitized by Google

tes, tam pauperes, quàm divites; tam viri, quam fæminæ; tam *omnis omninoque* sexus moriamur pro eo, ut vivamus in eo. Adoremus eum sine dubitatione, quia non est alter Deus præter eum, Propheta Jeremia testante, qui ait: *Hic Deus noster, & non est alius Deus præter eum: qui adinvenit omnem viam prudentiæ: & dedit eam Jacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* SÆC. VIII. ANNO 785. *Baruch.* 3. 36.

Non ergo separamus Patrem, & Spiritum sanctum à filio, cum solum filium dicimus Deum. Pater, & Filius ambo simul unus Deus. Non Pater ambo simul sunt: non filius ambo simul sunt. Solus in illa summa Trinitate Pater tantum Pater est in sua persona: solus Filius in sua persona tantum filius est: solus in sua persona Spiritus sanctus, tantum Spiritus sanctus est. Et ideo nec Patrem filium nominamus: nec Patris nomen Filio imponimus: nec Spiritui sancto nomen Patris, aut Filii dicimus. Et inde verè Trinitas est: quia nec Pater natus est, nec Spiritus sanctus: sed solus Filius. Nec Filius genuit, nec Spiritus sanctus: sed solus Pater. Neque Pater à duobus processit, aut Filius; sed tantum Spiritus sanctus. Ac per hoc solus Pater Deus à nullo Deo est, sed à se. Filius Deus est, sicut Pater, sed à Patre est Deus, non à se. Spiritus quoque sanctus Deus est, sicut Pater, & Filius: sed à Patre, & Filio Deus est, non à se. Solus Pater à se Deus: hi verò duo ab uno sunt Deus, id est, à Patre: ac per hoc & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus: & non tres Dii, sed unus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Et ideo cum dicimus in scripturis: solus Christus Filius Dei natus de Virgine, & ipsum crucifixerunt Judæi, & ipse est verus, & non est alter Deus præter eum; verum dicimus: quia non est alter Deus, præter eum. Quia Pater Deus est omnipotens: & solus sibi sufficit in sua persona. Et Spiritus sanctus Deus est omnipotens; & solus sibi sufficiens in sua persona. Et hi tres non sunt tres Dii omnipotentes: sed unus Deus omnipotens, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Et ideo solus sufficit Pater Deus, quia separari à Filio, & Spiritu sancto non potest. Et solus *sufficit* Christus Filius Dei Deus, quia separari à Patre, & Spiritu sancto non potest. Solus etiam *sufficit* Spiritus sanctus, quia separari à Patre, & Filio non potest, quia simul tres unus Deus.

Pater non separatur à filio.

Quamobrem non debemus dubitare Christum Filium Dei, quem Judæi crucifixerunt, esse verum Deum, & non esse alterum Deum præter eum. Credamus in eum, & adoremus eum, quia non est alter adorandus præter eum. Ecce panem, & lac protulimus, accipiat quis quantum valet. Et hoc domini est, quod dicimus: nam qui dicimus, nihil sumus: sed de quo dicimus, magnus est, & magna virtus ejus: & sapientiæ ejus non est numerus. Tantus, ac talis est, ut nec de eo possimus dicere, nec de eo omnino tacere. Sed tamen cum sit inenarrabilis, non debet esse ignorabilis. Dicit enim scriptura, *Generationem ejus quis enarrabit?* Non dicit, ignorabit. Et ideo oportet primum, ut credamus in eum: & tunc intelligere possumus *quæ* scripta de eo legimus. Quid enim prodest, ut cum periculo quæratur, quod sine periculo nescitur? Ergo melius est non intellecta credere, quàm credenda verbis mendacibus perdocere. Multum enim præcedit fides intellectum. Si enim fides habet meritum, & per ipsam etiam rusticis Christus daturus est præmium, præcedit utique intellectum. Quamobrem omnis rusticus idiota, qui rectè credit in Christum, simpliciter vivet, & recedet à malo, superat intellectum. Intellectus tamen, quamvis bona opera videatur habere, præcedit eum rusticus, si fidem rectam habet. Nihil ergo intelligit, qui non credit, dicente Propheta: *Nisi credideritis, non intelligetis.* Ergò in divinis rebus Fides tantummodo adsit, & nulla quæstio remanebit. Quod si discutere volueris, & rationem de Deo & homine facere præsumpseris, continuò in laqueo perditionis immergeris.

Isa. 53. 8.

Fides præcedit intellectum.

Isa. 7. 9.

Nos ergo debemus dicere; illum Deum, & istum hominem unum habemus & adoramus Deum, cum Patre, & Spiritu sancto unum Deum, non hominem, quartam introducentes personam: sed cum ipsa carne propria unum adoremus Christum Filium Dei Deum, juxta Ephesini Concilii veræ fidei documentum, quæ ait: Cavemus autem de Christo dicere: Propter assumentem veneror assumptum: & propter invisibilem adoro visibilem. Horrendum vero super hoc etiam illud dicere: Is, qui susceptus est, cum eo, qui suscepit, non nuncupatur Deus. Qui enim hæc dicit, dividit iterum in duos Christos eum, qui unus est: & hominem seorsum in partem, & Deum similiter in partem constituens. Evidenter enim denegat unitatem, secundùm quam non alter cum altero *coadoratur, aut connuncupatur:* sed unus intelligitur Christus Jesus, Filius Dei unigenitus, una servitute cum propria carne venerandus. Hæc fides primi Ephesini Concilii est, quod & textus Symboli probat. Quid ergo possum facere mente parvulis, si ab ista unitate fidei, vos audientes, recesserint, & unum Christum & secundùm divinitatem proprium, & secundùm humanitatem adoptivum confessi fuerint. Quid ergo nos faciemus, qui eos Apostolicam fidem tenere docui-

Unus Deus & homo adorandus.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

mus, cum & ipſi à puro lacte matris Eccleſiæ, Legis & Evangelii ſugentes ubera, Deo miſerante, ad ſolidum divinæ Trinitatis cibum pervenimus. Surgamus ergo cum ipſis Apoſtolis, & fidei noſtræ Symbolum, *quem* tradiderunt nobis, brevi compendio recitemus, quicumque unum Dominum, unam Fidem, unum Baptiſma habemus: & fidem, in qua baptizati ſumus, in hac perverſitate, & duplicitate hæreticorum non negemus. Sed ſicut corde credimus, ore proprio proferamus publice, & dicamus.

Symbolum retinendum.

Credo in Deum Patrem omnipotentem: Et in Jeſum Chriſtum filium ejus unicum Deum, & Dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu ſancto, & Maria Virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato. Crucifixus, & ſepultus. Deſcendit ad inferna. Tertia die reſurrexit vivus à mortuis. Aſcendit in cœlos. Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus judicare vivos, & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiam Catholicam. Remiſſionem omnium peccatorum. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam, Amen.

Ecce fidem Apoſtolicam, in qua baptiſati ſumus, quam credimus, & tenemus. Et qui ad nos venerint de aliis regionibus, aut certe de noſtris finibus, & hanc fidem, & hanc doctrinam Apoſtolicam adduxerint, recipiamus eum in ſancta Eccleſia. Manducemus, & bibamus cum eo, quia pacem annunciat, & filius charitatis eſt. Et quia *Deus charitas eſt*, Et quia *Chriſtus caput corporis Eccleſiæ eſt*, membrum corporis eſt. Et qui hanc fidem nobis non adduxerit, & noſtram fidem diſſolvere *conaverit*, & fermentum inſolitæ pravitatis in azyma maſſæ Eccleſiæ miſcere voluerit, & nos ſcandalizaverit, quid de eo faciamus? Joannem Apoſtolum cubicularium regis interrogemus: ipſum, qui ſupra pectus Domini recubuit: ipſum qui de ſacratiſſimo ore intimo divinitatis archivo hauſit. Quem etiam primus Apoſtolorum Petrus, quis eſſet, qui Dominum traderet, interrogavit. Dic ſancte Joannes, quid faciemus de iſto, qui nobis doctrinam veſtram turbat? Reſpondet nobis, & dicit: „ Si quis venit ad vos, „ & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeri„ tis. Qui enim dixerit illi ave, communicat operibus illius malignis. Quoniam „ multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jeſum Chriſtum veniſſe „ in carnem, hic talis ſeductor eſt, & Antichriſtus. Videte voſmetipſos, ne perda„ tis, quod operati eſtis, ſed ut mercedem plenam recipiatis. Omnis, qui recedit, „ & non manet in doctrina Chriſti, Deum non habet. Qui permanet in doctrina „ Chriſti, hic & Filium, & Patrem habet. Quod fuit ab initio, quod audivimus, „ quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ tractaverunt de „ verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & tractavimus, & annunciamus vo„ bis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis: Quod vidimus, & „ audivimus, annunciamus vobis, ut & vos ſocietatem habeatis nobiſcum: & ſocietas „ veſtra ſit cum Patre, & filio ejus Jeſu Chriſto. Filioli, noviſſima hora eſt. Et ſicut „ audiſtis, quia Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt: Unde ſcimus, „ quia noviſſima hora eſt": quia multi Antichriſti ſunt, qui nobiſcum erant, jam con„ tra nos ſunt, jam foris ſunt. Ex nobis exierunt: ſed non erant ex nobis. Nam ſi „ fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum. Sed ut manifeſti ſint, quia non „ ſunt omnes ex nobis. Sed vos unctionem habetis à ſancto, & noſtis omnia. Non „ ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem: ſed quaſi ſcientibus eam. Et quoniam „ omne mendacium ex veritate non eſt. Quis eſt mendax? Qui negat, quoniam Je„ ſus non eſt Chriſtus". Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem, & Filium. „ Om„ nis, qui negat Filium, nec Patrem habet. Qui confitetur Filium, & Patrem habet. „ Hæc ſcribo vobis de his, qui ſeducunt vos. Et vos unctionem, quam accepiſtis „ ab eo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos: ſed ſicut „ unctio ejus docet vos de omnibus: & verum eſt, & non eſt mendacium. Et ſicut „ docuit vos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo, ut cum apparuerit, ha„ beamus fiduciam, & non confundamur ab eo in adventu ejus: ſed ſi ſcitis, quoniam „ juſtus eſt, ſcitote, quoniam & omnis, qui facit juſtitiam, ex ipſo natus eſt. Videte „ qualem charitatem dedit vobis Pater, ut filii Dei nominemur, & ſimus. Propter „ hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus, „ & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit, videbimus eum, „ ſicuti eſt. Et omnis, qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. „ Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis, „ quoniam ille apparuit, ut peccata tolleret: & peccatum in eo non eſt. Omnis, qui „ in eo manet, non peccat. Omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. „ Filioli nemo vos ſeducat. Qui facit juſtitiam, juſtus eſt, ſicut & ille juſtus eſt. „ Qui facit peccatum, ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc ap„ paruit filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli. Omnis, qui natus eſt ex Deo, pecca„ tum non facit, ſed ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex „ Deo natus eſt. Et in hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis, qui non „ eſt

1. Joan. 4. 16. Ephes. 1. 22.

2. Joan. 1, 10.

1. Joan. 4. 1. 3.

2. Joan. 1. 7. 8.

1 Joan. 1. 1.

1 Joa. 2. 18.

1 Joa. 2. 23.

1 Joa. 2. 26.

1 Joan. 3. 1.

Digitized by Google

„ est justus, non est de Deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est an- SÆC.
„ nuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum. Charissimi, diliga- VIII.
„ mus nos invicem, quoniam charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit fratrem ANNO
„ suum, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui autem non diligit fratrem suum, 785.
„ non habet charitatem, & non novit Deum: quoniam Deus charitas est. Ex hoc 1. Joan. 4.
„ apparuit charitas Dei in nobis, cum filium suum unigenitum misit Deus in mun- 7.
„ dum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum:
„ sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis no-
„ stris. Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum
„ nemo vidit unquam. Si diligimus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus
„ in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipse in
„ nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis: & nos vidimus, & testificamur, quo-
„ niam Pater misit filium suum salvatorem mundi. Omnis, qui confessus fuerit, quo-
„ niam Jesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognovi-
„ mus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est; &
„ qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo est. In hoc perfecta est cha-
„ ritas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in diem judicii: quia sicut ille est, &
„ nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras
„ mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfe-
„ ctus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.
„ Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui
„ enim non diligit fratrem suum, quem videt; Deum, quem non videt, quomodo
„ poterit diligere? Et hoc mandatum habemus ab eo, ut qui diligit Deum, diligat, 1. Joan. 5.
„ & fratrem suum. Omnis, qui credit, quoniam Jesus est Christus, ex Deo natus 1.
„ est. Et omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit eum, qui natus est ex eo. In
„ hoc cognoscimus, quoniam diligimus filium Dei, cum Deum diligamus, & man-
„ data ejus faciamus. Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus: &
„ mandata ejus gravia non sunt. Quoniam omne, quod natum est ex Deo, vincit
„ mundum. Et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui
„ vicit mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est filius Dei. Hic est, qui venit
„ per aquam, & sanguinem Jesus Christus. Non in aqua solùm, sed in aqua, &
„ sanguine, & carne. Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas.
„ Quia tres sunt, qui testimonium dant in terris: aqua, & sanguis, & caro. Et tria
„ hæc unum sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum,
„ & Spiritus. Et hæc tria unum sunt *in Christo Jesu*. Si testimonium hominum ac-
„ cipimus, testimonium Dei majus est. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod
„ majus est, qui testificatus est de filio suo, quem misit Salvatorem super terram.
„ Et filius testimonium perhibuit inter scripturas proficiens: & nos testimonium per-
„ hibemus, quoniam videmus eum, & annunciamus vobis, ut credatis.
„ *Et ideo*, qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit
„ filio, mendacem facit eum, quoniam non credit in testimonio, quod testificatus est
„ Deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis
„ Deus. Et hæc vita in filio ejus est. Qui habet filium Dei, habet vitam. Qui non
„ habet filium Dei, vitam non habet. Hæc scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam
„ habetis æternam, qui creditis in nomine filii Dei. Et hæc est fiducia, quam ha-
„ bemus ad eum. Quia quodcumque petierimus secundùm voluntatem ejus, audit
„ nos. Et scimus, quoniam audit nos, quidquid petierimus: scimus, quoniam ha-
„ bemus postulationes, quas postulamus ab eo, si credimus in eo, & diligimus fra-
„ tres. Non sic diligamus sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. 1. Joan. 3.
„ Et propter quod occidit eum? Quoniam opera ejus mala erant, fratris autem ejus 12.
„ justa. Nolite mirari fratres, si odit vos hic mundus. Nos scimus, quoniam trans-
„ lati sumus de morte in vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet
„ in morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis
„ homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognoscimus Chari-
„ tatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratri-
„ bus animas ponere. Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum
„ necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?
„ Filioli mei, non diligamus verbo tantùm & lingua, sed opere, & veritate. In
„ hoc scimus, quoniam ex veritate sumus, & in conspectu ejus suademus corda no-
„ stra. Si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostra, & novit
„ omnia. Charissimi, si cor nostrum nos non reprehenderit, fiduciam habemus ad
„ Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custo-
„ dimus; & ea, quæ sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mandatum ejus, ut
„ credamus in nomine filii ejus Jesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit

SÆC. VIII. ANNO 785.

„ mandatum nobis. Et qui ſervat mandatum ejus, in illo manet, & ipſe in eo. Et „ in hoc ſcimus, quoniam manet in nobis, de ſpiritu, quem dedit nobis. Chariſſimi, „ nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Quoniam multi „ Pſeudoprophetæ exierunt in hunc mundum, & ex hoc cognoſcitur Spiritus Dei. 1. Joan. 4. 1. „ Omnis ſpiritus, qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. Et „ omnis ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt: Et hic eſt illius Antichriſti, quem „ audiſtis quoniam venit: & nunc in mundo eſt. Vos ex Deo eſtis, filioli, & vici- „ ſtis eos, quoniam major eſt, qui in nobis eſt, quam qui in mundo. Ipſi de mun- „ do ſunt, ideo de mundo loquuntur; & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. „ Qui novit Deum, audit nos: qui autem non eſt ex Deo, non audit nos. In hoc „ cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris".

Joannis epiſtola.

Hanc Epiſtolam, quam legimus charitati veſtræ, Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ eſt, directa ad gentes. Et quia nos ex gentibus ſumus, nobis directa eſt. Et quia Virgo Maria peperit Jeſum, de Jeſu eſt: & quia de Jeſu intentio noſtra eſt, & Eccleſia pro ipſo ſolo in duas partes diviſa eſt, requiramus hos duos Chriſtos, & inveniamus per ſpiritum, Jeſus cujus filius eſt. Iſtud nomen accepit à Patre per Prophetam, antequam naſceretur ex Virgine, mundo annunciatum: *Revelabitur*, inquit, Luc. 1. 31. *vobis filius meus Jeſus.* Iſtud nomen angelus Gabriel nunciavit Virgini, dicens: *Ecce concipies & paries filium; & vocabis nomen ejus Jeſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ejus; & regnabit in domo Jacob in æternum: & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Ecce Virgo non dubitavit de numine, ſed quomodo fieret illud, bis nominavit. Ecce cujus filius eſt Jeſus. Luc. 1. 38. Videamus nunc, ſi ipſe eſt Dominus cœli & terræ. *Et ait Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Ancillam ſe dicit, quæ mater eligitur. Non eſt conſuetudo, ut matres filios ſuos dominos dicant: ſed ſola Virgo, quæ Dominum cœli, & terræ peperit.

Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum feſtinatione in civitatem Juda: & intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Eliſabeth. Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit infans in utero ejus: & repleta eſt Spiritu Sancto Eliſabeth; & exclamavit voce magna, & dixit: Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce duæ teſtes. Virgo dixit: Ecce ancilla Domini. Eliſabeth dixit: Matrem Domini. Et Virgo, & Mulier, cœli, & terræ Dominum confeſſæ ſunt, Decurſis (a) decem menſibus, *Peperit Virgo filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit in præſepio: quia non erat ei locus in diverſorio. Angelus autem Domini apparuit paſtoribus dicens: Nolite timere. Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt hodie vobis Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus in civitate David.* Jeſus enim in lingua latina, ſalvator dicitur, Hebraice verò Jeſus. *Et ſubitò facta eſt cum angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

(a) fort. novem. Luc. 2. 7.

Pax hominum cum Angelis.

Requiramus nunc, quæ eſt iſta terra, quam pacificavit. Oremus eum, & aperiat nobis os ille, qui veritas eſt, ut veritatem de eo dicamus: & aperiat aures cordis, ut intelligant omnes, qui audierint, quæ dixerimus. Si interrogamus omnes: Adam unde factus eſt? Si unus inter multos loquatur, & dicat, quia de terra factus eſt; tam in Judæis, quàm in gentibus, ſive Chriſtianis, nulla dubitatio eſt, quod verè de Gen. 3. 19. terra ſit: & ipſi in transgreſſione dictum eſt à Domino: *Terra es, & in terram ibis.* Veniamus per ſeriem generationis Chriſti uſque ad diluvium, ubi ſolus Noë in illa generatione juſtus inventus eſt. Cui pro ſua juſtitia donatæ ſunt ſeptem animæ, quæ per eum evaſerunt diluvium. Sicut ſolus juſtus in hoc mundo Jeſus Chriſtus inventus eſt: cui donatæ ſunt ſeptem Eccleſiæ, quæ evaſerunt ſecundum ignis diluvium. Gen. 22. 18. Veniamus de Noë uſque ad Abraham, cui prima repromiſſio facta eſt, *quod in ſemine ejus*, quod eſt Chriſtus Jeſus, *hæreditarentur omnes gentes.* Veniamus de Abraham uſque ad David, cui dictum eſt: *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Pſal. 131. 11. Et *Egredietur Virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet.* Virga de radice Iſa. 11. 1. Cant. 2. 1. Jeſſe Virgo Maria eſt. Flos de Virga, Jeſus Chriſtus filius Dei eſt. Quia *ego*, inquit, *flos campi, & lilium convallium.* Ecce Adam de terra, Noë de Adam. Abraham de Noë. David de Abraham. Virgo Maria de David. Jeſus Chriſtus filius Dei de Maria. Hoc eſt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax. Ipſa terra ſublimata eſt, quando verbo conjuncta eſt. Sic eſt verbum (b) carne factum unus Jeſus Chriſtus, una perſona, Deus & homo, quemadmodum tua anima & caro unus eſt homo. Sic eſt natus de Virgine Jeſus Chriſtus filius Dei Deus, homo eo pacto, quo

(b) caro.

Digitized by Google

quo cum corpore naſci docetur anima. Non quia utriuſque eſt una ſubſtantia: ſed quia in utroque ſit una perſona. SÆC. VIII.

Prius quippe, quàm redemptor noſter per carnem naſceretur, diſcordiam cum angelis habuimus: à quorum claritate, atque mundicia per primæ culpæ meritum, per quotidiana delicta longè diſtabamus. Quia enim peccando extranei eramus à Deo, extraneos nos à ſuo conſortio deputabant angeli, cives Dei. Sed quia nos cognovimus Regem noſtrum, recognoverunt angeli cives ſuos. Quia enim cœli rex terram noſtræ carnis aſſumpſit, infirmitatem noſtram illa jam angelica celſitudo non deſpicit. Ad pacem noſtram angeli redeunt: Intentionem prioris diſcordiæ poſtponunt. Et quos infirmos prius, abjectoſque deſpexerunt, jam ſocios venerantur: cum naturam noſtram in ſede dominica, immortali fulgentem gloria perviderunt. Plane illa natura, quæ audivit: *Terra es, & in terram ibis.* Quoniam naturæ humanæ gratulandum eſt: eò quòd ſic aſſumpta eſt à verbo unigenito terra mortalitatis noſtræ, ut immortalis conſtitueretur in cœlo, utque ita fieret terra ſublimis, ut incorruptibilis pulvis rediret ad dexteram Patris. Et hoc eſt, quod clamant angeli, & omnis Eccleſia: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Bonæ voluntatis, id eſt, qui bene volunt: non qui malè volunt. Qui bene credunt, ut cum angelis ſocientur: non qui malè credunt, ut cum diabolo damnentur. ANNO 785. Luc. 2. 14.

Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur Dominus, vocatum eſt nomen ejus Jeſus: quod vocatum eſt ab angelo, priuſquam in utero conciperetur. Si requiramus conſuetudinem mulierum, de nulla dictum eſt: in utero concepit: quia extrinſecus à viris acceperunt, unde conceperunt. Si requiramus ſcripturas, tunc promiſſa eſt iſta conceptio, quando ſerpenti dictum eſt in paradiſo: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem: & ſemen tuum, & ſemen ejus.* Et rectè cognoſcimus, quia mulieres ſemina non habent: nec ſine virili ſemine concipere poſſunt. Semen ergo mulieris, verbum carne factum eſt: quæ non de terra, ſed de excelſis eſt, ſicut ipſe Jeſus ait: *Ego de ſupernis ſum: vos de inferioribus eſtis.* Et Paulus Apoſtolus ait: *Primus homo, de terra terrenus: Secundus homo, de cœlo cœleſtis. Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis ejus ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in Lege Domini: Quia omne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum Domino vocabitur.* Requiramus, quis maſculus vulvam matris aperuit. Nam ſi recta tractamus, omnes mulieres, qui primos filios maſculos habuerunt, viri ejus aperiunt vulvam, quæ ſola in utero concepit. Luc. 2. 21. Gen. 3. 15. Joan. 8. 23. 1. Cor. 15. 47. Luc. 2. 22. Locus obſcurus, & ut videtur, mutilus.

Et cum inducerent puerum Jeſum parentes ejus in templum, ut facerent ſecundum conſetudinem legis pro eo, accepit eum Simeon in manus ſuas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum, in pace: Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: Quod præparaſti ante faciem omnium populorum. Jam ſuprà diximus, quia *ſalutaris* nomen Jeſus eſt, id eſt, Salvator. Et ipſe datus *eſt lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis ſuæ Iſrael. Et dixit Simeon ad Mariam matrem ejus: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael.* In ruinam poſitus eſt plane non credentibus, & lapis offenſionis, & petra ſcandali. Reſurrectio verò, & vita eſt credentibus. *Et in ſignum, cui contradicetur.* Videtis, quia in ſignum eſt, cui contradicetur. Quid eſt hoc ſignum, cui contradicetur, niſi crux, niſi paſſio, ſputa, probra, vincla, colaphi, alapæ, clavi, amaritudo fellis, mors, lancea, ſepultura? Sicut & ipſe Dominus ſignum mortis ſuæ annuncians: *Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur, niſi ſignum Jonæ Prophetæ. Sicut enim Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.* (a) Hæc eſt in ſigno cui contradicetur. Iſta faciunt ſcandalum incredulis; non ſolum Judæis, ſed & hæreticis: nolunt iſta applicare Deo Filio Dei. Et proinde dicunt: Homo Chriſtus, qui de Virgine natus eſt, Jeſus Chriſtus illi nomen eſt. Et qui hunc negat filium Dei eſſe, ſecundum Joannem, ipſe eſt Antichriſtus. Luc. 2. 34. Matth. 12. 39. (a) Hoc eſt ſignum. 1. Joan. 4. 3.

Hoc totum quare diximus? Quia Johannes, qui iſtam doctrinam nobis dedit, ipſe nobis dixit: *Ipſe vicit mundum, qui credit, quia Jeſus eſt filius Dei. Ipſud* nomen habet proprium Jeſus: & *ipſud* perſonat Evangelium, ſicut ait: *Accepit Jeſus panem, & benedixit, fregit, & dedit diſcipulis ſuis, &c.* Et cum comprehenderunt eum Judæi, interrogavit eos, quem quærerent. *Reſponderunt: Jeſum Nazarenum. Tum dixit eis Jeſus: Ego ſum.* Et unus de illudentibus *dedit alapam Jeſu. Et interrogavit Pilatus Jeſum.* Et Barrabam dimiſit: Jeſum verò flagellis cæſum tradidit eis, ut crucifigerent eum. *Et clamavit in cruce voce magna Jeſus.* Et mortuus eſt Jeſus. *Et Jeſus, quem quæritis Nazarenum, ſurrexit à mortuis, & venit Jeſus januis clauſis. Et ſtetit in medio diſcipulorum, & dixit eis: Pax vobis. Et elevatis manibus ſuis, benedixit eos, & receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum. Et omnis lingua confiteatur, quia Jeſus in gloria eſt Dei Patris,* cui cum Patre, & Spiritu Sancto una, & 1. Joan. 5. 1. Matth. 26. 26. Joan. 18. 5. 22. 33. Matth. 27. 46. Marc. 16. 6. Joan. 20. 19. Luc. 24. 50. Phil. 2. 11.

SÆC. VIII. & æqualis eſt gloria. In cujus fide jam ſupra confeſſi ſumus doctrinam, quam ab Apoſtolis accepimus.

ANNO 785. *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jeſum Chriſtum filium ejus unicum, Deum, & Dominum noſtrum, qui natus de Spiritu Sancto & Maria Virgine.* Quibus tribus ſententiis omnium fere hæreticorum (a) — deſtruuntur. Quam doctrinam nobis Johannes Apoſtolus confirmavit: & qualiter hæreticos à nobis expellamus, inſtigavit, dicens: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi, ave, communicat operibus illius malignis.* Nemo dicat illi ave, id eſt, nemo dicat illi gaude: aut certè aliud, quod conſuetudo eſt ſalutandi. Fides vera, quæ ab Apoſtolis tradita eſt, in brevi eſt. Sine philoſophia ſeculi eſt, ſimplex eſt, & omnibus ruſticis manifeſta, & omnibus captivis, & peregrinis cognita. Et ut plenius dicamus, omni Eccleſiæ, quæ per univerſum orbem terrarum eſt conſtituta, publicè conſtituta eſt. Et unusquiſque qualiter credat, brevi ſymbolo complexa eſt. Et qualiter oret, & ipſa brevis oratio Dominica eſt, quæ ſeptem petitionibus conſtat, quæ ab ipſo Domino, qualiter omnes creduli debeamus orare, tradita eſt. „ Quamobrem nec extra ſymbolum habemus quod credere, nec quod extra Dominicam orationem orare. Nec nihil novum, excepto hoc novo, quod virgo Deum hominem peperit": *quia creavit Dominus novum ſuper terram: fœmina circumdabit virum.*

Nihil credendum præter ſymbolum.

(a) f. machinationes.

2. Joan. 1. 10.

Jerem. 31. 22.

Cæterum qualiter vivere debeamus, ſufficit nobis illud *vulgare* proverbium: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris: & habebis vitam æternam.* Vulgare eſt, quia hoc vulgus dicere poteſt. Cæterum Dominus in Evangelio ait: *Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos ſimiliter facite eis.* Et hoc eſt Eccleſia, & Chriſtus. Credet rectè ruſticus, quia ſymbolum ſemper recitat. Orat rectè, quia ſemper orationem Dominicam recitat, & dicit: *Pater noſter qui es in cœlis.* Et verè filius Dei eſt, ſi ut ſibi non vult fieri, alteri ne fecerit. Quæ & in illa epiſtola ſanctiſſimi Johannis nihil aliud recitavimus, quàm hoc, quod ruſtico ſermone, & brevi vobis diximus. Nam ſi ſecundùm Apoſtolum, *imperiti ſumus lingua, ſcientia* tamen, Deo miſerante, *non ſumus imperiti:* nec de imperitia erubeſcimus, quod lectione non docemur: (b) nec ſimplicitas inter philoſophos à fide vera dubitamus, cum Apoſtolos ſimplices, & ruſticos magiſtros habemus. Nullus philoſophorum potuit dicere primus: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, niſi Petrus piſcator, homo ruſticanus & pauper, qui ab opere calloſam habebat manum. Iſte piſcator & ruſticanus de Jeroſolyma perrexit Romam. Et ruſticanus cæpit Romam, quam eloquentes capere non potuerunt. Nullus ſapiens mundi primus potuit dicere: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et vidimus gloriam ejus, gloriam unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. Et verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, id eſt, Deus homo factus eſt: & habitavit in nobis, hoc eſt, habitavit in carne, quæ nos ſumus. Niſi Johannes hoc dixit, piſcator, & ruſticus, cujus epiſtolam vobis legimus, qualiter in Jeſu Chriſto filio Dei credamus, & cum illo una perſona ſimus, ſi dilectionem Dei, & proximi habuerimus. Hæc eſt Eccleſia in charitate per charitatem, quæ Deus eſt; ut maneamus in Deo, & Deus in nobis, ſi hoc fecerimus proximo, quod fieri volumus & nobis. *Nam qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & talis homicida non habet vitam æternam*, quod eſt Jeſus Chriſtus, ſicut Apoſtolus ait: *Ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Hic eſt verus Deus, & vita æterna.* Ecce fidem noſtram, qualiter credimus & oramus, brevi compendiolo ruſtici homines ſapientibus pandimus: docete, ſi noſtis amplius. Nam, ſicut diximus, fides in brevi eſt. Hoc ipſum Eſaias atteſtatur, qui ait: Conſummatas quidem, & breviatas res audivi, *quia verbum breviatum faciet Dominus in terra.* De quo verbo idem prophetavit: *Ecce verbum Domini factum eſt illis in maledictionem, & noluerunt illud.* Qui ſunt, qui *noluerunt illud*, niſi Judæi, & hæretici, qui verbum adbreviatum, id eſt, hominem factum, non credunt eſſe filium Dei, ipſum, qui pro nobis vulneratus eſt, ut vulnera noſtra ſanaret. De quo in Pſalmo 106. dicit: *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos: & eripuit eos de interitu eorum. Et hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus* in brevi: quia *parvulus natus eſt nobis: filius datus eſt nobis.* Cujus eſt iſte filius, niſi filius Dei Deus verus? *Nobis natus* eſt de Virgine, non ſibi. *Nobis datus* eſt pro redemptione, non ſibi. *Et factus eſt principatus ejus ſuper humeros ejus.* Quia pro nobis pependit in cruce, non pro ſe. Et pro nobis eſt judicatus, non pro ſe. Quia tunc vicit principem mortis diabolum, cum judicatus eſt, & morti condemnatus, *ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium:* Propheta atteſtante David: *Et vincas dum judicaris.* Et hoc eſt, principatus ejus ſuper humeros ejus. Et quia ipſe eſt Deus verus, & non eſt alter Deus præter eum; audite quod ſequitur: *Et vocabitur nomen ejus Ammirabilis, Conſiliarius,*

Tob. 4. 16.

Matth. 7. 12.

Matth. 6. 10.

2. Cor. 11. 6.

(b) Locus corruptus.

Matt. 16. 6.

Joan. 1.

1. Joan. 4.

1. Joan. 3. 15.

Joan. 17. 3.

1. Joan. 5. 20.

Iſa. 10. 23.

Rom. 9. 28.

Pſal. 106. 20.

Rom. 10. 8.

Iſa. 9. 6.

Hebr. 2. 14.

Pſal. 50. 6.

Iſa. 9. 60.

Digitized by Google

filiarius, Deus, fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Ecce sex nomina ejus diximus, in quibus nominibus nullum esse alterum Deum, præter eum, secundum fidem nostram, quam credimus. (a) Et si aliquis dicit, quod non sunt nomina, quæ diximus de Christo; audiat, quid sequitur: *Multiplicabitur ejus imperium: & pacis ejus non erit finis. Super solium David sedebit, & super regnum ejus, ut confirmet illud, & conroboret in judicio, & justitia, à modo, & usque in sempiternum.* SÆC. VIII. ANNO 785.

(a) Videtur deesse vocula, *constat*, *liquet*, vel similis.

Protulimus fidem nostram Ecclesiæ nostræ, proferat nunc dominus Elipandus fidem suam Ecclesiæ suæ, in qua fide nos redarguit, ut auditu credamus: aut, si noluerimus, à diœcesi sua exules habeamur. Tunc lecta est ipsa epistola, & multum fidei nostræ contraria: quæ nec in veteri testamento, nec in novo erant scripta: (b) quam ipsa verba fidei suæ nobis incognita in unum copulavimus: & quò facilius agnoscerentur, more symboli, brevi compendio in pagina compegimus. Et quantum discordaret de fide nostra, symbolum (a) Ephesini Concilii, ei contrarium posuimus.

(b) f. quæ.

Primus ego Eterius Oxomæ sedis indignus (c) nominatus Episcopus, qui ab Archiepiscopo Toletano nuncupor esse hæreticus, profero fidem meam cunctis audientibus. Quam fidem à sanctis Patribus accepi, credidi; & omni Ecclesiæ recitandam prædicavi. Et sicut cum omni Ecclesia catholica corde retineo, ore patulo dico: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem. Factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum, filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum ex Deo. Lumen ex lumine. Deum verum ex Deo vero, natum, non factum homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ. Per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit. Et incarnatus est de Spiritu Sancto, & Maria Virgine homo factus. Passus sub Pontio Pilato. Sepultus. Tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos: sedet ad dexteram Patris. Iterum venturus est in gloria judicare vivos, & mortuos. Cujus regni non erit finis. Credimus, & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificatorem ex Patre, & filio procedentem. Cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum. Qui locutus est per Prophetas. In unam Catholicam, atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissione peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum. Vitam futuri sæculi, Amen.*

(c) Nuncupatus. Symbolum Nicænum.

Explicit (b) Symbolus fidei Ephesinæ.

Incipit Symbolum fidei Elipandianæ.

Symbolum Elipandi.

„ EGo Elipandus, Toletanæ sedis Archiepiscopus, cum omnibus mihi consentientibus; Credo Trinitatem Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, in una Deitatis „ essentia atque natura, hoc est, Deum, & Principium, & Spiritum Sanctum, in „ una natura Deitatis Trinitatem personarum. Quia sicut homo derelinquendo pa- *Gen.* 2. 24. „ trem, & matrem, & adhærendo uxori, cum sint duæ personæ, jam non sunt (d) „ duæ, sed una vocatur caro: & sicut multorum animæ in dilectione Dei unum est *Actor.* 4. „ cor, & una efficitur anima: ita Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, opifex unius 32. „ totius conditæ creaturæ, unius glomeratio charitatis, unius ambitus dilectionis coëterna substantia. Ipse quoque Pater per semetipsum descendit ad turrem, quam „ ædificabant filii Adam: & dixit Filio, & Spiritui Sancto: Venite descendamus, *Gen.* 11. 7. „ & confundamus ibi linguas eorum. Per semetipsum quoque veniens de judicio „ Sodomorum, Loth eripuit. Per semetipsum etiam in monte Sina descendens, „ Moysi legem dedit. Nam si intelligere vultis personas, quomodo sit unus Deus *Gen.* 19. 16. „ Trinitas, cognoscite comparativè, Lapidem, & ignem, qui in eo est, & frigore *Exod.* 20. „ in lapide manente unam esse substantiam. Attendite hujus lapidis comparationem, 1. „ indivisam personarum Trinitatem: etsi prævaletis, considerate de ineffabili divinitate: & videte unius Deitatis invisibilem Trinitatem. Et sicut alia est persona frigoris manentis in lapide, atque alia ignis manentis in parente: & tamen procedens „ non desinit esse cum generante: ita filii persona alia est, & non desinit in una substantia Deitatis esse cum Patre. Et sicut lapis præcedit ignem illum in se manentem „ in visione, ita Pater præcedit Filium, non tempore, sed origine. Ipse quoque „ Dei filius, cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, Deitatem invisi- *Hebr.* 1. 3. „ bilem exinaniens, apparuit subjectæ creaturæ specie cum Patre, & Spiritu Sancto *Gen.* 18. 1. „ Abrahæ in ipso fervore diei. Quia sicut absentia lucis tenebræ sunt: & absentia „ tenebræ

Gabriel Vasquez 3. p. d. 89. cap. 2.

(d) duo.

(a) Legendum potius Nicæni. Ephesini Patres novum non ediderunt Symbolum, hic autem describitur potius Nicænum, quanquam non omnino accurate. BASN.

(b) Etiam Latini Scriptores hoc vocabulum masculino genere aliquando usurpant. STEW.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

„ tenebræ lux esse creditur, tertium inter utrosque non obsistit: sic in uno Verbo
„ Dei, id est, unico filio ejus, fortitudinem, & honorem, & gloriam esse credimus.
„ Et sicut Spiritus pars animæ est, per quam imagines rerum corporalium imprimun-
„ tur: sicut mens pars ejusdem animæ est, per quam omnis ratio, intelligentiaque
„ percipitur: sicut memoria, quæ meditari memoratur: sic in Verbo Dei pro suis of-
„ ficiis diversa meruerunt vocabula, quæ nequaqam dividuntur in substantiam. Quem
Phil. 2. 7. „ sacra scriptura testatur pro salute humani generis, Deitate exinanita, hominem fa-
„ ctum, circumcisum, baptizatum, flagellatum, crucifixum, mortuum, sepultum,
„ servum, captivum, peregrinum, leprosum, despectum, & quod est deterius, non
„ solùm ab angelis, sed etiam ab hominibus minoratum, vermem esse dictum, ex
„ persona scriptura ejus dicente: Ego sum vermis, & non homo; opprobrium ho-
Psal. 21. 7. „ minum, & abjecto plebis. Cujus gloriam secundùm divinitatem, stupent cœlestia,
„ & magnitudinem contremiscunt terrena. Et qui dicit gloriam meam alteri non
(a) Inter nos. „ dabo, Homo (a) interior in una, eademque Dei, & hominis persona adglomeratus,
„ atque carnis vestimento indutus. Quia non per illum, qui natus est de virgine vi-
„ sibilia, & invisibilia condidit: sed per illum, qui non est adoptione, sed genere:
„ neque gratia, sed natura.
„ Et per istum Dei simul, & hominis filium, adoptivum humanitate, & nequa-
„ quam adoptivum divinitate, mundum redemit. Qui est Deus inter Deos: qui u-
„ trùm comedisset, an bibisset, ei cognitum manet, cui nonnulla actionis suæ myste-
(b) Noluit. *Rom.* 8. 29. „ ria nescire (b) voluit. Quia si *conformes sunt* omnes sancti huic filio Dei secundùm
„ gratiam, profectò & cum adoptivo adoptivi, & cum advocato advocati, & cum
„ Christo Christi, & cum parvulo parvuli, & cum servo servi. Credo etiam inter
„ ipsa Sancti Spiritus charismata gratiarum, Spiritum Sanctum esse adoptivum, *in*
„ *quo clamamus, Abba Pater:* in quo spiritu non nego hominem Christum esse ado-
„ ptivum. Credimus enim quia in resurrectione similes ei erimus, non divinitate,
„ sed carnis humanitate, videlicet carnis assumptione, quam accepit de Virgine.

Discrimen inter Symbola.

Ecce duos Symbolos nimis inter se contrarios, & valde sibi dissimiles. Et hi duo, qui ex his divisis, Ecclesiam Christi tractare. Et secundùm quod Johannes Apostolus in sua nos epistolą instigavit, dicens: *Karissimi, nolite omni Spiritui credere:* 1. *Joan.* 4. 1. *sed probate spiritus, si ex Deo sint. Quoniam multi Pseudoprophetæ exierunt in hunc mundum. Et ex hoc cognoscitur Spiritus Dei. Omnis spiritus qui confitetur, Jesum in carne venisse, ex Deo est. Et omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est. Et hic est illius Antichristi, quem audistis, quoniam venit: & nunc jam in mundo est.* Quid est solvere Jesum, nisi seorsum Deum, & seorsum hominem prædicare? Ipse sine dubio solvit Jesum, qui prædicat populo, dicens: Numquid per illum, qui natus est de Virgine, per ipsum visibilia, & invisibilia condidit, an per illum, qui non est adoptione, sed genere, nec gratia, sed natura, cuncta creavit? Et ideo absque dubio per illum, quem sibi coæqualem, & sine adoptione genuit, cuncta creavit. Et per ipsum Dei simul, & hominis filium verbum carnem factum, adoptivum humanitate, & nequaquam adoptivum divinitate, mundum redemit. Videte Spiritum, qui solvit Jesum. Aperite oculos: Aperta materia est. Spiritus erroris hoc dictavit.
(c) Locus obscurus. Illius Antichristi spiritus in hoc inspiravit. (c) Si certe mentio, qui discordant Symboli, qui discordant epistolæ? Legite epistolam Johannis, hoc non dicit. Sed quid
1. *Joan.* 4. 3. dicit? *Antichristus est, qui Jesum solvit. Spiritus erroris est, qui negavit Jesum in*
1. *Joan.* 4. 14. *carne venisse.* Apostolus clamat apertè, & dicit: *Nos vidimus, & testificamur, quoniam Pater misit filium suum salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Jesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.* Et adhuc dubitamus credere? Et adhuc dubitamus confiteri? Apostolus dicit: *Qui negat, quod Jesus est filius*
1. *Joan.* 4. 2. 3. *Dei, negat eum in carne venisse:* & ipse est Antichristus.

Elipandus dicit.

Epistola Elipandi. „ QUi non fuerit confessus Jesum Christum adoptivum humanitate, & nequaquam
„ adoptivum divinitate, & hæreticus est, & exterminetur. Auferte malum de
„ terra vestra. Non me interrogant: sed docere quærunt, quia servi sunt
„ Antichristi. Hanc epistolam domini (a) Ascarici Episcopi ideo fraternitati tuæ di-
(d) Hic fuit Abbas. Basn. „ rexi, Karissime Fidelis, (d) ut cognoscas, quanta in Christi servis regnet humilitas.
„ Quanta in Antichristi discipulis regnet superbia.
„ Cum Dominus Ascaricus mihi non docentis imperio, sed interrogantis voto ea
„ scribere

(a) Ascaricus fuit Braccarensis Episcopus, cujus Epistola ad Elipandum legitur in Martyrologio Hispanico t. I. p. 187. de ea vide præfationem hujus voluminis. Basn.

Digitized by Google

» ſcribere voluit, ſicut illum vera humilitas docuit. Iſti vero, modo & contraria di- SÆC.
» cendo, modo, & quaſi ignorantem me, quid rectum ſit, noluerunt interrogare: VIII.
» ſed docere. Unde Deus novit, quia licet proterve ſcripſiſſent: (a) nam ſi vera di- ANNO
» xiſſent, gratus obedire debui, reminiſcendo quod ſcriptum eſt: Si juniori revela- 785.
» tum fuerit, ſenior tacet. Et iterum: * Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione (a) Locus mutilus.
» tacere. Nam nunquam eſt auditum, ut Libanenſes Toletanos docuiſſent. Notum 1. Cor. 14.
» eſt plebi univerſæ, hanc ſedem ſanctis doctrinis ab ipſo exordio fidei claruiſſe: & 30.
» nunquam ſchiſmaticum aliquid emanaſſe. Et nunc una ovis morbida, doctor no- * Eſt Catonis.
» bis appetis eſſe. Et tamen nolui ea ad aures cæterorum fratrum noſtrorum perdu- Los de Lieua na en las Aſturias.
» cere, antequam illic, ubi exortum eſt hujuſcemodi malum, ſit radicitus amputa-
» tum. Quia ignominia erit mihi, ſi (b) in traditione Toletana hoc malum fuerit au- (b) f. intra ditionem Toletanam.
» ditum; Ut quod ego, & cæteri fratres mei in Iſpalitanis tanto tempore dijudicavi-
» mus, & Deo auxiliante, tam in feſtis paſchalium, quàm in cæteris erroribus (a)
» Migetianorum hæreſim emendavimus: Nunc illi è contrario inveniunt, unde nos
» arguant. Et tamen ſi tepidè fuerit actum, & non fuerit à vobis emendatum: tunc
» illud ad notionem reducam fratrum: & erit vobis ignominioſum, ſi ab illis in vo-
» bis reprehenſum fuerit.

» Adoleſcentiam ſane fratris noſtri Eterii lacte adhuc alitam, & nondum ad robur
» perfectæ intelligentiæ perductam, veſtra fraternitas erudiat: quia non cum magi-
» ſtris optimis, ſed cum ignaris, & ſchiſmaticis, videlicet Felice, & Beato, (b)
» Atiphraſio, æquales in virtute, & pares in errore, habuit collationem. Bonoſus,
» & Beatus pari errore condemnati ſunt. Ille credidit de matre adoptivum, & non
» de Patre ante ſæcula propriè genitum, & non de matre temporaliter adoptivum.
» Cui ſimilem exiſtimabo illum, niſi Fauſto Manichæo? Fauſtus condemnavit Pa-
» triarchas, & Prophetas: iſte condemnat doctores priſcos, & modernos. Obſe-
» cro, ut calore fidei accenſi tanta ſitis intentione præcalidi, ut errorem prædictum
» de medio veſtri auferatis: ut ſicut per ſervos ſuos Dominus de finibus Beticæ era-
» dicavit hæreſem Migetianiam, ita per vos de finibus Aſturienſium funditus evellat
» hæreſim Beatianam. Sed quia audivi, quod præcurſor Antichriſti in medio veſtri
» apparuit, qui illum jam natum annunciat: quæſo, ut perquiras ab eo, ubi, aut
» quomodo, aut quando natus eſt ſpiritus ille mendax prophetarum, qui in eo loqui-
» tur, & nos ſolicitos reddat.

Hæc epiſtola tua eſt. Hæc verba tua ſunt. Hæc fides tua eſt. Hæc doctrina tua eſt. Hæc ſapientia tua eſt. Et ad ipſa nos inclinare jubes. Et quia non inclinamus, clamas, quia hæretici ſumus, & præcurſores Antichriſti. Et ipſe ſpiritus mendax: qui *in ore Achab Prophetarum ingreſſus eſt*, ipſe loquitur in nobis. Et dicas Fideli tuo; Perquire, ubi eſt natus: & nos ſolicitos redde. Hæc injuria non noſtra, ſed ipſius, quem adoramus. Et tamen ſi rectè credimus filium Dei, ſicut veritatem ſine dubitatione credimus, illius injuria eſt, cum noſtra eſt. Et cum illius injuria eſt, noſtra eſt: quia caput, & corpus una perſona eſt. Neque enim cum pes premitur, caput glorificatur. 3. Reg. 22. 22.

Denique jam caput ad cœlos aſcenderat, quando Saulus diſcipulos Chriſti trucidabat. Et dictum eſt ei: *Saule Saule quid me perſequeris?* Non dixit quid perſequeris ſervos meos: ſed quid me *perſequeris?* Petrus quoque Apoſtolorum primus compatiens diſcipulis lachrimantibus, ut eos non relinqueret: ſed abſcederet à civitate: ſed fugeret ante Neronem, victus fletibus diſcipulorum, ceſſit, & promiſit ſe urbem egreſſurum. (c) Proxima nocte ſalutatis fratribus, & celebrata oratione, proficiſci ſolus cœpit. Ubi ventum eſt ad portam, videt ſibi Chriſtum occurrere. Et adorans eum dixit. *Domine, quo venis?* Dicit ei Chriſtus: *Iterum venio crucifigi.* Intellexit de ſua dictum paſſione, quod in eo Chriſtus paſſurus videretur, qui patitur in ſingulis. Non utique corporis dolore, ſed quadam miſericordiæ compaſſione, aut gloriæ celebritate. Et converſus ſtatim Petrus in civitatem rediit: comprehenſuſque à perſecutoribus, cruci adjudicatur. Paulus ipſe vas electionis diſcipulis narrat: *Quotidie compleo ea, quæ deſunt paſſioni Chriſti in carne mea.* Et quia duo genera ſunt martyrii, id eſt, paſſio, & compaſſio; paſſus eſt Dominus in Petro; & Jacobo compaſſus eſt in Joanne. Deque Jacobo, & Johanne dixit: *Poteſtis calicem bibere, quem ego* 22. *Actor.* 9. 5. Chriſti apparitio Petro dum Romá egrederetur. *Coloſ.* 1. 24. *Math.* 20.

(a) Diſſidebant illi à cæteris circa celebrationem Paſchatis. Ideoque damnati à Concilio Hiſpalenſi, cui præfuit Elipandus Toletanus præſul. Indicat illos variis erroribus, quos etiam damnaverat, fuiſſe imbutos; ſed qui fuerint errores illi, divinandum eſt. Agitabatur tunc temporis illa de Paſchate controverſia apud Anglos, & ante annos aliquot habitum fuerat Concilium Heredfordienſe an. 774. in quo ſanctum eſt, ut Die Dominica proxima poſt XIV. Lunæ Martii ab omnibus celebraretur Paſcha. BASN.

(b) Antiphraſio; quia dicebat Elipandus Beatum hoc nomine per antiphraſin appellari; ut liquet etiam ex epiſtola Caroli Magni ad Elipandum. STEW.

(c) Idem refert Ambroſius in Auxent. de Baſil. non trad. Hegiſip. lib. 3. cap. 2. Greg. in Pſal. 4. Pœnit. Baron. Card. ad annum Chriſti 69. Annal. Eccleſ.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

ego bibiturus sum? Reſponderunt *Poſſumus.* Dicit eis Jeſus: *Calicem meum bibetis:* & utique cum *calix* in ſcripturis legitur, *paſſio* nominatur Omnis enim ſervus Dei, qui rectam fidem habet, quia *juſtus ex fide vivit:* & omnem hominem, ſicut ſemetipſum diligit, calicem Chriſti bibit. Non eſt apertè ſanguinis effuſio, aut corporis paſſio: ſed animi compaſſio. Quia (a) uterque unus Chriſti bibitur calix, ut Salomon in Cantico Canticorum ait: *Fortis eſt dilectio, ſicut mors.* Sicut enim qui moritur, jam ultra iſtum non videt mundum: ita & qui omnem hominem diligit ſicut ſe, non poteſt videre hunc mundum, id eſt, amatores mundi. Et iſte poteſt dicere cum Paulo Apoſtolo: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Quia ubicumque tribulatio, aut hæreſis ſurrexit in Eccleſia, confeſtim tribulabatur; ſtatim compatiebatur in ſingulis, ſicut Chriſtus, qui patitur in ſingulis: non utique corporis dolore, ſed animi compaſſione. Quæ paſſio, & compaſſio una eſt paſſio: quia unus eſt calix, qui bibitur: & una perſona eſt caput & corpus, qui patitur.

Mar. 10. 38. *Gal.* 3. 11. (a) f. utique. *Cant.* 8. 6. 2. *Cor.* 11. 29.

Charitatis neceſſitas.

Qui dicit ſe rectè credere in Chriſto, & membra ejus non recipit, quomodo Chriſtum rectè credat, non video. Totum enim Chriſtum non diligit, qui hominem odit. Et omnis, qui odit fratrem ſuum, Cain eſt, fratricida eſt, homicida eſt. Et talis homicida non habet Chriſtum, qui eſt vita æterna. Non habet Chriſtum, quia non imitatur Chriſtum: imitaretur, ſi omnem hominem ſicut ſemetipſum diligeret. Et non ſolum amicos, ſed etiam inimicos. Amicos diligere in Deum, & inimicos propter Deum. Non enim Chriſtus pro amicis, ſed pro inimicis mortuus eſt. In tantum dilexit inimicos, ut ſe morti traderet pro eis. Quod ſi non faceret, nullus inveniretur, qui eum laudaret. Sed cum inimici eſſemus, *pro nobis mortuus eſt, relinquens nobis exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus.* Johannes Apoſtolus dicit: *Omnis, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam in ſe manentem. In hoc cognoſcimus charitatem Dei, quia pro nobis animam ſuam poſuit: Et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Hoc totum quare diximus? niſi quid eſſet Eccleſia, firmaremus? Et cum Eccleſia cognoſcitur, cognoſcitur & Chriſtus, qui caput Eccleſiæ eſt. Et ubi Eccleſia Chriſti eſt, pax eſt: quia pax noſtra eſt *Chriſtus*, qui ſe & nos fecit, utraque unum.

1. *Joan.* 3. 15.

1. *Petr.* 2. 21.

Proinde dilectionem prædicamus, & cum nemine ſcandalum habere volumus, ſecundum Prophetæ dictum: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Tu ergo, qui habes ſcandalum contra nos, dic quare? Hîc Dominus in Evangelio ait: *Non deſinent, ut veniant ſcandala: væ homini illi, per quem venit.* Perquiramus principium hujus ſcandali, unde ſurrexit: & ſecundum Domini dictum, *væ illi erit, per quem venit.* Scripſiſti novam doctrinam; & illa, quæ per totum mundum omnium baptizatorum voce depromitur, dimiſiſti. Et nos incogniti de tua doctrina noluimus ea recipere, & illa dimittere, quæ per totum mundum tenet Eccleſia. Ecce ſcandalum unde venit in Eccleſia. Væ illi per quem venit. Nam noſtra fides ſymbolum eſt, & in hoc ſtat Eccleſia Catholica per univerſum orbem terrarum conſtituta; quæ diffuſa eſſe creditur, non divita. Tu verò novum ſymbolum compoſuiſti, qui in ſcripturis ſacris inventus non eſt: & direxiſti in noſtra Eccleſia, ut credamus Trinitatem perſonarum Patris, & Filii, in una natura idem: Et hoc Sabellius dixit. Quia verbo tantum Patrem, & Filium in uno Deo, & Spiritum Sanctum dicebat: & tamen confundebat perſonas: ut unam eos eſſe perſonam diceret. Sicut unus homo natura eſt, & in eo imago Trinitatis, id eſt, memoria, intelligentia, & voluntas, quæ tria in una natura ſunt, & in una perſona ſunt, & in uno homine ſunt: & ipſa tria homo non eſt. Hoc dixi de Trinitate in uno Deo, ut credamus Trinitatem perſonarum Patris, & Filii, & Spiritus Sancti in una natura, id eſt, in uno Deo. Et quia unus homo imago Trinitatis in anima eſt, idem in memoria, intelligentia, & voluntate. Et ipſa tria in una perſona hominis: & ipſa homo non ſunt: ſed hoc totum una perſona eſt: ſic nos cogis intelligere, & credere: ut dicamus Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum in uno Deo, in una natura, & non ſint ipſa tria Deus: ſicut nec illa tria ſint homo, quæ ſupra diximus. Quod ſi verum non dicimus, tractent ſpirituales viri, & aliud credimus invenire non poſſunt, qui libros de Trinitate legunt. Sed quia grandis materia eſt, & ſigillatim diſcutienda ſunt, ea proferre debemus, unde ſcandalum ortum eſt, pro quo ſchiſmatici hæretici à te nomen habemus.

Pſal. 118. *Matth.* 18. 7.

Trinitas ſec. Elipandum.

Filius divitus.

Jam diximus tuam Trinitatem, quam nos non recipimus; dicamus & tuum Chriſtum, quem talem eſſe non credimus. Dicitis enim: *Nunquid per illum, qui natus eſt de Virgine, per ipſum viſibilia & inviſibilia condidit; an per illum, qui non eſt adoptione, ſed genere: nec gratia, ſed à natura, cuncta creavit? Et ideo abſque dubio per illum, quem ſibi coæqualem, & ſine adoptione genuit, multa creavit. Et per iſtum Dei ſimul, & hominis filium verbum carnem factum adoptivum humanitate, & nequaquam adoptivum divinitate mundum redemit.*

Ecce

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

Ecce tuam fidem de Chriſto. Et hanc non recipimus, quia nec talem fidem habemus, nec talem doctrinam ab Apoſtolis accepimus: nec in Lege, & Evangelio tale unquam legimus: ſed neque in libris doctorum, aut manualibus: ſed tantum in tuis dogmatibus. Et ob hoc à te Antichriſti diſcipuli nomen habemus. Ecce unde ſurrexit inter nos ſcandalum. Cætera multa dixiſti, quæ ſupra in ſymbolo tuo comprehendimus: ſed modo diſcutienda non ſunt, quia nec valemus: ſed ſi Deus voluerit, & vixerimus diſcutienda, & abjicienda ſunt ab Eccleſia; quod abſit, per illa *Chriſtianum* nomen careamus: & jam non Chriſtiani, ſed *Elipandiani* nomen habebimus. Cujus fidem qui ſecutus fuerit, ejus vocabulum ſumit: ſicut Ariani ab Ario: Sabelliani à Sabellio, & cæteri ex nomine auctorum ſuorum. Et ideo unus Chriſtus nobis ſufficit filius Virginis, qui nomen habet *Jeſus*. Illos tuos, qui dicis: iſtum & illum, neceſſe non habemus, quia nec nomina illorum à te ſcripta cognovimus. Iſtum, & illum, dixiſti, *Jeſum* vero nominare non potuiſti: quia nec eum in corde habuiſti. Quod ſi habuiſſes, cum Paulo Apoſtolo dicere potueras: *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus?* Et alio loco dicit, quod *nemo poteſt dicere Dominus Jeſus, niſi in Spiritu Sancto.* Siquidem & in ſuis epiſtolis non eſt auſus tecum dicere, è Deitate exinanita, *Et nos adoptivi, & ille adoptivus & nos Chriſti, & ille Chriſtus; & nos parvuli, & ille parvulus:* & cætera (a) ſpurcicia, quæ tu Jeſu Chriſto Domino noſtro auſus es dicere, ſervum cum ſervis: ſed ſua epiſtola ad Romanos ſic habet: „ Paulus, ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Evange- *Rom.* 1. „ lio Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, „ qui factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in „ virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti „ Domini noſtri; per quem accepimus gratiam, & apoſtolatum ad obediendum fidei „ in omnibus gentibus, in quibus & eſtis vos vocati Jeſu Chriſti; omnibus ſanctis, „ qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis ſanctis: gratia vobis, & pax à Deo Patre no- „ ſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Primum quidem gratias ago Deo meo per Jeſum „ Chriſtum pro omnibus vobis: quia fides veſtra annunciatur in univerſo mundo. „ Teſtis enim eſt mihi Deus, cui ſervio in ſpiritu meo in Evangelio filii ejus". Cujus ſervum ſe dixit Paulus Apoſtolus? aut in cujus fili Evangelio ſerviebat? Aperite oculos, & videte venenum. Projicite citò foras, ne moriamini ex eo. Legite totas epiſtolas Pauli, & invenietis *ſervum Jeſu Chriſti* ſe nuncupantem, & filium Dei coram omnibus confitentem. Nam non invenietis ibi iſtum, & illum adoptivum humanitate: & nequaquam adoptivum divinitate. Legite ſeptem canonicas; Petri Apoſtoli duas, Joannis Apoſtoli tres, Judæ vel Jacobi ſingulas; hoc non invenietur ſcriptum. Legite librum Evangeliorum quatuor, & Apocalypſim Joannis, atque Actus Apoſtolorum, & hoc ibi non invenietis: ſed *ſervus Jeſu Chriſti* nominantes; & illum *Dei filium Deum verum* conſtituentes. Legite libros omnium doctorum uſque ad libros manuales, & invenietis quod nemo talia ſcripſit, quia nec talia credidit. Quod ſi certa talia inveneritis ſcripta, qualia nuper ſcripta eſt ab Elipando Toletanæ ſedis Epiſcopo, tunc credite ei, quod hæretici ſumus, & Antichriſti diſcipuli, & projiciat nos à terra veſtra: &, ſecundum illius præceptum, auferte malum de medio veſtri. Si certè nos dicimus veritatem, ille mendacium dicit; quia non habemus unam fidem: & fides (b) verſa non facit charitatem unam: & ob hoc diviſa eſt in duas partes Eccleſia. Et jam in Scripturarum præcincti arma unuſquiſque fidei ſuæ; publicè ſurreximus ad pugnam. Et quia tres reges contra unum ſurrexerunt, non timeamus. Fortes eſtote; *Plures enim ſunt nobiſcum, quam cum illis.* *2. Reg.* 6. 16.

(a) ſpurca.

Scripturæ Elipando adverſantur.

(b) diverſa.

Nobiſcum eſt David ille manu fortis, qui parvo lapide Goliam blaſphemum, qui exprobrabat exercitum Dei Iſrael, in fronte percuſſit, & uno ictu proſtravit. Nobiſcum eſt Moyſes, qui Pharaonem cum ſuo exercitu in rubro mari demerſit: & populum ſuum ſicco pede tranſire fecit. Nobiſcum eſt Joſue, qui quinque reges in una ſpelunca concluſit, qui antea Amalec vicit. Nobiſcum eſt pater Abraham, cum trecentis vernaculis, qui quinque reges ſuperavit, & ſpoliis exuit. Nam iſti tantùm tres reges ſunt: Nobiſcum eſt virorum fortiſſimus Gedeon, & trecenti electi cum eo, cum quibus percuſſit Madiam, quaſi unum virum. Nobiſcum eſt Samſon leone fortior, ſaxo durior, qui ſolus ſine armis mille proſtravit armatos. Nobiſcum ſunt duodecim Patriarchæ. Nobiſum ſunt ſedecim Prophetæ, Apoſtoli, & Evangeliſtæ. Nobiſcum ſunt omnes Martyres, & Doctores. Nobiſcum eſt Jeſus filius Virginis, cum omni Eccleſia ſuo proprio ſanguine comparata, & per univerſum orbem terrarum dilatata. Iſta tantum hoſtis in uno angulo tenetur coarctata. *State* ergo ſecundum Apoſtolum, *ſuccincti lumbos veſtros in veritate: & induti lorica juſtitiæ, & calciati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignita extinguere & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* Dicamus cum ſanctiſſimo David Propheta: *Adjutorium noſtrum* *Judic.* 6. 7. *Epheſ.* 6. 14. *Pſal.* 124. 8.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

noſtrum à Domino, qui fecit cœlum, & terram. Donavit certantibus victoriam, qui certandi dedit audaciam. Non nos hoſtium turba, non bellantium revocet forma, non quaſi fulgentia vitrea arma terreant. *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri magnificabimur.* Non timeamus. Non ſunt bellatores. Negotiatores ſæculi ſunt. Suum negotium portant, non noſtrum, ſua quærunt, non quæ Jeſu Chriſti. Aurum ſe dicunt, & argentum portare: ſed mixtum eſt: adulteratum eſt: falſum eſt. Veniant trapezitæ, & videant, quia mendacium eſt. Nemo ex his accipiat: nemo emat: ne poſtmodum pœniteat. Vinum nobis porrigunt, nemo accipiat: nemo bibat: mixtum eſt aqua. Et hoc, quod videtis, plus aqua, quam vinum eſt.

Pſal. 19. 8.

Jam & hoc aliquando factum eſt tempore Jeremiæ. Erant Pſeudoprophetæ, hoc eſt, hæretici, qui falſa, & adultera verba populo prædicabant, & dicebant: *Hæc dicit Dominus:* Quos Dominus omnino non miſerat. Unde & per Eſaiam caupones eos teterrimos appellabat, dicens: *Caupones tui miſcent vinum aquæ*, eò quod ſapienti, & ſyncero mero, id eſt, verbo Dei, inſipidum, & aquatum, id eſt, terrenam, & humanam doctrinam, quaſi aquam miſcentes vino, populo intimabant. Ideo caupones aquam vino miſcentes audire meruerunt. Et quanquam vinum nominetur hoc loco, tamen bonum eſt: quia doctrina Prophetarum, & Apoſtolorum eſt. Sed quia mixta eſt, id eſt, hæreticæ pravitatis infecta: hæc aqua non de vero fonte eſt, id eſt, non de Chriſti doctrina: ſed de hæreticorum collecta lacuna, & de mundi opinione falſa ſcientia. Obſcura verba, quæ à paucis intelligantur, qualiter poſſint, quo pacto vero dogmati mixta ſapientia colorari. (a) Quæ nos Spiritu Sancto docente, illum ſpiritum erroris, qui ſibi iſta confingit, pro quo poſſit nomen doctis aſſumi: & ſuam doctrinam mixta cum Eccleſiæ doctrina copulari. Quam aquam Moyſes vertit in ſanguinem: quæ eſt prima plaga Ægypti. Et licet illa in Ægypto corporaliter geſta ſint, ſpiritualiter tamen nunc geruntur in nobis. Ægyptus namque ſæculi forma eſt: in cujus prima plaga aquæ vertuntur in ſanguinem. Et omnes hæretici Philoſophi ſunt: quia ruſticus hæreticus dici non poteſt, ob inde aquæ Ægypti erunt, id eſt, hæreticorum lubrica, & obſcura philoſophantes doctrina. Quæ merito in ſanguinem vertuntur: quia ſcripturas ſanctas carnaliter ſentiunt. Sed mox ubi crux Chriſti fuerit, his veritatis lumen oſtendit, & eos acrius redarguit: ut ex qualitate perſonarum proprios agnoſcant errores. Et tunc probatur, quæ eſt Spiritus Dei; & quæ erroris.

Iſa. 1. 22. Vulg. *Vinum* tuum miſtum *eſt aqua.*

(a) Locus obſcurus.

Exod. 7. 20. Origenes.

De quo Spiritu erroris in Apocalypſi dicitur: *Et vidi ex ore draconis, & ex ore beſtiæ, & ex ore Pſeudoprophetæ ſpiritus tres immundos in modum ranarum.* Draco quis alius, niſi Diabolus eſt? Beſtia à vaſtando nomen accepit, quia non herbas mandit, ſed ſanguinem effundit, & carnem lacerat, unde vivit. Hæc beſtia, quid aliud niſi homo eſt, qui hominem (b) premit. Pſeudo autem propheta hæreticus eſt. Tres ſpiritus ſe vidiſſe teſtatur, ſed unus ſpiritus eſt. Quia ſicut homo adhærens Deo, fit unus ſpiritus; homo malus adhærendo hæretico fit unus ſpiritus cum diabolo: ſicut & ipſe diabolus de ſemetipſo ait: *Sedebo in monte teſtamenti, & in lateribus Aquilonis.* (c) Montem teſtamenti diabolus præſidet, cum corda hæreticorum tenet. Latera hujus montis ſunt omnes, qui eis conſentiunt, & eorum defenſores aſſiſtunt. Hi ſpiritus verba ipſorum ſunt: quia quod diabolus eis inſpirat, hoc loquuntur: quem ſpiritus dicit eſſe quaſi ranæ. Rana, eſt loquaciſſima vanitas. Nihil enim cibo aptum eſt animal iſtud, quoniam immundum eſt. Nihil aliud animal iſtud utile eſt, niſi *quod* ſonum vocis, improbis & importunis clamoribus reddit: Nam in lacunis, & cœno, atque collectionibus aquarum ſordibus volutantur: Sic hæretici, non in aqua limpidiſſima, aqua viva, quæ de fontibus ſalvatoris, id eſt, doctrina Apoſtolorum eſt; ſed in ipſo populo ignaro, & lubrico indignis clamoribus, quaſi ranæ è cœno voces emittunt: qui inani quadam, & inflata modulatione ſuperbiæ, velut ranarum ſonis, & cantibus novis deceptionis fabulas ſcribunt.

Apoc. 16. 13.

(b) f. perimit.

Iſa. 14. 3.

(c) *In monte*, aut *monti.*

Ranæ ſunt hæretici.

Sic aurum, & argentum purum ſimulantes nos inludere quærunt in negocio, quæ & iſtud æramento, & ſtannum miſcuerunt. Nos tamen efficiamur, ſecundum præceptum Domini, probabiles trapezitæ; quia peritiæ diſciplina eſt, probare quid ſit aurum puriſſimum, quod vulgo dicitur obrizum, vel quid ſit minus purgatione ignis (d) terreo, vilique denario. Si pretioſum nomiſma fulgore auri fulgentis mutetur, prudentiſſima diſcretione providendum eſt, ne decipiamur: & non ſolum conſideremus, ſi aurum purum eſt; ſed etiam acutè cernentes, cujus imagine ſculptum habet: ſi veri Regis, ſi Latronis. Nam latro, quia aurum furatur, hoc publicè negociare non præſumit: ſed denuo in conflatorium mittit: & vultum Imperatoris, atque imaginem ſub falſitate exprimit. Et hoc debemus ſapienter agnoſcere; & illa, quæ ſit veri regis moneta, an falſi negotiatoris non legitime figurata, prudentia velociori diſcernere, & dum viderimus, quod purum aurum eſt, & abſque mixtura, & veri

(d) æreo.

regis

Digitized by Google

regis imaginem habet, adhuc dubitandum est, & comparandum non est, nisi trutinæ imponatur; ne forte minus de pondere habeat, diligenter inquiratur. SÆC. VIII. ANNO 785.

Quæ omnia nos quoque spiritualiter observare debere, Evangelicus sermo sub hujus nomine demonstrat exemplo. Primùm, ut quidquid in cordibus nostris irrepserit, vel quidquid novæ doctrinæ fuerit intromissum. Probare debemus [spiritum] utrum sit divino illo & cœlesti Spiritus Sancti igne purgatum, an spiritu erroris irreptum, quod de hæretica pravitate veniens; seu de sæculari Philosophiæ tumore descendens sub nomine sanctitatis hypocrisin præferens in superficie tantum ostendat pietatem, diligentissimè perscrutari debemus. Quod ita poterimus implere, si illud Apostolicum fecerimus: *Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex Deo sunt.* Quo genere illi quoque decepti sunt, qui se Deo servire promiserunt: & post professionem monachi, nitore sermonis, & quibusdam sunt Philosophorum dogmatibus inlecti: & per hoc ascendentes ad primas cathedras, ut publicè ab hominibus ignaris viderentur esse magistri, sacerdotium sunt adepti. Qui in prima fronte ordinis humilitatem, & sanctitatem simulantes, piis quibusdam (a) hac religio mentis consonæ suadentes, velut auri fulgore fallentia, quos semel in superficie simulationis inlexerunt, velut numismatibus æreis falsis, & mendacibus deceptos, nudos, ac miseros in perpetuum reddiderunt, vel ad sæculi eos strepitum revocantes, vel ad hæreticos errores hac præsumptione tumidos pertrahentes. Quod etiam Acham in libro Jesu Nave fuisse perpessum, qui de Iherico linguam auream (b) concupiscens, pro quo, irascente Domino, multi perierunt manu hostili ex populo: atque postea ille pro furato anathemate ab omni populo lapidari meruit, & à Domino æterna morte damnari. Hoc significavit, qui in Ecclesia hæreticorum inferrent dogma, vel superstitiosa sæcularium literarum studia. Hæc est enim *lingua aurea* in loculento sermone aptata. Hanc fraudati sunt Arius, Sabellius, Bonosus, Marcio, Basilides, Elipandus Toletanæ sedis Archiepiscopus. Furati sunt enim isti regulas aureas de Iherico, id est, de schola sæculari, & philosophorum sectam non rectam, Ecclesiam conati sunt introducere, & maculare omnem Ecclesiam Domini ita, ut disperderentur multi per eos. Ideoque abjecti anathemate, quasi acervo lapidum, id est, multitudine peccatorum oppressi, atque extincti sunt, sicut Acham acervo lapidum oppressus ab Israel extinctus est. Cujus errore perempto, rex Hay, hoc est, diabolus, qui per illorum impietatem fidelium quosdam abjecerat, iterum superatus devincitur, atque à populo Dei suspensus ligni Crucis virtute occiditur.

Probandi Spiritus. 1. Joan. 4. 1.

(a) f. hortamentis consona suadentes.

Josue 7.

(b) *regulam auream* est in Vulgata. Jos. 7. 21.

Hæretici furantur aurum.

Primùm diximus de auro mixto, id est, hæreticorum mixta doctrina, & puro auro de Iherico furato, hoc est, hæreticos de mundi Philosophia eruditos in sacerdotio electos. Nunc secundò sollicitè nos investigare conveniat, ne auro purissimo scripturarum prava intentio coaptata metalli pretiositate nos fallat. In quo etiam Domino salvatori astutissimus diabolus, velut homini puro & simplici, tentavit imponere, æstimans eum unum esse de cæteris sanctis. Et illa, quæ generaliter sunt super omnium justorum intelligenda personis, malivola interpretatione conrumpens, specialiter Domino nostro *Jesu Christo*, qui angelorum custodia non egebat, conatur aptare, dicens: *Quoniam angelis suis mandavit de te, ut in manibus tollant te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Prætiosa scilicet eloquia scripturarum callida assumptione convertens, & Christum Dei filium unum ex cæteris hominibus existimat, quem hominem videt: & ea, quæ pro sanctis intelligenda sunt, ad contrarium sensum noxiumque detorquens, ut imaginem tyrannici vultus sub colore auri fallentis nobis objiciat. Nullus ergo Christo comparetur, quamvis sanctitate præfulgeat: cum audit, quod *Filius hominis* dicitur: nec illo sensu diaboli eum unum de filiis hominum æstimet: de quibus scriptum est: *Filii hominum in protectione alarum tuarum sperabunt.*

Psal. 90. 11.

Psal. 36. 8.

Sed multi hæretici in Ecclesia prodierunt, qui mediatorem Dei & hominum, hominem *Christum Jesum*, purum hominem creatum dicerent, sed ex gratia Deificatum, tantumque ei sanctitatis tribuerint, quantum de sanctis cæteris, ejus videlicet, famulis agnovissent. Quod beatus Job prophetiæ spiritu afflatus sententiæ suæ definitione redarguit, dicens: *Non adæquabitur ei Topadium de Æthiopia.* Quid Æthiopia, nisi præsentem mundum accipimus, quæ coloris nigredine designat peccatorem populum fœditate meritorum. De quo Propheta dicit: *Æthiopia præveniet dare manus Deo.* Id est, priusquam Judæa credat salvandam se, offeret omnipotenti Domino se peccatis nigra Gentilitas. *Topadium* verò precioſus lapis est. [Et quia Græca lingua, *pan*, omne dicitur, pro eo, quod est omni loco resplendet, *topadium*, quasi *topazium* vocatur.] Dum vero in Deum conversa Gentilitas credidit ex ea: ita multi sunt dono spiritus locupletati: ut quia sicut multis coloribus: sic multis virtutibus luceant. Sed non acceptis quisquam virtutibus extollatur, à sancto viro nunc dicitur: *Non adæquabitur ei topadion de Æthiopia.* Ac si apertè diceretur: Nullus sanctorum, qui-

Job. 28. 19.

Psal. 68. 32.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

quibuslibet virtutibus plenus, tamen de nigredine mundi collectus, æquari potest ei, de quo dictum est; Quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur, ut cum Propheta dicamus: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea.* Ille autem solus veraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Huic se sapientiæ quasi quoddam topadion de Æthiopia æquari voluit, cum quidam hæresiarcha, dixit: *Christo Deo facto; si volo, & ipse possum fieri.* Et ille se æquari voluit, qui simili sensu de eo dixit: *Et ille Christus, & nos Christi. Et ille adoptivus, & nos adoptivi. Et ille parvulus, & nos parvuli. Et ille servus, & nos servi.* Qui Jesum Dominum nostrum, non per mysterium conceptionis; sed per profectum gratiæ Deum putavit, perversa alligatione adstruens eum purum hominem natum: sed ut Deus esset per meritum profecisse, utque ab hoc exiitimans & se, & quoslibet alios, ei posse coæquari, qui filii Dei per gratiam fiant; non adhuc intelligens, non attendens, quod *non adæquabitur ei topadium de Æthiopia.* Aliud est enim natos homines per gratiam adoptionis accipere, aliud unam singulariter per divinitatis potentiam Deum ex ipso conceptu processisse. Neque æquari potest gloria unigeniti habita per naturam, aliis accepta per gratiam. Mediator quippe Dei, atque hominum homo Christus Jesus. Non sicut iste hæreticus decipit: aliter in humanitate, aliter in Deitate est. Non purus homo conceptus, atque editus post meritum, ut Deus esset, accepit: sed nuntiante angelo, & adveniente spiritu, mox verbum in utero, mox intra uterum Verbum caro. Et manente incommutabili essentia, quæ ei est cum Patre & Spiritu Sancto coæterna, assumpsit intra virginea viscera: ubi & impassibilis pati, & immortalis mori; & æternus ante sæcula temporalis posset in fine sæculorum ostendi. Ut per ineffabile sacramentum conceptus, sancto partu inviolabili, secundum veritatem utriusque naturæ, eadem virgo, & ancilla Domini esset, & mater. Sic quippe ei ab Elisabeth dicitur: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Et ipsa virgo concipiens dicit: *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* Et quamvis ipse aliud ex Patre, aliud ex Virgine: non tamen alius ex Patre est, alius ex Virgine: sed ipse est æternus ex Patre, ipse temporalis ex matre. Ipse qui fecit, ipse qui factus est. Ipse *speciosus forma præ filiis hominum* per divinitatem, & ipse est, de quo dictum est: *Vidimus eum, & non erat aspectus: & non est species ei, nec decor.* Per divinitatem ipse ante sæcula de Patre sine matre: ipse in fine sæculorum de matre sine Patre, ipse conditoris templum, ipse conditor templi. Ipse auctor operis, ipse opus auctoris: manens unus ex utraque, & in utraque natura. Nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum distinctione geminatus.

Loca Jobi de hæreticis explicata.

Sed quia non hæc tractanda suscepimus, ad ea, quæ supra diximus, exponendi ordine redeamus: quod nullus ei hominum, in quo homo est, similis habeatur. Notandum nobis est quod sanctus Job, ut longè distare à Christo Angelos demonstraret, dixit: *Non dabitur aurum Obrizum pro ea:* id est, pro ea sapientia, quæ Christus est. Quia ut & antiquos etiam Patres sacri eloquii tractatores inferiores Christi ostenderet: adjunxit: *Nec appendetur argentum in commutatione ejus*; & ut philosophorum quoque sapientiam Christo monstraret longe subesse, intulit, dicens: *Non conferetur tinctis Indiæ coloribus.* Atque subjunxit: *Nec lapidi Sardonicho preciosissimo, vel Saphiro.* Et ut in illa quoque superna civitate Iherusalem nullum pervenire ad æqualitatem unigeniti demonstraret, addidit: *Nec adæquabitur ei aurum, vel vitrum.* Et ut Prophetas Christo subesse ostenderet, adjunxit: *Nec commutabuntur pro ea vasa auri, excelsa eminentia: nec commemorabuntur comparatione ejus. Trahitur enim sapientia de occultis.*

Job. 28. 15. Ibid. Ibid.

Ad extremum verò ut ipsos quoque in Ecclesia hæreticos increparet, qui fidem, quam percipiunt, per superbiam scindunt, addidit: *Non adæquabitur ei topazium de Æthiopia.* Ac si patenter insinuet, dicens: Hii, qui in peccatis concepti, & in peccatis nati ad conversionem veniunt, æquari homini Deo non possunt, quamvis multis colorum virtutibus resplendere videantur. Quorum ut superbia refutetur, aptè subjungitur: *Nec tincturæ mundissimæ componetur.* Tincturæ enim mundissimæ vocantur hi, qui veraciter sunt humiles, & veraciter sancti. Qui sciunt quidem, quia ex semetipsis virtutum speciem non habent: sed hanc ex dono gratiæ supervenientis tenent. Tincti enim non essent, si sanctitatem naturaliter habuissent. Sed mundissimæ tincturæ sunt, quia humiliter custodiunt supervenientem in se virtutum gratiam, quam acceperunt. Hinc est enim, quod Sponsi voce de sancta Ecclesia dicitur: *Quæ est ista, quæ ascendit* (a) *dealbata?* Quia enim sancta Ecclesia cœlestem vitam naturaliter non habet; sed superveniente spiritu pulchritudine donorum comparatur, non alba, sed dealbata memoratur: & notandum, quod superius, cùm dixisset: non confertur tinctis Indiæ coloribus, eosdem colores non intulit mundos. Hoc verò in loco, ut tincturam veracium virtutum servorum Dei ab illa hæreticorum

Cant. 5. (a) De deserto Vulg.

Digitized by Google

rum Philoſophorum factione ſegregaret, *tincturas*, & *mundiſſimas* dicens: Tinctu- SÆC.
ræ enim rectè nominantur mundiſſimæ, hi, qui prius per prava opera fœdi fuerunt; VIII.
ſuperveniente ſpiritu nitore gratiæ veſtiuntur, ut longè aliud appareant eſſe, quam ANNO
erant. Unde etiam Baptiſma tinctio dicitur, id eſt, ipſa noſtra in aquam deſcenſio. 785.
Tingimur quippe, ut qui prius indecori eramus deformitate vitiorum, accepta fide reddimur pulchri gratia, & ornamento virtutum.

Hoc totum quare dicimus? niſi ut nemo ſe præſumat Chriſtianorum Chriſto com- Fideles Chriſto non comparandi.
parari, ut Elipandus facit, qui dicit: *Et ille Chriſtus, & nos Chriſti: & ille ſervus, & nos ſervi:* Quem audit in Scripturis eum hominem nominare; qui propter diſpenſationem redemptionis noſtræ factus eſt Deus homo, ex ſemine David ſecundum carnem: nullam differentiam ponit inter Deum hominem, qui eſt Deus eſſentialis ſuper omnia, & Deos nuncupativos non eſſentiales Deos ſuper omnia, ſed tantum intra omnia. Certe dictus, *ille homo, & nos homines. Ille Deus, & nos Dii. Ille filius, & nos filii. Ille Chriſtus, & nos Chriſti. Ille ſervus, & nos ſervi. Ille parvulus, & nos parvuli.* Sed non ſecundum eamdem rationem unus ex nobis intelligendus eſt: quia ille ſingulariter dictus, & nos pluraliter. Nam cum ille in ſcripturis legitur, nos conſequenter intelligimus ipſum eſſe Deum verum, & ſolum *ex ſemine David ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.* Rom. 1. 3. Cum verò in Scripturis Deus dicitur, ſingulariter dicitur, non pluraliter: ſicut multi dii, aut multi domini. Quia Deus eſſentiale nomen eſt. Sed nos cum Deum legimus in ſcripturis, conſequenter hominem intelligimus ipſum Deum eſſe natum de Virgine, qui ſub Pontio Pilato eſt crucifixus. Quia Deus eſt genitus de ingenito Patre Deo: ac per hoc ſegregamus eum de cæteris multis hominibus, qui dii dicuntur pluraliter, & homines pluraliter. Nam iſte homo ſingulariter Deus eſt. Si nominas hominem, Deus eſt verus. Quemadmodum ſi ponas ante oculos quemlibet hominem, & nominas eum carnem, ipſe tamen, & anima eſt. Si nominas animam, ipſe vero & caro eſt: & ex utroque, id eſt anima, & carne, qua conſtat homo, una perſona eſt: & unum illi nomen eſt, carnis & animæ, ut puta Petrus. Et cum ſapienter loquitur ipſe, caro ejus videtur: ſapientia ejus tantum auditur, non videtur. Et tamen ipſa ſapientia in anima eſt, quæ per carnem foris auditur: ſic & Chriſtus: caro ejus videbatur, & divinitas ejus non videbatur. Et ſapientia ejus, quæ per carnem foris videbatur, de divinitatis ejus erat apparatu.

Homo ex duabus ſubſtantiis una perſona eſt, & habet nomen Petrus. Et Chriſtus ex tribus ſubſtantiis, duabus naturis una perſona eſt, & habet nomen *Chriſtus.* Mortuus eſt Petrus in ſola carne, non anima. Anima aſcendit ad cœlum, corpus Romæ quieſcit in tumulo: & tamen Petrus quieſcit in tumulo mortuus, & ipſe Petrus in cælo cum Chriſto eſt vivus. Et ſola caro mortua Petrus, & ſola anima viva Petrus. Et ex utroque non duo Petri, ſed unus eſt Petrus. Sic & Chriſtus tres habet ſubſtantias: Una æterna, quæ cum Patre eſt illi æqualis, id eſt, immortalis, ſicut Pater: Incommutabilis, ſicut Pater: Inviſibilis, ſicut Pater. Inlocalis, ſicut Pater: Impaſſibilis, ſicut Pater. Duas verò ſubſtantias habet temporales, quæ de noſtro ſunt, id eſt, animam rationalem, & carnem. De noſtro habet æternus, unde temporalis eſt. De noſtro habet Deus, unde homo eſt. De noſtro inviſibilis, unde viſibilis eſt. De noſtro inlocalis, unde localis eſt. De noſtro immortalis, unde mortalis eſt. Ac per hoc agit æternus temporaliter. Creſcit, perpetuus. Videtur, inlocalis. Patitur impaſſibilis. Moritur immortalis: qui totus abſque mendacio unicus eſt Dei Patris. Quamobrem & ſola caro mortua, quæ in ſepulchro jacuit, Chriſtus filius Dei eſt. Et ſola anima, quæ ad inferna deſcendit, Chriſtus filius Dei eſt. Et verbum Patris, qui ſemper æqualis extitit Patris, Chriſtus filius Dei eſt. Hæc tria non tres Chriſti filii Dei ſunt: ſed unus Chriſtus filius Dei eſt. Sicut illa duo, quæ ſupra diximus, non duo Petri: ſed unus Petrus eſt: Ita hæc tria unus Chriſtus. Agit perſona quæque ſubſtantia totum una perſona. Naturale eſt illi venire in hoc mundo ſolus *minoratus paulo minus ab angelis.* Naturale eſt illi ubique eſſe cum Patre. Na- Pſal. 8. 6.
turale eſt illi localis eſſe ſolus filius. Naturale eſt illi inviſibilis eſſe cum Patre. Naturale eſt illi inviſibiliter eſſe ſolus filius. Naturale eſt illi impaſſibilis eſſe cum Patre. Naturale eſt illi ſolus filius ſubditus paſſioni. Naturale eſt illi immortalis eſſe cnm Patre. Naturale eſt illi ſolus filius mori. Solum filium dico mori; quia ſolus filius ſe exinanivit. Exinanitio ejus, adventus ejus eſt. Adventus ejus humanitas ejus eſt: quæ humanitas caro ejus eſt, & anima, id eſt, totus homo perfectus eſt. Et ipſe homo filius Dei, Deus eſt. Et ſolus filius eſt homo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto unus eſt Deus. Non cum Patre, & Spiritu Sancto unus eſt homo: ſed cum tota Eccleſia unus eſt homo: quia caput, & corpus una perſona eſt Chriſtus.

Ergo nemo dicat: *Et ille Chriſtus, & nos Chriſti.* Et nos unde dicimur Chriſti, Chriſtiani nomen unde.
niſi à Chriſto? A Chriſto Chriſtiani: ſicut ab Heber Hebræi. Sicut à Jacob, qui

Deſcriptio filii.

SÆC. VIII. ANNO 785.

dictus est Israel, Israelitæ. Sicut à Juda Judæi. Quia omnis, qui novum nomen accipit, (a) *à malo* se nomen accipit. Ut puta, *Vuitiza* Rex fuit: sed multi hodie ab ipso nomen sumunt *Vuituizani*, etiam pauperes, ut per nomen agnoscatur, quòd de stirpe regia est, qui & ipse Rex potuerat esse, si nomen fecisset regem. Sic Christianus, non est inde Christus, unde nomen sibi imponit Christianum. Quod si nomen Christianum fecisset Christum, tam boni Christiani, quam etiam mali Christi dicerentur. Non est Christianus, qui rectè non credit Christum. Non est Christus, id est, unctus, qui Christi non accipit Spiritum, qui doceat eum, quod Jesus est filius Dei. Non est Ecclesia, ubi non est fides vera. *Justus autem ex fide vivit.* Ergo qui fidem veram non habet, non vivet: sed mortuus est. Et qui mortuus est non poterat stare, quia mortuus jacet. Et qui mortuus est, Deo vivo servire non potest. Non de illis servis est, de quibus Propheta dicit: *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini. Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.* Ut, secundum quod ait Apostolus: *Donec*, inquit, *venimus: ut scias, quomodo disponas domum Dei, quæ est Ecclesia.*

(a) f. à meliori se.

Psal. 133. 1.

1. *Tim.* 3. 15.

Ecclesia non parietibus, non lapidibus consistit: sed dogmatum veritate. Sed quia & ipsa visibilis domus, quæ *Basilica* dicitur, quæ Latino sermone *regis domus* nuncupatur, non ædificatur, nisi lapidibus quadratis: & lapis portando lapidem, in alto erigitur, quousque perficiatur domus: de foris ponuntur lapides majores dolati: & intus lapilli qualescumque minutissimi. Quid significant hi lapides majores, qui unus alterum portat, nisi hos, qui in una fide sectarunt, & unus alteri onera portando, crescit in altum in charitate una, domus Ecclesiæ. Et sic perficitur Lex Christi. Lapilli vero minutissimi hi sunt, qui ab ipsis foventur fragiles, & mente parvuli. Hoc totum per fidem, & charitatem fit. Nam sine charitate fides nihil prodest. Nam si prodesset, ut sola fides sine charitate salvaret, poterant & dæmones salvi esse: quia secundum Jacobum: *Dæmones credunt, & contremiscunt*: sed tamen non diligunt. Qui habet Charitatem, & fidem, discipulus est Christi. Et qui non habet Charitatem, & fidem, discipulus est Antichristi, & persequitur Ecclesiam, id est, servos Christi. Quia unde Christum nescit, inde membra ejus non cognoscit; & semper discipulus Antichristi fuit. Quia qualiter manifestaretur, occasionem prædicationis non habuit. Quia catholici, & hæretici in prædicatione manifestantur. Catholici semper catholici sunt: quia semper simplices, & recti corde sunt: & bona sua semper cælare quærunt, & mala publicare: ut tales ab hominibus esse credantur intus, quales foris videntur. Sed non manifestantur in pace, nisi postquam surrexerit pugna perfidiæ, ut Propheta ait: *In die mandabit Dominus misericordiam suam*, (b) *& in nocte declarabit. Dies* aliquando in scripturis sacris pro prosperitate ponitur; *nox* verò pro tribulatione persecutionis. Tunc servi Dei declarantur per fidem, cum hæretici cæperint hæreses prædicare. Et inde Apostolus ait: *Oportet hæreses* intra Ecclesiam *esse, ut probati manifesti fiant.* Tunc catholici manifesti probantur, cum ab eis vera fides defenditur.

Jac. 2. 19.

Psal. 41. 9.
(b) Vulg. & nocte canticum ejus.

1. *Cor.* 11. 19.

Hæreticus quis.

Quid est catholicus? Qui nunquam fuit Hæreticus. Hæreticus tamen à parva infantia, nunquam fuit catholicus, quia nunquam fuit purus: sed sub nomine sanctitatis erat hypocrita religiosus. Desiderabat enim coram hominibus sanctus videri, non esse. Non tunc dicebatur hæreticus; sed hypocrita, quia adhuc intus videbatur in Ecclesia. Cum vero cœperit discipulis prædicare, & eos ad suam perversam fidem instruere, apparet hæreticus: Tunc folium cognoscitur in superficie, quod diu in terra cordis latuerat in semine. Et quia ut dicimus, semper hypocrita vixit, & laus humana eum pavit; cum à catholicis fuerit reprehensus, surgit in superbia, despectui habet petiisse veniam: requirit laudatores suos plusquam maximè sæculares, ut cum eis suam vindicet perversam doctrinam. Et postquam maximam turbam imperitorum deceperit, dirigit per diversas provincias epistolas suas, ut quos potuerit *inopinatos* primus ad suam fidem inflectere, videatur quasi cum omni Ecclesia recta sentire. Qui omnes decepti, filii ejus sunt non legitimi, sed adulterini: quia adulterino verbo eos generavit. Quod si adulterinum non fuisset, Apostolus Paulus ad Corinthios non scripsisset: *Non enim sumus, sicut plurimi, adulterantes verbum Dei: sed ex sinceritate: sed* [*sicut*] *ex Deo coram Deo in Christo loquimur.* Adulter quippe in carnali coitu non accipit uxorem, unde filios habeat, sed per diversas fœminas adulterando; non filios, sed voluptatem quærit: ita & hæreticus, & perversus quisque (c) *aquam Ecclesiæ serviens*, rectè adulterare verbum Dei dicitur, quia per sacrum eloquium non Deo filios generare, sed suam scientiam desiderat ostendere. Cum enim libido gloriæ ad loquendum trahit, voluptati magis, quàm generationi operam impendit. *Adulterare* namque est *verbum Dei*, aut aliter de illo sentire quàm est, aut non spirituales fructus, sed adulterinos quærere laudis humanæ, quia synceriter non loquitur. *Ex sinceritate* vero *loqui* est, nihil in eloquium, quam oporteat, quærere:

Catholicus.

2. *Cor.* 2. 17.

(c) f. ac vanæ gloriæ serviens.

Digitized by Google

quærere: ſed hoc tantum quod à Deo inſtitutum eſt. Sicut ex Deo autem loquitur, qui ſcit non ſe à ſe habere, ſed ex Deo accepiſſe, quod dicit. Coram Deo verè loquitur, qui in omne, quod dicit, non humanos favores appetit, ſed omnipotentis Dei præſcientia intendit; non ſuam, ſed auctoris gloriam requirit. SÆC. VIII. ANNO 785.

Qui autem ſcit quidem ex Deo ſe accepiſſe, quod dicit, & tamen dicendo propriam gloriam acquirit, ſicut ex Deo loquitur, & non coram Deo: quia eum, quem cordi ſuo non proponit, cum prædicat, quaſi abſentem putat. Sed ſancti viri & Deo loquuntur, & coram Deo: quia & ab eo ſeſe ſciunt habere, quod dicunt: & ipſum ſuis ſermonibus adeſſe judicem, auctoremque conſiderant. Unde fit, ut cum ſe à proximis deſpici agnoſcunt, ſuaque vita dicta audientium vitæ non prodeſſe, abſcondunt quantæ virtutis ſunt: ne ſi ſecretum cordis inutiliter ſermo probatus aperiat, ad inanem gloriam prorumpat. Ab his nunc detrahitur Eccleſia; quia non cognoſcit. De quibus Dominus in Evangelio dixit: *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Et alio loco: *Si in viridi hoc fiet, quid in arido?* Sed quia hoc fumus eſt, non adhuc ipſe ignis oſtenditur. Veniet tempus, quando catholicam Eccleſiam non ſolum injuſtis vocibus, ſed etiam crudelibus plagis perſequentur. Ab adverſariis namque ſuis duobus modis Eccleſia perſecutionem patitur. Scilicet, aut verbis, aut gladiis. Sed cum verbis perſecutionem ſuſtinet, oſtenditur ſervorum Dei ſapientia. Cum verò gladiis, oſtenditur eorum patientia. Sed verborum perſecutiones ab hæreticis nunc etiam quotidie toleramus, cum ipſi hæretici nobis ſubdola, & falſa humilitate blandiuntur. Perſecutiones verò gladiorum juxta finem mundi ſecuturæ ſunt: Grana cœleſtibus horreis recondenda tanto verius à peccatorum paleis exuuntur, quanto arctius affliguntur. Tunc cœleſtes omnes, qui in illa fuerint tribulatione comprehenſi, recordabuntur juſtum tempus, in quo nunc Eccleſia fidei pacem tenet: & ſuperbia hæreticorum colla calcat, non potentatu culminis, ſed jugo rationis.

Luc. 13. 31. *Joan.* 15. 20.

Hæretica perſecutio.

Hæreticus tamen ſcripturarum (a) non facit rationem: ſed cum potentibus ſæculi Eccleſiam vincere quærit. Sed veritas fatigari poteſt, vinci non poteſt. In mentem habebunt ſervi Dei tunc in illo igne perſecutionis Antichriſti, qui nunc in fumo ipſius ignis, quod ſunt hæretici, in fide Patrum fuerint plantati. De quo fumo, & igne in Apocalypſi dicitur: *Et quintus Angelus tuba cæcinit. Et vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clavis putei abyſſi. Et aperuit puteum abyſſi. Et aſcendit fumus de puteo: quaſi fumus magnæ fornacis, & obſcuratus eſt ſol, & aër de fumo putei. Et ex fumo putei exierunt locuſtæ in terram: & data eſt eis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpii terræ.* Stellam, quam dicit de cœlo cecidiſſe in terram, Prædicatores ſunt hæretici, qui exeunt de Eccleſia. Cœlum hoc loco Eccleſia dicitur. Et quia hypocritæ erunt & ſanctitatem ſimulabunt, *Stella* nominantur. Et quia inter ſe in prædicatione unum ſenſum habere non poſſunt, ſed omnes contra unam Eccleſiam Dei conſpirant, una ſtella dicitur, quæ multæ ſunt. De quibus ſtellis per Job dicitur: *Obſcurentur ſtellæ caligine ejus.* Id eſt, hæretici, qui erunt hypocritæ; & ante humanos oculos quaſi bonis operibus ſplendent, malicia antiqui hoſtis obſcura prævaleat: & hoc, *quod* ante humana judicia fulgebat, lumen laudis deponant: caligine quippe noctis obſcurantur: cum eorum prava doctrina aperto errore confunditur: ut ſine dubio tales etiam foris in actione appareant, quales apud ſemetipſos intus divino parere judicio non formidant. *Et data eſt ei clavis putei abyſſi.*

(a) Pro, non habet rat.

Apoc. 9. 1. *Job.* 3. 9.

Abyſſum dicimus puteum, ubi ſolis lumen non ſpargitur. Abyſſus eſt ſecreta cordis eorum, ut quidquid intus lateat minime cognoſcatur, niſi per januam linguæ manifeſtetur, ut ab omnibus catholicis cognoſcatur. Clavis putei abyſſi eſt ipſa manifeſtatio. *Et aperuit puteum abyſſi*, id eſt, manifeſtavit cor ſuum, & ſine ulla verecundia contra Eccleſiam in ſuperbiam ſurgit: & prædicationem Eccleſiæ contemnit, & obſcurat ita, ut dicatur: Non eſt ſic, ſicut iſti dicunt: ſed ſicut nos. *Et obſcuratus eſt ſol, & aër de fumo putei.* Sol & aër Eccleſia eſt, de qua dictum eſt: *Electa, ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* Obſcuratur ſol de fumo putei, quando hi, qui de Eccleſia recedunt, hæreticos defendunt. *Sicut fumus*, inquit, *magnis fornacis.* Fumus enim ignem præit. Et quid eſt ignis, niſi homo peccati, filius perditionis, Antichriſtus? Et quid fumus, niſi hi miniſtri hæretici? Quia antequam ignis appareat, fumus tenebrarum ejus mentes infirmorum hominum cæcat. Sed nunc ex ipſo fumo jam apertè foris aliquid videmus exire, cum dixit: *Et ex fumo putei exierunt locuſtæ in terra.* Locuſtæ quid ſunt, niſi multitudo populi? Ipſi dicuntur locuſtæ, ipſi & terra. Locuſtæ pro mobilitate levitatis accipiendæ ſunt, tanquam vagæ, & ſalientes animæ in hujus ſæculi voluptates. *In terram exierunt*, quia terrena ſapiunt, non cœleſtia. Semper enim hæretici ſæculi ſecuritatem promittunt, & inde terrena ſapiunt. Eccleſia verò nulli ſecuritatem promittit, cui caput viam amaritudinis oſtendit, qui præceſſit. Proinde cœlum dicitur, quia cœleſtia ſapit, non quæ terrena ſunt, ſecundum Apoſtolum, qui dicit: *Si conſurexiſtis cum Chriſto, quæ*

Cant. 6. 9.

Apoc. 9. 2.

Apoc. 9. 3.

Locuſtæ quid ſignent.

Coloſ. 3. 1.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Non ſicut peccatori dictum eſt: *Terra es, & in terram ibis.* Quod cœlum Eccleſia eſt, Propheta atteſtante, qui ait: *In æternum Domine permanet Verbum tuum in cœlo*, id eſt, in Eccleſia: in qua permanet Verbum Patris: quia non perambulat, non pertranſit: ſed permanet, & habitat: Qui verbum *caro* factum Jeſus Chriſtus filius Dei unicus, & Virginis Mariæ eſt: Unde nunc intentio eſt. Et quia ex utraque ſubſtantia unicus Dei Patris eſt. *Et Lex, & Evangelium*, duo ejus teſtamenta ſunt, cum legitur, & ab omnibus pœnè auditur, & ab omnibus Chriſtus laudatur, & diverſa de Chriſto ſentitur. Et hoc dicunt eſſe de Chriſto, quod Chriſtus non eſt. Ipſe enim ſe ſequentibus dixit: *Qui manducaverit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo* Et alio loco dicit: *Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Si quis ex ipſo manducaverit, non morietur in æternum; ſed habebit vitam æternam.* Et cum dicit: *Niſi granum tritici ceciderit in terra, ipſum ſolum manet. Si autem ipſe ceciderit, multos ſalvos faciet.* Hoc totum, id eſt, caro & ſanguis, & panis de cœlo, & granum tritici unum eſt, & unus panis eſt. Et hunc panem manducat Eccleſia. Sed quia diverſi diverſa ſapiunt, diverſos ſapores habet, cum comeditur. Dominus noſter Jeſus Chriſtus granum tritici in terram condidit, & nos multiplicavit. Sed iſtud granum frumenti pinguiſſimum eſt; medullam habet: adipem habet: pinguedinem habet: habet intus, quod quæras. Medullam quære, quæ pinguis eſt: & adipe frumenti ſatiat te. Felix eſt, qui in frumento iſto adipem intelligit, medullam intuetur. Legamus ſanctas Scripturas. Quid eſt aliud, niſi corpus? Quod lingua legitur, quod ſyllabis comprehenditur, quod auribus inſonat, auditur ab hominibus, hoc totum corpus eſt. Hoc totum liber eſt. Intellectus verò hujus lectionis medulla eſt, pinguedo eſt, adeps eſt: Et niſi intelexeris, quid ſit in litera, adipem frumenti non manducas. Literam in ſuperficie legis, & adipem frumenti non intelligis. Rodes corticem, & folium, ſicut Judæus mandis. Quid eſt hoc litera, quam in Evangelio legis, vel in cæteris ſcripturis ſanctis, niſi corpus Chriſti, niſi caro Chriſti, quæ ab omnibus Chriſtianis comeditur? & tunc comeditur, quando legitur, & quando auditur. Et omnes uno nomine Chriſtiani dicuntur, qui Evangelium recipiunt, & uno ore Chriſtum laudant, & Crucis ejus ſignum in fronte portant: & tamen cibo, vel potu, in ſella, lecto, ingreſſu, regreſſu, & cætera omnia ſigno crucis muniunt: & ſe à Chriſto cuſtodiri, & ſalvari petunt, & dicunt: Salva nos Jeſu Chriſte, filii Dei. Et ipſi in Eccleſia Sacerdotes, & Levitæ. ſi cuilibet tranſeunti viam, ingredeunti in Eccleſiam, orationem, vel benedictionem dederint, cum compleverint orationem, abſolvunt, & dicunt: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, *Eamus cum pace.* Et ſi in domo oraverit, ita dicit: Si in via, ſimiliter, Si in veſpertinis, lucernarium ante altare obtulerit, non poteſt aliter offerri, niſi dixerit: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, *Lumen cum pace.* Si etiam completo officio non poteſt egredi ſine hac ſolutione, niſi prius dixerit: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti eamus cum pace. Sic in veſpertinis. Sic in matutinis. Sic omnibus horis, quibus neceſſaria officia, vel Canonica in Eccleſia peragitur. Sic in Miſſa (*a*) non ſolum dominicis diebus: ſed etiam quibuſcumque feſtivitatibus. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus*, conclamamus. Sic cum Evangelium à Levita ſuper altare levatur, à Levita primùm dicitur: *Laus tibi:* & ab omnibus reſpondetur: *Laus tibi Domine Jeſu Chriſte, Rex æternæ gloriæ.* Præcedente Evangelium cereorum lumine in ſigno gaudii, & lætitiæ, eo quod tale nuncium Diaconus, id eſt, Evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti clara voce populo habet intonare. Tunc ſilentium omnibus imperat, & dicit: *Lectio ſancti Evangelii ſecundum Matthæum*, aut quemlibet ex tribus. Reſpondetur ab omni populo: *Gloria tibi Domine. In illo tempore* Dominus noſter Jeſus Chriſtus ambulavit, aut dixit, aut fecit illud, & illud, quod ſequitur. Quo peracto, offertur ſacrificium ſuper altare: quæ totum Jeſus Chriſtus filius Dei eſt. Ipſe cum Patre, & Spiritu Sancto creator omnium Deus. Ipſe ſolus ſecundum formam ſervi ſua, & Patris, & Spiritus Sancti operatione formatus. Quod creator eſt, communem habens naturaliter cum Patre, & Spiritu Sancto. Quod autem creatus eſt, ſolus habens perſonaliter in ſeipſo, cujus & nativitatem futuram ſecundum carnem, & mortem, & reſurrectionem, atque in cœlos aſcenſionem Lex, & Prophetæ pronunciare nunquam ceſſaverunt, prout ipſe (*a*) præſciebat & verbis, & factis. Nam & in ſacrificiis carnalium victimarum, quæ ſibi ipſa ſancta Trinitas, quæ unus eſt Deus, novi, & veteris Teſtamenti à Patribus noſtris (*b*) præſciebat offerri ſacrificiis, Jeſu Chriſti filii ſui ſignificabitur gratiſſimum

Chriſtus quomodo comedatur. *Joan. 6. 57.* *Joan. 6. 51.* *Joan. 12. 24.*

Tertull.

Miſſæ ſacrificii ritus. *Luc. 2. 14.*

(*a*) *præcipiebat* aut *præſcribebat.*

(*b*) præcipiebat.

(*a*) Ab utraque parte proferebantur orationes Miſſæ. Elipandus enim laudabat orationem illam in Miſſa de Aſcenſione Domini dici ſolitam: *hodie Salvator noſter poſt adoptionem carnis ſedem repetivit Deitatis*, hac oratione perculſi Præſules Gallicani in Concilio Francofurtenſi eam rejecere, Ildefonſum nihil curantes. BASN.

Digitized by Google

simum munus, quo pro nobis seipsum solus Dei filius secundum carnem esset miseri- SÆC. VIII. ANNO 785.
corditer oblaturus. Ipse enim, secundum Apostoli dictum, *obtulit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Ipse verus Deus, & verus Pontifex, qui pro nobis, non in sanguine taurorum, & hircorum, sed in sanguine suo semel introivit *in sancta:* Quod tunc Pontifex ille significabat: qui semel sancta sanctorum per annos singulos introibat. Iste igitur est, qui in se uno totum exhibuit, quod sciebat necessarium esse ad redemptionis nostræ effectum. Ipse, scilicet, sacerdos, & sacrificium. Ipse Deus, & templum. Sacerdos est ipse Christus, per quem sumus reconciliati. Deus est ipse Christus, qui nos reconciliat sibi & Patri, & Spiritui Sancto. Solus tamen sacerdos sacrificium, & templum: qui hæc omnia Deus est secundum formam servi: non autem solus Deus: quia hoc cum Patre, & Spiritu Sancto secundum formam Dei.

Sacrificium a Christo debuit offerri.

Reconciliati igitur sumus per solum filium secundum carnem, sed non soli Filio secundum divinitatem. Neque potest hoc sacrificium offerri per quemlibet sacerdotem, nisi per sacerdotem sanctum & justum. Neque potest hoc sacrificium, quod offertur, à quibuscumque (a) comedere, & bibere, nisi tantum ab ipsis, pro quibus offertur: ut & sacerdos, qui offert, sine vitio sit: & ut pro vitiosis mundandis posset offerri. Hoc certè omnes desiderant, & cupiunt, qui pro se offerre sacrificium Deo volunt. Quis ergo tam justus, & sanctus sacerdos, quàm unicus filius? Non quia opus vita, adducuntur. Et quid tam amabiliter, & acceptabiliter ab omnibus sumetur, quod pro eis offertur, quam Christi humana caro? & quid tam acceptum, & aptum immolationi, quam caro Christi mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis viciis, & peccatis mortalium, quam sine ulla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in utero ex utero virginali? Et quid tam gratè offerri, & suscipi possit, quam caro sacrificii nostri, corpus Christi perfectum sacerdotis nostri?

(a) comedi & bibi.

Sacrificium quomodo offertur.

Et quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, id est, *cui offeratur: à quo offeratur: quid offeratur: pro quibus offeratur*, hoc totum ipse unus, verusque mediator Christus per sacrificium pacis reconcilians nos Deo: & fecit unum cum illo manere, cui offerebat. Unum in se facere, pro quibus offerebat. Panis hic, qui offertur super altare, ut suprà jam diximus, corpus Christi de illo grano tritici, quod cecidit in terram, & mortuum est. Et de illo grano multa nata sunt grana, quod est Ecclesia, & nos, Deo miserante, inde sumus: tamen si seminemus spirituales, & renascemur de Deo Patre, & Ecclesia matre. De quibus Evangelista dixit: *Qui non ex sanguinibus neque ex* (b) *voluptate carnis, neque ex voluptate viri: sed ex Deo nati sunt.* Illum panem, quod corpus est Christi, lignum crucis coxit, erimus cum eo unus panis. Si & nos ipsa crux coxerit, erimus ejus corpus. Qui non manducat hunc panem, quod est corpus Christi, vivere non potest. Sicut nec ille vivere potest in carne, qui hunc panem corporalem non prandet: sicut ipse ait: *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi, si quis ex ipso manducaverit, vivet in æternum.* Vinum, quod offertur super altare, sanguis Christi est, de illa vite vera, quæ dixit: *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola.* Apostolus dixit: *Vos vero palmites.* Palmites vero (c) potantur, & purgantur, ex ipsis gignuntur acini, id est, sancti, qui de doctrina nascuntur Apostolorum. Unusquisque acinus pendens de palmite, unusquisque servus Dei est, tam monachus, quam laicus. Grana acini virtutes ejus sunt, id est, charitas, castitas, humilitas, veritas, obedientia, jejunium, eleemosyna, oratio, vigilia, lingua benivola, mansuetudo, patientia: & cætera, quæ ad virtutum opera pertinent: & multorum granorum majorem facit acinum, cum multa habuerit in se dona virtutum.

Panis quomodo corpus Christi.

Joan. 1. 13.

(b) Vulg. voluntate.

Joan. 6. 51.

Vinum quomodo sanguis.

Joan. 15. 1. & 5.

(c) pro *putantur* Hispanismus.

Vitis verò, ut diximus, Christus est: & Pater agricola. Solus Christus vitis est. Solus Pater agricola non est, quia communis est operatio Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Christus, in quo æqualis est Patri, agricola est cum Patre. In quo minor Patre, vitis est vera. Et quare dixit *vitem veram?* Quia sunt vites sylvaticæ: sunt vites agrestes; quorum non est Pater agricola: quos nemo claudet, nemo putat, nemo purgat. De quibus ipse Dominus ait: *Et Pater meus purgabit eum, ut plus fructus afferat.* Non est de ipsis vitibus, sed illius vitis est quam expectavit, ut *faceret uvas, fecit autem labruscas.* De qua Propheta dicit: *Uva eorum, uva fellis.* Et de qua Dominus loquitur ad Iherusalem: *Ego te plantavi vineam veram; quomodo mutata es in amaritudine vitis alienæ?* Amara vitis amarum vinum facit, quæ propinat Dominum nostrum Jesum Christum. Ut impleatur quod scriptum est: *Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potaverunt me aceto.* De quo vino: *Dum gustasset, noluit bibere.*

Christus est vitis.

Joan. 15. 2.

Deut. 32. 32. *Jerem.* 2. 21.

Psal. 68. 22. *Mat.* 27. 34.

Hoc totum quid est? Nisi tunc Judæa in Lege, qui non cognovit filium Dei per legem: sed negavit, & crucifixit. Nunc in Ecclesia hæretica pravitas, qui non cognoscit filium Dei per Evangelium: sed eum hominem similem dicit esse hominibus,

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

& membra ejus, quod eſt Eccleſia, non cognoſcit; ſed quotidie crucifixit. Sed quia de vite falſa tractanda à vera vite ſententiam elongavimus, ad noſtram vitem veram, & ad noſtrum granum tritici, ſine quo vivere non poſſumus, redeamus.

Et hunc panem vivum, qui in Chriſti frangitur menſa, manducemus, & ſorbendo parvuli deglutiamus, dum ad ſolidum cibum quandoque veniamus: ut Patrem, cujus filii per gratiam ſumus, ipſo fovente cognoſcere valeamus. Hic panis, & vinum cùm comeditur, & bibitur, fit corpus, & ſanguis Verbi. Ita enim Dominus, qui *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*; propter miſericordiam ſuam: qui non contempſit, quod creavit, in transformationem ſuam caro factus eſt, & *habitavit in nobis:* ſicut ſcitis, quia ipſum Verbum aſſumpſit hominem, id eſt, animam rationalem, & carnem hominis, & homo factus eſt manendo Deus. Propter hoc, quia factus eſt homo pro nobis, commendavit nobis iſto ſacramento corpus, & ſanguinem ſuum, quod etiam fecit, & nos ipſos. Et nos corpus ipſius facti ſumus per miſericordiam ipſius, quod accepimus, noſtrumque Corpus Chriſti accipimus, & audi, quid dicit: *quia ipſum corpus nos ſumus.* Et verum eſt, quia unum triticum eſt: & unum ſemen grani multa grana molita, una farina eſt. Et una farina conſperſa, & cocta unus panis eſt. Recordamini, quid fuit creatura iſta in agro. Quomodo eam terra peperit, pluvia nutrivit, ad ſpicam perduxit, deinde labor humanus ad aream portavit, trituravit, ventilavit, & recondidit, portavit, moluit, & coxit, & vix aliquando ad panem perduxit. Hoc totum vos eſtis. Recordamini & vos, quia non fuiſtis, & creati eſtis, & aream Dominicam compoſuiſtis laboribus boum, id eſt, nunciantes Evangelium triturati, quando catechumeni dicebamini, in horreo ſervabamini, nomina veſtra dediſtis, cœpiſtis moli jejuniis, & exorciſmis. Poſtea ad aquam veniſtis, conſperſi eſtis, & unus panis facti eſtis.

Chriſtus quomodo manducandus in menſâ. *Joan.* 1.

Accendente verò favore Spiritus Sancti in una dilectione charitatis in una fide, & in ſpe cocti eſtis, panis dominicus facti eſtis: ſicut & iſte panis, qui ſuper altare ſacratus eſt, qui corpus Chriſti eſt: & ex multis granis unus panis, & unus cibus noſter eſt, & in membris noſtris trajicitur: ſic & nos cum in una ſpe, fide, & charitate fuerimus, cibus Domini ſumus, & in membris ejus transformamur. Ecce Euchariſtiam, id eſt, bonam gratiam, quam accepiſtis, oculis veſtris vidiſtis. Quomodo de multis granis factum eſt unum, ſic unum eſtote & vos, diligendo, gemendo unam fidem, unam ſpem, indiviſam charitatem: quia illi, qui mali ſunt non quærunt, niſi diviſionem: hæreticus non quærit, niſi ſeparationem, & hoc elaborat, ut ſcindat, & non ſarciat: ut rumpat, non jungat. Separat Verbum à carne: & ſeorſum prædicat Deum, & ſeorſum hominem. Separat caput à corpore: ſeorſum prædicat caput, & ſeorſum corpus: & neſcit infelix, quia Deus, & homo unus eſt Chriſtus, & caput Eccleſiæ ſuæ, in quo homo & Chriſtus: & caput Chriſti Deus eſt, id eſt, tota divinitas caput eſt homini, quem ſolus ſuſcepit filius. Et homo filius eſt caput Eccleſiæ ſuæ, quæ illi capiti conjungitur, & fit totus Chriſtus, id eſt, caput, & corpus una perſona. Non ſunt hæretici cibus Domini. Non enim de illis dixit Dominus: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me: & perficiam opus ejus.* Opus ejus eſt, ex multis granis unum panem, id eſt, ex multis animabus unam animam in una charitate, in una fide, & in una ſpe. (a) Nam ſi animæ, quas in una fide congregat, cibus Dei non eſſet, non diceret diſcipulis ſuis: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* Quod tunc completum eſt, quia multi in eum crediderunt Samaritani: & mulieri dicebant: *Quia non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim vidimus, & ſcimus, quare hic eſt vere Salvator mundi.* Sicut enim panis iſte ex multis granis indicat unitatem: ſic & vinum ex multis acinis, queîs effluxit eodem, & in unum eſt totum, & unum efficit potum, & in ſua vita, & de uno calice ſumitur: ſed tamen poſt preſſuram torcularis. Nam ante torcular, unum dici non poteſt, nec bibi: quia adhuc diviſum videtur in acinis: ſicut nec grana, niſi excutiantur à paleis. Nam perſecutores noſtri ipſi excutiunt paleam, cum ab ipſis trituramur. Ipſi fæcem uvæ, cum ab ipſis torquemur. Genu flexo debemus pro eis orare, à quibus efficimur cibus Dei. Sicut vinum poſt torcular mittitur in calicem; ſic & nos poſt illa jejunia, poſt laborem, & humilitatem, & contritionem jam in nomine Chriſti tanquam in calicem Domini veniſtis. Et panis ibi vos eſtis in menſam; & vinum ibi vos eſtis in calicem. Nobiſcum hoc eſtis, quod ſumus. Simul enim hoc ſumus, quod eſtis. Et unus calix eſt, in quo ſumus, quia uno paſſio eſt Chriſti, & una mors, qua omnes redempti ſumus. Simul bibimus, cum ſimul non vivimus.

Fideles in Chriſtum transformantur.

Joan. 4. 34.

(a) Videtur deeſſe *facere*, aut ſimile quid.

Joan. 4. 32. 1. *Joa.* 4. 42.

Ordo autem Miſſæ, vel orationum, quibus oblata Deo ſacrificia conſecrantur, primo à ſancto Petro eſt inſtitutus: cujus celebrationem uno, eodemque modo univerſus peragit orbis. Quæ prima oratio ejuſdem Miſſæ ammonitionis erga populum eſt: ut omnes excitentur ad exorandum Deum. Secunda invocationis ad Deum eſt, ut clementer ſuſcipiat preces fidelium, oblationemque eorum. Tertia autem effun-

Miſſæ explicatio. Ex lib. de officiis Eccleſ. divi Iſidori.

ditur

Digitized by Google

ditur pro offerentibus, ſive pro defunctis fidelibus, ut per ipſum ſacrificium veniam conſequantur. Quarta poſt hæc infertur pro oſculo pacis, & charitatis, ut reconciliati omnes invicem conſocientur dignè per ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti: quia non recipit diſſenſionem, nec diviſionem alicujus, Chriſti indiviſibile corpus. Quinta deinde infertur inlatio in ſanctificatione oblationis, in qua etiam ad Dei laudem terreſtrium creaturarum, virtutumque cœleſtium angelorum univerſitas provocatur, & Oſanna in excelſis cantatur, quòd Salvatore filio Dei Domino noſtro Jeſu Chriſto de genere David naſcente, ſalus mundi uſque ad excelſa pervenerit. Porro ſexta proinde ſuccedit confirmatio ſacramenti, ut oblatio, quæ Deo offertur ſanctificata per Spiritum Sanctum Chriſti corpori, & ſanguini confirmetur. Ultima verò oratio Dominica eſt, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus diſcipulos ſuos orare docuit, dicens: *Cum oratis, dicite: Pater noſter, qui es in cœlis.* In qua oratione, ut Patres ſcripſerunt, ſeptem petitiones continentur: ſed in tribus primis æterna poſcuntur: in ſequentibus quatuor temporalia, quæ tamen propter æterna adquirenda petuntur. Nam cum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.* Hîc inchoantur, ſed in illa vita (a) ſperantur: ubi ſanctificatio Dei, & voluntas, & regnum in ſanctis ſuis immortaliter permanebit. Jam verò panis quotidianus, qui vel animæ, vel carni tribuitur, in hoc ſæculo expoſcitur; hic etiam poſt ſubſidium cibi, venia de exemplo fraternæ indulgentiæ poſtulatur. Hîc ne in peccati tentationem incidamus, expoſcimus. Hic poſt omnia, ut à malis liberemur, Dei auxilium imploramus. In illo autem ſæculo nihil iſtorum eſt. Hanc itaque orationem ſalvator docuit; in qua & ſpes continetur fidelium, & confeſſio peccatorum: De qua Propheta prædicans ait: *Et erit, omnis, qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.* Hæ ſunt autem ſeptem ſacrificii orationes commendatæ Evangelica doctrina. Cujus numeratio inſtituta videtur, vel propter ſeptenariam ſanctæ Eccleſiæ univerſitatem, vel propter ſeptiformem gratiæ ſpiritum, cujus dono ea, quæ inferuntur ſanctificantur.

SÆC. VIII. ANNO 785.

Matt. 6. 9. Luc. 11. 2.

(a) perficiuntur.

Symbolum autem, quod tempore ſacrificii ab omni populo prædicatur, 318. ſanctorum Patrum collatione apud ſynodum Nicænam eſt editum: cujus veræ fidei regula tantis doctrinæ fidei myſteriis præcellit, & de omni parte fidei loquitur, ut nulla penè ſit hæreſis, cujus per ſingula verba, vel ſententias, non reſponderit. Omnes enim errores, impietatemque fidei, atque blaſphemias calcat. Et ob hoc in univerſis Eccleſiis pari confeſſione populo proclamatur. Benedictionem autem dari à ſacerdotibus populo, antiqua per Moyſen benedictio pandit, & comprobat. Quia benedicere populo ſub ſacramento trinæ invocationis jubetur. Ait enim ad Moyſen Dominus: *Sic benedices populum meum, & ego benedicam illos. Benedicat te Dominus, & cuſtodiat te, illuminet Dominus faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui, & tollat Dominus faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem.*

S. Iſidorus. Symbolum Concilii Nicæni.

Num. 6. 24. Eccl. 36. 19.

Sacrificium autem, quod à Chriſtianis Deo offertur, ut ſupra diximus, primus Chriſtus Dominus noſter inſtituit, quando commendavit Apoſtolis corpus, & ſanguinem ſuum priuſquam traderetur, ſicut & legitur in Evangelio. *Accepit Jeſus*, inquit, *panem, & calicem, & benedicens dedit eis.* Quod quidem ſacramentum Melchiſedech rex Salem figuraliter in typum corporis, & ſanguinis Chriſti primus obtulit: primuſque myſterium tanti ſacrificii imaginariè ipſe expreſſit, præferens ſimilitudinem Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Sacerdotis æterni; ad quem dicitur: *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech.* Hoc ergo ſacrificium Chriſtianis celebrare præceptum eſt, relictis, ac finitis Judaicis victimis, quæ in ſervitute veteris populi celebrare imperata ſunt. Hoc itaque fit in nobis, quod Dominus nobis ipſe fecit: quod (b) manere ab cœna in veſperum obtulit. Sic enim Chriſtum oportebat hoc implere circa veſperum diei, ut hora ipſa ſacrificii oſtenderet veſperum mundi. Proinde autem non communicaverunt jejuni Apoſtoli: quia neceſſe erat, ut Paſcha illud typicum ante impleretur, & ſic denuò ad verum Paſchæ ſacramentum tranſiret. Hoc enim in myſterio factum, quod primum diſcipuli corpus, & ſanguinem Domini non acceperunt jejuni. Ab univerſa autem Eccleſia nunc à jejunis ſemper accipitur. Sic enim placuit Spiritui Sancto per Apoſtolos, ut in honore tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi. Et ideo per univerſum orbem mos iſte ſervatur. *Panis enim, quem frangimus, corpus Chriſti eſt*; quia dixit: *Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi.* Vinum autem ſanguis ejus eſt. Et hoc eſt, quod ſcriptum eſt. *Ego ſum vitis.* Sed panis, quia corpus confirmat; ideo corpus Chriſti nuncupatur. Vinum autem, quia ſanguinem operatur in carne: ideo ad ſanguinem Chriſti refertur. Hæc autem dum ſunt viſibilia ſanctificata, tamen per Spiritum Sanctum in ſacramentum divini corporis tranſeunt.

Matth. 26. 26. Mar. 14. 22.

Pſal. 109. 4.

(b) Videtur locus mendoſus.

1. Cor. 10. 16.

Joan. 6. 41. & 51.

Proinde autem, ut ſanctiſſimus Cyprianus ait: Calix Dominicus ideo vino mixtus aqua offertur, quia videmus in aqua populum intelligi. In vino vero oſtendit ſanguinem

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

guinem Chriſti. Quando autem in calice aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur; & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur, & jungitur. Quæ copulatio, & conjunctio aquæ & vini, ſic miſcetur in calice Domini, ut commixtio illa ab invicem non poſſit ſeparari: ſicut nec Eccleſia poteſt à Chriſto dividi. Sic autem in ſacrificando calicem Domini, offerri aqua ſola non poteſt, quomodo nec vinum ſolum. Nam ſi vinum tantùm quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis: Si verò aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quando autem utrumque ſic miſcetur, & adunatione confuſa ſibi invicem copulatur, tunc ſacramentum ſpirituale, & cœleſte perficitur. Sic vero non poteſt calix Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi utrumque ſibi miſceatur: quomodo nec corpus Domini, nec poteſt eſſe vinum ſolum, aut aqua ſola, niſi utrumque ad invicem fuerit copulatum, & panis hujus compage ſolidatus: quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus: ut quemadmodum grana multa in unum collecta, & commolita, & commixta panem unum faciunt: ſic in Chriſtum, qui eſt panis cœleſtis, unum ſciamus eſſe corpus, cui conjuctus ſit noſter numerus, & adunatus.

Ex Iſid. lib. de offic. Dogma Patrum.

Dicunt aliqui, ſemper communicare debet Chriſtianus, niſi aliquo intercedente peccato, corpus Domini quotidie accipiendum. Hunc enim panem dari quotidie nobis, jubente Domino, poſtulamus, dicentes: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Quod quidem bene dicunt, ſi hoc cum religione, & devotione, & humilitate ſuſcipiant: nec confidendo de juſtitiæ præſumptione ſuperbiendo faciant. Cæterum ſi talia fuerint peccata, quæ quaſi mortuum ab altari removeant, prius agenda pœnitentia eſt: ac ſic deinde hoc ſalutiferum medicamentum ſuſcipiendum. *Qui enim manducaverit indignè, judicium ſibi manducat, & bibit.* Hoc eſt enim indignè accipere, ſi eo tempore quis accipiat, quo debet agere pœnitentiam. Cæterum ſi tanta non ſunt peccata, ut excommunicandus quiſque judicetur, non ſe debet à medicina dominici corporis ſeparare: ne dum fortè diu abſtinens prohibetur, à Chriſti corpore ſeparetur. Ipſe enim vivit, qui corpus Domini ſemper comederit. Et manifeſtum eſt enim eos vivere, qui corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti attingunt. Unde timendum eſt, ne dum ſatis quiſque ſeparatur à Chriſti corpore, alienus maneat à ſalute, ipſo domino dicente: *Niſi comederitis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Qui enim jam peccare quievit, communicare non deſinat.

Semper communicare debere Chriſtianum.

1. Cor. 11. 28.

Joan. 6. 54.

Conjugati ab uxoribus abſtineant.

Conjugatis autem abſtinendum eſt à coïtu plurimis diebus, atque orationi vacare, & ſic dein ad Chriſti corpus accedere. Relegamus Regnorum librum, & inveniemus ſacerdotem Abimelec de panibus propoſitionis noluiſſe comedere prius David, & pueros ejus, niſi ante interrogaret, utrum mundi eſſent pueri à mulieribus: non utique ab aliena, ſed à conjuge. Et niſi eos audiſſet ab heri, & nudiuſtertius vacaſſe ab opere conjugali, nunquam panes, quos prius negaverat, conceſſiſſet.

Hieronymus.

Quantum inter propoſitionis panes, & corpus Chriſti, quanta differentia eſt *inter* umbram, & corpus, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ipſa, quæ exemplari præfigurabantur. Quapropter eligendi ſunt aliqui de *his*, quibus prius homo continentius vivat, per quem ad tantum ſacramentum dignus accedere poſſit.

Oratio pro defunctis.

Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerre, vel pro eis orare, ab Apoſtolis traditum eſt. Hoc enim ubique catholica tenet Eccleſia, per totum orbem terrarum conſtituta: ſicut & à ſancto Auguſtino, in libro Enchiridii ſcribitur: Defunctorum animas ſine dubio pietate ſuorum viventium revelari, cum pro illis ſacrificium offertur, vel eleemoſynæ fiunt: ſi tamen aliquid ſibi quiſque meritum præparavit, dum adhuc in corpore viveret, iſta proſint, quæcunque per illos fiunt: nam non omnibus proſunt, niſi propter differentiam vitæ, quam quiſque geſſit in corpore. Nam pro valde bonis, gratiarum actiones ſunt. Pro non valde malis, propiciationes ſunt. Pro valde malis, etiam ſi nulla ſunt adjumenta mortuorum, qualeſcumque vivorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſſio: aut certè, ut tolerabilior fiat ipſa damnatio.

Inviſcerantur in Chriſtum fideles.

1. Tim. 2. 5.

Hoc totum quare diximus, niſi quia omnes in uno ſacrificio mediatoris reconciliamur? Quia *ipſe eſt mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus.* Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, una perſona. Obinde manducamus corpus ejus, & ſanguinem ejus bibimus: ut ſicut illud in nos inviſceratur, & trajicitur viſibiliter: ſic nos in illo transformamur, & inviſceramur: quia ſacramentum eſt: myſterium eſt. Quid myſterium, niſi ſecretam, & reconditam habens diſpoſitionem? Sed quis ſapiens, & quis prudens, hæc ſine ſpiritu Dei poteſt liquido comprehenſa tenere, niſi ipſe rerum omnium dominus myſteriorum ſuorum inluminator petentibus nobis, & quærentibus, cuncta revelare voluerit, ſicut per Eſaiam Prophetam ait: *Aperiam theſauros inviſos, & obſcuros.* Et iterum Evangelico ore ammonet, dicens: *Petite, & accipietis: pulſate,*

Iſa. 45. 3. *Vulg.* dabo tibi theſauros abſcondi-

Digitized by Google

ſate, & aperietur vobis: quærite, & invenietis. Quo dicto compellit obliviſcentes: & ſtimulat longa pigricia torpentes: ut nec pigri ſint ad requirendum: nec deſperati ad inveniendum. *Nihil enim eſt*, inquit, *occultum, quod non manifeſtetur: aut abſconditum, quod non reveletur, aut ſciatur. Omni enim petenti dabitur: & pulſanti aperietur: & qui quærit, invenit.* Chriſtus eſt panis, & lac: & nos filii, qui ex ipſo paſcimur. Nam cùm dicimus: *Pater noſter, qui es in cœlis*, nec ſoli Patri dicimus, nec ſoli Filio, nec ſoli Spiritui Sancto: ſed toti Trinitati, uni Deo. Et cùm dicimus: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, petimus ab uno Patre, ut det nobis illum panem, id eſt, cognoſcamus filium ſuum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: qui dixit: *Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi, ſi quis ex ipſo manducaverit, vivet in æternum.* Et utique ipſe cum Patre, & Spiritu Sancto panis eſt fortibus, qui dentes habent. Filius verò Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & panis eſt cum Patre in divinitate fortibus: & ipſe ſolus lac, & in carne parvulis. Et hanc carnem manducando parvuli, & hunc ſanguinem bibendo, veniunt ad ſolidum cibum, quod eſt ipſa Trinitas unus Deus. De hoc lacte Paulus Apoſtolus ad Corinthios ſcribens ait: *Non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Quaſi parvulis* (a) *in fide lac vobis potum dedi, non eſcam. Nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis, adhuc enim eſtis carnales.*

SÆC. VIII. ANNO 785.

tos, & arcana ſecretorum.

Joan. 16. 24.

Luc. 18. 17.

Matth. 10. 26.

Matt. 7. 8.

Matth. 6. 10.

Joan. 6. 51.

1. *Cor.* 3. 1.

(a) in Chriſto *Vulg.*

Primùm ergo ſcire debet Chriſtianus, quod ipſe Chriſtus crucifixus, quo velut lacte, parvulos aluiſſe dicit Apoſtolus; ipſa vero caro ejus, in qua facta eſt vera mors ejus, & vulnera confixi, & ſanguis percuſſi, non eo modo à carnalibus, quo à ſpiritualibus cogitantur. Carnalibus enim, ut diximus, lac eſt: ſpiritualibus cibus. Quia etſi (b) ſpiritualibus non audiunt amplius, quam (c) communiter audiunt Chriſtum, intelligunt amplius de Chriſto. Non æqualiter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab utriſque percipitur. Ita fit, ut prædicatus ab Apoſtolis Chriſtus crucifixus: & Judæis (d) eſſe ſcandalum, & Gentibus (e) ſtultitiam: & ipſis vocatis Judæis, & Græcis Dei virtus, & Dei ſapientia. Sed carnalibus parvulis id tantum credendo (f) perientibus: ſpiritualibus autem capacioribus id etiam intelligendo videntibus. Illis etiam tanquam lacteus potus; iſtis tanquam ſolidus cibus. Non quia illi carnales aliter in populis cognoverunt Chriſtum: & iſti aliter in cubiculis. Sed à modo utrique cum palàm Chriſtus nominabatur, & audiebant omnes uno modo Chriſtum: ſed non omnes uno modo credebant: ſed alii credebant, alii deſpectum habebant talem Deum credere: alii irridebant talem Deum eſſe.

Modus quo Chriſti caro manducatur.

(b) f. ſpirituales.
(c) f. quàm qui.
(d) fit.
(e) ſtultitia.
(f) f. Experientibus.

Sicut & hodie increduli Pagani faciunt: quia Deus factus eſt homo: Ipſa eſt humilitas, quæ diſplicet paganis, unde nobis inſultant dicentes: Qualem Deum colitis, qui natus ex muliere eſt? Qualem Deum colitis, qui ab hominibus comprehenſus eſt, & crucifixus eſt, & mortuus, & ſepultus eſt? Hoc facit ſcandalum paganis: Hoc Judæis. Quia *in ſapientia Dei non cognovit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes.* Quid eſt *ſapientia*, niſi verbum Patris? niſi Divinitas? niſi Deus? Quid eſt *ſtultitia*, niſi caro ipſius Verbi? niſi humanitas ipſius Divinitatis, niſi homo Chriſtus ab ipſa ſapientia ſuſceptus? Sed ſtultitia dicta eſt, ut per ipſam ſtultitiam veniant ad ſapientiam, quod eſt divinitas, Deus. Sed credentes, quia placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere. Qui ſunt credentes, qui ſalvi fiunt? Qui credunt, quod ipſe eſt verus Dei filius, & verus Deus, & ipſe ſolus eſt adorandus, quem Judæi comprehenderunt, & crucifixerunt, & occiderunt, & mortuus eſt. Quia reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus: & nunc ſalvi erimus in vita ipſius. Et ideo gloriemur in Deum per Jeſum Chriſtum, per quem reconciliationem accepimus. Per mortem filii ſumus reconciliati: & tamen nihil in illo aliud potuit mori, niſi ſola caro. Et hoc ſolùm in illo viderunt Judæi, quod crucifixerunt, quod occiderunt, quod mortuum eſt. Sed cùm caro mortua eſt ſola, Dei filius ſolus mortuus eſt: quia ſolus in hoc mundo venit: & adventus ejus ipſa caro eſt. Et ipſa caro exanimis jacebat mortua: ſed Verbum *caro* factum, non fuerat mortuum: quia cum carne ipſum verbum immortale, & inſeparabile erat carni ſuæ in ſepulchro, ſicut & verbum *caro* factum in utero. Et Patri ſemper æqualis permanſit, cum in ſepulchro carne mortuus jacuit: & in anima ad inferna deſcendit. Per carnem venit, & ipſa via ejus caro eſt: & ipſe adventus ejus homo eſt: pro quo & laboravit ex itinere: Deus autem ſempiternus, id eſt, divinitas ipſius hominis, qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec eſt inveſtigatio vitæ ejus. Attamen tanta unitate perſonæ, ut ſine dubitatione, & homo, qui mortuus eſt, credatur Dei filius Deus verus, & verus Deus, Verbum Patris filius, credatur homo verus, qui ſub Pontio Pilato crucifixus, hoc ipſum Paulo Apoſtolo atteſtante, qui ait: *Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Et tamen hoc, quod deſpectum in eo viderunt, crucifixerunt: non hoc, quod Dominus gloriæ eſt. Nam quod homo dicitur filius Dei verus, & Deus verus, ipſe Dominus de ſe dicit:

Chriſtus irriſus à Paganis.

1. *Cor.* 1. 21.

1. *Cor.* 2. 8.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo.* Et tamen illum hominem, quem Deus Verbum ſolus aſſumpſerat, non eum adhuc in cœlo impoſuerat, ſicut nec de cœlo eum ſecum adduxerat: ſicut & de illo legitur: *Filius hominis deſcendit de cœlo*, & filius Dei crucifixus eſt in terra. Sed hoc totum verum eſt, quia ex utroque unus Chriſtus filius Dei eſt: quia ipſe deſcendit de cœlo, & ipſe eſt filius Dei, qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt in terra. Nam & Diabolus, cum eum tentaret, dixit: *Si filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant.* Et alio loco dixit: *Scimus, quia ſis filius Dei. Qui veniſti ante tempus torquere nos?*

Joan. 3. 13.

Matth. 4. 3.

Diabolus ſcivit Chriſtum eſſe Deum.

Antiquus itaque hoſtis redemptorem humani generis Deum debellatorem ſuum, in mundum veniſſe cognovit: qui tamen priuſquam eum paſſibilem videret, (a) cum poſſe mortalia pati, quem hominem videbat, omne, quod de ejus divinitate credidit, elatione ſuæ ſuperbiæ in dubium venit. Nihil quippe humile ſapiens, niſi tantum quod ſuperbum erat. Dum hominem eſſe humilem conſpicit, Deum eſſe dubitavit. Unde ad tentationum argumenta ſe convertit, dicens: *Si filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant.* Quia igitur paſſibilem vidit, non Deum natum, ſed Dei gratia cuſtoditum credidit. Quid de hominibus dicere poſſumus, quanta humilitate habuit filius Dei? cum & ipſe diabolus, qui omnes tentabat ad peccandum, & aliquid ſuum in illis cognoſcebat, & in Chriſto, ubi nihil ſuum cognovit, cum diceret: *Scimus enim, quia ſis ſanctus:* Et eum Deum eſſe dubitavit. Et hoc humilitas faciebat, id eſt, humanitas, quam aſſumpſerat. Et ipſa humanitas omnes ſuperbos, & elatos ſcandalizabat, ſicut, & hodie ſcandalizat. Nam cum nunc omnes audiunt Chriſtum, non omnes uno modo capiunt Chriſtum. Nam ſi omnes interroges Chriſtianos & dicas: Creditis Chriſtum? omnes uno ore reſpondebunt tam catholici, quam hæretici; tam boni, quam mali, & dicent; Credimus. Et hoc tantum ore profitentur hæretici: ſed in corde aliud ſuſpicantur eſſe Chriſtum, quod non eſt Chriſtus. Et tamen in toto mundo bona fama reſonat Chriſti: quia ubique eſt Eccleſia Chriſti, quæ legit ſcripturam de Chriſto, & laudat Chriſtum. Et cum omnes laudem, & bona ſe putent dicere de Chriſto: & tamen falluntur: quia dicunt aliquid de Chriſto, quod non eſt Chriſtus.

(a) f. cum.

Matth. 4. 3.

Obſcurus locus.

Varia de Chriſto fides.

Non poteſt verum dicere de Chriſto, de cujus ore non loquitur Spiritus Sanctus: ſicut ipſe Dominus ait: *Non enim vos eſtis, qui loquimini: ſed ſpiritus Patris veſtri, loquitur in vobis.* Deum credunt eſſe Deum, & bonum eſt: ſed cum Chriſtum hominem crucifixum non credunt eſſe Deum, malum eſt: & dicunt ſe Deum laudare, & ei gloriam dare: ſed non eſt vera gloria: quia falluntur. Nam & bonum putant eſſe, quod bonum non eſt. Et Chriſtum putant eſſe, quod Chriſtus non eſt. Unigenitum filium æqualem non eſſe Patri, non eſt bonum. Filium Virginis Mariæ non eſſe Dei filium, non eſt bonum. Veritatis carnem non eſſe veram carnem, non eſt bonum. Nam inæqualem Patri eſſe filium, Arii fides eſt. *Quem Virgo peperit non eſſe filium Dei, Elipandi fides eſt.* Veritatis carnem non eſſe veram carnem, Manichæorum fides eſt. Sed quia hoc totum nihil eſt bonum; quia hoc non eſt Chriſtus, in utroque falluntur, nec dant veram gloriam Chriſto, quamvis apud eos eſſe videatur cum laude bona fama de Chriſto.

Math. 10. 20.

Et omnes plane hæretici, quos commemorare nimis longum eſt, qui de Chriſto non rectè ſentiunt, ideo errant, quia eum non laudant ore, cum de corde vera non ſentiunt. Sed cum eos catholicus reprehenderit, (b) victi ſe reddere nolunt; ſed unde convincant, novum dogma excogitant. Sic fecerunt Arius, vel cæteri, qui aliud putaverunt eſſe, quam erat Chriſtus filius Dei. Nam ſicut nos ſumus filii eorum, qui ſic credimus in Eccleſia catholica, ut illi crediderunt Chriſtum: ſic nunc ſunt filii hæreticorum, qui negat hominem Deum eſſe Chriſtum. Nova proferunt, quia ſapientes videri volunt. De ipſis Propheta dicit: *Hi ſunt filii, ſicut novellæ plantationum in juventute ſua.* Plantatio eorum non eſt vetus: ſed novella eſt. Non enim de veteri lege; non eſt de Prophetis, non eſt de Apoſtolis, ſed de novis magiſtris eſt. Novi ſunt, quia nova, & ſemper de Chriſto excogitant. Semper juvenes ſunt. Licet multæ ſint hæreſes, tamen quotidie mutantur, & nova quotidie inveniunt. Noverunt ipſæ hæreſes, licet veteres ſint, tamen cum quotidie doctrinam ſuam innovant, novi ſunt. Novi enim veterum ſunt magiſtrorum errores, ſed quotidie ipſi nova inveniunt: quod Eccleſia non facit. Hæretici verò & (c) hæreticos detrahunt, quorum filii ſunt per doctrinam & fidem: & ipſorum verba reprehendunt: & tamen in altero ſenſu ipſa dicunt: quia novis verbis nihil aliud, quam ipſa ſunt, & ſemper mutant, & multa ſunt. Eccleſiæ tamen verba non ſunt multa, & ipſa non mutantur, quia firma ſunt: & nova non ſunt, quia ipſa tota in Symbolo ſunt. Et quidquid foras Symbolum eſt, hæreticorum verba ſunt.

(b) victos.

Pſal. 145.

(c) hæreticis.

Symbolum quid.

Nam multi non intelligunt hunc ſermonem, quare dicatur Symbolum. *Symbolum* enim Græcè, quod Latinè dicitur *indicium*, & *conlatio.* Indicium eſt, quia indicat, cui

Digitized by Google

cui credere debeamus, id est, uni Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Super Symbolum quid de Deo quæramus, tam in veteri, quam in novo Testamento scriptum non invenimus. Et *conlatio* dicitur Symbolum, hoc est, quod plures in unum conferunt. Nam hæretici singillatim sibi adveniunt, venenum, quod melle linitum afferunt, & parvulos occidunt. Hæc per Spiritum Sanctum videntes Apostoli, conlatione facta in unum, composuerunt symbolum: ut per ipsum falsos Apostolos convinceret Ecclesia. Nam dicunt majores nostri, quod post Ascensionem Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi hoc symbolum, breve sibi prædicationis indicium conferendo in unum, quod sentiebant, componunt: ne localiter ab invicem discedentes, diversum aliquid vel dissonum prædicaretur his, qui ad fidem Christi invitabantur. Et hac fide proficit Ecclesia: de qua dictum est per Prophetam: *Filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ.* Hæc *mensa*, scriptura sacra est. Panis, qui comeditur, Christi corpus est. Et corpus Christi, quod manducamus, non solum *panem & vinum, qui super altare offertur, corpus Christi est: sed & ipsum Evangelium corpus Christi est. Et cùm Evangelium legimus, & intelligimus, filii in circuitu mensæ, in una conlatione sedemus, & panem cœlestem manducamus. Non longe sunt à mensa Christi, qui omni hora dicunt: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

SÆC. VIII. ANNO 785.

Psal. 127. 3. Evangelium est corpus Christi. * l. panis. *Matth.* 6.

Hæretici dicuntur filiæ, id est, molles, & in fide vacillantes: De quibus dicitur: *Filiæ eorum compositæ, ut similitudo templi.* Compositæ dicuntur, quia sermo hæreticorum compositus est, & sensus sordidus. Ornata habent verba de sapientia sæculari. Inde dicuntur *filiæ circumordinatæ, ut similitudo templi.* Similitudo templi, non est templum: similitudinem habet Ecclesiæ. Sapientes se dicunt esse: quia vix ut rusticus, hæreticus dici potest. *Cellaria* hæreticorum *plena, eructantia ex hoc in illud*, quia semper paratæ sunt ad contendendum: ut si illos tenueris in uno testimonio, ad aliud transeunt. Si in Scripturis eos tenueris, majores proponunt, qui in diversis provinciis habitant, & ab ipsis hoc didicisse pronunciant. Nam cum dicimus illis; quia *Pater misit filium*, sicut ipse ait; *Pater, qui me misit, major me est:* Respondent illi contra nos. Deus non mittitur: Deus non subjicitur. Non servit: sed dispensatio mittitur. Si Deus ubique est, omnia in Deo sunt. Quomodo Deus ad aliquid mittitur, cùm Dei sint omnia? Difficile invenies hæreticos imperitos. Omnes enim magistri instructi sunt scientiâ sæculi. Nolunt in Scripturarum latitudine laborare: sed somniant, & *stertunt* in alto sopore, & eructant, quod somniaverint: & insuper cùm audacia in libris inserunt, & cum temeritate defendunt. Et hoc faciunt, ut ab auditoribus suis honorentur; & ab eis non solum laudis munera; sed etiam temporale subsidium accipiant, unde vivant, dicentes eis: *Si nos vobis spiritualia seminamus, dignum est, ut vestra carnalia metamus.* Obliviscentes illud Apostoli: *Manibus nostris operabamur, ne quemquam vestrûm gravaremus.* Multi nescientes beatos tales putant. Sed si beati sunt: qui non habent cum Apostolis callosas ex opere manus? Qui non ingrediuntur nudi cum reti mare istius sæculi, & sunt piscatores hominum? Qui non habent lutosos pedes? Non planè, quia sua quærunt: non quæ Jesu Christi. Et ubi deprehenditur in Ecclesia ipse hæreticus, qui sanctitatem ostendere religionis videtur, vitia emendat, bonum vult, malum non recipit, eleemosynas facit, captivos redimit, hospites suscipit, humanitatem habet, nudos vestit, infirmos, & incarceratos visitat, & aliquoties semetipsum in pœnitentia mactat, & cætera hujusmodi similia, quæ numerare longum est, quæ videtur facere, & tamen hæreticus potest esse.

Hæretici docti. *Psal.* 143. 13. Hæreticorum ingenium, moresque. *Joan.* 14. 28. *1. Cor.* 9. 11. *1. Thes.* 2. 9.

Sed dices: In quo potest deprehendi, qui sit hæreticus? Multa sunt: sed ex multis tria proponam, ex quibus deprehendatur à Catholicis in Ecclesia. Primum in fide vera. Per fidem enim vitæ largitas ad homines venit. Quod per Prophetam Deus ipse testatus est, dicens: *Justus autem meus ex fide vivit.* Apostolus Paulus ad Hæbræos dicit: „ Nos autem, fratres, non sumus subtractionis in perditionem: sed fi- „ dei in acquisitionem animæ. Est autem fides sperandarum substantia rerum argumen- „ tum non parentium. Per fidem enim testimonium consecuti sunt seniores. Fide „ intelligimus facta esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. Fide „ plurimum hostia Abel, quam Cain obtulit Deo: per quam testimonium consecutus „ est esse justus, testimonium perhibentibus muneribus ejus: & per illam defunctus „ adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est, ne videret mortem: & non invenie- „ batur, quia transtulit illum Deus. Ante translationem enim testimonium habebat „ placuisse Deo: sed tamen per fidem. Sine fide enim impossibile est placere Deo. „ Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia verè est Deus unus: & inqui- „ rentibus se remunerator sit. Fide Noë responso accepto de his, quæ adhuc non „ videbantur, metuens habitavit arcam in salutem domus suæ: per quam damnavit „ mundum; & justitiæ, quæ per fidem, hæres est institutus. Fide quoque vocatus „ Abraham

Tribus deprehenditur hæreticus. *Gal.* 3. 12. *Hebr.* 10. 38. *Hebr.* 10. 39. *Hebr.* 11. 1. sed Vulg. aliter.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

„ Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem. Et
„ exiens, neſciens quo iret. Fide moratus eſt in terra repromiſſionis, tanquam in
„ aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Jacob, cohæredibus repromiſſionis ejuſ-
„ dem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex & condi-
„ tor Deus. Fide & ipſe Sarra ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit, etiam
„ præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit eſſe, qui promiſerat. Propter quod
„ & ab uno orti ſunt omnes. Et hoc e mortuo tanquam ſidera cœli in multitudi-
„ nem: & ſicut arena, quæ eſt ad oram maris innumerabili. Juxta fidem defuncti
Hebr. 11. 13. „ ſunt omnes iſti, non adeptis repromiſſionibus: ſed à longe eas aſpicientes, & ſalu-
„ tantes: & confitentes, quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim
„ hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere: [*& non terrenam patriam, ſed cæle-*
„ *ſtem*,] Et ſi quidem illius meminiſſent regionis, de qua exierunt, habebant utique
„ tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cœleſtem [*Jeruſalem.*]
„ Ideo non confunditur Deus, vocari Deus eorum. Paravit enim illis civitatem
„ [*ſanctam Jeruſalem cœleſtem.*] Fide obtulit Abraham Iſaac, cum tentaretur. Et
„ unigenitum offerebat, qui ſuſceperat repromiſſiones, ad quem dictum eſt: Quia in
„ Iſaac vocabitur tibi ſemen, arbitrans, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus.
„ Unde eum & in parabola accepit. Fide & de futuris benedixit Iſaac Jacob, & Eſau.
„ Fide Jacob moriens, ſingulos filios Joſeph benedixit; & adoravit faſtigium virgæ
„ ejus. Fide Joſeph moriens, de profectione filiorum Iſrael memoratus eſt; & de
„ oſſibus ſuis mandavit. Fide Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus à paren-
„ tibus ſuis, eò quod vidiſſent elegantem infantem, & non timuerunt Regis edictum.
„ Fide Moyſes grandis factus, negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis: magis eligens
„ adfligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jocunditatem: majores
„ divitias æſtimans theſauris Ægyptiorum improperium Chriſti. Aſpiciebat enim in
„ remunerationem. Fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem Regis. In-
„ viſibilem enim tanquam videns ſuſtinuit. Fide celebravit paſcha ex ſanguinis effu-
„ ſione: ne qui vaſtabat primitiva, tangeret eos. Fide tranſierunt mare rubrum, tan-
„ quam per aridam terram. Quod experti Ægyptii, devorati ſunt. Fide muri je-
„ richo corruerunt circuitu dierum ſeptem. Fide Raab meretrix non periit cum in-
„ credulis, excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficit enim
„ tempus narrantem de Gedeon, Baruch, Samſon, Jepte, David, Samuel, & Pro-
„ phetis, qui per fidem vicerunt regna; operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repro-
„ miſſiones. Obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt
„ aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra ſubver-
„ terunt exterorum, acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alii au-
„ tem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, ut meliorem invenirent reſur-
„ rectionem. Alii verò ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carce-
„ res. Lapidati ſunt. Secti ſunt. Tentati ſunt. In occiſione gladii mortui ſunt.
„ Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis: egentes, anguſtiati, afflicti, *quibus*
„ dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, & in montibus, & in *ſpelun-*
„ cis, & in cavernis terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt
„ repromiſſionem. Deo pro nobis melius aliquid providente, ne ſine nobis conſum-
„ marentur.

Ecce hi Patres, qui adhuc ſub umbra fuerunt, quos Apoſtolus nominavit, per fidem ſalvi facti ſunt: & pro ipſorum deſcendit animabus ad inferna; & eas ſecum adduxit ad cœlos: & adhuc hodie illam repromiſſionem non acceperunt iſti majores.

(a) quoad corpus ſcilicet.

(a) Et ubi ſunt illi, qui dicunt, quòd hi, qui cum Chriſto reſurrexerunt, cum carne, & animabus in cœlos cum Chriſto aſcenderunt? Non concordant Apoſtolo, qui hoc loco dixit: *Non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non ſine nobis conſummarentur.* Quomodo ſunt cum carne in cœlo, ſi (b) adhuc illorum repromiſſione ſine nobis conſummarentur? Aut quomodo pars corporis Eccleſiæ, quæ caput habet in cœlo, pars aſcendit, & pars patitur adhuc, & pars jacet ſepulta? Et ubi erit illud, quod Joannes in Apocalypſi dicit: *Vidi ſubter altare animas interemptorum propter verbum Dei, & teſtimonium, quod habebant?* Non propter aliud occiſi ſunt; ſed propter verbum Dei, propter Verbum incarnatum, propter teſtimonium, quod habebant Jeſu Chriſti, quem prædicaverunt, expectaverunt, & viderunt: cui & clamabant voce magna, dicentes: *Uſquequo Domine ſanctus, & verus non judicas, & vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra?* Ubi illic adjungitur: *Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ.* Quæ ſunt ſingulæ *ſtolæ albæ*, niſi tantum animæ, quæ adhuc deſiderant corpora, ut adhuc in terram ſuam duplicia poſſideant, cùm omnium hominum fuerit reſurrectio? Sicut ſcriptum eſt: Non prima juſtorum, & ſecunda peccatorum, ut hæretici dejerant: ſed una reſurrectio omnium, & in ſemel.

(b) Locus mendoſus.

Hebr. 11.

Apoc. 6. 9.

Ibid. 10.

Ibid. 10.

Quod

Digitized by Google

Quod ut verius probem, audi quid sequitur: *Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ*, id est, lætitia animarum tantùm: *& dictum est illis, ut requiescerent: tempus adhuc modicum, donec compleatur numerus conservorum, & fratrum eorum.* Sed quia non hæc tractanda suscepimus, ad promissum ordinem redeamus; & quid sit vera fides, tractemus: *Quia sine fide nullus placere Deo potest.* Ut supra. *Ibid.* 10. *Hebr.* 11. 6.

Sæc. VIII. Anno 785.

Sed quia de veteri testamento jam cum Apostolo diximus, & una fides est, & unum Dominum credimus; ad novum Testamentum, ipso Domino præcedente, veniamus. Fide ipsa Virgo Angelo credidit, dicens: *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* Fide Elisabeth *matrem Domini* prædicavit: Fide Simeon cognovit Dominum. Fide Anna Dominum laudavit. Fide Centurio dixit: *Domine tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus.* Et Dominus miratus se sequentibus dixit: *Non inveni tantam fidem in Israel. Et ait ei: Vade; sicut credidisti fiat tibi.* Aut quid dicam? Fide Apostoli crediderunt. Fide cæci inluminantur. Fide diversæ valetudines curantur. Fide mulier fimbriam vestimenti tangens, salva facta est. Ad quam Jesus dixit: *Confide filia: fides tua te salvam fecit.* Fide mulier Cananæa importunè clamabat, dicens: *Domine adjuva me.* Respondens Jesus ait: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Et illa dixit: Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut credidisti.* Fide Gentilis populus credidit. Fide & hodie creditur. Sed multis modis fides variatur, & fides vera putatur, quæ fides vera non est. Sicut multis modis Christus unus prædicatur, & Christus putatur, qui Christus non est. Sic fides putatur vera, quæ vera non est. Fides falsa est, quæ sine charitate est. Denique postquam Apostoli Domino crediderunt, dixit Jesus: *Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis.* Pacem meam, *non sicut mundus habet pacem.* Siquidem mundi pax nostrum bellum est. *Meam pacem do vobis.* Bellum habet cum mundo, & meam pacem habebitis. *Et in hoc cognoscent omnes homines, quia mei discipulis estis, si dilectionem ad invicem habueritis.* Tunc illi omnes hoc præceptum acceperunt à magistro, facta conlatione, tantam habuerunt dilectionem, ut in duodecim illis corporibus *animam facerent unam, unum cor*, & voluntatem unam. Et qualiter crederet Ecclesia, non unus composuit Symbolum fidei: sed omnes singula verba posuerunt. Et quod corde crediderunt, dilectione demonstraverunt. Quod hæretici non faciunt: sed unusquisque sibi sapiens esse videtur: & non requirit membra, nec conlationem necesse habet: sed ad suam novam doctrinam omnes vult inclinare. Et cum catholicus noluerit eum audire, excitatur in discordiam. In hoc deprehenditur primùm, quia non habet fidem rectam. Secundò, quia non habet charitatem.

Fidei elogium. *Luc.* 1. 38. *Ibid.* 43. *Matth.* 8. 8. *Matth.* 8. 20. *Ibid.* 13. *Matth.* 9. 22. *Matth.* 15. 25. *Joan.* 14. 27. *Joan.* 13. 35. *Act.* 4. 32.

Tertiò, quia qualis ille, tales & discipuli ejus. Quia omnis magister in discipulis agnoscitur; sicut & Christus in Apostolis. Nam omnis magister, qui de doctrina Christi est, primum à domesticis cognoscitur, qualis sit. Sicut Apostolus docuit, *Domum suam bene regentem, filios habere subditos, cum omni castitate. Quia qui domum suam bene non regit, in domo Dei diligentiam, habere non potest.* Nam omnis, qui discipulos nutrit, in tantum eos instruit in fide vera, donec Christus formetur in illis: secundum Apostolum Paulum, qui dicebat discipulis: *Filioli mei, quos adhuc parturio, donec Christus formetur in vobis.* Item ipse: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Potuerat Dominus noster Jesus Christus uno die docere discipulos suos, si voluisset. Quia ipse erat Deus, qui illis inspirare potuerat una hora, quod multo tempore inspiravit. Sed pro hoc factum est, ut qui magistri ecclesiarum esse deberent, multo tempore per lac crescerent, & cum labore ad solidum cibum pervenirent: qui etsi multum laboraverunt; quia erraverunt, & dubitaverunt: Sed illorum erratio, nostra est correptio. Illorum dubietas, nostra est firmitas. Erravit Petrus, quia negavit. Dubitavit Thomas de resurrectione, quia dixit: *Nisi videro, non credam.* Dubitavit Cleophas, & Lucas Evangelista, quia dixerunt: *Nos putabamus eum, quòd ipse esset redempturus Israel.* Et cum non cognoscerent Christum, & interrogarentur ab eo, *quare essent tristes*, responderunt ei: *Tu solus peregrinus factus es in Jerusalem, & non cognovisti, quæ facta sunt in illa his diebus? Dixit eis Jesus: Quæ? Respondentes, dicentes: De Jesu Nazareno, qui fuit Propheta major in opere, & sermone.* Vides, quia non extimabant eum Deum esse, sed Prophetam? Dubitavit Philippus, qui dixit: *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Protinus audivit: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me, Philippe? Qui videt me, videt & Patrem meum. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est?* Hoc totum quare dico, quòd Apostoli erraverunt? Propter hæreticos, qui discipuli non fuerunt, & magistri sunt. Quod si in disciplina multo tempore in conlatione laborassent, ibi audissent, quid dicerent. Ibi reprehenderentur, ut emendarent. Ibi corrigerentur, quo errarent: donec Christus firmaretur in eis: & sic cum grandi labore orando, & humi-

1. Tim. 4. 3. *Gal.* 4. 13. *1. Cor.* 11. 1. *Joan.* 20. 25. *Luc.* 24. 19. *Luc.* 24. 17. *Joan.* 14. 8.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785. humiliando, quandoque ad ſolidum cibum pervenirent. Et cùm perveniſſent, jam dentes habentes ſolidum panem manducarent: *& parvulis frangerent, & darent*, id eſt, ſententias, quas mente parvuli non intelligunt, ipſi ea reſponderent. Sed quia ſibi ſapientes videntur, & pro deſpectu hoc facere nolunt, ideo magiſtri erroris fiunt; quia veritatis diſcipuli eſſe noluerunt. Diſcipuli quidem fuerunt: ſed de diſciplina ſæculari. Et ideo fures, & latrones in conlatione Eccleſiæ apparuerunt: quia *non per oſtium*, quod eſt Chriſtus, ſed aliunde primam cathedram aſcenderunt. Et inde cognoſcimus eos non eſſe veros paſtores; *quia* vocem illorum, id eſt, eos oves Dominicæ fugerunt.

Thre. 4. 4. *Joan.* 10. 2.

In his tribus plene deprehenduntur in Eccleſia hæretici, id eſt, in fide, & dilectione, & diſciplina. Qui enim rectè credit, & non diligit, Dæmon eſt. Dæmon credit, & non diligit. Nec iſte diſcipulus Chriſti eſt. Nam omnis, qui diligit, credit. Dilectio enim tantum in bonis rebus accipitur: amor verò, & in bonis, & in malis eſſe poteſt: quia & mali ſe amant, & non diligunt. Quia dilectio à duorum ligatione nomen accepit: quia ſic diligit alterum, ſicut ſeipſum. *Et eſt menſura dilectionis, in quo tota lex pendet, & Prophetæ. Diligis Deum ex toto corde: & proximum tuum, ſicut teipſum.* Reſtat ergo, ut qui diligit, rectè credat, quia ſymbolum recitat. Pro fide tamen ſolus non contendit, ſicut hæreticus: ſed cum omni Eccleſia clamat. Hæreticus tamen ſolus errans diſcurrit per terras, ut novæ ſuæ doctrinæ conſentientes inveniat. Catholicus autem nihil novum dicit: quia totam ſuam fidem in ſymbolo comprehendit. Confirmat eam, quia habet dilectionem proximi. Tunc habet & ſpem, cùm habuerit fidem, & charitatem. Fides dicta eſt, quia fit illud, quod inter utroſque placitum eſt. Id eſt, ſicut inter hominem, & hominem fiat, ut nemo nemini mentiatur. Jam ſi mentitur quis, non eſt fides. Sic inter Deum, & hominem: ſi non facit homo, quæ promittit Deo, jam non eſt fides. Jam & Deus non facit, quæ promiſit homini: quia homo primus violavit fidem. Spes vocata, quaſi pes ad progrediendum. Qui promittit Deo, & non pergit ad eum, non habet ſpem, quia non vadit. Non eſt ibi pes, ſed depes, id eſt, deſperatio. Charitas autem Græcus ſermo eſt, quòd latinè dicitur dilectio. Hæc tria ſunt, quæ in religionis cultu ad colendum Deum in omnibus perquiruntur, id eſt, fides, ſpes & charitas. *His tribus major charitas.* Quia hic inchoatur, & finem non habet. Proinde Deus charitas nuncupatur, qui finem non habet. Fides tamen, & ſpes finem habebunt. Quia cum videmus Deum, quem credimus, ultra quod credamus non habemus. Fides dicitur in hoc ſæculo, quia veraciter credimus: id quod nequaquam videre valemus. Nam credere jam non poſſumus, quod videmus. Sic ſpes tantum in hoc ſæculo eſt. Cùm autem viderimus majeſtatem Dei, quam nobis promiſit videre, ultra quod ſperemus non habemus quia quod ſperabamus jam habemus. Et cum habet homo, quod ſperabat; quod ſperet non habet.

Matth. 22. 40. *Ibid. v.* 39. 1. *Cor.* 13. 13.

(a) Locus mendoſus.

Charitas verò hic (a) inchoat proximo. Et cum viderit Deum, tunc fit *major*. Quia hîc dilexit proximum, minor eſt. Sed quantum plus dilexit proximum, tantum & illic plus videbit majeſtatem Dei. Et quantum minus dilexit proximum, tantùm & illic minus videbit majeſtatem Dei. Et qui non dilexit, licet jejunet, oret, res ſuas pauperibus eroget, ita ut nudus pro Chriſti nomine remaneat, virginitatem cuſtodiat, *die, & nocte in lege Domini meditetur*, omnes ſcripturas memoriter teneat, omni die communicet, infirmos, & incarceratos viſitet, nudos veſtiat, hoſpitibus pedes lavet, rectè credat Chriſtum filium Dei, omnia ſecreta ejus ſciat, *& angelorum linguis loquatur*, & pro Chriſti nomine crucem aſcendat, & pro Chriſto ſanguinem fundat; majeſtatem Dei videre non poteſt. Sine charitate, Deum nullus catholicorum videbit unquam. Ipſi dicturi ſunt, qui iſta omnia faciunt, & non diligunt: *Domine in nomine tuo prophetavimus, dæmones ejecimus, & virtutes multas fecimus. Tunc reſpondebit illis: Diſcedite à me operarii iniquitatis. Nunquam novi vos in domo Patris mei.* Require nunc, quid eſt in domo Patris. In domo Patris non fuit, id eſt, Eccleſiæ unitatem non tenuit. Fides autem illa vera appellanda eſt, quæ eſt vera, non ficta, quam ſanctus commendat Apoſtolus, dicens: *Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* Nam quia idem beatus Apoſtolus, *gratia nos dixit ſalvos factos eſſe per fidem: quam non ex nobis, ſed Dei aſſerit donum.* Et utique vera ſalus non erit, ubi fides vera non fuerit. Quæ cum divinitus infunditur, ſine dubio gratuita largitate donatur. Et ubi per veram fidem veritas fuerit credulitatis, veritas utique commitabitur & ſalutis. Quiſquis autem à vera fide deviaverit, veræ ſalutis gratiam non habebit.

Pſal. 1. 2. 1. *Cor.* 13. 1. *Mat.* 7. 22. 1. *Tim.* 1. 5. *Epheſ.* 2. 8.

Proinde torpere non debet fidelis animus ad quærendum, ſi quid in ſacramento fidei ſibi videtur ambiguum, maximè in myſterio Dominicæ incarnationis; per quam juſtitia impiis, vita mortuis, ſalus infirmis, & veræ libertatis gratia donata captivis. *Ipſe eſt panis noſter, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. Si quis,* inquit,

Joan. 6. 33. & 52.

Digitized by Google

inquit, *ex ipso manducaverit, vivet in æternum. Panem cœli dedit eis*, ut Propheta ait: *panem angelorum manducavit homo.*

Sed fortè dicet aliquis: Ubi invenire possumus hunc panem, qui de cœlo descendit, & manducare? Jam Dominus ad cœlos ascendit, quomodo manducabo hunc panem, & vivam in æternum? Quia desidero hunc panem manducare. Et credo, *quod vitæ æterna est ipse panis*, id est, corpus ejus. Et dico: Domine semper da nobis panem hunc. Et in oratione, quam edocuit, oro, & peto: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Quid est ipse panis, quem quotidie petimus? Et noster panis est; & tamen eum nisi petierimus, non accipimus. Et verè corpus est. Audi ipsum panem nostrum quotidianum. Pete. Accipe. Manduca quotidie. Legamus sanctas scripturas, & inveniemus hunc panem. Ego corpus Jesu Evangelium esse puto, Scripturas puto * doctrinam ejus: & quando dicit Jesus: Qui non comederit carnem meam, & sanguinem meum non biberit; licet spiritualiter, & mysterio possit intelligi; tamen corporaliter panem, quem petimus quotidianum, vere corpus Christi, & sanguis ejus, sermo scripturarum est, doctrina divina est. Et cum legimus eam, carnem Christi manducamus, & sanguinem ejus bibimus. Et cùm oramus, ut intelligamus ea spiritualiter, & cognoscamus divinitatem incarnatam. Et cum cognoscimus, quòd verè filius Dei sit, & verus Deus, & non est alter Deus, præter illum, qui de Virgine natus est, & adoramus eum cum Angelis, sicuti est unus cum Patre, & Spiritu Sancto Deus, panem Angelorum manducamus. Qui scripturam frequentat legere, ipsa litera corpus est. Sed spiritus in litera est. Habet ipsa litera spiritum, id est, intellectum. Sed tamen ipse intellectum sine litera, quæ corpus est, nemo intelligere potest. Qui intellectus literæ non est corpus. Sed cum cœperit aliquis legere, ipsa litera, quæ corpus est, & eam intelligere non poterit, oret, & dicat: *Pater noster, qui es in cœlis: panem nostrum quotidianum da nobis hodie:* quousque petat, quousque intelligat. Et postquam intellexerit, interroget seniores, interroget Patres, sicut scriptum est, & ipsi eam nuntient: & tunc videbit spiritum, si ex Deo est, an non. Non se præsumat ante prædicare, nisi prius probaverit spiritum literæ, si ex Deo est. Pensa quantum periculosus est sermo divinus, quem manducas: in ipsa communione cognosce, quam communicas. Si micula ceciderit in terram de manu sacerdotis, omnes contremescent, & elongat se ab ipso loco, ubi Eucharistia ciderit, & quæritur diligenter, ut in patena reponatur: quia corpus Christi est ipsa Eucharistia, quæ latinè dicitur *bona gratia.* Sic & Evangelium *bona gratia* dicitur. Quod si totum Evangelium quis intellexerit, & miracula crediderit, quæ non intelligit, quærat, timeat, contremescat: non habeat despectui ipsam miculam quærere, & invenire, & in patena, id est, in anima fideli ponere; quia corpus Christi est. Et animæ fidelium, si vasa non essent, non diceret Propheta ex voce Domini: *Mundamini, qui fertis vasa Domini.* Et de Paulo Apostolo ipse Dominus dicit: *Vas electionis mihi est.* In ipsa vasa corpus Christi mittitur, quod est Eucharistia, sive verbum Dei. Quòd si ipsa micula, quam Eucharistiam diximus, de manu sacerdotis ciderit, & eam conculcaverit, conculcat & omne corpus Christi. Tunc non debet corpus Christi tradere, & nomen Patris habere: sed inter cæteros filios accipere, qui filii sciunt sanctum esse. Sed si de sacramento interrogentur, rationem facere nesciunt. Sic etiam de Evangelio intelligendum est. Qui pater est, & Evangelium annunciat, ad quem corpus Christi diximus, & totum Evangelium bene annunciaverit, & micula ceciderit ei, quam intellexerit, & malè intellecta non quæsierit: sed conculcaverit, id est, cum temeritate defenderit, conculcat totum corpus Christi, id est, totum Evangelium. Tunc non debet corpus Christi more paterno dare: sed more filiorum accipere, id est, non debet, ut doctor prædicare; ut discipulus accipere.

Sæc. VIII. Anno 785.

Psal. 77. 25. Scripturæ sunt Panis & corpus Christi.

Mat. 6. 12.

* f. sanguinem.

Mat. 6. 10.

Isa. 52. 11.

Act. 9. 15.

Qui enim rectè credit de Patre: & de Filio, & de Spiritu Sancto non rectè credit, jam nec de Patre rectè credit. Qui rectè credit de Filio, & de Patre, & Spiritu Sancto non rectè credit, jam nec de Filio rectè credit, Qui rectè credit de Spiritu Sancto, & de Patre, & Filio non rectè credit, jam nec de Spiritu Sancto rectè credit. Qui rectè credit de tota Trinitate, & de sola incarnatione filii Dei non rectè credit, jam non rectè credit de tota Trinitate. Sic & cum totam legem Christi observaverit, & in unum offenderit, jam totam legem offendit. Si cognoveris legem, cognosces & Evangelium. Quia Evangelium sic est de Lege, sicut granum tritici de palea. Et nullum granum potest ad maturitatem venire, nisi intra paleam latitaverit. Hoc est granum tritici, quod in terram cecidit, & non multiplicavit. Ipse est Christus, Ipse est panis, quem nunc comedimus. Sed & ipsum granum medullam habet: Pinguedinem habet: Adipem habet; unde satiamur; secundum Prophetæ dictum: *Et adipe frumenti satiat te.* Pinguedo in grano est, divinitas in carne. Granum in palea est, Evangelium in Lege. Est occultatum Evangelium in Lege, & occultus Christus in litera. Est & occultata divinitas in carne. Legunt carnales Judæi

Qui de Filio non benè credit non credit Patri.

Psal. 146. 14.

Legem,

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

Legem, & non intelligunt Evangelium. Legunt carnales Chriſtiani literam, & non intelligunt ſpiritum. Clamant Chriſtiani Chriſtum, & non intelligunt divinitatem. Ac per hoc glorificant ſe Judæi de Lege: ſed eam non habent: cum Evangelium non habent; quia panem non habent. Glorificant ſe & carnales lectores de litera in Eccleſia: ſed eas non habent, quando ſpiritum non habent. Glorificant ſe Chriſtiani de fide, ſed Chriſtum non habent, qui divinitatem non habent. Quamobrem nihil habet ex parte, qui totum non habet. Nam cum *litera occidat, ſpiritus autem vivificet*, neceſſe eſt illa ſpiritualium interiora ſermonum, ſpiritu vivificante, penetrare. Univerſam porrò ſcripturam tam veteris Teſtamenti, quam novi, ad intellectum allegoricum eſſe ſumendum.

2. Cor. 3. 6.

Allegoria.

Nam ipſa allegoria quatuor modis in ſcripturis divinis eſt requirenda. Primus eſt ſecundum tranſlationem, ut eſt illud: *Iratus eſt Dominus, & deſcendit.* Et ſimilia, quæ ad inſinuandas cauſas, & hominum motus transferuntur ad Deum. Alia eſt ſecundum imaginationem, vel hypotypoſeos, ut eſt illud: *Homo quidam deſcendebat ab Iheruſalem in Iherico.* Et parabola vineæ, atque agricolarum. Ordo enim eorum, quæ agebantur à Chriſto, velut imaginem perſonæ, & negotii alterius refertur impletum. Tertia eſt ſecundum comparationem, vel ſimilitudinem, ut eſt illud: *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis*, & cætera. Non enim narratio, ſicut in ſuperiori exemplo contexitur: ſed cauſarum ſolummodo comparatur effectus. Quartus eſt ſecundum Proverbialem modum, ut eſt illud Salomonis: *Bibe aquam de tuis vaſis, & de tuis puteis.* Vult ſcriptura carnalem concupiſcentiam monere refrenandam eſſe intra jugalem licentiam. Has noſtras Allegorias Judæi non recipiunt: Carnales Chriſtiani non intelligunt, & inde Chriſtum hominem, eſſe Deum non confitentur. Denique velavit Moyſes faciem ſuam, & ſic eſt populo locutus: Velata fuit Moyſi uſque ad Chriſtum bibliothecæ facies: & in fine hujus bibliothecæ revelata eſt. Et inde ſic incipitur revelatio Chriſti, quam dedit illi Deus palam facere ſervis ſuis, *quæ oportet fieri cito.* Hæc Johanni revelata eſt: quæ tota bibliotheca unus liber eſt, in capite velatus, in fine manifeſtus. Qui liber duo teſtamenta dicuntur, vetus, & novum. Et unum eſt tanquam unus gladius ex utraque parte acutus. Et hinc inde, id eſt, in Lege, & Evangelio acuitur, ut fideles armet, & interficiat infideles: ſicut idem in Apocalypſi, de ore Domini gladium ex utraque parte acutum egredi teſtatur, id eſt, verbum ejus. Quælibet bibliotheca totus ſic eſt intelligendus, tanquam unus homo.

Luc. 10. 30. Matt. 17. 19. Luc. 13. 19. Prov. 15. 15. Apoc. 22. 6. Apoc. 19. 15.

Homo conſtans corpore anima & ſpiritu.

Denique homo perfectus ex tribus conſtat, id eſt anima, corpore, & ſpiritu: ſicut Apoſtolus dicit: *Deus pacis ſanctificet vos ad perfectum: & integer ſpiritus veſter*, anima, & corpus, *ſine quærela in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti judiciumque reſervetur.* Non quod altera ſit anima in ſubſtantia, & alter ſpiritus, ſicut altera ſubſtantia eſt anima, & altera caro; ſed ipſa anima unus eſt idem ſpiritus. Sed dum exteriorem carnem affligit homo per pœnitentiam, ſecundum Apoſtolum, *interior anima renovatur de die in diem in cognitione Dei.* Et poſtquam cognoverit Deum, dicitur ſpiritus, id eſt, contemplativus ſervus Dei; quia Deum contemplatur: per vitam contemplativam videt Deum, non in corpore, ſed mente. Quæ mens ſic eſt in actione animæ, ſicut caput in corpore. Qui ſpiritus ſic eſt in actione mentis, ſicut oculi in capite. Et ſicut homo videt per oculos, & diſcernit lucem à tenebris, & in die ambulat, aut operatur, quia participat lumen oculorum ſuorum cum lumine ſolis, & utrumque unum lumen eſt; Sic ille ſpiritus, qui lumen eſt, participat cum Chriſto, qui ſol eſt, & fit unum lumen utrorumque, id eſt, unus ſpiritus: ſed non eſt ipſe ſpiritus, quem dicimus, cum Dei ſpiritu una natura.

1. Theſſ. 5. 23. 2. Cor. 6. 9.

Cùm dicimus lumen & lumen, quia aliud eſt lumen inluminans, aliud lumen inluminatum. Sicut aliud eſt ſol inluminans, aliud oculi inluminati. Qui oculi in tenebris non vident, niſi participentur lumini, aut ſoli, aut lucernis, qui ſol Chriſtus intelligitur. Lucernæ verò Patres ſancti, id eſt, Prophetæ, Apoſtoli, atque Doctores. Tenebræ vero ſunt, in quibus homo non participat luci, diabolus, & angeli ejus, homines mali, & peccata, quæ facimus, pro quibus cæcamur, & Deum videre non poſſumus. Et tamen ille ſemper in lumine eſt, & nos videt. Et omnes ſancti, qui in lumine cum eo ſunt: & nos putamus, quod nemo nos videt, cum malum cogitamus, aut facimus. Et tunc non ſumus cum Deo: ſed Deus nobiſcum eſt, qui ubique lumen eſt, licet nos in tenebris ſumus, qui tunc cum diabolo, & hominibus malis unâ tenebræ ſumus, cum operibus illorum participamus. Sic tunc non ſumus cum Deo, & ille nobiſcum eſt: ſicut cæcus non videt lumen ſolis: & tamen lumen ſolis totum corpus ejus inluminat, ſed ſol ſe non mutavit: ſed cæcus, qui lumen ſui corporis perdidit. Sic Deus ſe nunquam mutat, ſed nos, qui lumen animæ perdimus per peccatum.

Hoc totum quare diximus? Quia unum hominem anima, corpore, & ſpiritu, id exemplo

Digitized by Google

exemplo bibliothecæ insinuare voluimus. Qui homo tantum ex duabus substantiis constat, id est, corpore, & anima. Corpus habet partem mundi, unde ducit originem. Anima vero non habet originem, quia spiritus est, & ad imaginem Dei factus est: Quæ ex utroque unus homo compositus est. Et ipsa anima rationalis est, sicut angelus, & intelligit cum angelis: & ipse spiritus, quem supra diximus, ipse intellectus animæ, hoc est, superior intellectus, quod Græcè dicitur, *Anagoge*, id est, intellectus angelicus, per quem Deum videt. Et cum supra tendit, fit cum Deo, & angelis unus spiritus. Et cum ad corporalia flectitur, & nimis pro corpore cogitat, fit mundi amator. SÆC. VIII. ANNO 785.

Et dicitur iste Mundus, quia Christum odio habet. Si fuisset cum Deo, erat Deus, non natura, sed gratia. Sed quia servit mundo, id est, corpori, tunc non dicitur imago Dei, sed homo, Propheta attestante, qui ait: *Et homo in honore cum esset, non intellexit. Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* In honore est, quando in superiori intellectu cum angelis intelligit; & pro hoc laborat, ut ad angelorum æqualitatem perveniat: & panem quotidianum in nomine Jesu Patrem dare sibi postulat, ut in æternum cum illo vivat æternus. Cum verò pro (a) ea laborat, quæ æterna non sunt, & terrena sunt, & corporalia sunt, & videntur, perdet imaginem, & similitudinem Dei, & *comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* (b) Quæ totum una anima agit, & ipsa est, quæ cœlestia concupiscit æterna, & obliviscitur temporalia. Et ipsa est, quæ terrena lucra temporalia conquirit, & cœlestia obliviscitur: & non potest cœlum & terram simul lucrari, nisi unum dimiserit. Et habet ipsa anima multa nomina per actiones, quas discurrit, cum sit substantia una: quæ dum contemplatur Deum, spiritus est. Dum sentit, sensus est. Dum sapit, animus est. Dum intelligit, mens est. Dum discernit, ratio est. Dum consentit, voluntas est. Dum recordatur, memoria est. Dum membra vegetat, anima est. Et hæc quidem dum multiplici constent appellatione, non tamen ita dividuntur in substantia, sicut in nomine: quia ista omnia una est anima. Et in parte, qua se flexerit, ipsius partis nomen accipit, quia partes ejus sunt ista, quæ dixi. Hoc totum pro spiritu ista diximus, ut hæreticis calumniandi assertionem tolleremus. Quia unum hominem integrum, atque perfectum spiritu, anima, & corpore, secundum Apostolum constare firmavimus. Psal. 48. 13.

(a) iis, nisi legas; propter.

Psal. 48. 13.

(b) f. Quod.

Quo firmato, ad bibliothecam nostram, Deo inluminante redeamus. Et sicut unum hominem integrum ex tribus constare diximus: & à bibliotheca nostra unum librum integrum ex tribus constare explanemus, id est, litera, Tropologia, & mystica intelligentia. Litera est, sicut corpus hominis. Quæ litera ipsa est historia. Tropologia sic est, sicut anima hominis. Mystica intelligentia sic est, sicut spiritus hominis. Corpus ergo sacræ scripturæ, sicut diximus, litera est. Et anima in morali sensu qui Tropicus dicitur; spiritus verò in superiore intellectu angelico, qui Anagoge appellatur. Corpus est literæ, cum dicimus: *Ambulabat Dominus. Descendit Dominus. Caput Domini*, capillos, oculos, aures: *Juravit Dominus per animam suam:* & tota historia, quæ legitur, & auditur, & syllabis comprehenditur; & litteris (c) emendatur: & cætera hujusmodi similia, quæ ad exteriorem auditum pertinent, tam legentibus quam audientibus communiter, totum corpus est literæ exterioris, sicut corpus est hominis exterioris. (d) Quæ si omnia, quæ leguntur, secundum literam, id est, corpus literæ exterioris, sicut ad aures publicas sonat, sic ea voluerimus intelligere, tales erimus, sicut & ille, qui cœlestia obliviscitur, & terrena lucra sectatur, & tantum corpus suum, non animam diligit. Et tamen utrique *comparati sumus jumentis insipientibus.* Unam comparationem habemus, & vitâ sumus dissimiles: quia ille est secularis, qui mundum amat, & ego religiosus, qui literas. Sed ab una comparatione, id est, ab una lancea occidimur, quia utrique corpora amamus, & utrique corpora videmus. Quæ & in ipsa historia est aliquid, quod sicut audivimus, & tenemus, & sic intelligantur, sicut audiuntur. Et sic diligimus ea, & observamus. Quod si & illa ad Allegoriam reduxerimus, & volumus ea mutare, tale est, tanquam si corpus nostrum omnino occidimus, & non damus ei, quæ necessaria sunt, sine quîs corpus vivere non potest, id est, cibo, potu, somno, & vestimento. Si hæc facimus, jam non erit corpus, quod currat pro anima. Jam non erit anima salva, quæ corpus suum occidit contra naturam. (c) f. mandatur. (d) Quod. Psal. 48. 13.

Quæ sunt ista, quæ diximus? Sunt hæretici, nomine Circumcelliones, qui amore martyrum semetipsos interficiunt. Tales sunt & illi lectores, qui omnino animam literæ à corpore nudare quærunt. Nam sicut corpus stat pro se, & recipit actionis suæ vicem: sic & historia aliquando per se, ut aliud non intellegatur per significationes, similitudines, & figuras, nisi tantum secundum corpus literæ sicut auditur. Historia est Christus Dei filius, natus de Virgine Maria, crucifixus sub Pontio Pilato. Mortuus, & sepultus. Descendit ad infernos. Tertia die resurrexit vivus à mortuis. Allegoriis abutuntur hæretici.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785. Aſcendit ad cœlos. Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Hæc pro ſe ſtat, ſicut auditur. Non eſt Allegoria. Non ſignificavit alterum Chriſtum, ſicut Patriarchæ, & Prophetæ hunc ſignificaverunt, & prædicaverunt eſſe venturum. Illi prædicaverunt, non ſe, ſed Chriſtum. Chriſtus prædicavit ſemetipſum, miſſum à Patre, dicens: *Sic dilexit Deus mundum, ut filium ſuum unigenitum daret in mundo; ut omnis, qui credit in eum, non pereat: ſed habeat vitam æternam.* Nos verò cum Apoſtolis, & doctoribus prædicamus eum jam veniſſe humilem, ut nos qualiter viveremus doceret. Et ſecundò eum expectamus in gloria majeſtatis ſuæ redire: & regulam, quam poſuit requirere: & unicuique ſecundum opera ſua reddere. Hæc hiſtoria, ſicut auditur, ita ab omni Eccleſia creditur, & tenetur. Sic etiam decem præcepta Legis, quæ in duas tabulas ſcripta ſunt, ſive decimæ; ſicut audiuntur, ita intelliguntur, & tenentur. Hoc totum corpus literæ eſt, tanquam corpus hominis.

Joan. 3 16.

Veniamus ad interioris literæ moralem ſenſum, quem Tropicum diximus: quem etiam in exemplo animæ poſuimus, qualiter de exterioris literæ corpore, ad interiorem intellectum, tanquam ad interiorem animam rationalem aſcendere valeamus. Omnis enim lector, qui de hiſtoria ad moralem ſcientiam aſcendit, & non pervenit ad ſpiritum literæ, talis eſt, ſicut quodlibet animal: tantum conſtans ex corpore. Moralis ſcientia dicitur, id eſt, ſecundum mores: Ut cum nominat ſcriptura, ut puta hominem, intelliguntur ejus mores, quia ſenſum habet, & rationalis eſt. Cum nominat animal, ut puta bovem, intelligitur: quia ungulam dividit, & ruminat, & ſub jugo eſt. Cum verò nominat aſinum, vel quodlibet jumentum, intelliguntur eorum mores, quia ruminant, nec ungulam dividunt. Cum nominatur camelus, intelligitur ruminare, & ungulas non dividit. Cum nominatur porcus, intelligitur ungula dividi, & non ruminare. Cum nominatur leo, intelligitur omnium fortiſſimum eſſe beſtiarum. Sic & urſus, lupus, aut vulpecula, ſecundum ſuæ naturæ actiones, uniuscujuſque intelliguntur mores. Sic etiam de cæteris animalibus reptilibus, ſive volatilibus, quæ ſcriptura ſacra commemorare ſolet. Quæ omnia mores hominum ſunt intelligendi, ut per ipſa lector agnoſcat vitam, vel mores hominum intra Eccleſiam. *Sed* iſtos mores non poteſt diſcernere, niſi integer homo, id eſt, ſpiritus, anima, & corpus. *Spiritualis homo omnia judicat; ipſe autem à nemine judicatur.* Nam ſicut ſpiritualis nomen trahit à ſpiritu: ſic animalis ab anima. *Et animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*, ut ait Apoſtolus. Sic etiam carnalis nomen trahit à carne, ſecundum Apoſtoli dictum: *Cum audio rixas inter vos, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?* Nihil prodeſt lectori, ſi totam bibliothecam memoriter recitet, & moraliter interpretetur; ſi non pervenerit ad ſpiritum. Quare? Quia non eſt integer homo, id eſt, ſpiritualis: ſed tantum animalis, & carnalis eſt. Ad hunc ſpiritum nemo poteſt venire, niſi ab actione exteriori vacaverit: & vitam contemplativam tota mentis ſuæ intentione ſecutus fuerit. Nam quilibet carnalis poteſt omnem bibliothecam legere, & recitare; poteſt etiam eam & moraliter interpretari, & dicere: Ecce quid ſignificavit Noë, qui arcam in diluvio erexit. Quid *Abraham*, Iſaac, & Jacob. Quid Joſeph venditus in Ægypto. Quid Moyſes, qui *eduxit* populum de terra Ægypti. Quid Joſue, qui eis terram repromiſſionis diviſit. Quid David rex, & Propheta. Quid Prophetæ ſignificaverunt, niſi hi omnes *Chriſtum?* Poteſt & dicere: Ecce quid ſignificant ſol, luna, & ſtellæ. Quid mare & piſces. Quid flumina, & fontes. Quid montes, & colles. Quid herbæ, & arbuſtæ?

1. Cor. 2. 15.

1. Cor. 2. 14.

1. Cor. 3. 4.

Et quia pleraque, ſive in bonam partem, ſive in malam, duobus modis intelligenda ſunt, ſecundum ſcripturas poteſt facere rationem. Attamen cum venerit, & de animalibus diſputare cœperit, quid ſignificent volatilia, quid reptilia, quid quadrupedia, quid animalia munda, quid immunda; quid beſtiæ, id eſt, leones, urſi, lupi, vel vulpeculæ, quid greges ovium, vel vaccarum, aut columbæ, vel gallinæ? Jam hic non diſcernit, quid ſit lupus, aut quid ovis, cum fortaſſe & ipſe lupus eſt, & ſolus in tenebris ambulat, ululando, & oves, quæ ingreſſæ ſunt ſub paſtore, (a) deſoſat, & ſpargit. Nam lupus, aut urſus, aut quælibet beſtia, quæ carne veſcitur, non eſt ſub paſtore, nec in domo creatur; nec in grege ambulant, nec munda ſunt, nec cibo hominum apta ſunt. Animalia vero quælibet munda in grege ambulant, & ſub paſtore ſunt: Includuntur, & à beſtiis defenduntur, & ad cibos hominum apta ſunt. In hoc cognoſcimus hunc interpretem, ſi lupus, an ovis ſit. Nam ſi ovis eſt, in grege eſt, in multitudine eſt, in ſimplicitate eſt, ſub paſtore eſt. Includitur in ovile, herbas ſcripturarum manducat, non carnem fratris ſui. Cibus Domini ſui eſt, à quo regitur, & cuſtoditur. Illius, qui dixit: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus.* Nam ſi in grege non ambulat ovium, id eſt, in multitudine monachorum; licet totam bibliothecam recitet, & ſecundum mores interpretetur, non eſt ovis; ſed lupus ſolitarius. Beſtia eſt. Foras domum eſt. Oves Dominicas invenit. Non interpretatur ſcripturas, quod auditis: ſed ululat, quia non tractat.

(a) devorat.

Joan. 4. 34.

Digitized by Google

tractat. Quid facit? Non eum videmus aliquid mali facere? Non credatis. Hypocrita est. Pellem ovinam in superficie gestat. Nam sub pelle lupus est, id est, sub litera, Hæreticus est. Homo integer non est. Anima tantum, & corpus est. Spiritus non est: ab spiritu separatus est. Omnes ita separare vult, dividere vult, sicut ille divisus est. Scindere vult, sicut ille scissus est. Spargere vult, sicut ille sparsus est. Et ideo deforis venit, & de domo vult rapere, quia non est ovis, sed lupus. Nam cum leguntur in scripturis animalia sive munda, sive immunda, Allegoricè mores hominum intelligendæ sunt, non secundum corpus literæ, ut audiuntur. Nam si oves non essent, & lupi in Ecclesia, non diceret Dominus discipulis suis: *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ.* Præcepit nobis Dominus, ut habeamus simplicitatem columbæ: & in una ambulemus classe: ne cujusquam fraudibus (a) macinemus. Habeamus & serpentis astutiam, ne alicujus subplantemur insidiis. SÆC. VIII. ANNO 785. *Matth.* 10. 16. Ibid. (a) f. machinemur pro, decipiamus.

Hoc totum quare diximus? Quia unum hominem integrum, tanquam unam bibliothecam exponere inchoavimus: & in ipsam bibliothecam, quæ sicut unus homo, ita est: quo facilius intelligatur, more hominis exponenda est. Nam illa integra est; & homo sine illa integer non est. Et nemo ad Christum sine illa pervenire potest: quia ipse liber perfectus est. Diximus de corpore literæ, tanquam de corpore hominis. Diximus de morali scientia, id est, rationes morum: de interiori ratione literæ, per quod cognoscuntur mores hominum.

Dicamus de spiritu literæ, ubi invenitur Deus, sicut & de spiritu hominis diximus, qui videt Deum. Hæc omnia, quæ supra diximus, sive quæ dicere habemus, tam veteris, quàm novi scriptura testamenti, ad intellectum Allegoricum accipiendum admonet nos vel illud, quod in veteri Testamento legimus: *Aperiam in parabolis os meum: Loquar* (b) *ænigmata antiqua.* Vel illud, quod in novo Testamento scribitur, cùm dicit: *Hæc omnia locutus est Jesus in Parabolis ad turbas: & sine Parabolis non loquebatur eis.* In parabolis enim & credentes discipulos docebat: & incredulos adversarios convincebat. Nam sermo divinus, id est, Prophetarum, & Apostolorum talem habet consuetudinem, ut illa, quæ vilia sunt, & carnalia deforis ostendat, ut omnes, tam carnales, quàm spirituales, qui legerint, vel audierint, in plano habeant. Illa vero, quæ spiritualia sunt, & speciosa, intus lateant, ne illa cœlestium Archangelorum dignitas, omnibus indiscretè pateret: & sanctum canibus, & margaritas porcis exponeret. Et quia exterior litera, id est, historia, quod est eloquentia, argenti nomen interpretatur: & intelligentia spiritualis auri nomine intelligitur, & unus spiritus sanctus utrasque dictavit: ut verè ad illius columbæ deargentatæ modum, cujus posteriora specie auri splendentis inradiant: Ita scripturæ divinæ, quæ planæ sunt in litera, argento fulgerent: & occultiora sub litera auro rutilarent. Rectè itaque divina dispensatione provisum est, ut illa eloquiorum argenti castitas, à promiscuis omnium oculis absconsa, quasi aliquo velamine pudicitiæ, ipsa scriptura contegeretur, cœlestibus obumbrata mysteriis, sicut secreto suo ipsa divinitas occultabatur. Nam tunc manifestata est illa angelica scientia, quæ absconsa latebat sub litera, quando ipsa divinitas per carnem est manifestata. Hic enim in interiori litera, id est, spiritu inveniuntur illa *Domini* interiora templa: hic illa sancta sanctorum, ut jam qui ibi ingreditur, cum Domino loquatur: sicut in Canticis Canticorum ex voce sponsæ, quæ est anima, dicitur: *Surgam, & circuibo civitatem per vicos, & plateas, quæram, quem diligit anima mea. Quæsivi illum, & non inveni.* Ac si apertè dicat. Considèravi omnem gloriam præsentis sæculi; inspexi congregationes infidelium, & diversas sectas Philosophorum, sed neque illic inveni, quem diligit anima mea. Id est, cùm pertransissem hujusmodi homines, qui apud sæculum varia scientia clari putantur, & cum eorum superstitiosis adinventionibus restitissem, eorumque stultam sapientiam reprehenderem; inveni, quem diligit anima mea. In me est enim Apostolus ille, qui de talibus dicit: *Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam autem non hujus sæculi, neque principum sæculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram.* Et quia ipsa sapientia, quæ Christus est, apud tales non invenitur, quid sequitur audi: *Quam nemo principum hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent: sicut scriptum est: Quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod præparavit Deus his, qui diligunt eum.* Et quia dimissis, & expulsis tabulis, invenit anima, quem diligit; audi, quid sequitur: Nobis autem revelavit Deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Omnis autem disciplina religionis ex illo duplici scientiæ fonte emanat: Id est, quæ activa, & contemplativa vita dicitur. Activa, in qua mores suos emendat. Contemplativa verò in contemplatione cœlestium, & divinarum scripturarum disputatione versatur. Quæ non potest venire ad spiritum, nisi per historiam, *Psal.* 77. 2. (b) *Vulgat.* Loquar propositiones ab initio. *Matth.* 24. 34. *Isa.* 64. 4. 1. *Cor.* 2. 9. Vita activa & contemplativa.

SÆC. VIII. ANNO 785.

quæ est corpus literæ, tanquam corpus hominis: deinde ascenderit ad moralem scientiam: quæ sic est in historia, tamquam anima hominis in corpore: deinde ascendit ad spiritum: qui sic est in morali scientia, ubi Deus invenitur, sicut spiritus est in anima, ubi Deus videtur.

Christus est verbum, anima & caro.

Ecce hominem integrum, corpore, anima, & spiritu. Ecce & librum integrum, historia, Tropologia, & mystica intelligentia. Ecce & Christum integrum. Verbum, anima, & caro. Si ex tribus unum subtraxeris homini, aut carnem, aut animam, aut spiritum, homo integer non est. Et cum integer non fuerit, pecus erit: quia in sola anima, & carne remansit. Sic & huic libro. Si ex tribus unum subtraxeris, aut historiam, aut Tropologiam, aut spiritualem intelligentiam; unde vivas non habes; quia Christum non habes. Hæc scriptura corpus Christi est. Et ipse corpus panis noster est. Hic est liber in ore dulcis & in ventre amarus. Quia cùm prædicatur est dulcis, & cum facere cœperimus, quod ibi scriptum est, sine amaritudine pœnitentiæ facere non possumus. Et cum hanc scripturam observamus, & rectè intelligimus, & rectè toto corde laboramus, & oramus panem nostrum quotidianum, petimus, accipimus, & manducamus. Tunc & nos integri, & librum integrum manducamus; & corpus nostrum, quod est corpus Christi cum Christo capite jungimur, qui integer, & perfectus, & cum illo una persona sumus. Nam si de tribus substantiis Christi unam subtraxeris, id est, non eam esse Christum dicis, totum Christum negas. Et cum totum Christum negas, negas Patrem, & Spiritum Sanctum. Et cum in unam substantiam Christi offendis, offendis in Deo, quia Deus est Christus. Et cum in Deo offendis, amplius quod offendas, non habes. Sed tunc offendis Deum, quando hunc librum non manducas. Quod si in Evangelio non offenderis, quod corpus est Christi, nec in Christo offendis, quia corpus ejus manducas.

Si quando audimus sermonem Dei, & sermo Dei, & caro Christi, & sanguis ejus in auribus nostris infunditur: Et nos aliud cogitantes, in quantum periculum incurrimus? & saporem illum dulcedinis, quam gustamus, perdimus: & non sapit, sicut est. Et actione, qua fuerit mens nostra occupata, ut puta in cibo lautiore, aut in potu, aut in vestimento, aut in qualibet re corporali, quod æternum est, talem sapo-

Exod. 16.

rem nobis facit in palato cordis nostri, ipse sermo divinus, qui est panis noster, qualis & ipsa actio est mentis nostræ. Sic enim tradunt Judæi, quoniam Manna quando comedebant, secundum voluntatem uniuscujusque, sic sapiebat in ore. Verbi causa.

De sapore Manna.

Qui Manna comedebant, si desiderabant poma, si uvam, si cucumeres, si cepas, si allia, si panem, si carnes, secundum qualitatem, & voluntatem comedentis, ita sapor in Manna erat: sic & in carne Christi, qui est sermo doctrinæ, hoc est, scripturarum sanctarum interpretatio: sicut volumus, ita & cibum accipimus. Si spiritus es, invenies refrigerium: quia manducas adipem pinguissimum, quod est divinitas: & impinguas temetipsum. Si peccator es, aut superbus, & cætera, quæ non pertinent ad spiritum, invenies tormenta. Hic liber ipse Christus est intus, & foris scriptus: de quo Apocalypsis Joannis dicit: *Et vidi super dexteram sedentis in throno librum scriptum intus, & foris, signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere signa ejus? Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram, aperire librum, neque respicere illum. Et ego*, inquit, *flebam multum, quòd nemo dignus inventus est aperire librum, neque videre illum. Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fleveris Joannes. Ecce vicit Leo de tribu Juda radix David, aperire librum, & septem sigilla ejus.*

Apoc. 5. 2.

Angelus fortis, qui clamabat, omnis scriptura sacra erat. Unus de senioribus, qui Johanni, *noli flere*, dicebat, totum *corpus prophetarum* erat, qui consolabantur Ecclesiam, quam Johannes in sua persona præfigurabat: quòd solus Christus, de tribu Juda, radix David, redimeret eam. Nam nullus alter inventus est, neque angelus in cœlo, neque homo vivens in terra, neque sepultus subtus terram, qui posset solvere hunc librum signatum sigillis septem; & aperire scripturas bibliothecæ. Ubi est Elipandus, qui Christum sibi similem fingit, & dicit: *Et Christus adoptivus, & nos adoptivi. Et ille Christus, & nos Christi. Et ille parvulus, & nos parvuli. Et ille servus, & nos servi.* Hic dicit: Nullus est inventus, qui dignus sit aperire librum, & solvere septem signacula ejus. Quo modo est adoptivus cum adoptivis, qui unus liber est? An fortè duos libros credis, (a) unus, qui literas contineat, (b) alter; qui intellectum? Sed hîc nos non poteris eludere, quia unus liber sine litera est: & nulla litera sine intellectu. Et litera in libro aperto legitur, ut quod legitur intellegatur. Et cum intellexerit, jam gaudet; quia quod foris legebat, intus invenit. Et qui conciderit ipsum librum, paginam, & literam concidit: intellectum literæ concidere non potuit. Et tamen & litera exterius, & intellectus interius unus liber est, & sine utroque esse non potest. Tunc si prævales, separa. Sed plane hoc facere non poteris.

Angelus fortis, qui clamabat in Apocalypsi capite 5. quis sit.

Apoc. 5.

(a) unum. (b) alterum.

Sic

Digitized by Google

Sic est Christus liber noster exterius pagina: & litera quod est homo, corpus & anima. Intus divinitas, tanquam intellectus in litera. Quem *librum* Judæi concidere potuerunt, intellectum tamen, quod est divinitas ejus, nec concidere, nec separare potuerunt. SÆC. VIII. ANNO 785.

Septem signacula hujus libri hæc erunt. Primum, corporatio in utero virginis. Secundum, nativitas. Tertium, passio. Quartum, mors. Quintum, resurrectio. Sextum, gloria. Septimum, regnum. Hæc ergo signacula Christus, dum pro homine cuncta complet, omnia quæ in scripturis erant clausa, atque signata, aperuit: atque designavit. Hic est ille: *Liber intus, & foris scriptus.* Hic secretus, & publicus. Hic apertus, & occultus. Hic superioribus paginis videndus, interioribus non videndus. Foris comprehensibilis; intus incomprehensibilis. Foris scriptus est, cum Propheta dicit: *Vidimus eum, & non erat aspectus.* Intus scriptus est, cum ipse Propheta dicit: *Generationem autem ejus, quis enarrabit?* Foris scriptus est, cum Pater dicit: *Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Intus scriptus est, cum Propheta dicit: *Speciosus forma præ filiis hominum.* Foris scriptus est, cum Pater dicit: *Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Intus scriptus est, cum Pater dicit: *Eructavit cor meum verbum bonum.* Foris scriptus est, cum filius dicit: *Deus Deus meus, quare me dereliquisti.* Intus scriptus est, cum ipse filius dicit: *Longè à salute mea verba delictorum meorum*, id est, longe à divinitate injuria humanitatis. Foris scriptus est, cum Evangelista ait: *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham.* Intus scriptus est, cum Pater dicit: *Ex utero ante luciferum genui te.* Foris scriptus est, cum Propheta dicit: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum; tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Intus scriptus est, cum Evangelista dicit: *In principio erat verbum.* Foris scriptus est, cum Esaias dicit: *Ecce virgo accipiet in utero, & pariet Filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Intus scriptus est, cum filius dicit: *Qui me videt, videt & Patrem meum.* Foris scriptus est, cum Matthæus dicit: *Christi autem generatio sic erat. Cum desponsata esset mater ejus Maria Joseph.* Intus scriptus est: *Inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Quid* utique habens, nisi Verbum Deum? Verbum *carnem* factum in muliere, *factum sub lege.*

Foris scriptus est, cum Apostoli interrogati, quis esset Dominus, dicerent; *Prophetam: alii Esaiam; alii Iheremiam; alii Johannem Baptistam; alii autem unum ex Prophetis.* Intus scriptus est, cùm Petrus exclamat: *Tu es Christus filius Dei vivi.* Foris scriptus est, cum ad Lazarum lacrymatur, & ubi posuissent eum interrogat. Intus scriptus est, cum voce magna clamat: *Lazare, veni foras.* Foris scriptus est, cum Martha dicit: *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Intus scriptus est, cum Dominus dicit: *Resurget frater tuus.* Foris scriptus est, cum Martha hæc dubitat credere, cum dicit: *Scio, quia resurget in resurrectione in novissimo die.* Intus scriptus est, cum Dominus dicit: *Ego sum resurrectio, & vita. Qui credit in me, etsi mortuus fuerit; vivet.* Tunc cognovit mulier sapientiam, quæ latebat in libro. Exclamavit, ut Petrus, & dixit: *Credo Domine, quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum venisti.* Foris scriptus est, cum cæcus transeuntem clamat, ut videat. Intus scriptus est, cum stat. Foris scriptus est, cum ex sputo lutum facit, & linit oculos ejus. Intus scriptus est, cum lavit, & vidit. Foris scriptus est, cum ipse cæcus eum Prophetam esse dicit. Intus scriptus est, cum eum filium Dei credidit, & adoravit. Foris scriptus est, cum Johannes dicit: *Ecce agnus Dei.* Intus scriptus est: *Ecce qui tollit peccata mundi.* Foris scriptus est: *Cujus non sum dignus corrigiam calciamenti solvere.* Intus scriptus est: *Ego testimonium perhibeo, quia hic est filius Dei.* Foris scriptus est, cum Iheremias dicit: *Quasi agnus mansuetus portatus ad victimam.* Intus scriptus est, cum idem dicit: *Hic est Deus noster, & non æstimabatur alius præter eum.* Foris scriptus est, cum ipse dicit: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Intus scriptus est, cum ipse de se dicit: *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis.* Foris scriptus est, cum idem dicit: *O Domine, ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Intus scriptus est, cum ipse dicit: *Sicut Pater suscitat mortuos, & vivificat; sic & filius, quos vult vivificat.* Foris scriptus est, cum Pater dicit: *Ecce servus meus, suscipiam eum.* Intus scriptus est, cum Filius dicit: *Omnia, quæ habet Pater, mea sunt.* Foris scriptus est, cum Filius ad Patrem dicit: *De ventre matris meæ Deus meus es tu.* Intus scriptus est, cum per Zachariam ipse de se Filius dicit: *Ecce ego mittam manum meam super vos, & deprædabuntur, qui deprædaverunt vos. Et scietis, quia ego sum Dominus Deus omnipotens. Et qui misit me, Dominus omnipotens est.*

Foris scriptus est, cum ipse Patri dicit: *Salva me de ore leonis.* Intus scriptus est, cum ipse in Evangelio pro discipulis dicit: *Pater, volo, ut ubi sum ego, & ipsi sint mecum.* Non dixit; *Peto.* Foris scriptus est, cum in navi dormit. Intus scriptus est,

Septem signacula libri in Apocalypsi, quæ sint.

Liber in Apocalypsi *intus & foris scriptus* quid sit. *Isa.* 53. 2. *Psal.* 2. 7. *Psal.* 44. 3.

Locus *Psalmi* 21. declaratus *vers.* 2. *Matth.* 1. 1. *Psal.* 109. 3. *Ibid.* 4. *Joan.* 1. *Isai.* 7. 14. *Joan.* 14. 9. *Matth.* 1. 18.

Matth. 16. 14 *Joan.* 11. 43. Ibid. *Joan.* 11. 27. *Joan.* 9. 14. *Joan.* 1. 29. *Ibid.* 27. *Joan.* 8. 13. *Isai.* 53. 7. *Baruch.* 3. 36. *Baruch.* 3. 38. *Apoc.* 1. 8. & 21. 6. *Psal.* 115. 16. *Joan.* 5. 21. *Joan.* 16. 15. & 17. 10. *Psal.* 21. 11. *Zach.* 2. 9. *Psal.* 21. 22. *Joan.* 17. 24.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

cum ventis imperat. Foris ſcriptus eſt, cum jejunat, & eſurit: Intus ſcriptus eſt: cum de pauciſſimis panibus multa millia hominum ſatiat. Foris ſcriptus eſt, cum à Judæis potator vini dicitur: Intus ſcriptus eſt, cum de aqua vinum facit. Foris ſcriptus eſt, cum dicit: *Pater major me eſt.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Ego, & Pater unum ſumus.* Foris ſcriptus eſt, cum Pater dicit: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite.* Intus ſcriptus eſt, cum Filius dicit: *Nemo novit filium, niſi Pater: Neque Patrem quis novit niſi filius; & cui Filius voluerit revelare.* Foris ſcriptus eſt, cum Eſaias dicit: *Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus veniet tibi juſtus, & Salvator, pauper, ſedens ſuper aſinum indomitum.* Intus ſcriptus eſt, cum idem Propheta dicit: *Tunc aperientur oculi cæcorum; & aures ſurdorum audient. Tunc ſaliet claudus, quaſi cervus, & clauſa erit lingua balborum.* Foris ſcriptus eſt, cum ipſe per Iheremiam dicit: *Prævaricatione prævaricata eſt in me domus Juda; negaverunt me, & dixerunt. Non eſt ipſe.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Si cognoviſſetis me, utique, & Patrem meum cognoviſſetis.* Foris ſcriptus eſt, cum per Eſaiam dicit: *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: ſed Iſrael me non cognovit: & populus meus me non intellexit.* Intus ſcriptus eſt, cum per Salomonem dicit: *Ante omnem creaturam ego ex ore Altiſſimi proceſſi.* Foris ſcriptus eſt, cum Eſaias dicit: *Et nos putavimus eum, quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum.* Intus ſcriptus eſt, cum idem Propheta dicit: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Generationem autem ejus quis enarrabit?* Foris ſcriptus eſt, cum Propheta dicit: *Radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Ipſum gentes deprecabuntur.* Foris ſcriptus eſt, cum Eſaias dicit: *Egreditur virga de radice Jeſſe: & flos de radice ejus aſcendit.* Intus ſcriptus eſt, cum angelus Virgini dicit: *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Foris ſcriptus eſt, cum idem angelus dicit: *Vocabitur nomen ejus Jeſus.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Filius Altiſſimi vocabitur.* Foris ſcriptus eſt: *Et dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ejus.* Intus ſcriptus eſt: *Et regnabit in domo Jacob in æternum: & regni ejus non erit finis.* Foris ſcriptus eſt, cum Eſaias dicit: *Parvulus natus eſt nobis.* Intus ſcriptus eſt, cum ipſe dicit: *Filius datus eſt nobis.* Foris ſcriptus eſt, cum dicit: *Et factus eſt principatus ejus ſuper humerum ejus.* Intus ſcriptus eſt, cum idem dicit: *Et vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus fortis.* Foris ſcriptus eſt, cum Propheta dicit: *Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. Spiritus ſapientiæ, & intellectus. Spiritus conſilii, & fortitudinis. Spiritus ſcientiæ, & pietatis. Et replevit eum ſpiritu timoris Domini.* Intus ſcriptus eſt, cum Filius de ipſo Spiritu Sancto dicit ad Apoſtolos: *Accipite Spiritum Sanctum.* Foris ſcriptus eſt, cum ipſe filius dicit Judæis: *Si non veniſſem, & locutus vobis non fuiſſem, peccatum non haberetis.* Intus ſcriptus eſt: *Qui me odit, odit & Patrem meum.* Foris ſcriptus eſt, cum idem dicit Filius: *Expedit vobis, ut ego vadam ad Patrem. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Mittam eum ad vos.* Foris ſcriptus eſt: *Ille me clarificabit.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Ille de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Foris ſcriptus eſt, cum dicit: *Pater venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: ut omne, quod dediſti ei, det eis vitam æternam.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum, & verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.* Foris ſcriptus eſt, cum angelis, & parentibus minoratur. Intus ſcriptus eſt; cum angelorum, & hominum Dominus invenitur. Foris ſcriptus eſt, cum à diabolo tentaretur. Intus ſcriptus eſt, cum ei angeli miniſtrant. Foris ſcriptus eſt, cum eum mater ejus, & fratres foris ſtantes videre quærunt. Intus ſcriptus eſt, cum extendens manum ſuper Apoſtolos, dicit: *Ecce mater mea, & hi fratres mei, qui faciunt voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt.*

Foris ſcriptus eſt, cum dicit: *De die autem, & hora illa nemo ſcit, neque angeli cœlorum, neque filius, niſi ſolus Pater.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Dies ultionis in corde meo.* Foris ſcriptus eſt, cum filiis Zebedei dicit: *Sedere autem ad dexteram meam, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Sedebitis ſuper thronos, judicantes duodecim tribus Iſrael.* Foris ſcriptus eſt, cum dicit pro diſcipulis: *Pater, ſanctifica eos in veritate.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Et ego pro eis ſanctifico meipſum: ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate.* Foris ſcriptus eſt, cum dicit: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Foris ſcriptus eſt, cum dicit: *Qui credit in me, non in me credit: ſed in eum, qui miſit me.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ.* Foris ſcriptus eſt, cum dicit: *Ego non judico quemquam. Eſt qui quærat, & judicet.* Intus ſcriptus eſt, cum dicit: *Neque enim Pater judicat quemquam: ſed omne judicium dedit filio: ut omnes honorificent filium, ſicut honorificant Patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat Patrem, qui miſit illum.* Foris ſcriptus eſt, cum dicit: *Omnis, qui*

Gen. 1. 3. Matth. 4. Matt. 12. 5. Mar. 13. 32. Marc. 10. 40. Matth. 19. 28. Joan. 17. 19 Joan. 7. 37. Joan. 12. 44. Joan. 8. 12. Joan. 5. 22. Matth. 10. 33.

Digitized by Google

qui me negaverit coram hominibus, negabo ego & eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Intus scriptus est, cum dicit: *Qui autem me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis.* Foris scriptus est, cum Daniel dicit: *Aspiciebam: & ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat.* Intus scriptus est, cum dicit: *Omnis populus, tribus, ac linguæ ipsi servient. Potestas ejus potestas æterna, quod non auferetur: & regnum ejus, quod non corrumpetur.* Foris scriptus est, cum Esaias dicit: *Ecce intelliget servus meus.* Intus scriptus est, cum David dicit: *Quis in nubibus æquabitur Domino? aut quis similis erit Deo inter filios Dei?* Foris scriptus est, cum ipse per Salomonem dicit: *Dominus creavit me in initio viarum suarum* (a) *in opera sua.* Intus scriptus est, cum dicit: *Ante colles ego parturiebar.* Foris scriptus est, cum Apostolus dicit: *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Intus scriptus est, cum ipse filius de se dicit: *Sic dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum daret; ut omnis, qui credit in eum, non pereat: sed habeat vitam æternam.* Foris scriptus est, cum Paulus dicit: *Quia Deus filio suo proprio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Intus scriptus est, cum idem Apostolus de ipso filio dicit: *Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & semetipsum tradidit pro me.* Foris scriptus est, cum Filius de se dicit: *Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut judicet mundum; sed ut salvetur mundus per ipsum.* Intus scriptus est, cum Paulus dicit: *Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut nos eriperet de præsenti sæculo nequam, secundum voluntatem Dei, & Patris nostri, cui est gloria in sæcula sæculorum.*

Luc. 12. 8. Dan. 7. 13. Ibid. 14. Esa. 52. 13. Psal. 88. 7. Prov. 8. 22. (a) f. ante opera sua. Prov. 8. 25. Rom. 8. 29. Joan. 3. 16. Rom. 8. 32. Gal. 2. 20. Joan. 3. 17. Galat. 1. 4.

Et quia una voluntas, & una potestas est Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Pater misit Filium, secundum quod minor est: & Filius ipse se misit, secundum quod æqualis est: & Pater tradidit, & dedit Filium, secundum quod minor est: & Filius tradidit, & dedit semetipsum, secundum quod Patri æqualis est. Sed, ut loquebamur, foris scriptus est liber iste, cum flagellatur & cæditur. Intus scriptus est, cum infirmis sanitatem præstat. Foris scriptus est, cum affigitur cruci. Intus scriptus est, cum paradisum latroni promittit in cruce. Foris scriptus est, cum spiritum moriens secundum rationem humanæ carnis emittit. Intus scriptus est, cum in passione sol fugit, dies absconditur, terra concutitur. Foris scriptus est, cum sepelitur. Intus scriptus est, cum tertia die sepulchri liminibus remotis erumpit in lucem. Foris scriptus est, cum Apostolis clavorum, & lanceæ vulneribus ostensis, escam etiam postulat. Intus scriptus est, cum inter eosdem Apostolos clausis ostiis apparet, qui intra se visus non fuisset.

Sed miro modo, cum interior scriptura libri magis obscura sit, amplius hominum mentes turbat exterior. Et videmus illa, quæ videri per hominem non possunt: ita, quæ possunt per hominem videri, nova ratione non vident. Nam & ipsi Manichæi in divinitatem credunt: æqualem Deo Patri Filium, & eum veram carnem habere non confitentur: & mira perversitate, quod vident negant: & quod non vident, confitentur. Invisibilem in virtutibus recognoscunt: visibilem in homine, quod plus possibile esse debuit, non agnoscunt. Sic Elipandus cum sua doctrina, æqualem Deo Patri Filium confitetur in Divinitate, & eum Dei filium negat in humanitate: & sibi eum similem deputat, & insaniendo in tantam prorupit perversitatem, ut nullam inter se, & hominem Dei filium, Deum verum, differentiæ faceret distinctionem, cum diceret: *Et ille Christus, & nos Christi. Et ille adoptivus, & nos adoptivi. Et ille parvulus, & nos parvuli. Et ille servus, & nos servi: quia non per illum visibilia & invisibilia facta sunt.* Mira perversitate incredulitatis ejus interiorem partem libri confitetur: & exteriorem partem libri negare non erubescit, cum ex utroque unus sit liber. Et cum exteriorem partem libri negat, & interiorem non habet. Quia nullus lector sine libro intellectum interioris libri invenire potest. Nam qui dicit, solùm interior pars est liber, exterior non est: quid iste vult dicere, cum illa, quæ videt neget; & illa, quæ non videt, confingat; & aperta fronte Ecclesiam illudat? Sed non potest nos inludere, quia libri exteriorem partem nobis relinquit, & ille vacuus abscedit. Ipsi & interiorem partem libri habemus, qui exteriorem partem tenemus: cum beatus Johannes & invisibilem, & visibilem librum, intus & foris scriptum, id est, Deum, & hominem brevi quasi charactere significaverit. Sic enim ait: *Quod fuit ab initio, fratres, quod audivimus.* Ecce libri illius interiorem partem. Aperi nunc oculos, & vide, quid sequitur: *Et vidimus oculis nostris, & manus nostræ palpaverunt de Verbo vitæ.* Ecce libri pars exterior, quæ oculis, & manibus subjecta hominum & videri, & tractari potest. Hanc partem libri exterioris Elipandus ignorat. Ille apertus liber est in tantum, ut etiamsi totus mundus in eo voluisset credere, etsi literas ignorasset, solummodo qui eum imitatus fuisset, nullus perire poterat. Quod si mendacium dicimus, quî Apostoli rustici, qui in eo crediderunt, & eum imi-

1. Joan. 1.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

imitati sunt, nullus ex eis periit, nisi unus filius perditionis Judas; qui eum non Deum, sed hominem credidit. Nam cùm Dominus diceret, & crimen (a) in numeros mitteret, *unus vestrum me tradet*, ut quem remorderet conscientia, pœnitentiam ageret, omnes tremefacti dixerunt: *Nunquid ego sum Domine?* Et hoc Petrus dixit: *Nunquid ego sum Domine?* Jacobus dixit: *Nunquid ego sum Domine?* Johannes dixit: *Nunquid ego sum Domine?* Sic & cæteri dixerunt. Judas verò quantum erat superbus, & elatus, despectum habuit Dominum nostrum Jesum Christum. Noluit dicere, *Domine:* sed dixit: *Nunquid ego sum, Rabbi? Nunquid ego sum, magister?* Apertè apparet, quod non Christus in eo habitabat: sed ille, qui dixit: *In cœlum ascendam, super altitudinem nubium ponam thronum meum ab Aquilone; & ero similis altissimo.* Cum despectum habuit dicere Domino Deo, *Domine*, sicut cæteri dixerunt: sed dixit: *Nunquid ego sum, magister?* Viderat oculis suis misellus virtutes, & mirabilia, quæ fecerat Dominus, & eum Dominum negabat ad faciem.

(a) f. innueret: vel nuens in os mitteret.

Matth. 26. 22.

Matth. 26. 25.

Isa. 14. 14.

Videat Ecclesia, ne forte & Elipandus de ipsa doctrina sit, qui despectum habet hominem dicere Deum. Si Deus servus est, ergo totius Trinitatis servus est: quia Trinitas ipse est Deus. Si Trinitatis servus est, ubi habet filium Dei, qui natus est de Virgine, quem angelus annuntiavit Virgini dicens: *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Ecce Jesum filium altissimi Patris, non filium Spiritus Sancti, non filium filii, quomodo est tecum servus? Tu si servus Dei es, totius Trinitatis servus es, id est, *uni* Deo, quia tota Trinitas unus Deus. Et Pater Deus est: & Jesus filius ejus, qui de Virgine natus Deus est, & ipsa tertia in Trinitate persona, Spiritus Sanctus Deus est. Ecce Trinitatem expressam, & tres personas propriè sibi subsistentes. Jesus Christus, qui de Virgine natus est, non ipse Pater, nec Spiritus Sanctus. Solus ipse dixit: *Pater, clarifica filium tuum.* Hoc non dixit Pater, neque Spiritus Sanctus. Solus Pater respondit Filio: *Et clarificavi, & clarificabo.* Hoc non respondit Filius, nec Spiritus Sanctus. Solus Spiritus Sanctus super Jesum baptizatum apparuit, non Pater, neque Filius. Et hi tres verè tres, quia unum sunt, natura scilicet, non persona. Et ille Deus, & ille Deus, & ille Deus. Et ille omnipotens, & ille omnipotens. Quomodo nunc & ille servus Dei, & tu servus Dei, & ambo unum Deum habetis? Si ita credis, ut dicis, non Deum omnipotentem, sed conservum tuum Jesum confiteris; aut certè te exaltas, ut quartus omnipotens sis: aut certè eum humilias, ut similis tui sit.

Luc. 1. 31.

Joan. 17. 1.

Christus homo nobis dissimilis.

Sed licet humilis tibi æstimetur, non potest tibi esse similis, quia & ipsa conceptione humana, multum dissimilis tibi est. Ille conceptus de Spiritu Sancto, non de virili semine, solus sine peccato. Tu vero de virili semine, de massa perditionis, & concupiscentia utrorumque parentum. Et natus de muliere in peccatis conceptus, & in peccatis natus. Ille inter homines solus natus de Virgine, & solus sine peccato conceptus, & solus sine peccato natus. Ille solus plenus Spiritu Sancto: tu fortasse, aut ego, aut quilibet, si accepimus, de ipso accepimus. Quia sic ille accepit, ut nos *omnes* de illo accipiamus: Ille ad plenitudinem, nobis vero, quantum dare jubet.

Sed tu dicis: Ego quod dico, tantum de homine dico. Et ego nunc quod *dixi*, tantum de homine dixi. Sed neque in quo homo est, nullus angelorum similis ei est; sed neque homo, qui de muliere natus est. Dictum est de Johanne, quòd *magnus erit coram Domino.* Dictum est de Christo: *Hic erit magnus*, sed non coram Domino, quia ipse Jesus est magnus Dominus noster, & magna virtus ejus: & *sapientiæ ejus non est numerus.* Quomodo poterit esse Jesus Christus cum Christis; & adoptivus cum adoptivis; parvulus cum parvulis: & servus cum servis? Tanta controversia, interiorem partem libri unius, quod est incomprehensibile, & invisibile comprehendere: & quod est visibile, & comprehensibile, non videre: sed publicè negare. O cæcitas? O ignoratio veritatis! O nimiam elationem, & sui damnandam præsumptionem! Isti sunt, qui Deo ipsi se præferunt sic credendo. Et si isti in carne constituti, adhuc expectant resurrectionem, & spiritualiter se vivere profitentur, qui tantum homines sunt, & à Deo facti sunt: & ista possint habere, post mortem à Deo acceperunt: & Deum se hominem facere potuisse, non credunt. Minor enim sine dubio ab istis Deus est, si quod isti possunt, ille non potuit. Nam si isti possunt in carne constituti alienam capere naturam, cur ille in carne positus suam servare non posset? videlicet, ut semper Deus sit; nec corruptelæ admixtus carnis humanæ incipiat esse corruptus. Mira disputatio veritatis, dum vult Deum honorare, dijudicat. Majoris enim virtutis est obtinere interna substantia Deitatem, quàm Deum spiritualiter in Deitate durare. Quid ergo mirabor in Deo, nisi quod cum homo esse dignatus sit, tamen in homine, quòd Deus esset, apparuit. Hoc est mirabile: Hoc est singulare. Nam hominem tantum credere, nihil est admirandum: quia omnes homines tantum homines sunt. Et ideo mirabile non est, quia unus alterum de se intelligit, quòd tantùm homo sit.

Luc. 1.

Digitized by Google

sit. Sed hoc est Christianis mirabile, quòd homo Deus verus est Jesus, secundum Prophetæ dictum, qui ait: *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Non quod iste destitit esse, quod fuerat: sed quod carnem fecit esse quod Deus est, & verè homo, qui de Virgine natus est, ipse est Jesus Dei filius, qui sub Pontio Pilato est crucifixus, & sepultus, ex utraque natura; non duo, sed unigenitus est Dei filius. Et ipse, qui est unigenitus Dei filius, ipse est *primogenitus in multis fratribus.* Et quia unigenitus, & primogenitus duæ naturæ sunt: sed propter susceptorem suum unigenitum Deum, & ipse homo unigenitus dicitur, quia in eo est unigenitus. SÆC. VIII. ANNO 785. *Psal.* 117. 22. *Rom.* 8.29.

Denique diversitas diversarum naturarum in locutione Evangeliorum ostenditur. Fidei igitur nostræ non convenit, ut credamus, quòd Jesus mentiatur: quia sine dubio est veritas. Et ex utraque natura ipse confitetur: & ab ipsius ore didicimus, quod dicimus. Et utrasque naturas ipse sibi proprio ore manifestavit. Dicit pro Divina: *Ego sum.* Dicit pro humana: *Ego sum.* Nonnunquam dicit: *Ego & Pater unum sumus*; divina est. Cum verò dicit: *Ego sum via.* Et: *Ego in nomine Patris mei veni, & non me recepistis*, humana est. Et in illa de se dixit. Sic & cum dixit: *Qui me misit, mecum est, neque me dereliquit.* Et alio loco: *Deus Deus meus, quare dereliquisti me?* Et in illa dicit: *Qui me misit.* Et in illa dicit: *Quare me dereliquisti?* In ambas naturas *me*, & *me*. Nam cum dicit: *Nec me dereliquit*, divina est. Cum autem dicit: *Me dereliquisti*, humana est. Quia Deus hominem susceperat: & ipse homo mori habebat. Et Divinitas, quæ vita erat, exul erat à morte. Ideo per mortem crucis relinquendus erat usque ad resurrectionem ipsius. Non quòd divinitas relinqueret carnem suam, sed quòd non moritura erat cum carne sua. Quia sic in sepulchro carnem suam commanendo (a) deseruit, sicut in utero Virginis connascendo formavit. Fidei ergo nostræ sic convenit, ut homo filius dicat: *Quare me dereliquisti.* Et Deus filius, qui cum Patre æqualis est, dicat: *Qui me misit, mecum est: nec me dereliquit.* Utramque naturam Christus indicat. *Exod.* 3.6. *Joan.* 10. 30. *Joan.* 14.6. *Joan.* 5.53. *Joan.* 8.29. *Psal.* 21.1. *Joan.* 8.29. *Matth.* 27. 46. (a) Videtur deesse negatio *Non.* *Matt.* 27. 46. *Joan.* 8.29.

Et cum ex utroque unus sit filius, cavendum est, ne aliquis dicat: *homo mortuus*, & Deus eum excitavit. Hoc illi dicunt, qui secundum carnem eum prædicant adoptivum: & secundum divinitatem, proprium. Sed ipse Dominus mendaces eos redarguit, cùm Judæis dixit: *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud.* Non dixit: Solvite templum, quod Pater suscitet: sed *ego suscitabo illud:* quia non est alius, qui moritur: & alius per quem mortuus resurgit: sed ipse unus mortuus est Christus. Et ipse mortuus, & ipse semper vivus: quia ex utroque unus est liber intus, & foris scriptus. *Joan.* 2.19.

Foris scriptus est, cum ipse per David dicit: *Ego dormivi, & quievi.* Intus scriptus est, cum ipse dicit: *Et ego resurrexi.* Foris scriptus est, cum ipse de Patre dicit: *Quoniam Dominus suscitavit me.* Quia & Pater eum suscitavit; in quo minor est Patre. Et Filius ipse se suscitavit; in quo æqualis est Patri. Sicut & ipse se misit; in quo æqualis est Patri. Et *Pater eum misit* in hunc mundum; in quo minoratus venit *paulò minus ab angelis.* Sic & cætera hujusmodi similia debet scrutator sanctarum Scripturarum interpretari testimonia; ut ex utraque substantia nunquam dividat personam. In Domino igitur Jesu Christo Deo, & homine, auctore, ac redemptore nostro, sicut unam absque dubitatione personam: ita duplicem constat esse substantiam: quam sermo Divinus singulariter in Lege distinguens, ita loquitur ad Judæos, cum ritum carnalium sacrificiorum cum mysticis, ac spiritualibus traderet sacramentis: *De agno cum capite, & pedibus comedetis, & intestina ejus vorabitis.* Ad hæc si exteriorem literæ sonum interroges, aut intellegas, indignum tantæ majestis præcepto fuit, ut vilissimos edacis populi cibos caput cum pedibus conjungi, & intestina purgari Spiritus Sanctus ordinaret. Et ideo nunc intestina ipsa, id est latentia interrogemus. Sub literæ carne mysteria: Agnus ille est absque dubio, de quo Johannes Baptista pronunciat: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* In quo agno per caput divinitatem, per pedes humanitatem oportet intelligi. Da in symbolo capitis eminentiam. *Credo*, inquit, *in filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum.* Da terrenam in pedibus humilitatem: *Qui conceptus est de Spiritu Sancto. Natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato. Crucifixus, & sepultus.* *Psal.* 3.6. Ibid. *Actor.* 13. 30. *Joan.* 17. 18. *Psal.* 8.6. *Exod.* 12.9. *Joan.* 1.29.

De quibus absque dubio pedibus, sapientia Salomonis insinuat: *Et figulus*, inquit, *pedibus vertens rotam.* Et quid est *figulus*, nisi ille, qui nos de terræ plasmator limo esse jussit ex nihilo? Quid *pedibus*, nisi assumpti hominis disciplinis, orbem totum ad salutaria instituta convertit? De qua *rota* in Psalmo legimus: *Vox tonitrui tui in rota*, id est, per rotam mundi vox Evangelii procurrit. De qua humana substantia in sexagesimo septimo Psalmo: *Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ut intingatur*, inquit, *pes tuus*, id est, homo assumptus in sanguine. Non enim natura cœlestis, crucis sensit injuriam: sed per conditionis humanæ in *Sap.* 15. 7. *Psal.* 76. 19. *Psal.* 67. 24.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

sanguine passionis intinctus est. In illo enim patibulo, nihil pertulit Deus patientis sensu; sed pertulit compatientis affectu. Nihil pertulit pro diversitate, sed pro unitate personæ. Nihil Deus pro infirmitate passus est: sed pro dignatione compassus est: Qui tibi esurienti alimoniam porrigens, per Evangelium clamat de cœlo: *Esurivi,* Matth. 25. 35. *& dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere.* Quia caput se in membris suis pasci, atque vestiri, pro personæ, ut diximus, unitate pronuntiat. *Ut intinguatur,* Psal. 67. 24. inquit, *pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.*

Quando, vel quomodo lingua canum Christi tincta sit sanguine, scire debemus.

Judæi sunt canes. Canes itaque Judæi sunt, qui contra veritatem blasphema voce latrabant. Quorum lingua canum tunc absque dubio sanguine tincta est Salvatoris, quando furente in se Matth. 26. 25. diabolo clamaverunt: *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.* De quo Dei sanguine sub certo Dei hominisque discrimine, in Apostolorum Actibus legimus: *Attendite vobis, & universo gregi vestro; in quo vos Spiritus Sanctus posuit Apostolos regere Ecclesiam Dei.* Et cujus Dei Ecclesiam subsequens sermo demonstrat, ita dicens: Ibid. *Quam acquisivit sanguine suo.* Apertè hic sub nomine Deitatis & sanguis, cœlestia, & humana sociavit. Ecce agnum figuraliter Christum pronuntiat Scriptura sacra. Et in *capite* agni divinitatem Christi, & in *pedibus* agni humanitatem Christi intelligere Spiritus Sanctus præordinavit. Et unus agnus, qua temeritate dividitur à te? Si secundum caput est alter agnus, & secundum pedes alter, quomodo est unus *agnus,* Joan. 1. 29. *qui tollat peccata mundi?* Nam si dividis eum, jam nec duo agni sunt, nec unus. Jam in hoc agno non poterit illudere Ecclesiam Dei. Aperte lupus apparuisti, quia agnus te superavit. Agnus iste vires tuas confregit. Agnus iste prædam, quam tenebas, excussit: & argumentationes Philosophiæ tuæ, simplicitatis suæ innocentia omnino delevit. Iste est agnus immaculatus, qui quotidie, ut beatus *Andreas* ait, in altare crucis sanctificatur. Cujus carnes posteaquam omnis populus credentium manducaverit, & ejus sanguinem biberit, agnus, qui sacrificatus est, integer perseverat, & vivus. Et cum verè sacrificatus sit, & verè carnes ejus sint manducatæ à populo, & verè sanguis ejus sit haustus: tamen, ut dixi, integer manet, & immaculatus, & vivus. Tu verò, supra quam fecisti, non dividas agnum.

Sed si vis dicere, quomodo quotidie occiditur, aut quomodo caro ejus quotidie comeditur, & sanguis ejus bibitur, & quotidie vivit occisus; assume formam discipuli, ut possis doceri, quod quæris. Quod si hoc abusivè, ut consuetus es, tuleris; non agnum, sed temetipsum dividis. Nam cum hunc agnum Ecclesia in medium protulerit: & tu dixeris, adoptivus est secundum pedes, & nequaquam secundum caput, jam hic illusio tua non valebit. Quare? Quia una persona, & unus agnus non poterit ex parte esse proprius filius, & ex parte adoptivus: Id est, ex parte filius, & ex parte non filius: Et ex parte Deus, & ex parte non Deus. Non dividas: Non rumpas: Non scindas. Omnibus integer abundat. Omnibus solus sufficit. Et tamen licet dividere coneris, eum dividere non poteris. Inseparabilis unitio est. Talis facta est illa susceptio, quæ Deum hominem fecit, & hominem Deum, & ex utroque unum Christum. In his duobus substantiis venturum ad terram Deum, Esaias Propheta exi- Isai. 45. 8. mius protestatur: *Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum.* De homine verò mox Ibid. subdidit: *Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.* Quia utique in Mariæ Virginis corpore, mundissimam terram cœlesti germine fœcundavit. Beatus quoque Job, qui non solum adesse præsentiam Redemptoris, sed etiam Passionis præsignavit, ita di- Job. 19. 26. cit: *Rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Dominum.* Quæ sententia duplicis intelligentiæ luce præfulget, id est, in Christo, & Ecclesia Job præfiguravit Ecclesiam: & in carne sua repromittit resurgere: & Deum hominem factum in carne sua, qua ipse erat, cognoscere. Quia sicut caro Job, nullus alter erat, nisi Job: Job. 19. 26. ita caro Dei verbi, nullus alter erat, nisi Deus. *In carne mea videbo Dominum:* Id est, in carne, in qua sum, in ea resurrecturus sum. Hoc enim sequens sermo confir- Job. 19. 27. mat, dicens: *Quem videbo ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt.* Hoc in sua persona de tota Ecclesia dixit; quod futurum adhuc post resurrectionem erit. De Christo verò, quòd suam carnem in eo recognosceret, & carnem & divinitatem Job. 19. 26. unum Christum Deum agnosceret, superior intellectus hoc continet, quod *in carne sua,* id est, in fragilitate conditionis suæ, hominem Deum videret.

Locus Job ex cap. 19. de Christo declaratus.

Duæ Christi nativitates. Hanc ergo diversitatem ex hoc quoque intelligere apertum est. Alia est enim illa nativitas, vel natura, in qua juxta Apostolum, *factus ex muliere, factus sub lege:* Gal. 4. 4. Alia, qua *in principio erat Verbum,* Deus apud Deum. Alia, qui creatus ex Maria Joan. 1. 1. humiliatur in terris. Alia, in qua sine initio manens, creavit cœlum, & terram, secundum quam regulariter intelligitur *Christus;* quæ omnia quidem ipse est per similitudinem: sed non omnia ipse est per proprietatem. Trahit enim nominum species de inferioribus rebus, ut facilius intellegatur. Dicitur enim modo *Leo,* modo *agnus,* modo *panis,* modo *vitis.* Sic & cætera, id est, *flos, via, ostium, petra, mons, lapis*

Christus in sacris literis variis nominibus appellatus.

Digitized by Google

lapis angularis, *lapis offensionis*, *fundamentum*, *ovis*, *aries*, *hædus*, *vitulus*, *serpens*, *vermis*, *aquila*. Hæc omnia Christus secundum similitudinem intelligendus est, non per proprietatem. Proprietatem, si quæras à me, quid sit Christus; Deus, & homo est una persona. Quia *in principio erat Verbum*; *& Verbum erat apud Deum*, *& Deus erat Verbum*. Ecce suam proprietatem. SÆC. VIII. ANNO 785. *Joan.* 8. 1. 2.

Si quæras à me de ejus incarnatione, dicimus suam proprietatem. Filius unicus est de Patre in æternum ab æterno genitus, æqualis gignenti, per quem facta sunt omnia: cum Patre incommutabilis: & accepta forma hominis non mutatus. Ex incarnatione *filius hominis*, & *filius Dei*. Hoc totum, quod dixi, non similitudo, sed res est: Id est, per proprietatem Christus Dei filius est. Nam illa, quæ supra memoravimus, similitudines Christi sunt, non ipse Christus est. Per similitudinem Christus multa est, quæ per proprietatem non est. Si autem proprietates discutias rerum, quas videre consueviśti, nec leo est Christus, quia fera non est. Nec agnus est, quia pecus non est. Nec panis, quia de herba natus non est. Nec vitis, quia arbor non est. Nec flos, quia semen herbæ non est. Nec via, quia animalia bruta per eum non ambulant. Nec ostium, quia non eum faber fecit. Nec mons est, quia sylva non est. Nec petra est, quia durus, & sine sensu non est. Nec lapis angularis est, quia non ab instructore compositus est. Nec lapis offensionis est, quia non viam occupavit. Nec ovis est, nec aries, quia pecus cornutum non est. Nec hædus est, quia de capra non est. Nec vitulus, quia de vacca non est. Nec serpens, nec vermis est, quia reptile non est. Nec aquila est, quia volatile non est. Dicitur & pastor per similitudinem, & liber: sed pastor non est, quia custos ovium quadrupedum non est. Nec liber est, quia non ex pellibus ovium ab scriptore compositus est. Sic & cætera hujusmodi similia, quæ per ista parva prudens lector intelligere (a) quærat, quid sit Christus per proprietatem, aut quid intellegatur per similitudinem. *Christus* per similitudinem multipliciter appellatur. (a) f. queat.

Nam leo dicitur pro regno, & fortitudine. Agnus, propter innocentiam, quia mansuetus venit. Dicitur enim panis, quia caro est. Vitis, quia sanguine ipsius redempti sumus. Flos, quia electus est. Via, quia per ipsum ad Deum imus. Ostium, quia per ipsum ad Deum ingredimur. Mons, quia fortis. Petra, quia firmitas est credentium. Lapis angularis, vel quia duos parietes (a) *ediocise*, id est, Judaicum populum, & Gentilem ad fidem venientes, in unam fabricam Ecclesiæ jungit: vel quòd pacem in se angelis, & hominibus facit. Lapis offensionis dicitur, quia veniens humilis offenderunt in eum Judæi, vel increduli homines, & factus est *petra scandali*, sicut dicit Apostolus: *Judæis quidem scandalum*. Fundamentum autem ideo vocatur, quia fides in eo firmissima est, vel quia per eum Ecclesia Catholica constituta est. Ovis propter patientiam. Aries propter principatum. Hœdus propter similitudinem carnis peccati. Vitulus pro eo, quod pro nobis est immolatus. Serpens pro morte, & sapientia. Vermis, quia resurrexit. Aquila, quia post resurrectionem ad astra remeavit. Pastor, quia custos hominum. Liber, quia in eo sunt *omnes thesauri sapientiæ*, *& scientiæ absconditi*. In sapientia intelligitur omnis *plenitudo divinitatis*, id est, sua & Patris, & Spiritus Sancti. In scientia intelligitur omnis plenitudo humanitatis nostræ, quam ipse solus Filius suscepit ex Virgine, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Nam cum plerique legunt hunc librum, & omnes audiunt, multi multa de eo suspicantur, & diversa intentio est. Et porrò pauci intelligunt, nec intellegent omnes impii. Porrò docti intellegent, quia clausus liber est, & signatus, & publicè, & manifestè apertus. Et nisi seipse exposuerit, nullus eum poterit intelligere incredulus. Credentibus enim aperitur; & non credentibus clauditur. Hinc per Danielem dicitur: *Clude sermonem*, *& signa librum*. Per Johannem quoque in Apocalypsi, in prima parte libri dicitur: *Signa quæ locuta sunt septem tonitrua*. Et ne ea scripseris. In fine vero libri ait: *Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus*. Quid hoc est, nisi quod appropinquante mundi fine, superna scientia aperitur, & proficit, & latius cum corpore excrescit? *Christi* appellationes mystice declaratæ. *Ephes.* 2. 1. *Cor.* 1. 23. *Coloss.* 2. 3. *Coloss.* 2. 9. *Dan.* 12. 4. *Apoc.* 10. 4. *Apoc.* 22. 10.

Hinc namque per Danielem dicitur: *Pertransibunt plurimi*, *& multiplex erit scientia*. Jam & sicut supra diximus, Johanni in propria parte revelationis angelus dicit: *Signa*, *quæ locuta sunt septem tonitrua*. Cui tamen revelationis ejusdem fine præcipit, dicens: *Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus*. Ecce librum, & signatum, & clausum & revelatum, manifestum, atque apertum, & non signatum. Pars quippe revelationis in capite libri signari præcipitur; finis verò libri signari prohibetur. Quia quidquid in sanctæ Ecclesiæ prædicatione in primordio latuit, finis quotidie ostendit. Quia sicut uniuscujusque hominis ab infantia usque ad senectutem ætas describitur. *Dan.* 12. 4. *Apoc.* 10. 4. *Apoc.* 22. 10.

(a) Videtur à Διοικέω, quòd est *administro*, *rego*, *ordino*, *dispono*, derivasse ἐδιώκησε, & latinis characteribus, *ediocise*.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

ſcribitur. Parvula quippe tunc erat, cum à nativitate recens, verbum vitæ prædicare non poterat. Hinc enim de illa dicitur: *Soror noſtra parvula eſt, & ubera non habet*; quia nimirum ſanctæ Eccleſiæ priuſquam proficeret per incrementa virtutis, infirmis quibuſque auditoribus præberi non potuere ubera prædicationis. Adulta vero Eccle-
Cant. 8. 8. ſia dicitur, quando Dei verbo copulata, repleta Sancto Spiritu, prædicationis myſterium in filiorum conceptione fætatur: quia quos exhortando concipit, in converten-
Cant. 1. 3. do parit. De hac ejus ætate Domino dicitur: *Aduleſcentulæ dilexerunt te.* Univerſæ quippe Eccleſiæ, quæ unam catholicam faciunt, aduleſcentulæ vocantur. Non jam vetuſtæ per culpam: ſed novellæ per gratiam: Non ſenio ſteriles, ſed ætate mentis, ad ſpiritualem congruæ fœcunditatem. Tunc ergo cum in diebus illis Eccleſia quaſi quodam ſenio debilitata, per prædicationem filios parere non vult, reminiſcitur
Job. 29. 4. fœcunditatis antiquæ, dicens illum Job verſiculum: *Sicut fui in diebus aduleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo.* Quamvis poſt eoſdem dies, quibus deprimitur, jam tamen circa ipſum finem temporum grandi prædicationis virtute roboratur. Nam ſuſceptis ad plenum Gentibus, omnem Iſraeliticum populum, qui
Rom. 11. 25. tunc inventus fuerit, in fidei ſinum trahit. Scriptum quippe eſt: *Donec plenitudo Gentium intraret: & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret.*

Sed ante illa tempora erunt dies, in quibus ab adverſariis paululum videtur oppreſ-
Job. 29. 4. ſa, cùm & dies aduleſcentiæ reminiſcitur, dicens: *Sicut fui in diebus aduleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo.* Quid in hoc loco *tabernaculum*, niſi ſecretum mentis, niſi quietudo animi, niſi vita contemplativa ſine perſecutione aliqua? Attamen cum in fine ſæculi cœperit Eccleſia perſecutionibus fluctuare, quietudinem mentis habere non poterit. Tunc reminiſcitur illud, quod per ſemetipſum
Matth. 24. veritas in Evangelio dicit: *Surgent Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem mittantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.* Nunc
Antichriſtus. autem fideles noſtri mira faciunt, cum perverſa patiuntur: tum autem & perverſa patiuntur ſancti, & miracula non faciunt. Tunc verò prædicatores Antichriſti, id eſt, hæretici, etiam cum perverſa inferunt, mira facturi ſunt. Proinde nos admonet,
Matth. 24. 26. dicens: *Si ergo dixerint vobis: Ecce in deſerto eſt Chriſtus, nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere.* Ac ſi aperte diceret. Si quis promiſerit vobis, quod in deſerto Gentilium, & in Philoſophorum dogmate Chriſtus moretur, aut in hæreti-
Ibid. corum penetralibus, qui Dei pollicentur ſecreta, *nolite exire: nolite credere:* ſive quia perſecutionis, & anguſtiarum tempore, ſemper Pſeudoprophetæ decipiendi inveniunt locum. Si quis ſub nomine Chriſti ſe jactare voluerit, non ſtatim accommo-
Matth. 24. 27. detis fidem. *Sicut enim fulgor exiit ab Oriente, & paret uſque in occidente; ita erit & adventus filii hominis. Nolite exire, nolite credere*, quod filius hominis, vel in deſerto Gentium ſit; vel in penetralibus hæreticorum: ſed quod ab Oriente uſque ad occidentem fides ejus, quæ ab Apoſtolis tradita eſt, in Catholicis Eccleſiis fulgeat.

Secundus adventus Chriſti gloriosus. Nam & hoc prætermittendum non eſt, ſed coram omni Eccleſia tam ſapientibus, quàm ruſticis prædicandum, quod ſecundus adventus Salvatoris, non in humilitate, ut prius; ſed in gloria demonſtrandus ſit. Stultum eſt itaque eum in parvo loco, vel
Pſal. 49. 2. in abſcondito quærere, qui totius mundi lumen eſt. De ipſo enim legimus: *Deus ma-*
Pſal. 69. 3. *nifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis ante ipſum ardebit, & in circuitu ejus, tempeſtas valida.* Intellege & hîc utriuſque ſubſtantiæ proprietatem; in veritate aſſumpti corporis venturus creditur, & Deus vocabitur. Adfuit infirmitate abſcondi-
Pſal. 69. 3. tus; aderit in virtute manifeſtus. *Ignis*, inquit, *ante eum ardebit; & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Cum talis reverentia præſentis erit futura, putas qualis erit forma ſententiæ? Ille quidem redditurus eſt quod promiſit: ſed exacturus eſt, quod redemit.

Et ideo totis per adjutorium ſuum viribus enitamur, ut quidquid contulit judicatus, integrum in nobis inveniat judicaturus. Et ideo ſi cum fide, cum juſtitia, cum miſericordia, cum caritate, & cum caſtitate viventes, in ejus timore manſerimus, magnum jam munerum ſuorum pignus tenemus. Dabit abſque dubio regnum ſuum. Dabit quæ ſua ſunt nobis, qui ſeipſum dignatus eſt offerre pro nobis, Amen.

Finis Libri primi.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

DE CHRISTO,

ET EJUS

CORPORE,

QUOD EST ECCLESIA:

ET DE DIABOLO,

ET EJUS

CORPORE,

QUOD EST ANTICHRISTUS.

SCripſimus (a) crimina tua, quibus nos hæreticos, & ignaros fidei, atque Antichriſti diſcipulos pronunciare non ceſſas, hunc apologeticum; non Panegyrico more adlocutionis mendacii, nec obſcuritatibus fumoſorum eloquentiæ ſermonum; ſed puris ſenſibus; ut omnes, qui audierint, intelligere poſſint. Apologeticum eſt excuſatio, in quo accuſantibus reſpondetur in defenſionem ſui. Et ideo criminantibus reſpondimus; & nos ab hæreſi purgatos, Deo inluminante, invenimus. Panegyricum, & licentioſum, & laſcivioſum genus dicendi, in laudibus Regum: In cujus compoſitione multis mendaciis adulantur. Non enim nos mendacium in apologeticis noſtris, in laudem cujuslibet Regis terreni, compoſuimus; ſed fidem veram, quam ab ipſis diſcipulis veritatis hauſimus. (a) f. deeſt; ob vel propter.

Sed quia libelli tui, in quibus nos hæreticos eſſe fateris, jam per publicum in diverſis terrarum vulgati ſunt partibus; ut omnes, qui eos legerint ſecundum fidem tuam, te catholicum Toletanæ ſedis doctorem, novellum Archiepiſcopum, (a) & nos Libanenſes indoctos, & hæreticos, atque Antichriſti diſcipulos *Etherium & Beatum* prædicent: Et quia ex utraque parte contentio exorta eſt, & fides diverſa profertur, non ſolum fama, ſed etiam ignominia nobis à te inrogatur. Fama enim tam in bonam, quam in malam partem intelligitur. Ignominia vero nunquam, niſi ſemper in malam partem vertitur. Ignominiam dictam, eo quod deſinat habere honeſtatis nomen is, qui in aliquo crimine deprehenditur. Dicta eſt autem ignominia quaſi ſine nomine, ſicut ignarus ſine ſcientia; ſicut ignobilis, ſine nobilitate. Hoc quoque infamia dicitur, quaſi ſine bona fama. Et ideo ignominiam nobis cum mala fama prædicas, ut ſine differentia, ſolus tu videaris in Eccleſia habere bonam famam. Certe tua jam, & noſtra talis eſt bona fama: & non ab alio, ſed à te ſolo additum eſt, & infamiam, id eſt, ignominiam, ut qui nomen non habuerunt, ad meam comparationem, nomen habere non poſſunt. Hæc fama eſt per publicum; & certè ſine cauſa, nulla fama potuit eſſe. Fama autem dicta à *fando*, id eſt, à loquendo: quia loquendo pervagatur per traduces linguarum perſtrepens auribus audientium. Ether. & Beat. Hæreſeos accuſati. Ignominia unde dicta. Fama.

Eſt

(a) Hæc leguntur in epiſtolâ Elipandi ad Fidelem Abbatem, quæ ſuperius legitur. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

Est autem nomen & bonarum rerum, ut diximus, & malarum. Cum & ista sit utraque fama, sive tua, sive nostra, incerta est. Et ideo famæ nomen locum non habet, quia fortasse mendax fama est, adjiciens multa, vel minuens de veritate. Veritas enim inter utraque sibi sola sufficit; quia nec addi, ne minui potest. Quæ tamdiu fatigatur, quousque comprobetur. Et cum probata fuerit, cessat esse: ut exinde res nominetur, non fama. Semper mendax cum mendacio deficit. Non enim mendax facit mendacium: sed mendacium facit mendacem. Non poterit mendax esse absque mendacio, quousque finxerit mendacium. Nam cum dimiserit mendacium, desinit esse mendax. Mendacium nihil aliud est, nisi absentia veritatis. Mendax verò substantia est: mendacium autem non est substantia, sed qualitas in substantia. Omnis ergo substantia, quæ à Deo bono creata est, bona est. Vitium vero non est à Deo creatum, sed à diabolo inventum. Nam Deus Pater genuit veritatem Filium: & natus est veritas de veritate, id est, substantia de substantia. Et ambo simul una substantia, sicut ambo simul una veritas. Diabolus verò substantia est bona creata: quia *omnia, quæ fecit Deus, bona sunt valde.* Arbitrio suo factus est diabolus, non Dei conditione. Ipse est auctor mendacii, quia genuit mendacium. Et quia mendacium genuit, pater mendacii est. Non enim, ut supra diximus, mendacium substantia est, sed tantùm qualitas. Solus tamen diabolus substantia est, quia pater qualitatis est, non substantiæ.

Christus Veritas.

Gen. 1. 31.

Mendacii pater diabolus.

Et quid est qualitas? Quia facit unumquemque qualis sit. Etenim in corporibus qualitas, & quantitas. Qualitas est corporis, quæ facit eum album, aut nigrum. Quantitas vero longum, aut brevem. Ac per hoc in corporibus est qualitas, quæ refertur ad colorem: quantitas ad mensuram. In spiritualibus vero rebus qualitas est sine quantitate; ut cum dicimus: Angelus est. Et quia angelorum bonorum & malorum substantia est: discernimus eum in qualitate, cum dicimus, Angelum bonum, & angelum malum. Angelus bonus non à se est bonus, sicut Deus: sed adhærendo bono Deo fit bonus. Angelus autem malus non à bono Deo, sed à se est malus. Quod substantia est, à bono Deo est. Quod autem malus est à se tantùm malus, non à bono Deo malus. Et unde effectus est malus, nisi non adhærendo Deo effectus est malus: sicut è contrario, angelus bonus adhærendo Deo est bonus. Unde ergo non adhæsit Deo diabolus, ut esset bonus, nisi quia mendax est? Ab initio enim *mendax fuit*, secundum Domini dictum, & in veritate nunquam stetit. Veritas enim Deus est, ut supra diximus: In qua veritate stare contempsit. Mendacium finxit: quia quod Deus possidebat per naturam, voluit ille hoc apprehendere per rapinam, dicens: *Ero similis altissimo.* Et ideo mendax, quia de suo dixit: de suo composuit: de suo finxit; à semetipso didicit, quod dixit. Et quia à semetipso didicit, ideo propriam gloriam quæsivit, quia à semetipso locutus est. Proinde Dominus in Evangelio ait: *Qui loquitur mendacium de suo. Et qui à semetipso loquitur, propriam gloriam quærit: Ego non quæro gloriam meam, sed ejus, qui me misit.* Jam diabolus, qui pater mendacii apparuit, ex ipso mendacio primum in paradiso hominem decepit, dicendo contra præceptum Domini: *Eritis, sicut Dii, si comederitis de ligno inlicito.* Hoc mendacium non ab homine inventum est, sed à diabolo. Jam homo quod fecit, non à se didicit, sed à diabolo instigatus accepit. Jam filius diaboli factus est per mendacium; quia ipsum mendacium patrem habet diabolum. Ex hoc mendacium propinatus est genus humanum. Et nunc in Ecclesia omnes, qui sunt mendaces, ex ipso spiritu errores accipiunt, ut sint mendaces. Et qui veritatem proferunt in Ecclesia, non à se sunt veridici, sed à veritate accipiunt, unde veritatem proferant.

Qualitas quid sit.

Joan. 8. 44.

Isai. 14. 14.

Joan. 8. 44. & 50.

Gen. 3. 5.

Jam supra diximus, quia veritas Pater genuit filium veritatem, & hoc, quod est substantia Pater, genuit substantiæ suæ filium, per quem omnia condidit. Et ideo non est à semetipso filius Deus; sicut Pater à semetipso est Deus: sed hoc, quod est ab alio: id est, à Patre, non à se est. Diabolus verò, cum à Deo bono bonus esset factus, genuit mendacium, non naturæ suæ filium, quod erat substantia: sed qualitatem in substantia: ut ipsa qualitas non possit alibi accedi, nisi in substantia, quod est bonum. Ac per hoc, bonum potest esse sine malo: malum sine bono esse non potest: quia nullum malum substantia est, nisi tantùm privatio boni. Sicut tenebræ nullæ substantia est, sed tantum absentia lucis. Sicut mors nulla substantia est, sed tantum absentia vitæ. Sicut fames nulla substantia est, sed tantum absentia cibi. Sicut nuditas nulla substantia est, sed tantum absentia vestimenti: Sic superbia nulla substantia est, sed absentia humilitatis. Sic discordia nulla substantia est, sed absentia charitatis. Sic iracundia nulla substantia est, sed absentia patientiæ. Sic quoque mendacium nulla substantia est, sed absentia veritatis.

Ether. Antichristus.

Dicis certè, quod ego sum spiritus ille mendax erroris. Cum hæc dicis, patulè datur intelligi, quòd te veracem esse profiteris, cum me mendacem dicis. Dicis enim Fideli tuo, quod puto ille tibi jam notuerat; *Sed quia audivi, quod præcursor Antichristi*

Digitized by Google

hristi in medio noſtri apparuit; quia illum jam natum annuntiat: quæſo, ut perquiras ab eo, ubi, aut quomodo, aut quando natus eſt ſpiritus ille mendax Prophetarum, qui in eo loquitur, nos (a) ſollicitos reddas. Multi enim intellegunt, qui legunt nebulam verborum tuorum, quæ ſub allegoria ſcribis, ut fiat quæſtio inter interpretes, & te, tanquam novum prophetam, ænigmaticè locutum explanent. Quod ſi inveneris laudatores tuos, qui poſſint multa opinative confingere, ut confingis, & adulanter, more panegyrico, tibi reſpondeant ſolum, quia contra nos, ut agis, agant, doctores peritiſſimi à te comprobentur, licet mendacium loquantur: Et unde hoc ſcis, quòd præcurſor Antichriſti ſum, qui ſpecialiter à te denotor. Jam dicis: *in medio noſtri apparuit.* Et quid eſt *medio veſtri*, aut quanti eſtis, in cujus medio ſum? Debes nominare, & ſpeciem partis tuæ, ſicut ſpeciem partis Antichriſti. Hoc nomen Antichriſti unum ſonat, ſed multi ſunt, & in Eccleſia fuerunt, & de Eccleſia exierunt. Nihil enim aliud eſt nomen Antichriſti, niſi contrarius Chriſto. Et cum contrarius invenitur Chriſto, apparet eſſe mendax. Et cum mendax apparuit, apparet eſſe filius diaboli. Et omnis mendax filius diaboli, quia diabolus, ut ſupra diximus, pater eſt mendacii.

SÆC. VIII. ANNO 785.

(a) certos

Antichriſtus.

Requiramus nunc, qui eſt mendax. Joannes Apoſtolus dicat. Sic enim ait: *Omnis* qui *confitetur, quod Jeſus non eſt filius Dei, mendax eſt, & ipſe eſt Antichriſtus.* Tu dicis, quia Jeſus non eſt filius Dei. Et quis eſt Jeſus, niſi homo ille, qui de Virgine natus eſt? Ecce qui hunc Jeſum negat eſſe filium Dei, Antichriſtus eſt, & mendacium loquitur: quia omnes credimus, quod Jeſus filius Dei eſt. Vide tu nunc, quis eſt præcurſor Antichriſti, qui in medio veſtri apparuit. Quomodo apparuit, qui natus fuit? Antequam naſceretur, præcurſor erat Antichriſti. Poſtquam verò natus fuit, jam non eſt præcurſor, ſed ipſe eſt Antichriſtus. Quid eſt nativitas ejus, niſi apparitio ejus? Et quid apparitio ejus, niſi manifeſtatio ejus? Et quid eſt manifeſtatio ejus, niſi prædicatio ejus? Antequam prædicaret, præcurſor erat Antichriſti, quia noluit Chriſtum *intelligere, ut bene ageret: ſed iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, & aſtitit omni viæ non bonæ.* Cum omni viæ non bonæ adſtitit, ſine dubio Antichriſti præcurſor fuit. Et cum iniquitatem publicè prædicat, quam tanto tempore in cubili ſuo, id eſt, in ſecreto cordis ſui, meditavit, ſine dubio Antichriſtus eſt, quia Jeſum negat, quod filius Dei eſt.

Mendax quis. 1. *Joan.* 2. 22. & 23.

Pſal. 35. 5.

Sed fortè dicis; unde hoc affirmas, quod Antichriſtus eſt? Unde hoc affirmo, audi, quia malitiam non odivit. Propheta hoc dixit, non ego. *Noluit*, inquit, *intelligere, ut bene ageret. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit.* Iſta tria in mendacio ſunt, non in veritate. Jam Antichriſtus habet Antichriſtos. Nunquid Antichriſtus aliud facturus eſt, cum venerit, niſi hoc tantùm, quod contra Chriſtum dimicaturus ſit, & Evangelium ejus non recipiat, & dicat: Ego ſum Chriſtus? Jam & tu dicis: *Et nos Chriſti ſumus, ſicut Chriſtus.* Et Dominus nos admonet dicens: *Exurgent Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ; & dabunt ſigna, & prodigia, ita ut in errorem mittantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.* Jam & hoc experimento cognovimus, quia ad hanc veſtram veritatis fidei contrariam (b) plerique etiam electi, licet ad modicum, turbati ſunt. Qui & omnes, cum primitus audivimus, turbati fuimus. Et ideo Antichriſti præcurſores non ſumus. Quia etſi cum Petro erravimus, jam cum eo errata plangimus: & Jeſum eſſe Chriſtum filium Dei publicè confitemur. Et qui ita non crediderit, ut credimus, ipſum eſſe Antichriſtum non dubitamus. Non ipſum per ſpeciem, qui venturus eſt: ſed ipſos, quos Apoſtolus Joannes dixit. *Nunc in Eccleſia Antichriſti multi ſunt. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis*, id eſt, in fide noſtra non erant. Quod ſi fuiſſent ex fide noſtra, permanſiſſent utique nobiſcum. Et ideo Antichriſti appellantur ab Antichriſto, id eſt, contrarii Chriſti vocantur, quia contra Chriſtum pugnant. Nam ſicut habuit mediatores ſuos Chriſtus David, vel cæteros, qui Chriſti dicebantur, & eum præfigurabant; ſic ille filius perditionis Antichriſtus, qui eum præfigurant, & nomen habent Antichriſti, Antichriſtus appellatur, quia contra Chriſtum venturus eſt. Non quomodo quidam ſimplices intellegunt, Antichriſtum ideò dictum, quòd ante Chriſtum venturus ſit, id eſt, poſt eum veniet Chriſtus. Non ſic, ſed Antichriſtus Græcè dicitur, quod eſt Latinè, contrarius Chriſto. *Anti* enim Græcè in Latinum *contrà* ſignificat, Chriſtum ſe enim mentietur, dum venerit, & contra eum dimicabit, & adverſabitur ſacramentis Chriſti, ut veritatis Evangelium ſolvat, & non recipiat, niſi tantum Legem Moſaycam, & populum ad circumciſionem provocet. Nam & templum Hieroſolymis reparare, & omnis legis veteris cæremonias reſtaurare tentabit.

Ibid.

Matth. 24. 24. & *Marc.* 13. 22.

(b) prædicationem vel ſimile quid.

1. *Joan.* 2. 18.

Antichriſtus unde ſit dictus.

Sed & ille Antichriſtus eſt, qui negat Deum eſſe Jeſum Chriſtum. Contrarius enim, ut diximus, Chriſti eſt. Sed & ille Antichriſtus eſt, (c) *qui non credit* Jeſum Chriſtum eſſe Deum, operibus autem diſſentit à Chriſto. Chriſtum credit fide, ſed negat opere.

(c) *qui non negat.*

De

SÆC. VIII. ANNO 785. *Tit. 1. 16.*

De quibus Apoſtolus dicit: *Confitentur autem ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Nam unusquiſque à conditore ſuo, aut fide ſecedit, aut opere: ſicut qui fide ſecedit, Antichriſtus eſt: ita & qui opere ſecedit ab omnipotente Deo: apoſtatata nominatur, etiamſi in Eccleſia fidem tenere videatur. Omnes enim qui exeunt de Eccleſia, & ab unitate fidei, & operis præciduntur, ſine dubitatione Antichriſti eſſe creduntur. Nos autem, quantum ad rationem fidei noſtræ pertinet, ab Eccleſia non eximus. Quia illa, quæ per totum mundum ab Apoſtolis tradita univerſitas credentium tenet (unde nomen habet catholica) hanc fidem tenemus. Et ubi eſſemus, non habemus.

Catholicus quis.

Quando catholicam fidem diximus, id eſt, univerſalem. Græcè enim univerſitas, ſive generalitas catholicon vocatur. Et ideo non poteſt eſſe hæreticus, qui eſt catholicus: Id eſt, non poterit exire ab Eccleſia, qui habet fidem Apoſtolicam, quam generalis per totum mundum tenet Eccleſia. Credere ſe in Deum Patrem omnipotentem, & Jeſum Chriſtum filium ejus unicum Deum, & Dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu Sancto, & Maria Virgine. Hanc fidem, quam Deo illuminante, à ſuis Apoſtolis traditam accepimus, in Eccleſia Catholica tenemus.

Eccleſia Cathol. non docet dogmata Elipandi.

Nam non didicit Eccleſia hanc fidem tuam per totum mundum: nec conſuevit credere in eum, qui de Virgine natus eſt, non per illum facta eſſe viſibilia, & inviſibilia: ſed tantum per illum, qui non eſt adoptione, ſed genere. Nec habet conſuetudinem dicere: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, & in filium ejus, qui Deitatem ſuam exinanivit, apparuit in mundo per ſubjectæ creaturæ ſpeciem cum Patre & Spiritu Sancto, Abrahæ in ipſo fervore diei: qui eſt adoptivus humanitate, & nequaquam adoptivus divinitate. Hæc fides tua eſt. Nam in toto mundo non eſt. Quòd ſi verum non dicimus, interrogemus omnem Eccleſiam Catholicam, ſi generaliter per totum mundum talis fides eſt. Requiratur ordo Baptiſmi, & ſymbolum à duodecim Apoſtolis compoſitum, quem habet Eccleſia traditum, pro quo baptizat filios ſuos, ſine quo non poterit eſſe Baptiſmum. Requirant & ſymbolum *trecentorum* Patrum adverſus tuam fidem compoſitum: & ſi invenerint de tuis ſermonibus, vel unum ibi inſertum, nos eximus ab Eccleſia. Si certe novam habuerint haec tuam doctrinam, ſicut & nobis novella eſt; tu exiſti cum tuis ab Eccleſia catholica, quæ generaliter per totum mundum eſt conſtituta. Nam tua fides ſola apertè cognoſcitur in te eſſe cöarctata, & in antro tuæ perfidiæ teneri ligata. Et hæc hæreſis te facit eſſe hæreticum, cum illa non credis, quæ credit cuncta Eccleſia per univerſum mundum. Hæreſis enim non ſubſtantia, ſed qualitas eſt *in* ſubſtantia. Et non hæreticus facit hæreſim: ſed hæreſis facit hæreticum: Sicut non ſuperbus facit ſuperbiam, ſed ſuperbia facit ſuperbum. Et cum dimiſerit quam habet ſuperbiam, deſinit eſſe ſuperbus: quia non eſt ipſa ſuperbia ſubſtantia, ſed qualitas in ſubſtantia. Deus bonus fecit hominem bonam ſubſtantiam. Superbia vero qualitas eſt in ſubſtantia de diabolo nata. Quæ dum in homine acceſſerit, efficitur filius diaboli: quia de diabolo nata eſt ſuperbia. Et tunc unusquiſque deprehenditur eſſe ſuperbus, cum plus unus alteri major vult eſſe, quam quod eſt. Et cum major ſe æſtimaverit alteri, perdidit *ipſum*, quod erat: & tunc Deum perdit, à quo eſt. Et cum perdiderit Deum, *efficitur* diaboli membrum, cujus & filius eſt, non natura, ſed imitatione. Sic enim auctor ſuus diabolus bonus erat à Deo bono creatus: Et inde extitit ſuperbus, quia ſuper voluit eſſe, quàm quod erat. Et dum ſuper voluit eſſe, quàm quod erat, non ſolum hoc, quod erat, perdidit: ſed etiam tartari inferna promeruit. Et quia caput eſt omnium ſuperborum, omnes ſuperbos ſibi in uno corpore, tanquam capiti copulavit, & ſecum in gehennam demerſit. Sicut è contrario Chriſtus humilis humili Eccleſiæ, quod eſt caput, & corpus, ſecum ad cœleſtia traxit, Nam ſicut ſuperbia facit ſuperbum: ſic hæreſis facit hæreticum. Deſinit eſſe ſuperbus, cum dimiſerit, quam habet in ſe ſuperbiam. Deſinit etiam eſſe hæreticus, cum dimiſerit, quam habet in ſe, hæreſim. Semper erit hæreticus, qui ſemper in ſe habet hæreſim. Sicut ſemper erit ſuperbus, qui ſemper habet in ſe ſuperbiam. Nam hæreſis à diabolo inventa eſt, & de diabolo nata eſt, ſicut & ſuperbia. Et quia eſt, & ſubſtantia non eſt, & mala eſt, non à Deo, ſed à diabolo eſt. Omne enim quidquid eſt, & malum eſt, & ſubſtantia non eſt, ex diabolo eſt. Omnis tamen ſubſtantia à Deo bono creata, bona eſt. Et tandiu bona eſt, quouſque illa non habuerit, quod ex diabolo eſt.

Malum & bonum unde.

Nam omnia, quæ facta ſunt à Deo, duo ſunt tantum, id eſt, corpus, & ſpiritus. Angelus eſt ſpiritus: mundus vero corpus: homo tamen ſolus ex utraque componitur, id eſt, corpore, & ſpiritu. Tertia eſt qualitas angeli, & hominis; quæ nec corpus eſt, nec ſpiritus, & tamen eſt, quia nihil non eſt. Quæ & ipſa qualitas non in ſe eſt, ſed in ſubſtantia eſt, & ſine ſubſtantia eſſe non poteſt: ut bonus, & malus. Hæc qualitas in ſubſtantia. Dicimus angelum bonum, & hominem bonum. Dicimus angelum malum, & hominem malum. Aliud eſt, quod ſunt, & aliud quod habent. Nam quod ſunt, ſubſtantia ſunt: quod vero habent, qualitas eorum eſt, per quam diſcer-

Digitized by Google

diſcernuntur, qui ſunt boni, qui mali. Nam angelus bonus dicitur, ſed non eſt ipſa bonitas ipſe angelus. Non enim apoſtata angelus diabolus factus eſſet, ſi per ſe bonitas eſſet. Angelus enim, ut ſit bonus, non à ſe, ſed à Deo habet, ut ſit bonus. Et aliud eſt quod ſubſtantia eſt: aliud quod habet bonitatem in ſe. Sic & homo bonus, aliud eſt, quod ſubſtantia eſt, aliud eſt bonitas, quam habet in ſe. Deus tamen per ſe bonus eſt, quia ipſa bonitas Deus ipſe eſt. Et non eſt aliud ſubſtantia ejus, & aliud bonitas ejus, ſicut hominis, & angeli: ſed ipſa bonitas ejus ſubſtantia eſt. Omnia opera, quæ fecit bonus Deus, bona ſunt. Et cum in hoc ſunt, in quo facta ſunt, ſemper bona ſunt. Bonitas illa, quam ex Deo acceperunt, ſi non perdiderunt, facit, ut ſemper bona ſint. Et contra angelus malus, & homo malus inde dicuntur, quia perdiderunt bonum. Angelus ſubſtantia eſt, & homo ſubſtantia eſt. Malum verò non eſt ſubſtantia, ſed privatio boni, & à diabolo natum, id eſt, inventum: per quod efficiuntur filii diabolii, qui fuerint mali. Quia non, ut diximus, malus facit malitiam; ſed malitia facit malum, quia non eſt ipſe malitia, ſive angelus, ſive homo, qui ſubſtantia ſunt, ſed eam habent in ſe qualitatem ſuam, per quam videntur eſſe mali. Et tam angelus malus, quàm homo malus utrique homini faciunt malum. Diabolus ſemper malus eſt, quia ſemper homini facit malum. Homo diabolus eſt, cum homini facit malum.

SÆC. VIII. ANNO 785.

Nam quod homo malus, qui homini facit malum, dicatur malus, Dominus de Juda in Evangelio Apoſtolis dicit: *Nonne ego vos duodecim elegi? ſed unus ex vobis diabolus eſt.* In ſcriptura ſacra & homo dicitur diabolus, & diabolus homo. Nam quod diabolus dicitur homo, in Evangelio Dominus dicit: *Inimicus homo hoc fecit.* Cum dormiente patrefamilias inimicus homo diabolus zizania ſuperſeminavit in agro, ubi Dominus bonum ſemen ſeminaverat. Quæ eſt ergo cauſa, quæ hominem faciat diabolum, & diabolum hominem, niſi quia unum corpus ſunt angelus malus, & homo malus? quia utrique homini facit malum. Corpus diaboli homo. Corporis caput diabolus eſt. Nam ſæpe ejus videntur dicta membrorum, quæ capiti congruunt: & ex nomine corporis intelligitur caput: & ex nomine capitis ſignificatur corpus. Sicut è contrario Chriſtus, & Eccleſia eſt caput, & corpus una perſona. Et cum loquitur ſcriptura de capite, refertur ad corpus. Et cum loquitur de corpore, refertur ad caput. Sicut Eſaias ait: *Induit me veſtimento ſalutis, quaſi ſponſam decoratam corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.* In una enim perſona duplici vocabulo nominata & caput, id eſt, Sponſum: & Eccleſiam, id eſt, ſponſam manifeſtavit. Iſtæ autem ſunt duæ perſonæ, quæ in omni ſcriptura leguntur in Eccleſia, id eſt, Chriſtus & corpus ejus: & diabolus & caput ejus.

Joan. 6. 37.

Matth. 13. 18.

Eſa. 61. 10.

Tertia eſt qualitas, id eſt, unus bonus, & alter malus. Bonus Chriſtus, & bonum corpus ejus adhærendo bono. Malus diabolus, qui factus fuit bonus, adhærendo mendacio. Malus homo, qui factus fuit bonus, adhærendo mendacio. Hæc qualitas inter utroſque jungit utroſque, id eſt, duas ſubſtantias, angelum & hominem, ipſum mendacium facit in ſe unum. Proinde oppoſuit veritas Chriſtus contra mendacium. (a) Humilitas contra ſuperbiam. Charitas contra diſcordiam. Patientia contra iracundiam: Bonitas contra maliciam. Deſpectio contra elationem. Parcitas contra avaritiam. Abſtinentia contra Gaſtrimargiam. Sobrietas contra ebrietatem. Sic egit bonus medicus, ut calida frigidis, & frigida calidis temperaret infirmis: & ipſis promitteret vitam, qui obſervarent diætam. Et ipſi citius ad ſanitatem redirent, qui potiones amaras biberent. Nam & in medicorum carnalium actibus, prius ipſi medici guſtant, quid ad ſanitatem confecerint hominum, & ſic ægrotis bibendum offerunt. Sicut & ipſe miſericors medicus fecit, qui corpus & ſanguinem ſuum, medicinam noſtram, quam pro nobis aptavit, prius ipſe amaritudinis calicem guſtavit, & nobis bibendum ordinavit, & diætæ obſervationes reliquit, quos ſecum vivere prævidit.

(a) Ita M. C. pro humilitate, charitatem, &c.

Videamus nunc, qui ſunt ipſi. Non omnes ægroti ſalvi per curam fiunt, niſi tantum ipſi, qui morituri non ſunt. Nam morituris dicit medicus: Manducent, & bibant, quod volunt, quia vivere non poſſunt. Ipſi ſunt, qui peccare poſſunt, & pœnitere non poſſunt. Quòd ſi delicati non eſſent ad pœnitendum, cito redirent ad ſanitatem, ſi biberent amaritudinis poculum. Et viverent ſine dubio, & eſſent ſani cum medico, ſi quantùm fuerat in peccando abruptæ mentis intentio, tantùm fuiſſet in lamentatione plena devotio; & inſuper medici obſervaret diætam illam, quam ſupra ejus propoſuimus exemplo, id eſt, cum omnibus diſcordantibus pacem; omnibus ſuperbis humilitatem: omnibus iracundis patientiam: & cætera, quæ ſupra memoravimus. Iſta contraria, quæ ex diabolo ſunt nata, pro quo poſſit diaboli mortem evadere: & Chriſti obſervare dicta, & cum ſuo medico ſemper vivere, qui eſt vita. Nam ſicut diabolus eſt ſubſtantia, & homo ſubſtantia; & mala, quæ ex diabolo eſt, id eſt, hæreſis, ſuperbia, elatio, & cætera, quæ ſunt inter hominem, & diabolum

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 785.

media: & tenentes ea, fiunt cum diabolo caput & corpus una perſona. Sic è contrario Chriſtus ſubſtantia eſt; & homo ſubſtantia eſt: & illa qualitas, cum qua Chriſtus in hunc mundum venit, id eſt, humilitas, patientia, obedientia; & cætera, quæ de ejus exemplo ſunt, qui eam tenuerint. Jungit hæc obſervatio caput, & corpus, & fit Eccleſia cum capite unus Chriſtus. Et hoc eſt in omni ſcriptura lectoris intellectus: ut tantum duo ſint inter ſe contrarii, Chriſtus, & diabolus. Et ſunt duæ civitates: una Dei, & altera diaboli: una terrena, altera cœleſtis. Cœleſtis eſt Chriſti; terrena verò Antichriſti. Habuit Chriſtus ſuos prophetas, qui eum prædicaverunt venturum. Habuit, & Antichriſtus ſuos prophetas, ſacerdotes falſos in lege, qui eum crucifixerunt, dicentes: Non eſt ipſe. Habet nunc Chriſtus diſcipulos ſuos in Evangelio, qui dicunt: Ipſe eſt, & non alter. Habet & Antichriſtus prædicatores ſuos in Evangelio, qui dicunt: Non eſt ipſe. Qui dicunt ipſe eſt, & non alter, corpus capitis eſt, qui cognoſcit caput, id eſt, corpus Chriſti eſt, quia cognoſcit Chriſtum. Et qui dicit, Non eſt ipſe, corpus diaboli eſt, quia cognoſcit caput, qui ſeparavit corpus ſuum à corpore Chriſti, ſicut ipſe caput ſeparatus eſt.

Hæretici & Judæi ſimiles.

Sacerdotes Judæorum in Lege non cognoſcentes Chriſtum, quod ipſe eſſet Deus redemptor mundi caput Eccleſiæ, occiderunt caput. Nunc ſacerdotes Chriſtianorum in Evangelio non cognoſcunt corpus, quod ſit ſummi capitis corpus, occidunt Chriſti corpus. Et tam illi ſacerdotes in Lege, qui occiderunt caput, quam etiam iſti in Evangelio ſacerdotes, qui occidunt capitis corpus, utrique prædicatores Antichriſti ſunt: quia utrique de una ſchola ſunt: utrique de una doctrina ſunt: utrique de uno ſpiritu loquuntur. Unus ſpiritus eſt caput eorum mendax, cujus & ille corpus eſt. Jam ſupra diximus, quia quod facit caput diabolus, refertur ad corpus miniſtrorum ſuorum: Et quod facit corpus miniſtrorum diaboli, refertur ad caput. Et cum patitur caput Eccleſiæ, refertur ad corpus. Et cum patitur corpus, quod eſt Eccleſia, refertur ad caput. Eccleſia certa eſt de Chriſto capite, cujus eſt corpus, quia mediator eſt Chriſtus. Et ideo non dubitat de Chriſto, etiamſi neceſſe ſit ſanguinem fundere pro Chriſto. Diabolus verò non eſt mediator corpori ſuo: qui adhuc non ingreſſus eſt hominem illum damnatum, pro quo ſit viſibilis mediator ipſe filius perditionis inter diabolum, & genus humanum: ſed habet falſos prædicatores ſuos hæreticos, qui fingunt ſub nomine Chriſti Chriſtum, qualem ſibi inſpirante diabolo finxit, non qualem veritas dicit. Eſt corpus diaboli, & tamen ſub nomine falſitatis Chriſtum prædicat: & Chriſtum ſe colere mentitur. Et quia de ſapientia ſe glorificat, contra Chriſtum agit, quia corpus Chriſti detrahit. Et cum detrahit, crucifixit. Et cum crucifixit, non cognoſcit. Et cum non cognoſcit corpus, non cognoſcit caput, cujus eſt corpus. Et cum occidit corpus, occidit caput. Non adhuc occidit corporaliter corpus, ſed ſpiritualiter. Et tunc occidit corpus Chriſti, quando per philoſophiam ſuam mentes fidelium conturbat, & fidei ſuæ aſſociat. Et hoc maximè mente parvulis, qui adhuc lacte utuntur, id eſt, carne, & ſanguine *Chriſti* paſcuntur; & necdum ad ſolidum cibum fidei pervenerunt. Aufert tunc lac, *id eſt*, carnem, & ſanguinem Chriſti, & præbet ſuum lac, id eſt, carnem, & ſanguinem, quam ſibi ipſi finxit. Aufert mammas Eccleſiæ, id eſt, duo teſtamenta Legis, & Evangelii, & præbet mammas ſuas, id eſt, ad fidem ſuam perverſam & Legem & Evangelium exponit: & ad ipſam fidem ipſas ſcripturas dirigit in perverſitate, quam ſentit. Et tunc Eccleſia perverſitate premitur, cum pravis quibuſque prædicatoribus licentia locutionis datur.

Hæret. occidit corpus Chriſti.

Thren. 4. 3. Hæretici Lamiæ ſunt.

Quod longe ante Jeremias intuens ait: *Sed & lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos ſuos.* Quid namque *Lamias*, niſi hæreticos appellat? humanam quidem faciem, ſed belluinam per impietatem caudam geſtantes: Qui tunc mammam nudant, quando errorem ſuum publicè prædicant. Tunc catulos lactant, quando malè ſequaces parvulorum animæ, dum perverſa inſinuant, ad impietatem nutriendo confirmant. Huic ſenſui Johannes in libro Apocalypſis concordat, dicens: *Et vidi aliam beſtiam, aſcendentem de terra, & habebat cornua duo Agni ſimilia, & loquebatur, quaſi draco: & omnem poteſtatem prioris beſtiæ faciebat in conſpectu ejus: & facit terram; & eos, qui inhabitant eam, adorare beſtiam illam priorem, cujus curata eſt plaga mortis ejus: & facit ſigna magna, ut ignem faciat de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum, & ſeducit eos, qui in terra inhabitant per hæc ſigna, quæ data ſunt ei, facere ſimulacrum beſtiæ, ut occidantur. Et facit omnes minimos & magnos, & divites & pauperes, & liberos & ſervos, ut dent eis notam ſuper manum eorum dexteram, aut ſuper frontes eorum: ut ne quis poſſet vendere, aut emere, niſi qui habuerit notam, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis ejus.*

Apoc. 13. 11.

Hoc totum quamquam corporaliter Antichriſti tempore factum erit, tamen in Eccleſia ſpiritualiter hodie fit. Nam quod dixit: *Vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra*, duas inſinuat beſtias eſſe. Beſtia enim à *baſtando* nomen habet. Non enim herbis, ſed

Apoc. 13. 11. Beſtia.

Digitized by Google

ſed carne paſcitur. Aliam beſtiam dixit: ſed pro officio; pro actione: ſed tamen una beſtia eſt: quia totum corpus diaboli unum corpus eſt. Beſtia enim omnis omnino populus eſt, tam pagani, quam mali Chriſtiani, qui Chriſti Eccleſiæ adverſantur. Nam pagani aperta fronte recedunt à Chriſto: Chriſtiani verò ſive boni, ſive mali, una Eccleſia nuncupantur. Sed ipſa, quæ una videtur Eccleſia, tres partes ſunt, id eſt, una pars ipſa Eccleſia, quæ imitatur Chriſtum: Cæteræ duæ partes ſunt, quæ contra ipſam Eccleſiam pugnant: Id eſt, hæretici, & Chriſtiani mali. Diabolus enim, qui draco dicitur, caput eſt his tribus partibus, id eſt, incredulis, & paganis, & Chriſtianis malis atque hæreticis. Nam ſicut incredulus, paganus, ſive Judæus, fide recedit à Chriſto: ſic Chriſtianus malus opere à Chriſto. Quia ſicut ille publicè negat Chriſtum eſſe Deum: ſic iſte publicè facit opera mala, quæ non placent Chriſto. Et cum una pars fide recedit, altera opere, utraque ab uno Chriſto ſeparatur. Et quia à Chriſto ſeparantur, unum corpus capitis diaboli efficiuntur: & cum unum corpus efficitur, una beſtia dicitur.

SÆC. VIII. ANNO 785.

Tertia pars eſt de Antichriſti corpore, id eſt, hæretici, quæ longe ab illa beſtia diſtant in religione. Illi adulteri ſunt: iſti virginitatem, & caſtitatem ſimulant. Illi rapaces ſunt, iſti ſua propria largiri ſimulant. Illi in comeſſationes, & ebrietates publicè vitam ducunt: iſti jejuniis, & orationibus ſemetipſos affligunt. Illi intus, & foris lupi ſunt: iſti de foris agni, & intus lupi ſunt. Hos habet diabolus prophetas ſuos, quos conſtituit in Eccleſia de corpore ſuo: hos habet ſub nomine Chriſti, qui Chriſtum prædicare ſimulent: & corpus diaboli fiant: quia mediatorem non habet diabolus, quibus modis de Eccleſia decipere poſſit: niſi tantum iſtos prophetas ſuos falſos, qui Chriſtum publicè laudant, & publicè prædicant, & eum ſub nomine Chriſtianitatis Deum eſſe negant. Quos Dominus in Evangelio *Pſeudochriſtos*, & *Pſeudoprophetas* appellat. *Pſeudo* dicuntur, quia à ſe ſurgunt in doctrina, & prædicatorum ſibi nomen aſſumunt, & ea fingunt de Chriſto, quæ à ſe didicerunt, non à Chriſto. Ipſi ſe præferunt Apoſtolis Chriſti, quos non approbavit Eccleſia, & elegit in apoſtolatum, ſed tantum ipſi ſe, & favor temporalis humanus. Quia cum audiunt ſe laudari à carnalibus hominibus, æſtimant ſe, quod eos tales habeat intus Deus. Pro quibus Dominus in Apocalypſi Eccleſiam ſuam ammonet, dicens: *Scio opera tua, & laborem, & patientiam, & quia non potes portare malos, & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inveniſti eos mendaces, & patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti.* Hoc de ipſis hæreticis, falſis Apoſtolis, *Pſeudochriſti* dictis, dictum accepimus ſine dubio. Quia ipſi ſe ductores aſſeruerunt veritatis, & ſunt auctores pravi mendacii. Bonos ſe proteſtantur: ſed ipſi deteriores dæmonis comprobantur. Sed mendacium eorum, & perverſitatem catholica fides invenit: & per tolerantiam multa ſibimet inlata ab ipſis ſuſtinuit. *Tentaſti*, inquit, *eos.* Non tentantur, niſi qui intus ſunt in Eccleſia. Qui enim foris ſunt, ſine ullo tentamento foris eſſe manifeſti ſunt, nec eos tentare opus eſt. Intus tentatur Eccleſia, quia intus Eccleſia eſt hæretica pravitas, à qua vaſtatur Eccleſia: ſicut de ea Dominus in hoc libro dicit: *Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt Satanæ.* Sedes Satanæ ipſi Pſeudoapoſtoli ſunt, in quibus ſedet in Eccleſia Chriſti, & Chriſtus per ora illorum prædicatur, & tamen Chriſtus de eis non loquitur: & Apoſtolos Chriſti ſe dicunt eſſe, & Apoſtoli non ſunt, ſed deceptores Eccleſiæ ſunt, quia non imitantur Apoſtolos Chriſti, quorum ſibi nomen falſitatis impoſuerunt.

Simulantes caſtitatem & jejunia.

Matt. 24: 24. Mar. 13. 22.

Apoc. 2. 2.

Apoc. 2. 13.

Proinde Apoſtolus ad Corinthios dicit: *Timeo autem, ne ſicut ſerpens Evam decepit aſtutia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri, ut excidant à ſimplicitate, & caſtitate, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Nam ſi is, qui venit ad vos, & alium Chriſtum prædicat, quem non prædicavi vobis: aut ſi alium Chriſtum accepiſtis, quem non accepimus: aut* (a) *alium Evangelium,* (b) *quem non recepiſtis, rectè pateremini. Exiſtimo enim nihil minus feciſſe me in vobis à magnis Apoſtolis. Et ſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia.* Item ibi contra ipſos falſos Apoſtolos dicit: *Quod autem facio, & faciam, ut amputem occaſionem eorum, qui volunt occaſionem: ut qui gloriantur, tales inveniantur, ſicut & nos. Nam ejuſmodi Pſeudoapoſtoli operarii ſubdoli transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti; & non miror. Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergo magnum, ſi miniſtri ejus transfigurentur velut miniſtri juſtitiæ: quorum finis eſt ſecundum opera ipſorum.*

2. Cor. 11. 3.

(a) aliud. (b) quod.

Ibid. v. 12.

Rectè ergo hi Pſeudochriſti tertia pars corporis eſt Antichriſti, quæ alia dicitur beſtia. Quæ alia non diceretur, ſi apertè mala fuiſſent, aut intra Eccleſiam non fuiſſent, aut ſanctitatem religionis ſimulaſſent. Proinde dixit: *Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra: & habebat cornua duo agni ſimilia: & loquebatur, quaſi draco: & omnem poteſtatem prioris beſtiæ faciebat.* Id eſt, prioris populi, & diaboli, quem ſupra diximus, quia totum in corpore una beſtia eſt: ſed in actionis officio bipartita. *Et illam vidit aſcendere de mari: iſtam verò de terra.* Sed aliud agit mare, aliud terra.

Apoc. 13. 11.

Apoc. 13. 1. & 13. 11.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785. Nam mare fluctuat: terra verò quieta est. Mare enim intelligitur populus istius sæculi apertè malus. Terra vero religio est falsa, & hæretica pravitas, qui sub nomine sanctitatis non videntur in sæculo fluctuare: sed quasi quietem se agere, pro quo possint Ecclesiam simulare. Illam vidit ascendere bestiam de mare. Id est, populum nasci de populo: quia semper fuit malus populus. Et semper nascitur malus, qui semper dicitur bestia. Sic & aliam bestiam vidit ascendere de terra: non descendere de cœlo. Nam Jerusalem cœlestis semper de cœlo in terra descendet: quia filii sui semper in humilitate nascuntur. Pseudo verò propheta de terra ascendet, quia semper de terreno genere gloriatur. De terra quippe ascendere est, de terrena gloria elevari & sanctitate fulciri. Proinde & bestia est, *& duo cornua Agni similia habet:* Id est, duo testamenta Legis & Evangelii, per quæ prophetare se simulat, ut inter suos Agnum se proferat.

Ibid. v. 11.

Ibid. *Et loquebatur quasi draco.* Hæc est illa seductio ad Deum. Agnum se profert, quod draconis venena latenter inferat. Agni enim similis non esset, si apertè, ut draco loqueretur. Nunc agnum se fingit, quò agnum securum (a) defoset. Ad Deum loquitur, sed mendacium, quem sibi fingit, non ea ratione, sicut scriptura dicit. Ad Deum loquitur, per quod eum quærentes, à via veritatis avertat. *Hic facturus est signa in conspectu hominum*, ut & mortui videantur surgere. Id est, per ejus prædicationem, quasi multi videantur convertere, & à mortis opere resurgere: sed tantum in conspectu hominum illa resurrectio videtur. Nam nullus hæreticorum filius ad fructum boni operis perducitur, qui eos fuerit imitatus. Terrena enim sapientia illorum est, non cœlestis; & terræ filios generat: cum semen cœleste Evangelii in sensu carnali, terreno sensu aspergunt. Propterea Dominus admonet Ecclesiam suam, dicens: *Cavete à Pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Lupi quid significare videantur, debemus advertere. Bestiæ namque sunt, qui insidiantur ovibus, quæ circa pastorales versantur caulas, habitacula domorum intrare non audent. Somnum canum, absentiam aut pigritiam pastoris explorant. Ovium guttur invadunt, ut citò strangulent. Feri, rapaces, itemque natura corporis rigidioris, ut se facile non possint inflectere, impetu quodam suo feruntur; & ideo se palliantur. Tunc præterea, si quem priores hominem viderint, vocem ejus quadam naturæ vi feruntur eripere. Si autem homo prius eos viderit, exagitasse memoratur. Et ideo cavendum mihi est, ne si in hodierno tractatu, spiritualium mysteriorum gratia non potuerit resulgere, lupi me prius vidisse credantur: & solemne vocis extorsisse auxilium.

(a) f. devoret.

Apoc. 13. 13.

Mat. 7. 15.

Nonne lupi estis isti, qui insidiantur ovibus Christi? Fremunt circa caulas nocturno magis tempore, quàm diurno. Nocturno, quia inter ignorantes prædicant: quod per diem facere non possunt: quia à sapientibus deprehenduntur. Nox ignorantia est: Et dies sapientia. Semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi, suis nebulosis interpretationibus obducere, & quantum in ipsis est, fuscare conantur. Versantur ergo circa caulas, id est, circa septem Ecclesias. Stabula tamen Christi intrare non audent, id est, in Ecclesiam; quæ lux est, intrare non præsumunt. Et ideo non sanantur, quia in stabulum suum non vult Christus eos inducere, in quo curatus est ille, qui *de Jerusalem descendens, incidit in latrones, quem vulneribus alligatis infuso oleo, & vino imponens in jumentum suum Samaritanus ille*, id est, Christus in corpore suo, *duxit in stabulum:* & sanandum stabulario, id est, Episcopo sancto dereliquit. Non accipiunt ergo medicinam, qui medicum non requirunt. Si enim requirerent, non apertè detraherent. Explorant pastoris absentiam: & ideo pastores Ecclesiarum vel occidere, vel in exilium mittere contendunt: quia præsentibus pastoribus, oves Christi (b) desosare non possunt. Spoliare ergo gregem Domini rapto pastore conantur: qui corporea, atque carnea, (c) quia non spiritualia mentis intentione: sed duri, ac rigidi nequaquam solent à suo errore deflectere. Et ideo Apostolus ait: *Hæreticum hominem post unam correptionem devita, sciens, quia subversus est*, qui ejusmodi est. Hos scripturarum verus interpres includit, ut inanes suos in vanum effundant impetus, & nocere non possint. Quod si quempiam versuta disputationis suæ circumscriptione prævenerint, faciunt obmutescere. Mutus est enim, qui verbum Dei non eadem, qua est gloria confitetur. Cave ergo ne tibi vocem tollat hæreticus, si prior eum non ipse deprehenderis. (d) Scripsit enim dum latet ejus perfidia. Si autem fraudem ejus impietatis agnoveris, jacturam piæ vocis timere non poteris. Cave igitur versuta disputationis venena. Animam petunt: guttur invadunt, vitalibus vulnus infligunt. Graves sunt morsus hæreticorum. Qui etiam ipsis bestiis graviores, & rapaciores nullum avaritiæ finem, impietatisque noverunt.

Luc. 10. 30.

(b) devorare.

(c) f. deest; *sapiunt*, vel quid simile.

Tit. 3. 10.

(d) f. serpsit vel serpit.

Nec vos moveat, quòd formam videntur prætendere humanam. Etsi foris homo videtur, intus bestia fremit. *Ex fructibus enim eorum cognoscetis eos.* Si quis ergo specie movetur, fructum interroget. Ululat iste scripturas, non tractat: quia vocis

Mat. 7. 20.

Digitized by Google

auctorem negat. Iſte eſt, qui cum diſcipulus cupiebat eſſe, & non ſimpliciter, ſed fraudulenter Domino ait: *Magiſter, ſequar te quocumque ieris.* *Ad quem Dominus dixit: Vulpes foveas habent, & aves cœli nidos, ubi requieſcant: nam filius hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet.* Videbat enim mentem ejus more vulpium tortuoſam, & volucres, id eſt, dæmones in eo demorantes: ſed Dominus non obſequiorum ſpeciem, ſed puritatem requirit mentis. Denique ſic ait, cum parvulum in medio ſtatuit: *Quicumque receperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit.* *Et qui me recipit, recipit eum, qui me miſit.* Qui enim imitatorem Chriſti recipit, Chriſtum recipit. Et qui imaginem Dei recipit, recipit Deum. Caput enim Chriſti Deus eſt, id eſt, Divinitas ejus, qui in tortuoſa mente non habitat. Proinde quantum poteſt homo ſinceram exhibeat fidem: & obſervantiam mandatorum religioſa mente cuſtodiat: ne dicatur ei: *Vulpes foveam habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* Vulpecula enim fallax eſt, & inſidiis ſemper intenta, ut rapinam fraudis exerceat: nihil tutum, nihil ocioſum, nihil patitur eſſe ſecurum, quod inter ipſa hoſpitia hominum prædam requirat, & in fovea ſemper latere deſiderans. Ita ſunt hæretici, qui domum ſibi parare non ſciunt: ſed circumſcriptionibus ſuis alios decipere conantur. Qui ſimplicitatem habet, ſemper domum habitat, quia ſemper in caritate eſt. Hæreticus verò in fovea eſt, tanquam fraudulenta vulpes: quia nunquam eſt in puritate mentis, & ideo fraudulenta vulpes eſt, gallinæ illi Evangelicæ dolum ſemper intendens. Nam de ea Dominus dicit: *Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina pullos ſuos, & noluiſti.* *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* Vult Dominus hæreticorum filios congregare, ſi ad unitatem fidei venirent, ſed non congregat, quia inter ſe diſſidentes diverſa ſentiendo non concordant. De quibus per Pſalmiſtam dicitur: *Effuſa eſt contentio ſuper principes eorum: & reduxit eos in invio, & non in via.* Ipſi etenim dum diſpenſationem Domini perverſè interpretari non metuunt, profecto plebes ſubditas non ea via, quæ Chriſtus eſt, ſed in invium trahunt. Super quos rectè quoque effuſa contentio dicitur: quia ſuis ſibi viciſſim allegationibus contradicunt.

SÆC. VIII. ANNO 785.

Matth. 8. 20. Luc. 9. 58. Luc. 9. 48. Matth. 8. 20. Luc. 9. 58. Luc. 13. 14. Pſal. 106. 40.

Arius quippe tres perſonas in divinitate ſuſcipiens, tres etiam Deos credidit. Quem contra Sabellius unum Deum ſuſcipiens, unam credidit eſſe perſonam. Inter quos ſancta Eccleſia rectum prædicationis ſuæ tramitem indeclinabiliter tenens, & unum Deum prædicans, tres perſonas contra Sabellium aſſerit. Et tres perſonas aſſerens, unum Deum contra Arium confitetur.

Hæretici extra limites excurrunt.

Elipandus Toletanæ ſedis Epiſcopus, neſcio qua commixtionis vertigine, tres perſonas in una natura Deitatis confundit: & Chriſtum de Virgine natum, non Deum, ſed tantum hominem credit.

Manichæus autem, qui in ſacro eloquio virginitatem laudari cognovit, conjugium damnavit.

At contra Jovinianus, qui concedi conjugia comperit, virginitatis munditiam deſpexit. Unde fit, ut ſemper hæreticis perverſa intelligentia confuſis, viciſſim ſibi eorum nequitia & in culpa concordet, & in ſententia diſcrepet.

At contrà ſancta Eccleſia per medias utrarumque partium lites ordinata pace graditur. Et ſicut ſuperiora ſuſcipere, ita noverit etiam & inferiora venerari: Quatenus nec ſumma æqualia ponat infimis: nec iterum infima deſpiciat, cum ſumma veneratur. Non poſſunt ergo hæretici in unum copulari, qui more vulpium inter ſe diſſentientes, diverſas ſibi fodiunt foveas, qui unam domum Eccleſiam, quam habuerunt perdiderunt. Hoc enim animal nec manſueſcit aliquando, neque ullo uſui, aut cibo utile eſt. Sic hæretici, nec manſueſcunt aliquando, nec cibo Domini connectuntur. Non enim de his dicit Chriſtus: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt.* Quas vulpes in Canticis Canticorum à fratribus ſuis Dominus ligare mandat, cum dicit: *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.* Dicit per parabolam in Evangelio Dominus, *cum creviſſent herbæ, & fructum feciſſent: tunc apparuerunt zizaniæ*, id eſt, proficiente Eccleſia, numeroſæ etiam hæreſes ſurrexerunt: ſed Eccleſia in fide permanente, quam prava ſentirent inveſtigatæ ſunt hæreſes. Sic ille Samſon, qui interpretatur ſol, captis trecentis vulpibus, eorum caudis ignem appoſuit, & fructus inimicorum incendit. Semper enim hæretici in primordio converſionis ſuæ, velut falſa religione conſpiciuntur: in extremis ſuis cum cœperint prædicare, tanquam in cauda ignem trahunt, gehennæ incendio deputati. Et ideo cum Dominus dicit: *Capite nobis vulpes:* ac ſi dicat: convincite hæreticos, eorumque verſutiam, ſanctarum ſcripturarum concludite teſtimoniis. Quas *vulpes parvulas* dicit: quia nihil magni, ſecundum rectam fidem intellegendo, omne, quod ſapiunt minimum eſt. *Demoliuntur vineas*, quia ſubvertunt plebes, pravis eas traditionibus corrumpentes. *Nam vinea noſtra floruit*; id eſt, Eccleſia Catholica indeclinabili augmento profecit.

Joan. 4. 34. Cant. 15. 1. Matth. 13. 26. Jud. 15. 5. Cant. 2. 15.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

Bene ergo ſcriptura ſancta hæreticos homines in uno corpore beſtiam dicit: quia hoc, quod legendo profert imperitis, quaſi ab obtentu rationis incipit. Sed quia hoc, quod legit, non intelligit, ſemper tamen ad inrationabilem ſenſum tendit: & quaſi homo in beſtiam deſinit, dum ſenſus ipſius ſcripturæ ad intellectum malæ credulitatis exponit. Quod bene hæc beſtia duo cornua agni ſimilia habere dicitur: quia ſimplicitatem agni in exteriore demonſtrat homine; & duo teſtamenta Legis, & Evangelii unum ſe nobiſcum Chriſtum ſimulant prædicare: Sed audi quid de eo Johannes dicat: *Et loquebatur, ut draco: & omnem poteſtatem prioris beſtiæ faciebat in conſpectu ejus: & facit terram, & eos, qui in ea habitant, adorare beſtiam illam priorem, cujus curata erat plaga mortis ejus.* Draco enim, ut diximus, diabolus dicitur. Sic enim draco diabolus, loquendo, & nova falſa promittendo decepit hominem in paradiſo: ſic & hæreticus, qui beſtia dicitur, loquitur quaſi draco; id eſt, quaſi diabolus in paradiſo. Nam paradiſus nunc Eccleſia eſt. Seducitur autem verbis hujus ſerpentis carnalis noſtra concupiſcentia, & per illam ſeducitur Adam, non Chriſtus, ſed Chriſtianus. Dicit ergo draco ille diabolus ad mulierem: *Cur præcepit vobis Dominus, ut non comederetis ex omni ligno paradiſi?* Sic hæreticorum curioſa cupiditas: ſic pravi prædicatores ad diligendam erroris fallaciam, auditorum corda ſuccendunt, quæ in typo mulieris ponuntur, dicentes eis: Quare fugitis ſcientiam habere latentem, & abſconſam? Novam ſuperexquirite, & boni, & mali ſcientiam penetrate.

Apoc. 13. 11.

Gen. 3. 1.

Prov. 9. 17.

Geneſ. 3. 5.

Unde apud Salomonem mulier illa hæreticorum ſpeciem tenens dicit: *Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavis.* Subjecit deinde idem draco: *Quocunque die comederitis, ſtatim aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dii ſcientes bonum, & malum.* Sic & omnes generaliter hæretici loquuntur quaſi draco, cum divinitatis meritum profitentur, atque ſcientiæ promiſſione decipiunt: & reprehenderunt eos, quos ſimpliciter credentes invenerunt. Et quia omnino carnalia perſuadent, quaſi ad carnalium oculorum adapertionem conantur abducere, ut interior oculus excæcetur. Hæc eſt illa locutio hæretici, *qui loquitur, quaſi draco: & omnem poteſtatem prioris beſtiæ facit*, id eſt, totius corporis diaboli, hoc eſt, malorum hominum, quem priorem beſtiam dicit, ſicut ait: *Et facit terram, & eos, qui inhabitant in ea, adorare beſtiam illam priorem, cujus curata eſt plaga mortis ejus.* Et quia ipſa beſtia, quam priorem dixit habere eam capita ſeptem, & cornua decem: *Unum ex capitibus ejus vidit quaſi occiſum in mortem: & plaga mortis ejus curata eſt.* Ipſum caput beſtiæ velut occiſum, ipſe eſt omne corpus hæreticorum, qui prædicant Chriſtum crucifixum; & ſimulant ſe cum duobus cornibus agnum: ſed tamen ut draco loquuntur: quia omnem poteſtatem prioris beſtiæ faciunt. Decem cornua, quod dicit, beſtiæ, decem reges eſſe futuros in fine mundi ſcriptura commemorat: in quos Antichriſtus undecimus, tribus regibus occiſis, cum ſeptem erit regnaturus: quos nunc ſeptem capita nominat. Septimum ergo caput beſtiæ quaſi occiſum in morte, hæretici ſunt, qui Chriſtum quaſi agnum occiſum cum Johanne prædicant: & eum filium Dei Deum eſſe negant, dicentes: Non per iſtum agnum facta ſunt viſibilia, & inviſibilia: quem Johannes digito oſtendit: *Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi.* Qui enim hæc dicit, beſtia eſt unum ex capitibus beſtiæ, & non occiſum, ut agnus noſter Chriſtus, ſed tanquam occiſus de furto imitationis Chriſti, & loquitur, quaſi draco: & omnem poteſtatem prioris beſtiæ facit. Quia (a) hunc ſimulacrum diabolus ſibi adinvenit, ut ſub nomine religionis non ſolum carnales, ſed etiam religioſos decipiat. Ideo *hoc caput* dicit: *quaſi occiſum in morte, & plaga mortis ejus curata*, id eſt, quaſi Chriſtum crucifixum ſequantur. Simulacrum diaboli, ideo dicitur, quia cum intus ſit beſtia, foris ſe agnum eſſe mentitur, ad ſimilitudinem agni, quod eſt Chriſtus. Nam Eccleſia dicit de Chriſto: *Vidi agnum quaſi occiſum.* Et propter ſeptiformem gratiæ ſpiritum, ex quo ſeptem Eccleſiæ fiunt per dona gratiarum, quæ una Eccleſia eſt, quæ integrum corpus eſt Chriſti, dicit: *Habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi per orbem terrarum.* Quia Eccleſia, quæ Spiritus Sancti accepit gratiam, per univerſum orbem terrarum eſt conſtituta.

Joan. 1. 29.

(a) hoc.

Apoc. 13. 3.

Apoc. 5. 6.

Ibidem.

Capita beſtiæ hæreticis aptata.

Corpus diaboli.

Apoc. 13. 1. Ibidem.

De corpore verò diaboli longè aliter dicit Eccleſia: Nec agnum nominat corpus diaboli, nec cornua ſeptem: ſed dicit; *capita ſeptem & cornua decem.* Nam agnus noſter unum caput habet: quia unus eſt Deus. Caput enim Chriſti Deus. De diaboli verò corpore dicit: *Et vidi aſcendentem beſtiam de mari habentem cornua decem, & capita ſeptem: & ſuper capita ejus decem diademata: & ſuper capita ejus nomen blaſphemiæ. Et beſtia, quam vidi, ſimilis erat pardo: & pedes ejus ſicut urſi: & os ejus, ſicut Leonis. Et dedit ei draco virtutem ſuam, & ſedem ſuam. Et vidi unum ex capitibus ejus, quaſi occiſum in morte: & plaga mortis ejus curata eſt, & mirata eſt omnis terra ſecuta beſtiam: & adoraverunt draconem, quoniam dedit poteſtatem beſtiæ. Et adora-*

Digitized by Google

adoraverunt bestiam dicentes: Quis similis bestiæ? aut quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei loqui magnam blasphemiam. Hoc totum figuraliter intelligendum est in Ecclesia: non sicut auditur. Nam Agnus, & bestia, sicut invicem sibi contrarii sunt per naturam: ita allegoricè intelligendi sunt per figuram. Hic tantum duæ partes sunt intelligendæ, id est, Christus, & corpus ejus: & diabolus, & corpus ejus. Quæ totum corpus diaboli, quo facilius possit spiritualiter ab Ecclesia deprehendi, omnia membra diaboli in una bestia concluserit. *Hæc bestia in* Daniele *terribilis dicitur esse cæteris bestiis, id est,* Leoni, pardo, & urso dissimilis dicitur: & cujus nomine bestiæ nuncupetur, non habet. Sed tantum dissimilis cæteris bestiis, & terribilis nominatur. Sed vide quantum est foris, terribilis in terrenis, cum dicat terra, id est, terreni. *Quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cum ea? Terribilis cæteris bestiis dicitur, & dissimilis:* Sed agnus adveniens adversus eam in certamine surrexit, & moriens prædam excussit. Excutiunt & hodie agni pretioso sanguine redempti, agni incontaminati, & immaculati Christi: per illum agnum, quem Deus suscitavit à mortuis. Et hic agnus, & bestia contrà contrarii sibi sunt in Ecclesia. Bestiæ autem, quæ contraria est agno, non speciale, sed generale nomen est, & quod multas habeat partes, quæ septem capitibus distinctis scribitur: Sed in narratione pro locis intelligendum est, qualem partem bestiæ dicat, quæ septem capitibus ex uno corpore constat. Aliquando enim diabolum dicit bestiam: aliquando infideles, id est, sine Baptismo. Aliquando Christianos malos, id est, vulgarem plebem intra Ecclesiam, qui tantum nomine Christiani sunt, operibus verò bestiæ sunt. Aliquando principes malos. Aliquando hæreticos, qui malè sentiunt, & malè prædicant de Christo. Aliquando hypocritas, qui simulant sanctitatem, & nec dicunt de Christo, nec scire volunt, quid dicant, vel credere debeant. Aliquando enim schismaticos dicit, qui rectè credunt, & rectè prædicant Christum: sed scissi sunt ab unitate Ecclesiæ, non corpore, sed animo. Schisma enim à scissura animarum vocata est. Eodem enim cultu, eodem ritu credit, ut cæteri religiosi, sed solo congregationis delectatur dissidio, ut cum cæteris communi nullo fulciatur consilio: & totum quod sibi agere videtur, sanctum in suo corde esse putatur. Fit autem schisma, cum dicunt homines; Justi sumus: nos sanctificamus in mundo, & cætera his similia. Hoc totum per singula officia unius bestiæ describuntur capita. Capita dicuntur, quia unusquisque sequitur suæ voluntatis arbitrium. Sola Ecclesia agit cum consilio, ne pœniteat, post factum.

SÆC. VIII. ANNO 785.

Dan. 7. 19.

Apoc. 13. 4. Dan. 7. 19.

Quod ut testimoniis approbemus, ex multis unum Pauli Apostoli proferamus exemplum. Qui ne fortè in vacuum curreret, aut cucurrisset, primum Apostolorum requisivit Petrum. Per hoc exemplum proficit Ecclesia, quæ est summi capitis membrum. Quæ omnis Christianitas una videtur Ecclesia. Et multi toto mentis ardore bene se laborare putant: sed incertum est utrum Deo placeant. Unus ager est, sed dormiente Patre familias, *inimicus homo zizania superseminavit.* Ad quam eradicandam, cum discipuli ire se proponerent, dominus noster prohibuit, sibi reservans palearum, & frumenti separationem. *Hæc sunt vasa iræ, & vasa misericordiæ,* quæ in domo Dei ab Apostolo prædicantur. Venient ergo dies, quando thesauro Ecclesiæ aperto, proferet Dominus vasa iræ suæ, quibus exeuntibus sancti dicent: *Ex nobis exierunt: sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.* Nemo potest Christi victoriam sibi assumere, nemo ante judicii diem de hominibus judicare. Si jam mundata est Ecclesia, quid Domino reservamus? *Est via, quæ videtur esse apud hominus recta, novissima autem ejus veniunt in profundum inferni.* In hoc errore judicii, quæ potest esse certa sententia? Proinde, quia non est certa sententia, debet (a) caritas una. Sed ea ipsa caritas non poterit esse certa, si fides fuerit incerta. Proinde communiter omnis Ecclesia perquirere debet fidem veram, & omnibus modis evitare hæreticorum venena. Non enim sine ratione caput hujus bestiæ velut occisum scribitur. Bestia itaque, quam dicit, inter diabolum, & Christum personam non habet: quia in solo est vocabulo, quod dicunt se adorare Christum, qui mortuus est, & resurrexit. Hæc bestia cum duobus cornibus ipsa est hæreticorum pars cum omnibus sibi consentientibus, tam fide, quam opere: Quæ caput dicitur velut occisum, id est, fallaciter Christianum. In quo vocabulo diabolum adorant, qui hoc simulacrum suis adinvenit, ut sub nomine Christianitatis maximam partem ab Ecclesia excludat, & capiti suo diabolo conjungat. Et ille habeat corpus, cum quo se, & illud ad inferorum tartara (b) tradat. Nos adoramus agnum, qui occisus est, & resurrexit. Illi adorant bestiam, quæ se habet in hujusmodi similitudinem. Tres itaque sunt, id est, diabolus, & populus, & bestia velut occisa, quæ est mediator, in quibus Christus resonat. Et quia ex parte Christum adorant, & ex parte bestiam, quando mediam bestiam dicit adorari, in diabolum res cadit, qui suum & hæreticorum locum implet, per quorum os loquitur in Ecclesia.

Matth. 13. 25. Rom. 9. 22.

1. Joan. 2. 19.

Prov. 14. 12.

(a) f. deest, esse.

(b) trahat.

Dicit

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

Dicit *ſuper decem cornua decem diademata*, hoc eſt, quod reges ſuos tam vivos, quam mortuos laudant, & veluti in cœlum, atque inter Sanctos tranſlatos eſſe existimant. Nomen verò blaſphemiæ, quod ſuper ſeptem capita vidit, hoc eſt, quod ſe Eccleſiam dicunt, & Eccleſiam perſequuntur. Draco eſt ſerpentis operatio. Ruſus, carnis habitaculum, qua draco ipſe carnis habitatio eſt. Decem cornua draconis, virtus eſt legis alienæ. Draco verò ille magnus ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus, & ſatanas. Ideo dicitur draco, quia terret. Magnus, quia potens videtur, & exaltat in ſpiritu. Serpens, quia non deprehenditur: Sed inreprehenſibiliter ſerpit, & fallit. Antiquus ideo vocatur, quia & à principio cœpit, & veteris hominis accepit poteſtatem.

Apoc. 13. 1.
Apoc. 13. 2.

Diaboli nomina.

Diabolus ideo vocatur, quia conſiliator ſibi videtur, & ſapit. Et poſtquam perſuaſerit hominem, tanquam non ſuæ perſuaſionis, ſed noſtri potius admiſſi criminator apparet. Pardus, quia varietatem & fallaciam deceptionis oſtendit. Urſus, quia rapinam ſenſuum & operum malignorum eſt. Leo verò, quia ſuperbiæ, atque erroris eſt forma. *Dedit draco beſtiæ virtutem ſuam, & ſedem ſuam:* quia intra Eccleſiam ſunt hæretici, qui Eccleſia videntur eſſe, & Eccleſia non ſunt. Et per eos diabolus loquitur, quos in Eccleſia decipere vult. *Et adoraverunt beſtiam dicentes: Quis ſimilis beſtiæ? aut quis poterit pugnare cum ea?* Illi hoc taliter non dicunt. Sed dicunt: Quis ſimilis Chriſto? aut quis illum poterit vincere? Lingua Chriſtum profitentur, ſed factis beſtiam ſequuntur. *Et facit ſigna magna: ut & ignem faciat de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum.* Ignis Spiritus Sanctus eſt: cœlum Eccleſia eſt: terra ipſi ſunt, quos baptizant, & cæteros Eccleſiaſticos ordines dicit, quæ per ipſos fiunt in Eccleſia, per quæ Sacramenta ab illis tenetur Eccleſia captiva. (a) Sacramentum Baptiſmatis non ſolum intra Eccleſiam Catholicam, ſed etiam apud hæreticos, qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizant, eſſe quidem baptiſma poſſe, ſed extra Eccleſiam Catholicam prodeſſe non poſſe: Immò ſicut intra Eccleſiam rectè credentibus per ſacramentum Baptiſmi confert ſalutem: ſic extra Eccleſiam baptizati, ſi ad Eccleſiam non redierint, eodem Baptiſmate cumularunt ſibi perniciem & confuſionem. Tantum enim valet Eccleſiaſticæ ſocietatis unitas ad ſalutem Baptiſmi, ut non ſalvetur, cui non intra Eccleſiam datur, ubi oportet, ut detur. Ineſſe tamen homini Baptiſmum etiam extra Eccleſiam baptizato, ſed maxime ad damnationem ab Eccleſia ſeparato. Sed quia manifeſtum eſt, ubicumque datum fuerit hoc baptiſma, ſemel eſſe dandum, ideo etſi ab hæreticis in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti datum fuerit, venerabiliter agnoſcendum, (b) & ab hoc nullatenus iterandum. Et quia omnis Chriſtianitas Eccleſiæ nomen habet; & infideles, qui non ſunt baptizati, extra Eccleſiam dicuntur, putant ſe cum audiunt extra Eccleſiam dici baptizatos, quod pro infidelibus dicatur? Non enim ita intelligendum eſt, ut tantum duas partes credamus hominum, id eſt, unam partem baptizatorum, quæ ſit Eccleſia: & alteram infidelium, quæ ſit extra Eccleſiam: non enim infideles Baptiſmum habent, qui non credunt Chriſtum eſſe filium Dei: ſed tantum Chriſtiani habent Baptiſmum. Et ipſa Chriſtianitas, quæ baptizata eſt, altera pars eſt, quæ intra Eccleſiam eſt. Et illa, quæ foris Eccleſia eſt, in duas partes diviſa eſt; Id eſt, in ſacerdotes hæreticos, & in laicos apertè malos. Illa pars, quæ Eccleſia dicitur, ſancti, & fideles ſunt, qui pro Chriſto omnia ſua reliquerunt: cui dicturus eſt in die judicii: *Vos qui dimiſiſtis omnia veſtra, & ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael.* Duodecim ſedes dicit, quia omnis omnino Eccleſia, quæ eſt Chriſti ſanguine paſſionis tincta, in duodenario Apoſtolorum numero eſt conſtructa. Nam ſic ſunt duodecim Apoſtoli in Chriſto, ſicut duodecim horæ diei in ſole. Sol Chriſtus intelligitur, ſecundum Prophetæ dictum: *Vobis, qui timetis Dominum, orietur ſol juſtitiæ.* Et tantum ipſis Chriſtianis oritur, qui timent Chriſtum, id eſt, qui credunt in Chriſtum, & imitantur veſtigia ejus. In tantum ut in iſto die poſſint ambulare. Et ſicut ſol facit duodecim horas diei, & non faciunt ſolem: ſic Chriſtus fecit, & elegit duodecim Apoſtolos: & duodecim Apoſtoli non fecerunt, nec elegerunt Chriſtum. Sicut ipſe Dominus ait: *Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos.* Nunc verò ipſi ſunt filii adoptivi, qui electi ſunt, non ille, qui elegit. Et tamen qui elegit, & qui electi ſunt, unus dies eſt, unum lumen eſt. Sol inluminator, & duodecim horæ inluminatæ à ſole. Sic Chriſtus inluminator, & duodecim Apoſtoli inluminati à Chriſto. Chriſtus eſt caput, & duodecim Apoſtoli corpus Chriſti, quod eſt omnis omnino Eccleſia in duodenario numero Apoſtolorum conſtituta. Hic eſt unus dies, id eſt, una perſona Chriſtus, & Eccleſia: qui in hoc die ambulat, ipſe ambulat intra Eccleſiam. Hos tantum duodecim Apoſtolos, tanquam duodecim horas diei per univerſum mundum miſit Chriſtus, ut omnis multitudo credentium in iſto ſolo ambularet die, id eſt, in iſta ſola Eccleſia. Sed nemo credentium ibi poteſt ingredi, niſi

Ibidem.
Apoc. 13. 4.
Ibid. 6. 13.
(a) Videtur addendum: *ſcito*, vel, *noveris.*
(b) eſt.
Matth. 19. 28.
Malach. 4.
Joan. 15. 16.

Digitized by Google

niſi imitatus fuerit Apoſtolos Chriſti: Et dum imitatus fuerit, ſit ipſe Apoſtolus Chriſti: ſicut & Paulus Apoſtolus dicebat diſcipulis ſuis: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* SÆC. VIII. ANNO 785.

Jam nunc Epiſcopi cathedras tenent duodecim Apoſtolorum; ſi imitantur Apoſtolos in fide, & opere, & prædicatione: & ipſi Eccleſia ſunt, quia in doctrina Apoſtolorum ſunt: & Baptiſmata, quæ per manus illorum fiunt, ipſi dicuntur baptizati intra Eccleſiam, quia neminem baptizant, niſi tantum eos, qui nomen ſuum dant. Quos etiam inſtruunt in fide & opere, qualiter credant, & qualiter vivant: ita ut ore proprio profiteantur apoſtolicum fidei ſymbolum. *Credere in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jeſum Chriſtum filium ejus unicum Deum, & dominum noſtrum: qui natus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Et in Spiritum Sanctum. In qua fide baptizati ſunt:* & abrenuntiant diabolo, & angelis ejus, operibus ejus, & imperiis ejus. 1. Cor. 11. 1. Epiſcopi tenent Cathedras Apoſtolorum.

Ex ipſis baptizatis alii traduntur ſcholæ, & offeruntur à parentibus Chriſto, ut poſſint futuri eſſe ſacerdotes, & ſerviant Chriſto. Alii tantum doctrinæ traduntur, ut legant, & cognoſcant Chriſtum; & accipiant cum benedictione intra Eccleſiam uxores, ut ſerviant conjugio: quia hoc bonum eſt, & intra Eccleſiam ejus: Sed illud melius eſt, quod Sacerdotium eſt: quod intra Eccleſiam eſt: & per ſe Eccleſia eſt. Sed & iſta bona eſt, quæ nobis martyres & ſacerdotes, virgines, & confeſſores generant, & vivunt conjugati, ſecundum Apoſtolum Paulum, qui dicit: *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſequutus à Domino, ut ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem: quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccaſti. Et ſi nupſit virgo, non peccavit. Tribulationem autem carnis habebunt hujuſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque, fratres, tempus breve eſt. Reliquum eſt. ut qui habent uxores, ſint tanquam non habentes. Et qui flent, tanquam non flentes. Et qui gaudent, tanquam non gaudentes. Et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe.* Conjugati, qui hoc præceptum ſervant Apoſtoli, intra Eccleſiam ſunt, quia ſub diſciplina Apoſtolorum ſunt. Si aliquis inter eos deliquerit, ſicut ab Eccleſia excommunicatur, ita & ab eis non recipitur. Decimas ſuas rectè dant Deo. Hoſpitibus pedes lavant. Pauperibus miniſtrant: ſacerdotibus honorem impendunt: & facultatulam ſuam cum ipſis communicant: quia eos futuros hæredes habere expectant. Conjugibus ſuis non propter libidinem, ſed propter procreationem filiorum utuntur: Et cum omnibus hominibus in tanta caritate vivunt, ut monachi eſſe putentur. Hi in die judicii à Domino audituri ſunt: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis præparatum eſt ab origine mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare. Sitivi, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus & viſitaſtis me. In carcere eram, & veniſtis ad me. Quia quod uni de his fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis.* Hi ſunt fratres Domini, de quibus dicit: *Qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ille mihi mater, & frater, & ſoror eſt.* Varii ordines hominum. 1. Cor. 7. 25. Matth. 25. 34. Matth. 12. 50.

Nam ſi ſcire vultis, quid eſt voluntas Patris, nihil aliud invenire poſſumus, niſi, *ut credamus in eum, quem miſit ille:* Id eſt, credamus filium ejus Jeſum Chriſtum verum eſſe Deum. Timeamus, adoremus, imitemur, & amemus, quia ipſe eſt verus Deus, & vita æterna: ſicut ipſe in Evangelio dicit: *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.* Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Ecce Eccleſia quem credit, ad eum tendit: & quidquid agit, per Eccleſiaſticam doctrinam agit: & quidquid petit, in nomine Jeſu petit, ut cum Jeſu æterni ſint, & intra Eccleſiam baptizentur, in cujus pace perſeverant: per quam & ſalvi fiunt. Nam qui contra hanc Eccleſiam agit, ſalvus eſſe non poteſt, niſi ad eam redierit, ut per ipſam ſalvetur. Omnes intra eam ſalvari credo: extra illam, licet quanta bona quis videatur agere, etiamſi pro Chriſti nomine ſanguinem fundat, ſalvus eſſe non poterit, niſi ad Eccleſiam Catholicam redierit: quæ ſola rectè credit Deum: & ſola diligit proximum: Sola patitur pro Chriſto. Sola moritur pro eo. Dominare ſemper vult vitiis, non fratribus. Quotidie legem Dei adimplet, quia quotidie in caritate eſt. Et quantum plus intelligit, tantum plus laborat. Cum omnibus patitur, quia cum omnibus triſtatur. Hæc illa pars non agit, quam ſupradiximus, quæ extra Eccleſiam eſt, id eſt, hæretici, & populus ejus malus; quæ ab eis ſacramenta Eccleſiæ accipiunt: & doctrinam ſalutis, nec ipſi habent, nec illis proferunt. Corpora ſunt, ſed non ſe invicem diligunt, quia averſionem habent ab iis, quorum membra ſunt. De quibus Paulus Apoſtolus Theſſalonicenſibus narrat, cum putarent, quod tempore Pauli eſſet dies judicii, eò quod eis ſcripſerit: *Nos, qui vivimus, qui relinquimur in adventum Domini, non præveniemus eos, qui antea dormierunt.* Ad hæc Joan. 6. 29. Joan. 17. 3. 1. Theſſ. 4. 14.

SÆC. VIII. ANNO 785.

hæc illi conturbati, ſcripſit eis poſtea, dicens: *Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum, ut non citò moveamini à veſtro ſenſu, neque terreamini neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam tamquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini, ne quis vos ſeducat ullo modo. Quia niſi venerit primum diſceſſio, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adverſatur, & extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, aut colitur: ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Meminiſſe debetis, quia ego adhuc, cum apud vos eſſem, hæc dicebam vobis: & nunc quid detineat ſcitis, ut reveletur in ſuo tempore. Nam myſterium operatur iniquitatis.* Ac ſi aperte diceret: Tunc Antichriſtus manifeſtè videbitur. Nam in cordibus iniquorum, ſecreta ſua jam nunc occultus operatur. Ut enim de apertioribus criminibus taceam, illa, quæ ſub ſpecie fiunt, dicam: Ecce alius fratri tacitus invidet: & ſi occaſionem inveniat, eum ſupplantare contendit: cujus alterius membrum eſt, niſi ejus, de quo ſcriptum eſt?

2. Theſſ. 2. 1.

Sap. 2. 24. *Invidiâ diaboli mors intravit in orbem terrarum.*

Alius ſe magni meriti eſſe exiſtimans, per tumorem cordis cunctis ſe præferens, omnes ſibi inferiores credit, cujus alterius membrum eſt, niſi ejus, de quo ſcriptum eſt? *Omne ſublime videt: & ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Alius honorem quærit, ut cæteris præſit: non quòd aliis proſit, ſed quod ipſe alteri ſubditus non ſit. Cujus alterius membrum eſt, niſi ejus, de quo ſcriptum eſt, qui dixit? *Sedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis altiſſimo.* Hanc ergo regulam diabolus inſtituit membris ſuis, quod ſimulacrum ſub nomine Chriſtianitatis in Eccleſia finxit: quæ tamen pars foras Eccleſiam eſt. Eccleſia dominari non vult, ſed ſervire. Solus quippe Altiſſimus ita dominatur ſuper omnia, ut alteri (a) *ſub ſe* non poſſit: quem diabolus imitari perversè voluit, cum ſuum (b) *dominum* quærens, ei ſubeſſe recuſavit. Adipiſcere voluit omnipotentiam per rapinam, quam Dominus habebat per naturam.

Job. 41. 25.

Eſa. 14. 14.

(a) ſubeſſe.
(b) dominium.

Phil. 2. 6. Proinde *Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cum eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus: & habitu inventus, ut homo.* Et ut nobis humilitatis, & caritatis præberet exemplum, non alteros humiliavit, ſed ſemetipſum. Nam cum eſſet unigenitus ſecundum divinitatis excellentiam, & ſine fratribus, pro nobis etiam factus eſt primogenitus ſecundum ſuſceptionem hominis, in qua per adoptionem gratiæ fratres habere dignatus eſt, quibus eſſet primogenitus: de quibus ipſe per Prophetam dicit: *Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum.* Fratres hic non corporales dicit, ſed fratres ſpirituales. Fratres, de quibus idem Dominus Patri dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Fratres, de quibus loquebatur mulieribus: *Ite nunciate fratribus meis.* Vere bonum, & vere jucundum habitare fratres in unum. Unum fratrem dimiſimus in ſæculo: Ecce quantos invenimus in monaſterio. Frater meus ſæcularis non tantum me amabat, quantum ſubſtantiam meam. Cæterum fratres ſpirituales, qui ſua utique negligunt, aliena non quærunt. Sic & in Actibus Apoſtolorum legimus, *quoniam multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Et erant*, inquit, *illis omnia communia*, quia communem Chriſtum poſſidebant.

Pſal. 131. 1.

Pſal. 21. 23.

Matt. 28. 10.

Actor. 4. 32.

Chriſtus caput, fideles Chriſti corpus.

Hanc regulam, quam tenet nunc Eccleſia, ab ipſo deſcendit capite, cujus & corpus eſt, ſecundum Apoſtolum qui dicit: *Ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Corpus illius ſummi capitis Chriſti, nos omnes fideles ejus ſumus. Per nexus verò, & conjunctiones corpus ligatur: quia dum capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachiis manus, dum manibus digiti ſunt conjuncti ac membra cætera membris inhærent, corpus omne perficitur: Sic ſancti Apoſtoli, quia redemptori noſtro propinqui extiterunt, quaſi pectus capiti inerunt. Quos quia martyres ſunt ſecuti, quaſi conjuncta brachia pectori fuerunt. Quibus dum paſtores, & doctores ſubjuncti ſunt per bona opera, manus brachiis (c) iniverunt. Hoc vero omne corpus redemptoris noſtri quotidie per nexus, & conjunctiones ſubminiſtratur in cœlo: quia cum ad eum illuc electæ animæ ducuntur, ei ſua membra colligantur. De quo bene dicitur: *Subminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Quia Deus omnipotens redemptor noſter, qui in ſe, quo proficiat non habet, adhuc per membra ſua quotidie augmentum habet. Unde rurſus ſcriptum eſt: *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Hoc totum per paſſionem carnis, & compaſſionem mentis complet Eccleſia. Et cum hîc patitur corpus, patitur caput, cujus eſt corpus. Paulo Apoſtolo atteſtante qui ait: *Quotidie adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore ejus, quod eſt* Eccleſia.

Coloſ. 2. 19.

(c) f. junxerunt.

Coloſ. 2. 9.

Epheſ. 4. 13.

Coloſ. 1. 24.

Dominus, ac redemptor noſter cum ſancta Eccleſia, quam redemit ſecundum carnem una ſubſtantia eſt. Illius capitis corpus Eccleſia eſt: & hujus corporis caput eſt Chriſtus.

Digitized by Google

Chriſtus. De quo ſuo capite exultat corpus, id eſt, ſancta Eccleſia, cum per Pſalmi-
ſtam dicit: *Nunc autem exultavit caput meum ſuper inimicos meos.* Quia enim quan-
doque ipſa etiam exaltanda eſt, jam nunc caput ſuum ſuper inimicos exaltatum gau-
det in cœlis. Cum ergo electi, quique ad vitam perveniunt, quia membra ejus, per
eum intrant ad eum; Ipſe per ſe intrat ad ſe. Ipſe enim in membris ſuis eſt, qui in-
trat. Ipſe caput, ad quod intrantia membra pervenlunt. Accipite ergo, deſcendit re-
gula, quam tenent membra ejus Eccleſia, quod eſt in caritate unum corpus ſummi
capitis, à quo accipit Spiritum Sanctum, ſecundum Pſalmiſtæ vocem dicentis: *Sicut*
unguentum à capite, quod deſcendit in barbam, in barbam Aaron. Vide ergo quid
dicat unguentum. Unguentum gratia eſt: benedictio eſt Divinitatis. Sicut benedi-
ctio unguenti de capite, hoc eſt de divinitate in Chriſto. Caput Chriſti Deus: Caput
Eccleſiæ Chriſtus. Deſcendit unguentum in homine Chriſto. Deſcendit de Chriſto in
oram veſtimenti ejus, quod eſt Eccleſia. Unguentum de capite, quod deſcendit in
barbam. Barba enim virilitatis indicium eſt. Caput ergo divinitatis dicitur, ſicut dixi-
mus, ex quo deſcendit unguentum in barbam Aaron, id eſt, in Chriſto, qui eſt ca-
put Eccleſiæ. Barba verò, ut diximus, virum indicat, in quo perveniamus in virum
perfectum, qui eſt Chriſtus. Et poſtquam in illam barbam *deſcendit*, ipſum unguen-
tum *in oram veſtimenti ejus*; Sic benedictio, *& ros in Hermon, deſcendit in montem*
Sion. Hermon in lingua noſtra interpretatur *anathema*, quod eſt Judæorum populus.
Ros ergo, id eſt, benedictio Domini antè fuit in populo Judæorum, qui poſtea ana-
thematizati ſunt. Et benedictio illa, quæ antea deſcendebat in populo anathematiza-
to, poſtea deſcendit in monte Sion, hoc eſt, Eccleſiam, quæ corpus eſt Chriſti. In
quo capite Eccleſiæ deſcendit unguentum, ut Pſalmiſta ait de eo: *Dilexiſti juſtitiam,*
& odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ partici-
pibus tuis. Participes ſunt Apoſtoli Chriſto: ſed Apoſtoli ad menſuram acceperunt
Spiritum Sanctum. In Chriſto vero omnis plenitudo Spiritus Sancti deſcendit, quia
ſolus ſine peccato: & de ipſa plenitudine illius acceperunt Apoſtoli.

Audiſtis, quid dixit. *Dilexiſti juſtitiam.* Sed & contrarium videte, quid dicat?
Et odiſti iniquitatem. Pro his virtutibus quid accepit, audite: *Propterea*, inquit,
unxit te Dominus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Hoc ad Chriſtum
dicitur. Jeſu Chriſte, tu unctus es, ut cæteros ungeres unguento, *quod deſcendit in*
barbam, in barbam, inquit, *Aaron.* Quod unguentum in capite eſt, deſcendit in
barbam: Id eſt, à vero Deo deſcendit ad hominem, quem dignatus eſt aſſumere. Et
de homine, quem aſſumpſit, deſcendit in oram veſtimenti ejus, quod ſumus nos. Et
quantum nobis prodeſt barba iſta ſancta, & vir iſte perfectus, videamus. Et qui ſunt
illi qui proficiunt, in quos deſcendit in oram veſtimenti ejus, qui poſſunt eſſe veſti-
mentum Chriſti. Et cum fuerint veſtimentum Chriſti, tunc & ipſe Chriſtus verum
eſt illorum veſtimentum, & induunt Chriſtum. Nos, ſi veſtimentum Chriſti ſumus,
nuditatem ejus noſtra veſtimus fide. Ecce nudus pendet in cruce, *ſcandalum Judæis,*
Gentibus ſtultitia. Et tamen noſtra fide, & ſermone, & confeſſione veſtimus nudi-
tatem ejus, & dicimus. Dominus Deus noſter eſt qui nudus pendet in cruce. Fi-
lius Dei verus eſt, qui illuſiones, & deriſiones patitur nudus in cruce, ut nos veſtiti
ſimus ejus nuditate.

Quum audiunt nos Judæi iſta dicere, continent aures ſuas, & derident nos, qui
talem Deum habemus, qui nudus pependit in cruce. Recedimus ab invicem in tan-
tum, ut nec illi recipiant nos, nec nos illos. Unum hoſtem fugimus Judæos, & mul-
tos hoſtes invenimus intra domum, hæreticos pejores, quam Judæos. Judæi ſemel
negant, & dicunt: Iſte, quem dicitis, qui nudus pependit in cruce, non eſt Deus.
Cum nos eis dicimus, quis eſt? Reſpondent, & dicunt, homo eſt: nam ſi Deus eſ-
ſet, non diceret: *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti.* Et ideo non debetis tam
abſurdè dicere Deum: ſed tantum filium adoptivum, ſicut & nos ſumus adoptivi: quia
nec unus Deus eſt, qui nudus pendet in cruce, nec verus filius Dei. Injuriam faci-
tis Deo de tali fide. Nam nos honoramus Deum, qui rectè dicimus, quod Deus ad
tantam injuriam non deſcendit. (a) Sermo eſt, qui patitur. Servus Dei eſt, qui pati-
tur; ipſo de ſe dicente: *O Domine ego ſervus tuus: Ego ſervus tuus, & filius ancil-*
læ tuæ. Et Dominus ei dicit: *Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum.* Cum hoc verum di-
cat ſcriptura, quomodo vos poteſtis firmare, cum homo nudus, qui pendet in
cruce, à Deo ſe derelictum clamitet, & Deus ſit. Ecce & iſtos invenimus ſimiles Ju-
dæorum: quia illi nudaverunt Chriſtum, & nudum eum impoſuerunt in crucem &
ibi mortuus pependit. Et ipſa nuditas, crux & mors facit ſcandalum Judæis, & di-
cunt: Non eſt Deus. Hoc dicunt & iſti hæretici. Non eſt Deus. Nudaverunt illi
Chriſtum veſtimentis, nudant & iſti fide. Illis fecit ſcandalum Chriſti nuditas: iſtis
facit ſcandalum Chriſti humilitas. Non ſunt ergo iſti veſtimentum Chriſti, qui non
veſtiunt Chriſtum ſua fide: Sed eum cum Judæis nudant ſua infidelitate. Illi Deum

Anno 785.

1. Cor. 1. 23.

Hæretici pejores Judæis.

(a) Servus.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

Iſrael laudabant, & ipſum Deum Iſrael negabant, quem nudum cruci affigebant. Et iſti Chriſtum laudant: & ipſum Chriſtum, qui nudus pependit in cruce, Deum Iſrael eſſe negant: & utrique populum Domini ſe exiſtimant eſſe; & utrique meliores ſe nobis profitentur in fide: & utrique dicunt: Nos ſumus Iſrael, qui Deum rectè credimus. Nam vos bruta, & inſenſati, qui hominem, qui mortuus eſt, habetis Deum. Et quia Iſrael, *videns Deum* dicitur, utrique ſe Iſrael profitentur: utrique ſe filios Dei aſſerunt. Sed Dominus eos per Eſaiam prophetam redarguit, dicens: *Filios enutrivi, & exaltavi: ipſi autem ſpreverunt me. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem non me cognovit: populus meus me non intellexit.* Et meum populum dicit, & me non intellexit, neque cognovit. Non intelligit Deum, qui non intelligit Chriſtum, quia Chriſtus eſt Deus. Non cognoſcit Deum Iſrael, qui non cognoſcit Chriſtum, quia Chriſtus eſt Deus Iſrael. Non eſt mundus corde, qui non videt Deum factorem cœli & terræ: qui non credit Chriſtum, quia Chriſtus eſt Deus factor cœli, & terræ. Et inde non vident Deum, quia mundum non habent cor. *Beati*, inquit, *mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*

Iſai. 1. 2.

Matth. 5. 8.

Eccleſia eſt veſtimentum Chriſti.

Reſtat ergo, ut qui non intelligunt, non vident: & qui non vident, in tenebris ambulant. Unde & Pſalmiſta dicit: *Neſcierunt, neque intellexerunt quod in tenebris ambulant.* Et qui in tenebris ambulant, in die non ambulant, quod eſt Chriſtus, & Eccleſia: nec dicere poſſunt illum verſiculum Pſalmi: *Hic eſt dies, quem fecit Dominus; exultemus & lætemur in eo.* Et quia dies, & nox una dies dicitur, quia de ſole uſque ad alterum orientem ſolem, diem & noctem includit, & unus dies dicitur: ſic Eccleſia, & hæreticorum pravitas, lux, & tenebræ eſt, & una Eccleſia nuncupatur. Utrique unum Evangelium legunt: Sed utrique veſtimentum Chriſti eſſe non poſſunt. Cum unus fide tegit nuditatem Chriſti, alter infidelitate nudum prædicat Chriſtum, cum dicit, *Homo eſt, non eſt Deus. Non eſt ipſe qui fecit cœlum, & terram.* Alter non nudum, ſed veſte indutum eum prædicat, quia dicit: Deus eſt homo; & ipſe fecit cœlum, & terram, qui in cruce pendet inter cœlum, & terram. Hoc tantum Eccleſia poteſt dicere de Chriſto capite, cujus ipſa eſt corpus: quia ipſam ſuo ſanguine pretioſo redemit, ut eam ſibi copularet per ſanguinem; & Chriſtus indueret eam: & illa Chriſtum: ſicut Paulus Apoſtolus de ipſo loquitur ad Epheſios: *Ut exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam.* Maculam quippe, & rugam non habet: quia & turpitudine operis, & duplicitate ſermonis caret. Non habentem, inquit, maculam aut rugam. Id eſt, nec per peccatum habentem maculam, nec per duplicitatem rugam. Quia & per juſtitiam munda eſt, & per ſimplicem intentionem extenſa. Quæ ergo abluta eſt, ne maculam habeat, extenſa eſt, ne habeat rugam: Utique veſtis Chriſti eſt. Sicut enim indumentum Chriſti tota generaliter Eccleſia dicitur: ſic indumentum ſunt Eccleſiæ ſingulorum animæ, quæ ab errore converſæ eandem Eccleſiam credendo, eique fideliter inhærendo, circumdant: De quibus eidem Eccleſiæ per prophetam Dominus dicit: *Vivo ego, quia omnibus his, velut ornamento veſtieris.*

Pſal. 81. 5. *Pſal.* 117. 24.

Epheſ. 5. 27.

Eſai. 49. 18.

Ecce quomodo eſt Eccleſia per fidem & converſionem, & opera bona veſtimentum Chriſti. Ecce quomodo ſingulorum animæ, quæ per prædicationem Eccleſiæ convertuntur & credunt, quod tantum in ea ſit remiſſio peccatorum, & inhærent ei fideliter, veſtimentum ſunt ipſius Eccleſiæ. Veſtimentum ſunt Eccleſiæ animæ in unum collectæ. Veſtimentum eſt Chriſti tota Eccleſia: & veſtimentum eſt Chriſtus totius Eccleſiæ. Rem vobis dico novam: immo non novam, ſed de ſcripturis, quia veſtimentum Chriſti ſumus. Et cum illum noſtra confeſſione, & fide veſtimus, tunc iterum nos ipſum Chriſtum induimus. Dicit enim & Apoſtolus, quòd veſtimentum noſtrum Chriſtus ſit. *Quicumque*, inquit, *baptizati eſtis in Chriſto, Chriſtum induiſtis.* Quando enim baptizamur, induimur, & veſtimur.

Gal. 3. 17.

Hoc totum quare dixi? Ut oſtenderem credentes veſtimentum eſſe Chriſti, quod deſcendit in oram veſtimenti ejus: quod deſcendit in barbam, in barbam Aaron. Sic enim Aaron ſacerdos hunc ſacerdotem noſtrum præfiguravit Chriſtum: & octo ejus veſtimenta omnis omnino Eccleſia. Figura illa veſtimentorum nos ſumus ſecundum Apoſtolum, *in quos finis ſæculorum* decurrit: *quia iſta illis in figura contingebant*: quæ nobis in veritate completa ſunt. Siquidem Pontifex octo habet, ut diximus, ſpecies veſtimentorum. Longum eſt dicere de Ephod: de tunica, de zona, de catenulis, de femoralibus, de fimbriis, de ſoccis, de tintinnabulis: quibus virtutibus ſacerdos debeat ingredi templum Domini, & in ſancta ſanctorum. Et nos ergo ſi voluerimus de veſtimento eſſe iſto ſacerdotali, aut ſuper humerale ſumus, quod interpretatur Ephod, ut habeamus bona opera: & in humeris noſtris Chriſti mandata portemus: aut certè tunica debemus eſſe interior: quæ tunica ſtricta eſt, & adhæret corpori. Non eſt laxa; non funditur, ſed adhæret tota ad corpus. Vides ergo, quia quicumque interior eſt, & interior tunica, vicinius jungitur corpori.

1. Cor. 10. 11.

Exod. 28. 4.

Longum

Digitized by Google

Longum est dicere de rationalibus, & de manifestationibus. Si quis verò rationale est, quod dicitur, Logion, non est alibi, nisi in pectore. Quod ratione dictum, vel factum est, rationale dicitur. Quod verò sine ratione dictum, vel factum, rationale dici non potest. Intelliges scripturæ ordinem? Quicumque rationabilis est, Ephod est; id est, vestimentum super humerale: & in pectore, quod est prudentia. Cæterum fieri potest, ut aliquis habeat prudentiam, ut habeat (a) augon, hoc est, logion, quod latinè dicitur rationabilitas, & non habeat (b) Ermonem, hoc est, manifestationem. Quicumque ergo verus sacerdos est, debet esse rationabilis; debet habere manifestationes: hoc est, quodcumque manifestum proferat: & omnes doceat. SÆC. VIII. ANNO 785. Rationale. (a) f. augen, ἀυγήν. (b) f. Sermonem.

Et hæc omnia forsitan faciat, si castitas cauta & ornata non fuerit, & omnes fluxus carnis non mortificaverit, ut cingat lumbos suos & mortificet. Deinde femoralia debet habere; ut quodcumque in nates ignominiosum est, & sordidum, quasi hoc cingulo mundetur, & mortificetur. Deinde dicitur, quoniam debemus habere (c) phodere: Id est, vestimentum tunicæ usque ad pedes. Phodere quod ordinet, quasi pedes nostros. Et in ipso Phodere diversi flores sunt. Sunt ibi malogranata: Sunt etiam fimbriæ. Ego puto, quod & illa mulier sanguinem fluens, ideo sanata est, eo quod statim fimbriam tetigerit. Hoc totum quare dico? ut bonum opus, quod inchoamus, usque ad finem perseveremus: quod est usque ad pedes, si Christi vestimentum esse desideramus. (c) podere.

Deinde considerate, quoniam ad extremos pedes inter malogranata erant & tintinabula: & non ingrediebatur pontifex in sancta sanctorum, nisi illa tintinabula personarent. Et quid sancta sanctorum ingredi, nisi ille interior spiritualis intellectus, ubi cum Domino loquitur? Tintinnabula. &c.

Et illa tintinabula, & illa malogranata diversitates virtutum sunt: & sacerdos, id est, pontifex, qui omnem Ecclesiam in typo Christi tanquam vestimentum in se portat, debet prius diversarum virtutum ejus opera, tanquam tintinabula per omnem Ecclesiam resonare: & tunc ad ejus omnes congregentur imitationem: & sic in sancta sanctorum ingrediatur, ut quod intus de Domino audierit, foris populo loquatur, secundum Domini dictum in Evangelio: *Ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* Et cum hæc fuerit, Ecclesia erit: mons Sion erit: *quoniam illic mandavit Dominus benedictionem.* Id est, unguentum illud quod descendit de capite divinitatis *in barbam, in barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti ejus*, quod est Christus: & pervenit ad montem Sion illa benedictio roris, quæ descenderat in Hermon: hoc est, in populo Judæorum pervenit ad Ecclesiam, quod est mons Sion: quoniam in ea mandavit Dominus hanc benedictionem & vitam usque in æternum. Vita Christus est. Qui confitetur Christum, habebit vitam usque in sæculum sæculi. Nos tamen si de Ecclesia sumus, Ecclesiam defendimus, & in dogmatum veritate stamus, in ædificio Christi sumus. Illi verò, qui non sunt in Ecclesia, adversantur Christi Ecclesiæ. Si ergo sumus in Ecclesia, si habemus fidem Ecclesiæ, fidem Apostolorum, fidem Christi dogmatum, veritatis montes, sumus Sion. *Matth.* 5. 16. *Psal.* 132. 2. Ibid.

Dominus noster Jesus Christus mons montium est; non unus de montibus, ut hæreticus asserit Elipandus. Nam cum singulariter mons dicitur, aut singulariter Dominus, aut singulariter Deus, aut singulariter Christus, aut singulariter pontifex, aut singulariter sacerdos; aut singulariter hostia, aut singulariter agnus, aut singulariter lapis, aut singulariter petra, & cætera hujusmodi similia, aut certè singulariter servus, aut singulariter pauper, solus ipse in sua persona intelligendus est: ut in ipsa humilitate, qua à nobis figuraliter prædicatur, nullus ei similis prædicetur. Nam & homines sancti multi sunt, qui ei credendo efficiuntur sancti. Ab eo dicuntur dii, ab eo domini, ab eo Christi, ab eo pontifices, ab eo sacerdotes, ab eo hostiæ, ab eo agni, ab eo lapides vivi, ab eo fortes petræ. Propter hoc ille factus est Patris servus, ut nos de multis dominis liberaret: id est, de multis idolis, & ipsum solum haberemus dominum, qui propter nos factus est servus: & essemus liberi per ipsum, qui solus inter mortuos est liber: & nos ad hanc ingenuitatem perduxit. Et sine dubio summa ingenuitas creditur, in quo Christi servitus comprobatur. Propter nos factus est pauper, ut nos ejus paupertate efficeremur divites. Et quid est ejus paupertas, nisi ejus humanitas? Et quid sunt nostræ divitiæ, nisi ejus humanitas? Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Ubi ille descendit, illic nos ascendimus. Ubi se ille inclinavit, ibi nos erexit. Ubi ille pœnam perpessus est, ibi nos à pœna liberavit. Ubi ille mortuus est, ibi nos vivificavit. Ubi ille resurrexit, ibi nos suscitavit. Ubi ille ascendit, ibi nos secum levavit. Ubi pater eum exaltavit, & donavit illi nomen, & nos cum illo exaltavit, *& cum illo nobis omnia donavit:* quia & ipsum nobis Pater dedit, & nos illi donavit: & illum à parte dexteræ suæ collocavit: & nos corpus ejus cum capite sedere fecit. Christus mons. *Rom.* 8. 32.

Et cum sit caput & corpus una substantia, tamen multum distat inter caput, &

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

corpus: cum tantùm unum ſenſum habeat communem, & cæteros quatuor ſolum ſibi vindicat caput. Multum ergo diſtat inter Chriſtum hominem, & omnem omnino ſanctorum multitudinem, qui de Adam ducit originem, cum omnibus virtutibus ſoli homini Chriſto non poterit comparari, aut æquari totus ille exercitus. Solus Chriſtus ſine illis poterat eſſe: toti illi ſine Chriſto nec vivere poſſunt, nec eſſe.

Eccleſia mons Sion.

Hoc totum quare diximus? Quia montem Sion figuraliter Eccleſiam nuncupavimus. Poſſumus ſingulariter dicere montem Sion unam Eccleſiam, quod eſt unum corpus Chriſti. Poſſumus dicere, & ipſam montes, & Eccleſias. Chriſtum verò ſolum, non poſſumus dicere Chriſtum, & Chriſtos: montem, & montes: Dominum, & Dominos: Deum, & Deos: ſervum, & ſervos: pauperem, & pauperes: parvulum, & parvulos: circumciſum, & circumciſos: baptizatum, & baptizatos: flagellatum, & flagellatos: mortuum, & mortuos. Solus ille pro omnibus mortuus. Solus ille pro omnibus iſta perpeſſus. Nullus ſanctorum pro altero mortuus eſt. Nam cum Joannes

1. Joan. 3. 16.

Apoſtolus dicat: *Sicut Chriſtus pro nobis animam poſuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere.* Poteſt quidem quilibet facere compatiendo: nam nullus potuit hoc facere moriendo, & reſurgendo, niſi ſolus Chriſtus: Solus ſine peccato. Nam omnes

Pſal. 50. 7.

ſancti poſſunt dicere illud Davidicum: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Chriſtus hunc verſiculum nunquam dixit. Sed quid

Joan. 14. 30.

dixit? *Venit princeps hujus mundi, & in me nihil invenit*, id eſt, nihil peccati in me invenit. Et ideo quia ſolus homo ſine peccato eſt, nullus ei hominum ſimilis invenitur. Qui ſolus caput eſt, ſuper omne corpus eſt. Qui ſingulariter mons eſt, ſuper

Mich. 4. Eſai. 2. 2.

omnes montes eſt, Propheta Michea atteſtante, qui ait: *In noviſſimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium: & ſublimis erit ſuper colles, & confluent ad eum populi: & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos de viis ſuis; & ibimus in ſemitis ejus.* Pſalmiſta quoque de eo monte, & de cæteris montibus, in 67. Pſal-

Pſal. 67. 17. (a) deeſt, videte, vel appetite.

mo dicit: *Ut quid ſuſpicamini montes incaſeatos.* Eum montem, (a) *in quo beneplacuit Deo habitare in eo.* Sicut ille dicitur mons: ſic montes illi. Sed longe altius mons diſtat à montibus præparatus in cacumine montium. Montes itaque iſti, illum mon-

2. Cor. 10. 17. Gal. 6. 14.

tem portando, glorioſi ſunt, *ut qui gloriatur, in Domino glorietur*, non in ſe. Paulus architectus dicit: *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

Ut quid ergo ſuſpicamini hos montes? Eum montem, in quo placuit Deo habitare in eo. Non quia in ipſis montibus non habitat Deus. Habitat planè. Sed per iſtum montem habitat in ipſis montibus Deus. In ipſo quippe ſolo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Non habitat umbraliter in illo divinitas, tanquam in templo à rege Salomone facto: ſed corporaliter. Non ſicut in cœlo, aut in terra, aut in angelis, vel cæteris ſanctis: ſed corporaliter in eo habitat, omnis plenitudo divinitatis, id eſt, Patris, & Spiritus Sancti. Qui & ipſe Chriſtus per naturam divinitas eſt. Et quanquam in angelis, & in cæteris ſanctis habitet divinitas, tamen nullus eorum naturaliter divinitas eſt, ſicut Chriſtus. Et quia Chriſtus, & Pater, & Spiritus Sanctus una divinitas eſt, & ipſe in Patre eſt, & Pater in illo eſt, & Spiritus Sanctus ab utroque procedit, ideo in ipſo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, id eſt,

2. Cor. 1. 18.

ſolidè, atque veraciter, ſecundum Pauli Apoſtoli dictum, qui ait: *Quoniam Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Quod ſive de Patre dictum accipiamus,

Joan. 14. 10.

quoniam ipſe ait: *Pater autem in me manens ipſe facit opera. Et ego in Patre, & Pater in me:* ſive ita intellegatur, Deus erat in Chriſto; id eſt, Verbum erat in homine, hoc eſt, Deus erat homo; Sic erat utique Verbum in carne, ut Verbum caro factum ſolus propriè diceretur, id eſt, homo Verbum in una Chriſti perſona copularetur. Ut quid ergo ſuſpicamini cæteros montes? Eum montem, in quo placuit Deo habitare in eo? Longe aliter habitat in illis montibus pluraliter, aliter in iſto ſingulariter. Quem ergo illorum montium hunc montem ſuſpicamini? Nam quia & illi per adoptionis gratiam filii Dei ſunt: ſed nullus ex illis eſt unigenitus, cui Pater diceret:

Pſal. 109. 1.

Sede ad dexteram meam. Donec ponam inimicos tuos ſub pedibus tuis. Nullus eorum

Joan. 1. 14.

abſtulit peccata mundi. De nullo eorum dictum eſt: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.*

Matt. 17. 5.

De nullo eorum dictum eſt: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* De nullo eorum legimus, quod ſit Dominus majeſta-

1. Cor. 2. 8.

tis: ſed de Chriſto Apoſtolus dixit, *quia Dominum majeſtatis crucifixerunt*, quia neque apparuit Pater in mundo: ſed neque Spiritus Sanctus: ſed ſolum filium crucifixerunt unicum Dei Patris verbum.

Cavendum ergo eſt, ne cum Verbum audis, multa cogites verba. Nam ſi multa verba cogites Patris, jam non unum filium, ſed multos filios intelliges. Cave ergo, ne te ſonus capiat vocis humanæ, ſimilitudoque ſermonis. Aliud eſt Verbum, quod tempora habet, quod ſyllabis colligitur, quod literis colligitur, quod ſonat, quod auribus

Digitized by Google

auribus auditur, quod tempora habet, & unum verbum ſonat, pertranſit, & fit intervallum ſilentii, & aliud formatur verbum, & ſequitur, ut auditur, & intelligatur, quo explicito tertium ſequatur: & unum verbum alterum ſequendo, multa verba efficiantur. Non tale verbum Patris filius unicus: Non tale verbum unigenitus Deus. Incorporeus Deus Pater. Vocem utique incorporeus corporalem non habet. Si vox corporalis non eſt in Patre, nec filius verbum eſt corporale. Et ideo non multa verba, nec multi filii: ſed unum verbum eſt æquale Patri, quod & gradum excludit, & numerum. Et hoc dico, quod lego. Et hoc credo, quod profero. Nam quæ ſit hujus natura Verbi, neſcio. Et neſcio multo hoc melius, quam ſcio. Hoc ſolum bene ſcio, quando hoc neſcio, quod ſcire non poſſum. Neque enim Johannes, quem lego, aliud dicere potuit, quàm quod audivit. *Quod vidimus*, inquit, *& quod audivimus.* 1. Joan. 1. 1. Hoc ſolum bene ſe ſcire dixit, quod audivit, & vidit, qui in Chriſti pectore recumbebat. Ergo illi ſatis eſt audire: mihi non eſt ſatis: ſed quod ille audivit, hoc mihi dixit. Et quod audivit à Chriſto, hoc nec ego poſſum negare verum eſſe de Chriſto. Ergo quod ille audivit, hoc ego audivi. Quid audivit? Verbum. Quia dixit: *Quod fuit ab initio. Quod audivimus.* Deinde dicit: *Et vidimus.* Ibid. Hoc totum verum eſt, quia quod audivit, & vidit. Quid vidit? Non utique divinitatem, quæ ſecundum naturam ſuam videri non poteſt. Vidit eum per naturam meam. Non enim verbum alterum Filius eſt, & homo alter: ſed ex utroque unicus filius eſt.

SÆC. VIII. ANNO 785.

Sed quia ſecundum naturam ſuam, nemo eum videre poterat, ſuſcepit naturam viſibilem meam, ut ſecundum naturam corporis videretur. Denique & Spiritus Sanctus in ſpecie viſus eſt ut columba: quia videri divinitas in ſuæ claritatis veritate non poterat: Quæ utique una inviſibilitas Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quia una divinitas eſt, & unus Deus: Pater & Filius, & Spiritus Sanctus. Sed quia tres ſunt perſonæ, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, hoc non habent commune, quòd ſolus filius factus eſt homo propter homines redimendos: quòd ſolus Spiritus Sanctus ſuper hominem filium deſcendit in ſpecie columbæ, ut videretur: quòd ſolus Pater clamavit: *Tu es filius meus dilectus:* ut audiretur. Matt. 17. 5.

Sed illa columba, in qua Spiritus Sanctus apparuit, non dicitur Spiritus Sanctus, ſicut iſte homo à Verbo ſuſceptus dicitur filius. Illa columba non eſt Deus. Nam iſte homo Deus eſt. Illa vox Patris, quæ ſonuit corporaliter, non eſt Pater. Nam iſte corporalis, qui viſus eſt, filius Dei Patris unicus eſt. Per ſubjectam creaturam locutus eſt Pater, non per ſuam ſubſtantiam, quia inviſibilis Deus eſt. Per ſubjectam creaturam apparuit Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ, non per ſuam naturam, qua inviſibilis Deus eſt. Solus filius apparuit per ſubſtantiam ſuam hominibus. Non per illam apparuit, qua æqualis eſt Patri: ſed per illam, qua miſſus venit à Patre, & Spiritu Sancto, ſolus Filius, qui ſemetipſum exinanivit, id eſt, ſolus formam ſervi accepit. Noli igitur & tu ſecundum naturam interpretari, quod præter divinitatis naturam eſt. Quòd ſi credideris à Verbo carnem eſſe ſuſceptam, & offeras transfigurandum corpus Chriſti altaribus, & non intellexeris, quod offertur, aut cui offertur: & non diſtinxeris naturam divinitatis & corporis, ſtatim tibi Dominus dicit: ſi rectè offeras, & rectè non dividas, peccaſti. Non dico, perſonam dividas: ſed dico ut nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet. Et cum altario aſſiſtitur, ſemper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque ſibi preces aliunde deſcribit, non eis utatur, niſi prius eas cum inſtructioribus contulerit fratribus: Id eſt, preces, quas ſuggerit, à catholicis imbuatur.

Solus filius eſt incarnatus.

Solus ergo Filius eſt homo, qui & æqualis Patri eſt, ſemper in forma Dei, cui cum Patre hoſtiam offerimus: & ſolus formam ſervi accipiens ſacerdos factus eſt. Per quam hoſtiam vivam Deo placentem offerre poſſumus. Nec tamen à nobis offerri hoſtia potuiſſet, ſi Chriſtus pro nobis hoſtia factus non fuiſſet. In quo ipſa natura noſtri generis vera eſt hoſtia ſalutaris. Ut enim ipſe unigenitus, qui verus naturaliter Deus eſt, verus fieret, & ſacerdos in perſona divinitatis ſuæ, non accepit hominis perſonam, ſed naturam. Si enim naturam hominis cum perſona ſimul accepiſſet; in illo incarnationis myſterio non eſſet unus Chriſtus in duabus naturis Deus, & homo: ſed in duabus perſonis, alter eſſet Deus, alter homo. Sed ideo unus eſt Chriſtus, unus Dei, & hominis filius: quia ille unigenitus Dominus, qui perſonam propriam ſemper habuit, in ipſa perſona ſua veritatem naturæ ſervilis accepit. Proinde Chriſtus inſeparabilis permanet. Quia cum altera ſit in eo natura divinitatis, altera vero natura ſervilis; in uno tamen, eodemque Chriſto illa perſona divinitatis erat, ipſa una eſt etiam humanitatis aſſumptæ. Propterea unus, atque idem Chriſtus: quem & paulo minorem ab angelis oſtendit, accepit formam ſervilem, æqualem Patri demonſtrat unitas naturalis.

In quo ſacramento ſic offendunt hæretici quàm maximè Ariani, ut attendentes in eo officium ſacerdotis nolint celſitudinem Deitatis ſuſcipere. Quoniam ergo ſunt hæretici, qui filium cum Patre unius divinitatis eſſe non credunt.

Hæreſes circa Chriſtum variæ.

Item

SÆC. VIII. ANNO 785.

Item ſunt alii, qui hominem natum Dei filium non confitentur: qui utrique non Dei, ſed hominis aſſerunt eſſe Virginem genetricem, quia non per illum, inquit, qui de Virgine natus eſt, viſibilia, & inviſibilia facta ſunt: ſed per illum, quem ſibi genuit æqualem.

Iſti ſunt hæretici, ut Manichæi, qui veritatem carnis in Dei filio negare non metuerunt. Hunc locum congruè, atque utiliter Patres ſanctiſſimi poſuerunt. Nam cum nos oſtendimus per æternum ſacerdotem Dominum Chriſtum in noſtris orationibus offerre, veram in eo carnem noſtri generis confitemur: ſecundum illud, quod Apoſtolus dicit: *Omnis enim Pontifex ex hominibus adſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum: ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis.* Cum verò dicimus, *filium tuum*, & adjicimus: *Qui tecum, ſumme pater, vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti*, illam utique unitatem commendamus, quam naturaliter habet Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Quoniam ſi quid hujuſmodi, ut ſupra diximus, in ſcripturis legimus, ad unitatem perſonæ referendum eſt. Quia & ipſe ſolus eſt ſacerdos Chriſtus, per quem hoſtiam offerimus: & ut per eum à Patre acceptetur, & interpellet Patrem pro nobis, ſupplicamus orantes. Et ipſe eſt Deus cum Patre, cui offerimus. Et ipſe eſt, qui interpellat Patrem pro nobis, non voce, ſed miſeratione. Et ipſe eſt, qui exaudit cum Patre, qui ſolus pro nobis interpellat Patrem. Proinde noſtra oratio ſemper per mediatorem dirigatur ad Patrem. Per ipſam perſonam, cujus ſanguine ſumus redempti, quem bibimus: & cujus carnem manducamus, per quam vivimus. Quia ſicut anima, & corpus ex diverſa ſubſtantia unus eſt homo: ita Deus & homo ex diverſa ſubſtantia unus eſt Chriſtus. Ac per hoc cum ſit unus ex diverſa ſubſtantia, ipſe quodam modo interpellat pro nobis, ipſe quodam modo pro nobis exaudit.

Hebr. 8. 3.

Incarnationis rationes.

Divide ergo quod meum: divide quod ſuum. Ego enim, quod illius erat divinitatis, non habebam. Et ille, quod meum eſt humanitatis non habebat. Suſcepit, quod meum eſt, ut impertiret, quod ſuum eſt. Suſcepit, non ut confunderet, ſed ut repleret. De noſtro habuit pro nobis, unde mereretur pro nobis, & viveremus in illo. Exemplum reliquit, qualiter moreremur pro illo: & ubi ille eſt, de morte tranſiremus ad regnum. Ad regnum quippe non poteſt tranſire, niſi interpoſita morte. Et idcirco & confidendo quaſi dubitamus, & quaſi dubitando confidimus. Et gaudentes metuimus, & metuentes gaudemus, quia ſcimus, quod ad bravium quietis æternæ pervenire non poſſumus, niſi hoc, quod interjacet, cum labore tranſcenderimus. Sic etiam cum morbos temporales de corpore repellere cupimus, triſtes quidem amarum purgationis poculum ſumimus: certi autem de ſubſequenti ſalute gaudemus. Sicut enim corporalis morbus ſine amara potione non curatur: ita ſpiritualis morbus animæ ſine lamento lacrimarum non deletur. Quomodo ergo poterit *ille* nobiſcum unus eſſe ex nobis: qui peccata non ſua, ſed noſtra omnium ſolus ipſe delevit. Et ob hoc per latitudinem ſcripturarum paginis currimus: ſed ei ſimilem, *in quo* formam ſervi aſſumpſit, non invenimus.

Miracula non neceſſaria.

Reſtat ergo, ut iſti, qui eum ſibi ſimilem putant, virtutes à nobis cum *incredulis* extorqueant, & dicant: ſi verum dicitis, quòd filius Dei eſt Jeſus, aut verè vos ejus eſtis Eccleſia, facite in ejus nomine nobis virtutes. Et cum feceritis, credimus vobis, quòd verè Deus ſit, quem creditis. Hoc reſtat hæreticis, quod paganis. Fides virtutes non quærit. Virtus, quæ temporaliter videtur, futura non ſperat. Virtutem præſentem requirere, non pars fidei, ſed pars incredulitatis eſt. Denique Paulus Apoſtolus (*a*) Mitylenem veniens, & plenam infidelibus inſulam, ſciens, patrem Publii diſenteria, febribuſque vexatum orando ſalvavit: & ſanctæ prædicationis adjutorem ſuum Timotheum ex infirmitate ſtomachi laborantem, non verbo curat, ſed medicinali arte mederi parat, dicens: *Modico vino utere, propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates.*

(*a*) Meliam.

1. Tim. 5. 23.

Quî ergo infirmum infidelem una prece ſalvat, quî ægrotum Timotheum prece non roborat? Quia nimirum ille foras per miraculum ſanandus erat, qui intus in anima mortuus erat: ut per hoc, quod exterius in corpore poteſtas oſtenderet, hunc ad vitam interior virtus animaret. Et tamen utrique infirmi erant: ſed æqualiter infirmi non erant. Timotheus corpore erat infirmus, & animo ſalvus, qui cum magiſtro Chriſtum vitam in gentibus prædicabat. Et Pater Publii corpore ægrotabat: ſed anima mortuus erat; quia per fidem Chriſti nec dum ſuſcitatus fuerat. Quia ipſe dixit: *Ego ſum reſurrectio, & vita. Qui credit in me, etſi mortuus fuerit, vivet.* Quamobrem, qui non credit filium Virginis naturaliter eſſe filium Dei Deum verum, non vivit: ſed mortuus eſt. Mortuus eſt, quia hoc non credit. Jam vivus eſſet, ſi crederet. Et ideo, qui intus vivit, jam non miracula, ſed pœnitentiam requirit. Qui intus in anima vivit, corporis curam in deſideriis non agit. Qui in anima mortuus eſt, corporis curam in deſideriis facit. Et qui corporis curam agere contendit, Chriſtum cognoſcere non poteſt.

Joan. 11. 25.

Facilius

Digitized by Google

Facilius ergo Deus videtur, cum, ſecundum Apoſtolum, *exterior homo corrumpitur*. Et quantum plus corrumpitur de die in diem; tantum plus in agnitione Dei de die in diem renovatur. Et quantum minus exterior homo corrumpitur, tantum minus interior anima renovatur: & tantùm minus Deus agnoſcitur. Ipſa debet eſſe renovata, quæ *templum Dei* ab Apoſtolo dicta. Sic enim ait: *Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos*. Ipſe interior homo factus eſt ad imaginem Dei. (a) Exigamus itaque ſpiritum mentis noſtræ, *qui renovatur in agnitione Dei, ſecundum imaginem ejus, qui creavit eum*; quia ibi per fidem in nos habitat Chriſtus. Ubi non eſt Judæus, neque Græcus. Ubi non eſt ſervus neque liber. Ubi non eſt maſculus, aut fœmina. Ubi mori non poterimus, cum ſolvi corpore cœperimus. Ubi non ſeneſcimus, ſi etiam in corpore ad decrepitam ætatem pervenerimus. Cum hoc ita verum ſit, & loca apta requirimus, & invenire non valemus, interiora animæ mundemus: & omni inde mala cupiditate depulſa, in corde noſtro locum pacis ſecretum præparemus, & ita ſemper agamus, ut templum Dei ſanctum ſimus. Et ſi volumus in templo orare, in nobiſmetipſis oremus. Ibi enim habitat ille, quem oramus. Ibi enim Chriſtus, cum clamatur, exaudit, ubi & habitat. Credimus videre Deum: non quia videmus per oculos corporis, ſicut videmus hunc ſolem: vel mentis obtutu, ſicut ſe quiſque interius videt viventem, videt volentem, videt quærentem, videt ſcientem.

SÆC. VIII. ANNO 785.

2. Cor. 4. 16.

1 Cor. 3. 17; Coloſ. 3. 10.

(a) f. Erigamus.

Quid ergo dicimus? Nunquid hoc eſt videre, quod credere? Planè multum diſtat inter utraque, quia præſentia videntur, abſentia creduntur. Et Dominus in Evangelio ait: *Beati qui non viderunt, & ſic crediderunt*. Et tamen illi hoc dixit, qui viderat, qui cicatrices palpaverat. *Quia vidiſti me*, inquit, *& credidiſti. Beati, qui non viderunt, & crediderunt*. Cum beatum dicat, qui vidit, & credit Chriſtum, quomodo in alio loco, ipſe Dominus in Evangelio dixit: *Deum nemo vidit unquam*. Et Apoſtolus Paulus ad Timotheum dicit: *Quem vidit nullus hominum: ſed neque videre poteſt?* Hoc totum de hominibus dictum eſt, non de aliis. Non eſt de illis dictum, de quibus ſupra diximus: In quorum animabus Chriſtus habitat per fidem, qui templum ſanctum Dei ſunt: in quibus Deus habitat; Propheta atteſtante, qui ait: *Dominus in templo ſancto ſuo. Dominus in cœlo ſedes ejus*. Ipſi & cœli dicuntur, ſecundum illud 18. Pſalmi teſtimonium: *Cœli enarrant gloriam Dei*. Et in quotidiana prece dicimus: *Pater noſter, qui es in cœlis*. Ac ſi apertè dicamus: Qui es in ſanctis angelis, & in ſanctis animabus. Cœlum ipſi ſunt, *quia non terrena, ſed cæleſtia ſapiunt*, ſecundum Pauli Apoſtoli dictum: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite, ubi Chriſtus eſt in dextra Dei Patris*. Qui enim cum Chriſto reſurrexit: & ubi Chriſtus in dextera Dei Patris ſedet, ſapit; jam non homo, ſed Deus ſcripturis ſacris nuncupatur. Quia & Deus eſt, in quo Deus habitat: & ſemper eum videt, quia ſemper in ipſo eſt. Nam Deum nullus hominum videre poteſt. Sicut & ipſe Dominus interrogabat diſcipulos ſuos dicens: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Non dixit; Quem me dicunt eſſe homines, ſed filium hominis: ne jactanter de ſe quærere videretur. Pulchrè autem interrogat: *Quem me dicunt eſſe homines filium hominis:* Quia qui de filio hominis loquuntur, non dii, ſed tantum homines ſunt. Qui vero divinitatem ejus rectè intelligunt: *&, tu es Chriſtus filius Dei vivi*, cum Petro dicunt; non homines, ſed dii appellantur.

Joan. 20. 29. Ibidem.

Joan. 1. 18.

1. Tim. 6. 16.

Pſal. 10. 4.

Pſal. 18. 7.

Phil. 3. 19.

Coloſ. 3. 2.

Matth. 16. 13. Ibidem.

Ibid. v. 16.

Proinde Apoſtolus dicebat: *Quem vidit nullus hominum: ſed nec videre poteſt*. More hominum vocans homines humana ſapientes. Quia qui divina ſapiunt, ſine dubio ſupra homines ſunt. Videbimus igitur Deum, ſi per cæleſtem converſationem ſupra homines eſſe mereamur. *Videmus* & nunc, ſecundum Apoſtolum, *per ſpeculum in ænigmate* per fidem. *Videbimus & tunc facie ad faciem*. Nec tamen ita videbimus, ſicut ipſe ſeipſum. Longe quippe diſpariliter videt creator ſe, quam videt creatura creatorem. Nam quantum ad immenſitatem Dei, quidam nobis modus figitur contemplationis, quia eo ipſo pondere circumſcribimur, quo creatura ſumus. Sic profectò non ita conſpicimus Deum, ſicut ipſe conſpicit ſe. Sicut non ita requieſcimus in Deo, quemadmodum ipſe requieſcit in ſe. Nam viſio noſtra vel requies erit utcumque ſimilis viſioni, vel requiei illius, ſed æqualis non erit. Nec enim jaceamus in nobis, ut ita dicam, contemplationis (b) pinna nos ſublevat, utque à nobis ad illum eriguntur intuendum, raptiſque intentione cordis, & dulcedine contemplationis, aliquo modo à nobis imus in ipſum. Etiam hoc ipſum ire noſtrum minus eſt requieſcere. Et tamen ſic ire, perfectè quieſcere eſt. Et perfecta ergo requies eſt, quia Deus cernitur: & tamen æquanda non eſt requiei illius, qui non à ſe in alium tranſit, ut quieſcat.

1. Cor. 12. 13.

(b) penna.

Eſt itaque requies, ut ita dicam, ſimilis, atque diſſimilis. Quia quod illius requies eſt, hoc noſtra imitatur. Namque ut beati, atque æterni ſimus in æternum, imitamur æternum: & magna nobis eſt æternitas imitatio æternitatis. Nec exortes ſumus ejus, quem imitari poſſumus. Quia & videntes participamus: & participantes imitamur.

SÆC. VIII. ANNO 785. Quæ ſine dubio viſio nunc per fidem inchoatur. ſed tunc in ſpecie perficitur, quando coëternam Deo ſapientiam, quam modo per ora prædicantium, quaſi per decurrentia flumina ſumimus, in ipſo fonte Chriſto biberimus, cujus corpus ſumus. Sed grandis hic labor erit, qui ad illa pertingere voluerit. Non enim parva corporis violentia eſt, cum caro cupit eſſe, quod Deus eſt. Deus enim, ut ſupra diximus, caput corporis Chriſti eſt, Apoſtolo atteſtante, qui ait: *Volo autem vos ſcire, quòd omnis viri caput Chriſtus eſt. Caput autem mulieris vir. Caput Chriſti Deus.*

1.*Cor.*11.3. *Epheſ.*5.23.

Ibid. Quid itaque eſt caput noſtrum, niſi divinitas, per quam exiſtendi principium, ut creatura ſimus, ſumimus. *Nam vir eſt caput mulieris: Caput viri Chriſtus: & caput Chriſti Deus.* Hoc totum in Chriſto eſt: qui mediator Dei, & hominum eſt. Nam hoc loco mulierem dicit plebem intra Eccleſiam, ſenſu parvulam, & carnalem: quæ ſub regimine paſtorali eſt. Vir vero hujus mulieris, doctores eorum ſunt; qui more Apoſtolico Chriſti veſtigia imitantes, eam tanta intentione educando regunt, ut non eis ſufficiat in prædicatione & exemplo eam inſtruere: ſed etiam ſui capitis exempla ſequentes, moriendo pro ipſa animam ponere: qualiter poſſit illi caput eſſe: & ſuo capiti Chriſto, ſecundum Apoſtoli dictum inhærere.

Similitudo corporis cum Chriſto & Eccleſia.

Per hominem enim Chriſtus hujus viri factus eſt caput. Cui homini Chriſto à Verbo aſſumpto tota divinitas caput eſt. Et hoc totum in uno Chriſto eſt: quia & in eo eſt omnis plenitudo divinitatis corporaliter: & ipſe eſt caput totius Eccleſiæ. Ut quemadmodum unus homo conſtans ex anima, & corpore, & in corpore ſunt iſta, id eſt, caro, oſſa, & caput. Caro regitur per oſſa, oſſa per caput: caput per animam. Et carnem dicimus mulierem. Et oſſa dicimus virum, caput hujus mulieris, carnis. Et caput dicimus horum oſſium ipſum caput humanum. Et mentem dicimus hujus capitis caput. Et hoc totum in uno homine eſt. Sic dicimus caput mulieris, id eſt, minutæ plebis, paſtores, & doctores eccleſiarum, tanquam oſſa carnis. Caput viri Chriſtus tanquam oſſis caput. Caput Chriſti Deus tanquam mens capitis. Et cum omnia in uno homine ſint, & ipſa tota ipſe homo ſit, tamen inveniuntur ibi differentiæ, quibus una alteri poſſit præcellere. Non carni, quæ mollis eſt, præcellunt oſſa, quæ dura ſunt, & ſine eis caro ſtare non poteſt. Sicut nec ipſa plebs minuta intra Eccleſiam, quæ tanquam caro mollis eſt, ſine magiſtro ſtare poteſt; qui ſolidi, tanquam oſſa ſunt. Hæc oſſa junguntur capiti, per quod vitam habent: quia niſi capiti jungantur, per quod vitam habent, vivere non poſſunt. Sicut magiſtri eccleſiarum junguntur capiti Chriſto, qui niſi Chriſto per fidem, & opera jungantur, vivere non poſſunt. Jam verò mens in quantum præcellit capiti, quæ & altera ſubſtantia eſt ſpiritualis, in tantum caput eſt, cui præcellit. Sic & divinitas Chriſti caput, & corporis Chriſti, quæ totum ipſe Chriſtus in ſe habet: & omnem plenitudinem divinitatis ſuæ: & omnem plenitudinem humanitatis noſtræ.

(a) Locus obſcurus & mendoſus.

Sed hoc per qualecumque veſtigium dicimus propter hæreticorum inſipientiam, atque controverſiam: qui & Chriſtum hominem non confitentur Dei filium, *& cum* Patre unum Deum; & non eſſe alterum Deum præter eum, & cum tota *Eccleſia* unum hominem, (a) & non eſſe altera perſona Eccleſia, & altera perſona *Chriſtus* homo; & altera perſona Verbum Patris, ut tres ſint perſonæ, Verbum, homo, & Eccleſia: ſicut tres ſunt perſonæ Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: Solus Filius factus eſt homo, id eſt, anima rationalis, & caro. Ac per hoc, Verbum, anima, & caro, tres quidem ſubſtantiæ ſunt: ſed unus eſt Chriſtus, unicus eſt filius, unus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, unigenitus Dei patris filius, *qui natus eſt de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine: & ſub Pontio Pilato eſt crucifixus:* qui & verè, & abſque mendacio patrem habet Deum naturaliter, à quo habet Deitatem, ut ſit verus Deus, & non ſit alter Deus præter eum: & verè, & abſque mendacio matrem habet naturaliter Virginem, Virginem Mariam, & non ſic alter homo præter eum cum tota Eccleſia, quam redemit ſanguine ſuo, una perſona ex tribus ſubſtantiis unus Chriſtus. Quæ perſona neque Patris eſt, neque Spiritus Sancti: ſed ut diximus, Filii. Qui Filius cum Patre, & Spiritu Sancto eſt una ſubſtantia, & non una perſona, ſed tres ſunt perſonæ. Cum toto homine Adam, quem aſſumpſit, ipſe ſolus eſt una perſona, & non una ſubſtantia, ſed tres ſunt ſubſtantiæ, Verbum, anima, & caro, totum unicus filius.

Comparatio luminis cum Trinitate.

Vide mediatorem. Tantum ipſe ſolus deſcendit: quia nec Pater deſcendit, nec Spiritus Sanctus. Et quia, ut diximus, cum Patre una ſubſtantia eſt, ſicut una ſubſtantia eſt, & unus Deus eſt cum Patre, & Spiritu Sancto: & alter Deus præter eum non eſt, cum quo in una ſubſtantia eſt. Quia non eſt alter Deus præter Patrem: nec alter Deus præter Filium: nec alter Deus præter Spiritum Sanctum. Nec alter Deus præter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum. Attamen cum tres ſint ſimul unus Deus, & unum lumen, non tamen una perſona eſt Pater & Filius & Spiritus Sanctus. Lumen eſt Pater, quia genuit lumen. Lumen eſt Filius, quia natus eſt de lumine. Lumen

Digitized by Google

Lumen eſt Spiritus Sanctus, quia proceſſit de lumine ingenito, & genito. Et tres ſimul unum eſt lumen. SÆC. VIII.

Aut fortè calumniaris, & dicis: Si unum lumen. Ubi Trinitas? An forte in vocabulo ſunt tantum & Filius, & Spiritus Sanctus, & non ſunt expreſſæ perſonæ? Reſpondebo. Abſit: Niſi expreſſæ perſonæ, & propriè ſubſiſtentes ſibi. Nam hoc Sabelliana perverſitas adinvenit, ut cum unum credidit inſeparabile lumen, unam crederet etiam perſonam, ut diceret: ipſum ſibi eſſe Patrem, ipſum ſibi eſſe Filium, ipſum ſibi eſſe Spiritum Sanctum. ANNO 785.

Arius vero è contrario, cum tres credidit propriè ſibi ſubſiſtentes perſonas, tria credidit & lumina. Et quia unum eſt lumen, unus commiſcebat perſonas, alter ſeparabat. Sed utrique ab uno lumine cæcati, ab uno lumine confuſi, id eſt, in unò dum non conmixti, ab uno lumine ſeparati ſunt.

Unum eſt, ut diximus, lumen, ſed tamen in gignente, genito, & procedente Trinitas eſt. Denique aliud eſt genuiſſe: aliud genitum eſſe, aliud procedere. Et ideo qui genuit, non eſt ipſe in perſona qui genitus eſt: quia altera perſona eſt, quæ genuit, & altera perſona eſt, quæ genita eſt. Alius genuit alium: ſed non aliud genuit, quàm quod eſt. Id eſt, lumen eſt, & lumen genuit, quod ipſe eſt. Et cum ipſum ſit, quod genuit, non tamen ipſe eſt, quem genuit. Ipſum quidem lumen natura quem genuit, non tamen ipſe eſt, qui genuit genita lumen perſona. Nec ipſe eſt gignens, & genitus tertia, quæ ab his procedit perſona. Sed alter in perſona gignens lumen: alter in perſona genitum lumen: alter in perſona procedens lumen. Et lumen, & lumen, & lumen, unum lumen. Et gignentem, & genitum, & procedentem tres perſonæ, & unum lumen. Ac ſi dicerem: Deum, & Deum, & Deum, unum Deum. Et quia Deus genuit Deum, & Deus proceſſit de Deo, in gignente, genito, & procedente, tres ſunt ſubſiſtentes ſibi perſonæ, & natura unus Deus. Solus ergo filius factus eſt homo, non in unitate naturæ, ſed in unitate perſonæ, id eſt, lumen ſine initio genitus de Patre aſſumpſit naturam noſtram. Et ſecundo lumen, & corpus natum eſt de Virgine. Et in patre ſemper manſit inſeparabile, & æquale lumen, ſicut angelus Mariæ dixit: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Quia enim umbra non aliter exprimitur, niſi per lumen & corpus, virtus ei Altiſſimi obumbravit: quia in ejus utero lux incorporea corpus ſumpſit. Ex qua videlicet obumbratione omnes credentes in Chriſto in ſe refrigerium mentis accipiunt. Umbra enim, ut jam diximus, à lumine formatur, & corpore. Dominus autem per divinitatem lumen eſt, qui mediante anima in ejus utero fieri dignatus eſt per humanitatem corpus. Quia ergo lumen incorporeum in ejus erat utero comparandum, eique corporeum concepit, ad corpus dicitur: Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Id eſt, corpus humanitatis, in te accipit incorporeum lumen divinitatis. *Joan.* 1. 35.

Unde & in Canticis Canticorum ex voce ſponſi dicitur: *Oſculetur me oſculo oris ſui. Quoniam bona ubera tua ſunt ſuper vinum: Et odor unguentorum ſuper omnia aromata.* Audiſtis Epithalamium carmen, dilectiſſimi fratres, quod Spiritus Sanctus per Salomonem ex voce Sponſi & Sponſæ, id eſt, Chriſti, & Eccleſiæ, pro cœleſtium nuptiarum allegorica decantatione prædixit. Quando Chriſtus ſponſus, & anima ſponſa oppigneraverunt ſibi caſtam invicem conjugii voluntatem: & facti ſunt duo in carne una. Id eſt, Deus, & homo. Duo hi, id eſt, verbum & anima una perſona, ſponſus, & ſponſa in una carne. Et illius ſponſi thalamus fuit Uterus Virginis. Quia in illo utero virginali conjuncta duo, ſponſus, & ſponſa. Quia ſcriptum eſt: *Et erunt duo in carne una.* Et Dominus dicit in Evangelio: *Igitur jam non ſunt duo, ſed una caro.* Quia Chriſtus & Eccleſia non ſunt duæ carnes, & duo homines, ſed una caro, & unus homo. Et Eſaias optimè meminit, unum eſſe ſponſos duos. Loquitur enim ex perſona Chriſti, & dicit: *Sicut ſponſo impoſuit mihi mitram: & ſicut ſponſam ornavit me ornamento.* Una perſona videtur loqui, & ſponſum ſe fecit, & ſponſam. Quia non ſunt duo, ſed una caro, id eſt, una natura carnis: & una ſubſtantia Chriſti, & noſtra. Sicut una ſubſtantia eſt Chriſti, & Patris. Quia & cum Patre perfectus Deus eſt: & nobiſcum perfectus homo eſt. Et Deus, & homo ex duabus naturis una perſona eſt Chriſtus. Quia Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, id eſt, in carne noſtra habitavit. Quia in nobis habitat, quando in carne noſtra habitat. Et ipſa caro noſtra, in qua habitat, ipſe eſt, qui habitat. Fecit ſibi domum, in qua habitat, & ipſa domus ipſe eſt. Chriſtus factus eſt caro, non in carnem converſa divinitas. *Cant.* 1. 5. *Gen.* 2. 24. *Mat.* 10. 8 *Eſa.* 61. 10.

Denique Carpentarius quislibet facit ſibi domum, in qua habitat: ſed ipſa domus non eſt ipſe, qui habitat. Et fortaſſe cum à perſecutore ipſa domus diſſipatur, aut incenditur, habitator ſurgit, ne ſimul pereat, & relinquit vacuam domum; quia ipſa domus, quam habitabat, non erat ipſe. Non ſic Deus homo factus habitavit in nobis, id eſt, in carne noſtra. Non ſic Verbum Patris, ut alter ſit habitator, & altera

SÆC. VIII. ANNO 785.

caro noſtra, quàm habitat. Ut quia à Judæis carne occideretur, fugiſſet Verbum habitator. Abſit hoc à fide catholica. Sed ſic eſt: Verbum, anima, & caro una perſona Chriſtus filius Dei: ſicut quilibet homo, anima, & caro eſt una perſona. Et cum ipſe homo occiditur, non anima, ſed caro occiditur: & nullus alter, quam ipſe homo, moritur. Sic Chriſtus filius Dei Deus, & homo tanta eſt unitate perſonæ, ut ipſe ſit Deus, qui eſt homo. Et cum homo, id eſt, ſola caro occiditur, nullus alter, quàm filius Dei moritur. Non divinitate, nec anima, ſed ſola carne. In qua carne redemptio facta eſt humani generis. Unde & redemptorem noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum, omnis Eccleſia confitetur.

Hoc totum quare diximus? niſi ut Verbum carnem factum unum filium Dei probaremus. *Verbum caro factum eſt*, ſed non eſt in carnem converſum: ſicut nec anima hominis convertitur in carnem. Et cum in carne Chriſti habitat Verbum, in noſtra natura habitat: quia ipſa caro noſtra eſt. Illi carni adjungitur Eccleſia, & fit Chriſtus totus una perſona caput, & corpus. Et cum in ſacris voluminibus aut homo, aut caro, aut corpus Chriſti nominatur; non ſolùm Chriſtus: ſed tota Eccleſia intelligitur. Sed habet conſuetudinem ſancta ſcriptura, ut de Domino, & ejus corpore, quæ de uno, aut ad unum loquitur, atque in una perſona modò caput, modò corpus oſtenditur: Sicut Eſaias, ut ſupra diximus, ait: *Induit me veſtimento ſalutis: quaſi ſponſum decoratum corona: & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.* In una enim perſona duplici vocabulo nominata; & caput, id eſt, Sponſum: & Eccleſiam, id eſt, ſponſam manifeſtavit.

Joan. 2. 14.

Eſai. 61. 10.

Proinde notandum in ſcripturis, quando ſpecialiter caput deſcribitur, quando & caput, & corpus, aut quando ex utroque tranſeat ad utrumque: aut ab altero ad alterum. Sicque quid capiti, quid corpori veniat, prudens lector intelligat. Sponſum autem Chriſtum eſſe, & ſponſam Eccleſiam, probat ſcriptura divina, dicente Johanne Baptiſta pro Chriſto in Evangelio: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Amicus autem ſponſi ſtans, & audiens vocem ejus, præ gaudio exhilaratur.* Et alius Propheta dicit: *Deſponſabo te mihi in fide & caritate.* Denique hoc carni in Chriſto, & Eccleſia eſſe prædictum, prætitulatio ipſa manifeſtat. Sic enim pronunciantur Cantica Canticorum: eo quod ſupra omnia cantica, quæ aut Moyſes, aut Maria in Exodo, aut Eſaias, aut Abachub, & cæteri cecinerunt. Hæc meliora ſunt Cantica: quia illi, aut pro liberatione prælii, aut pro converſatione populi, aut pro admiratione divinorum operum accenſi animo, ac mente laudes dixerunt Deo: Hic tamen, quia Dei Eccleſiæ vox pſallentis auditur, propter quod divina, & humana ſibi invicem copulantur, ideo Cantica Canticorum, id eſt, meliora meliorum nuncupantur.

Joan. 3. 29.

Oſee. 2. 20.

Cant. 1. 1. Cum ergo dicit, *Oſculetur me oſculo oris ſui. Quoniam meliora ſunt ubera tua ſuper vinum*, non de hoc oſculo carnali, ſed de ſpirituali gratia loquebatur. Eccleſiæ etenim venerandæ immaculatæ virginis vox eſt ad Chriſtum filium Dei tricenarium juvenem, decorum, *ſpecioſum forma præ filiis hominum*, verba facientis. *Quia alia* ſunt humana, alia divina (a) oracula. Et ideo cum dicit Eccleſia: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, vult ipſa Eccleſia præſentem ſponſum habere, & præſentis vocem audire. In præterito enim tempore, ſermo Dei per prophetas ad ſynagogam loqui conſueverat: & quaſi per alienum os pacis oſculum dabat. Hæc ergo Eccleſia, quæ verè ſponſa eſt Chriſti, contenta non eſt, per prophetas tantummodo Chriſti pacem accipere: ſed magis ore proprio Evangelicæ traditionis præcepta ſuſcipiens, à vero ſponſo velut oſculum ſanctitatis accipit. Et ideo oſculetur me oſculo oris ſui. Quod quàm verè fuit adimpletum, hinc poteſt addiſci. Nam ex eo, quod Chriſtus filius Dei ſecundum hominem venire dignatus eſt, & carnem, animamque velut ſponſam accipere, Lex & Prophetæ ceſſaverunt, ſicut Evangeliſta ait: *Lex & Prophetæ uſque ad Johannem Baptiſtam.* Et iterum: *Lex per Moyſem data eſt, gratia autem, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt.* Eccleſia enim, ut Apoſtolus definivit, caro Chriſti eſt; qui ait: *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ.* Cui tunc oſculum fide, & caritate impreſſum eſt, quando duo in una carne conjuncti ſunt: Id eſt, veritas, & pax complexæ ſunt ſe.

Oſculum ſponſæ eſt ſpirituale.

(a) oſcula.

Cant. 1. 1.

Matth. 11. 13.

Joan. 1. 17.

Coloſ. 1. 18.

Veritas, inquit, *de terra orta eſt*, id eſt, caro Chriſti, qui de Virgine natus eſt; cujus origo æterna eſt. Pax de cœlo proſpexit, id eſt, verbum Dei, qui dixit: Ego ſum pax. Et iterum: *Pacem meam do vobis.* Hoc eſt oſculum verbum Patris, Prophetarum ore annunciatum: quod à ſæculis antiquis longa ſpe ſuſpenſa pependit. Quod quidem adveniente die ſponſaliorum eſt adimpletum: per quod annulum fidei, & pronubum nuptiarum cœleſtium accepit Eccleſia. Quid enim carius Chriſto, quam Eccleſia, pro qua ſuum ſanguinem fudit? Aut quid Eccleſiæ amabilius Chriſto? cujus ſancta, & immaculata conjunctione, magnam filiorum multitudinem per Baptiſmi regenerationem procreavit? Cujus fœtum copioſiſſimum ſine dolore videmus profuſum. Cujus efficaciam; &, ut verius dixerim, artem naſcendi, vel potius renaſcendi ſen-

Pſal. 84. 12.

Joan. 14. 17.

ties

Digitized by Google

ties magis, quam narres: Intelligas potius, quàm comprehendas: Nec virtutem ipſam videas, nec artem cognoſcas, & tamen perfectum opus, quod magiſtra ſapientiæ, & opifex ratio cluſum dederit, cum debita veneratione laudabis. *Quoniam bona ubera tua*, inquit, *ſuper vinum.* Habuit quidem priſca lex duo ubera, ex duabus tabulis lapideis, qui digito Dei impreſſa, candidum lac diſciplinæ parvulo tunc populo præbuerunt: Sed nunc ubera Domini jam non duo, ſed quatuor cognovimus. Quatuor enim Evangeliorum fontes, dulce lac ſapientiæ credentibus tribuunt. SÆC. VIII. ANNO 785.

Denique Dominus ad Abraham, qui utriuſque populi pater eſt, ſecundum carnem ſcilicet, & noſter ex fide, cùm ei hæreditatem ſæculi futuri promitteret, hoc inter cætera ſignum ſacrificii poſtulavit: Capram trimam, & vaccam trimam: ut capra, quæ duo ubera habet, veteris teſtamenti figuram oſtenderet. Et vacca, quæ quatuor, Evangelicæ diſciplinæ. Hæc ſunt bona ubera Domini, id eſt, Evangeliorum fontes aquæ: quæ meliora ſunt ſuper vinum propheticæ prædicationis, qua Lex vinum vetus intelligitur. Evangelium vinum novum. Allegoriæ variæ.

Duo enim genera vini in ſcripturis cœleſtibus legimus. Unum, quod apud Chanaam Galileæ defecit ad nuptias: aliud, quod multò magis de verbo Dei aqua vinum eſt factum. Unde & Salvator dicebat: *Vinum novum in utres novos mittere oportet.* Quod quidem ſignificabat nuptias Chriſti & Eccleſiæ: Id eſt, quando verbum Dei, animam hominis copulavit, ceſſaturum eſſet vinum, id eſt, priſcæ legis, & prophetiæ: & aliud Evangelium ex Baptiſmatis aqua futurum. Unde & credentes muſto pleni ſunt iſto. Quid eſt enim de aqua vinum, niſi anima, quæ retro fuerat terrena, inſipida, & aquata (a) in merum ſpiritus converſa, præſtantantior ſapore facta eſt? *Matth.* 9. 17. (a) quæ.

Et odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Odor unguenti iſtius ſacroſancti chriſmatis gratiam manifeſtavit, quæ ſuper omnia ſynagogæ flagrat, & redolet. Illa enim habebat unctionem de unguentis factum odoriferis. Chriſti autem unguentum ex ſeptiformi Sancti Spiritus ſuavitate deſcendit. Unde & ſubjungit: *Unguentum exinanitum nomen tuum.* Quare, itaque, *exinanitum*, breviter indicabo. Priſcæ legis reges, & ſacerdotes, qui ex cornu chriſmatis ungebantur, *Chriſti* dicebantur in lege, eo quod ſimilitudine unctionis Chriſmatis notam ipſam perfectiorem acciperent: & proinde umbra potius, quam veritate *Chriſti* nomine utebantur. Sed *ubi plenitudo divinitatis*, ſecundum Apoſtolum, *in Chriſto completa eſt*, tunc exinanitum eſt nomen eorum regum, qui Chriſti dicebantur: ne ulterius hoc cenſerentur vocabulo. Et verum permanet nomen Chriſti, quod ex vero unguento, id eſt, Sancti Spiritus plenitudine eſt effuſum. Verum quod alibi ait: *Unguentum effuſum nomen tuum:* Eo quod ſuaviſſima veri Chriſti nominis gratia ſuper omnes credentes diffuſa eſt, & omnem odorem notitiæ ſuæ fidelibus cunctis effuderit, Unguentum effuſum appellatum (b). Unde & orationes ſanctorum in Apocalypſi (c) thymiamæ ſunt comparatæ. Unde & ſequitur: *introduxit me rex in cubiculum ſuum.* Hoc Eccleſia loquitur, quæ regem Chriſtum Dei filium confitetur. Quid eſt cubiculum, ubi Chriſtus rex Eccleſiam reginam introduxit, niſi in cœleſtis regni ſecretum. Quis etenim neſciat, illuc Chriſtum Eccleſiam ſuam, id eſt, carnem ſuam introduxit, unde ſine carne deſcenderat, id eſt, de (d) abdita cœlorum. Carnem autem Chriſti Eccleſiam eſſe, Paulo Apoſtolo auctore didicimus, qui dicit: Caro Chriſti, quod eſt Eccleſia. Et cum per gratiarum dona multa membra ſunt, corpus tamen unum eſt. *Nam & corpus non eſt unum membrum*, ut ait Apoſtolus: *Sed multa. Si dixerit pes, quoniam non ſum manus, non ſum de corpore; num ideo non eſt de corpore? Et ſi dixerit auris, quoniam non ſum de corpore, quia non ſum oculus; num ideo non eſt de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus. Si totum auditus, ubi odoratus? Quod ſi eſt omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem quidem multa membra, unum verò corpus.* Quid ergo ſancta Eccleſia, niſi (e) ſuperni ſui capitis corpus eſt? In qua alius alta videt, oculus: alius recta operando, manus: alius ad injuncta recurrendo, pes: alius præceptorum voce intelligendo, auris: alius malorum fœtorem, bonorumque fragrantiam diſcernendo, naſus eſt: Qui corporalium more membrorum, dum viciſſim ſibi accepta officia impendunt, unum de ſemetipſis omnibus corpus reddunt. Et cum diverſa in caritate peragunt, divinum eſſe prohibent, ubi continentur. Si autem unum quid cuncti agerent, corpus utique, quod ex multis continetur, non eſſet. Quia, videlicet, multipliciter compactum non exiſteret: ſi hanc concordiam membrorum diverſitas non teneret. Quia ergo ſanctis membris Eccleſiæ virtutum dona Dominus dividit, tanquam terræ menſuras ponit. Et cum unus alteri gratiam à Domino datam invidit, & eam nomini ſuo adſcribere velit, alterius limitem tranſcendit. Limes enim à diſcernendo limitem nomen accepit. Qui gratiæ ſuæ menſuræ limitem tranſcendit, cadere vult: quia in præcipitio pedem ponit. *Cant.* 4. 10. *Cant.* 1. 3. *Coloſ.* 2. 3. *Cant.* 1. 3. (b) eſt. *Apoc.* 5. 8. (c) Thymiamati. (d) f. *abſide* ſeu *abſida.* 1. *Cor.* 12. 14. (e) f. ſupremi.

Unumquemque ergo reprimat metus diabolicæ ruinæ, qui dum ſuper voluit eſſe, quàm quod erat; & ipſum quod erat perdidit: & de alto præcipitatus profundi inferna promeruit.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785

Unuſquiſque ergo tanquam membrum corporis menſuram ſuam excedere non debet. Unde iterum idem Paulus dicit: *Unicuique ſicut Deus diviſit menſuram fidei.* Item ipſe dicit: *Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem junctturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram uniuſcujusve membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in caritate.*

Rom. 12. 3. *Eph.* 4. 16.

Varietas donorum.

Sed cum miro conſilio auctor, ac diſpoſitor noſter uni illa largitur, quæ alii denegat: quæ iſti largitur, unicuique menſuras ponit: menſuras poſitas egredi nititur, quiſquis plus quam acceperit, major eſſe conatur: ut fortaſſe ille, cui tantum modo datum eſt præceptorum occulta diſſerendo aperire, tentet etiam miraculis coruſcare. Aut ille, quem ſupernæ virtutis donum ad ſola miracula roborat, etiam divinæ legis aperire occulta contendat. In præcipitio enim pedem porrigit, qui menſurarum ſuarum limitem non attendit. Et plerumque perdit ea, quæ acceperat: quia audaciter præſumit ad ea, quæ pertingere non valet, arripere feſtinat. Nam & membrorum noſtrorum tunc benè miniſteriis utitur, cum ſua eis officia diſtinctè ſervamus. Lucem quippe oculis videmus, vocem verò auribus audimus. Siquis autem mutato ordine, voci oculos, luci aures accommodet, huic utraque in caſum patent: Si quis autem odores velit ore diſcernere, ſapores nare guſtare, utriuſque ſenſus ſibi miniſterium, quia pervertit, interimit. Dum enim prius hæc uſibus non aptantur, & ſua officia deſerunt, & ad extranea non aſſurgunt. Alii namque datur ſermo ſapientiæ. Alii ſermo ſcientiæ in eodem ſpiritu. Alii fides. Alii gratia ſanitatum. Alii operatio virtutum. Alii prophetia. Alii diſcretio ſpiritus. Alii genera linguarum. Alii interpretatio ſermonum tribuitur. Qualiter in uno, eodemque ſpiritu iſte verbo ſapientiæ polleat, nec tamen ſermone ſcientiæ, id eſt, doctrinæ fulgeat. Quia ſentire, atque invenire ſufficit etiam, quod per diſcendi ſtudium non apprehendit. Ille ſermone ſcientiæ fulgeat, nec tamen in verbo ſapientiæ convaleſcat. Quia ſufficit explere quantum dicit, & tamen ad ſentiendum ex ſemetipſo ſubtile aliquid non aſſurgit. Iſte per fidem elementis imperat, nec tamen per ſanitatis gratiam infirmitates corporum curat. Ille orationis ope morbos ſubtrahit, *nec tamen* verbo pluvias reddit. Iſte operatione virtutum ad præſentem vitam etiam mortuos revocat; & tamen Prophetiæ gratiam non habens, quæ ventura ſunt ignorat. Ille ventura quæque velut præſentia attendit, & tamen in nulla ſignorum operatione ſe exerit. Iſte, per diſcretionem ſpirituum, in factis ſubtiliter mentes conſpicit: Ille diverſi generis linguas examinat, ſed tamen in rebus ſimilibus diſſimilia corda non penſat. Alius in una lingua, quam novit, ſermonum pondera interpretando, prudenter diſcutit: & tamen bonis reliquis, quæ non habet, patienter caret.

Sic itaque creator noſter, ac diſpoſitor cuncta moderatur: ut qui extolli poterat ex dono, quod habet, humilietur ex virtute, quam non habet. Sic cuncta moderatur, ut cum impensâ gratiâ unumquemque ſublevat, etiam per diſparem gratiam alteri alterum ſubdat: & meliorem quiſque dono alio, eum qui ſibi ſubjicitur, attendat. Ac licet (a) reperire ex aliis ſentiat, eidem tamen, quem ſuperat, ſe in aliis poſtponat. Sic cuncta moderatur. Et dum ſingula, quæ (b) quærunt omnium interpoſita quadam caritatis neceſſitudine, fiant omnia ſingulorum. Et unuſquiſque ſic quod non accepit, in altero poſſideat, ut ipſe alteri poſſidendum quod accepit, humiliter impendat. Sic ſunt diverſæ gratiæ, ſicut & diverſa, ut diximus, corporum membra. Et quæ putamus ignobiliora eſſe membrorum corporis, his honorem abundantiorem circumdamus. Et quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent. Honeſta autem noſtra honeſtate nullius egent. Sicut iniqui dum increpatione feriri non poſſunt, quaſi honoris tegmine velantur. Sed hæc de occultis potentum peccatis loquimur. Nam quando & aliis cognoſcentibus peccant, aliis etiam cognoſcentibus increpandi ſunt: ne, ſi prædicator tacet, culpam approbaſſe videatur: atque hæc creſcens in exemplum veniat, quam paſtoris lingua non ſecat.

(a) ſe præire.
(b) erant.

Sancta ergo Eccleſia per prædicatores ſuos, qui dum facta mala ſub diſpectione increpationis increpant, labia, quaſi parcens movet. Sed tamen parcendo non parcit: quia ab increpatione culpæ generaliter non tacet, quæ ſpecialiter tacet.

Sancta ergo Eccleſia, quod corpus eſt ſummi capitis Chriſti, in quantum ſe ſublevat ad ſuperna, in tantum amplius laborat, ut membra capiti conquirat, quæ corpus ejus fiant, ſecundum Apoſtolum, qui dicit: *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro:* Aliud eſt membrum corporis, aliud membrum membri. Membrum quippe corporis eſt pars ad totum membrum. Membrum verò membri eſt particula ad partem. Membrum namque membri eſt digitus ad manum, manus ad brachium. Membrum verò eſt corporis, tam hoc ſimul, ad corpus diverſum. Sicut enim in ſpirituali Dominico corpore membra de membro dicimus eos, qui in ejus Eccleſia ab aliis reguntur: ita in illa hæreticorum reproba congregatione, quæ totum corpus eſt diaboli: membra ſunt carnium, qui iniquo opere quibuſdam nequitioribus conjunguntur.

1. *Cor.* 12. 27.

Duæ

Digitized by Google

Duæ itaque partes ſunt: una, quæ eſt corpus Chriſti: Et altera, quæ eſt corpus diaboli, quæ Antichriſtus dicitur. Quia dum bipertitus eſt, vetus, & novus, ſecundum Apoſtolum qui ait: *Primus Adam de terra terrenus: ſecundus de cœlo cœleſtis:* modò verò in Eccleſia duo Adam ſunt; Terrenus, & cœleſtis. Et qualis terrenus, tales & terreni. Et qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Et ipſe idem Apoſtolus dicit: *Primus homo de terra terrenus: Secundus de cœlo cœleſtis:* quæ utraque unum eſt. Quia ubicumque in ſcripturis ſacris in veteri teſtamento legitur homo, in Hebræo *Adam* dicitur. Nam cum nos dicimus in Latino illud quod in Pſalmo octuageſimo primo ſcriptum eſt: *Vos autem, ſicut homines moriemini:* In hebræo habet: Vos ſicut Adam moriemini. Et in octavo Pſalmo: *Quid eſt homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?* Homo *Adam* accipiendus eſt, filius hominis dominus noſter Jeſus Chriſtus intelligendus eſt: qui illius veteris Adami, qui per inobedientiam ceciderat, tunc memor viſitavit, quando intra uterum virginis *Verbum caro factum eſt, ut habitaret in nobis.* Et cum Dominus dicebat: *Filius hominis tradetur in manus peccatorum:* ac ſi diceret: Filius Adam tradetur in manus peccatorum. Modo cum in ſcripturis legitur homo, tantum dein valet, ac ſi dicat, *Adam, prior homo de terra terrenus. Secundus de cœlo cœleſtis.* Quarum utraque & cum Adam dominus exprimitur, & cum homo dicitur, de carne non exit.

SÆC. VIII. ANNO 785.

Aliud corpus Chriſti aliud diaboli.

1. Cor. 15. 47.

Ibid.

Pſal. 81. 7.

Joan. 1. 14. Matth. 26. 45.

1. Cor. 15. 47.

Sed fortè aliquis ſpecialitatem quærit, ut dicit, qualiter dicitur Adam ſecundus, ſi Adam homo intelligitur: quia ante ipſum & poſt ipſum multi homines fuerunt?

Vetus & novus Adam qui ſint.

Reſpondebo. Ante ipſum multi homines fuerunt: ſed omnes veteres dicuntur, unus Adam intelligitur vetus. Et quanquam Patriarchæ & prophetæ Spiritu Sancto repleti Chriſtum expectabant: & ſi non habebant culpam ſuam, tamen pro ipſo homine vetere in inferno tenebantur: Quia nullus eorum per ſe poterat egredi, niſi de cœlo ſecundus Adam novus pro illis deſcenderet. Quia tàm homines illi, quos à poteſtate diaboli liberavit, quos ſecum ad cœlos, unde ſine homine deſcenderat, per novum hominem reduxit, quam etiam & illi, qui poſt aſcenſionem ejus ei junguntur per fidem, cum omnibus his novus Adam dicitur: & unus homo dicitur. Hoc non eſt carnaliter intelligendum. Cum rationem quæris; Ratio hic non carnis, ſed operationis eſt intuenda: quam Apoſtolus non humanis ſenſibus explicavit: Dum & Adamum veterem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ad primitias rerum malarum, bonarumque revocat, ac reducit, duas formas vitales conlocans in duobus: ut primus Adam habeatur, quiſquis per veſtigia ejus erroris inceſſerit: Secundus Adam ille ſit, qui Dominum fuerit imitatus. Hi ſunt duo Adam novus, & vetus: ſicut Apoſtolus ait: *In Chriſto enim Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed nova creatura.* Non enim magni eſt meriti, quid foris agatur in corpore hominis: ſed penſandum eſt, quid agatur in mente. In mente efficitur nova creatura: per quod foris deprehenditur in corpore, qualiter facta eſt nova in mente. Ad novum hominem pertinet præſentem mundum deſpicere: tranſitoria non amare. Mentem medullitus in humilitate Deo, & proximo ſternere. Contra illatas contumelias patientiam ſervare. Et cuſtodita patientia dolorem malitiæ à corde expellere. Egenis propria tribuere. Aliena non concupiſcere. Amicum in Deo diligere propter Deum; & eos, qui inimici ſunt, amare. De afflictione proximi lugere. De morte ejus, qui inimicus eſt, non exultare. Hic eſt, ſecundus Adam. Iſte eſt novus homo, quem Chriſtus reduxit ad cœlos: ſicut ipſe diſcipulis ſuis ait: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo.* Cui ſententiæ ſtatim concordat, quod ipſa veritas dicit: *Pater volo, ut ubi ego ſum, & ipſi ſint mecum.* Quia ſibi ipſe Dominus in verbis ſuis non diſcrepat: Sed ad inquirenda hæc quaſi diſcordantia, ſtudium mentis noſtræ inflammat. Omnes enim nos, qui in ejus fide nati ſumus, ejus ſine dubio corpus exiſtimus. Quia igitur mira diſpenſatione pietatis membrorum ſuorum caput Dominus factus eſt, repulſa reproborum multitudine, ſolus eſt nobiſcum. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo.* Quia dum nos unum cum illo jam futuri ſumus, unde ſolus venit in ſe, illuc ſolus redit etiam in nobis, & ille, qui in cœlo ſemper eſt, ad cœlum quotidie aſcendit. Quia qui divinitate ſuper omnia permanet, humanitatis ſuæ compage ſeſe quotidie ad cœlos trahit. Non ergo ſe deſperet humana fragilitas, Unigeniti ſanguini confidat: In pretium ſuum conſpiciat, quam magnum eſt, quod tantum valet. Perpendat ſolicitè, ubi caput præceſſit. Et quæ ad vivendum præceptis adſtringitur, ad ſperandum exemplis roboretur. Confidat, cœlos ſperet, ſupernam patriam, angelorum ſe ſocium ſciat: atque in ſuo capite prælatum ſe etiam angelis gaudeat. Amen.

Gal. 5. 6.

Joan. 13. 5.

Joan. 17. 24.

Joan. 3. 13.

Ad veterem quippe Adam pertinet præſentem mundum quærere: Tranſitoria ex concupiſcentia amare: Mentem in ſuperbiam erigere: Patientiam non habere: Ex dolore malitiæ, de proximi læſione cogitare: Sua indigentibus non dare: Ad multiplicanda lucra terrena, aliena quærere: Nullum præter ſe diligere: Inimicitias inimicis

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

micis reddere: De afflictione proximi gaudere: De morte inimici exultare. Cuncta hæc vetuſta ſunt, hominiſque, videlicet, de radice trahit corruptionem. Intereſt vetus Adam, qui in ſcripturis ſacris terrenus dicitur. Iſte ſemper adverſatur Eccleſiæ Chriſti. Iſte ſemper generat ad mortem. Hæc pars, quæ generat ad mortem, nox dicitur. Fiunt & hic Baptiſma, & omnia Eccleſiaſtica Sacramenta: Sed quia & hæretici fidem, & ſubditi eorum, quos regunt, opere à ſe dividunt Chriſtum, & unum videntur nobiſcum commune habere altare. Et inde nomen paternitatis aſſumunt, per quam & ſacramenta Eccleſiæ uſurpare præſumunt; Generant quidem filios: Sed quia Adam vetus eſt, non ad vitam generant, ſed ad mortem: patres ab imperitis vocantur: ſed pro eo quod recta non loquuntur, canes muti à propheta nuncupantur, qui ait: *Canes muti, non valentes latrare.*

Iſa. 56. 17.

Patres verò hæreticorum dicimus eos, videlicet, quos hæreſiarchas vocamus. De quorum perverſa prædicatione, id eſt, locutionis ſemine ſequentes ſunt populi in errore generati. Sancta vero Eccleſia cum canibus gregis, qui ſunt hæreticorum patres, ponere dedignatur, quia inventores errorum judicando reſpuit: eoſque inter veros patres numerare contemnit. Pro eo tamen, quod de Domino noſtro Jeſu Chriſto non recta ſentiunt, eos cum canibus gregis ſui non ponet: quia eos cum rectis prædicatoribus non adſcribit. Liquido enim patet, quod Arius, Fotinus, Bonoſus, Macedonius, Neſtorius, Euticius, Dioſcorus, Severus: & hic noſtris modo temporibus Elipandus: multique horum ſimiles, docendo, atque ſuadendo conati ſunt Eccleſiam illudere, & Patres videri. Sancta univerſalis Eccleſia diſtricta veritate dijudicans, eos inter cuſtodes gregis ſui non numerat, quos ejuſdem gregis unitatem diſſipantes damnat. De quibus voce Pauli Epheſiis dicitur: *Scio, quia poſt diſceſſum meum ingredientur ad vos lupi graves non parcentes gregi.*

Actor. 20. 20.

Hæretici ſunt teſtes Antichriſti.

Et quia aliquando hæretici, quanto magis in perfidiæ errore blandiuntur, tanto magis ſanctitatem ſimulant: & quaſi tanta amplius in exterioris eſſe operatione: *ita* ut agere præ cæteris magna videntur: Sancta univerſalis Eccleſia cuncta eorum opera deſpicit: quia ea ex auctoritate rectæ fidei non prodire cognoſcit. Per hos Antichriſtus ſibi filios generat, quos in adventu ſuo fœdiſſimo teſtes in Eccleſia habeat.

Hi teſticuli Antichriſti ſunt, de quorum ſemine perverſa proles gignitur, quæ in Antichriſti ore copulatur. Unde & per Job ex voce Antichriſti dicitur: *Nervi teſticulorum ejus perplexi ſunt.* Tantos iſte Antichriſtus teſtes habet, quantos iniquitatis ſuæ prædicatores poſſidet. An ejus teſtes non ſunt, qui pravis perſuaſionibus corda hominum virulenta erroris ſemina fundendo corrumpunt. Aptè autem dicitur: *quod teſticulorum ejus nervi perplexi ſunt:* quia, videlicet, prædicatorum illius argumenta doloſis aſſertionibus innodantur, ut recta eſſe ſimulent, quæ perverſa perſuadent: ut alligationum implicatio, quaſi nervorum plexibus; ut ſi videri poſſit, ſolvi non poſſit. De ſuo ejus teſticuli perplexos habent, quia acumine prædicatorum illius ſub argumentis duplicibus latent. Plerumque autem, cum verbis corda *inficiunt*, in opere innocentiam oſtendunt. Neque enim ad ſe bonos perſuaſione *ſua* traherent, ſi ſe & in actionibus perverſos exhiberent.

Job 40. 12.

Ibid.

Sed quia teſtes hujus perplexi nervis illigantur, & rectos ſe oſtentant, ut lateant, & perverſa corripiant, ut corrumpant, ipſum ſine dubio ſuum caput imitantes, qui quaſi Leo ſedet in inſidiis, & ſævit per potentiam terreni culminis, & blanditur per ſpeciem ſanctitatis. Sed Antichriſtus utinam tunc ſolùm talia ageret ſuo tempore; & nunc quoque ad corrumpendam fidem & fidelium viſcera hos hæreticos luxuriæ teſticulos non haberet.

Neque enim malum ſola lectione oris infunditur; ſed pejus; & à pluribus, operis exempla propinatur. Quam multi enim Antichriſtum non viderunt: Sed tamen teſticuli ejus ſunt: quia corda innocentium actionis ſuæ exemplo corrumpunt: Quiſquis namque in ſuperbiam extollitur, quiſquis avaritiæ deſiderio cruciatur: quiſquis luxuriæ voluptatibus ſolvitur: quiſquis injuſtæ, & immoderatæ iræ flagris innititur, quid aliud, niſi Antichriſti teſtis eſt? qui dum ſe libenter ejus uſibus implicat, exemplo ſuo aliis erroris fœtus miniſtrat. Ille prava agit: ille prava agentibus adeſt, & adhæret. Et non ſolum non increpat, ſed etiam favet. Quid ergo aliud, quam Antichriſti ſervus eſt? qui perdidit auctoritatem promiſſæ Deo fidei teſtimoniis erroris. Quos tamen ſi quis increpet, mox ſe ſub quodam velamine defenſionis occultant. Quia videlicet eorum nervi perplexi ſunt, & male impliciti, qui corruptione ſolvi nequaquam poſſint: Et apparet quiddam in eis, quod doleat; ſed latet, quod pungat. Amaris dulcia, noxiis blanda permiſcent: & poteſtate quidem admirandi videri appetunt: Sed fallent arte, præmiſſa conloquia ſimiliter ſubſternuntur: & per ſermonem de ſe inſinuant, quod per exhibitionem negant. Unde & rectè idem ſanctiſſimus dicit: *Oſſa ejus, velut fiſtulæ æris.* Oſſa ejus æris fiſtulæ comparantur; quia nimirum more æramenti inſenſibilis ſonum bene loquendi habent, ſed ſenſum intelligendi non habent.

Job 40. 13.

Hoc

Digitized by Google

Hoc namque, quasi humiliter asserunt, quod elatè vivendo contemnunt. Unde bene per Paulum dicitur: *Si linguis hominum loquar, & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens.* Bona quippe loquens: sed per amorem eadem bona non sequens. Velut æs, aut cymbalum sonitum reddit, quia ipse non sentit verba, quæ ipse dicit. SÆC. VIII. ANNO 785. 1.Cor.13.1

An non Elipandus more cymbali à Toleto sonitum mittit, & insensatus est: quia ipse non sentit verba nova, quæ dicit. Ut enim fides firma daretur Ecclesiæ, duodecim Apostoli sunt à Christo electi: quorum Petrus cum esset eorum primus, solus non est ausus componere symbolum, sed duodenario numero Apostolorum cum magna est cautela collectum, & credentibus assignatum. Ideoque qui in tali confessione permanserit, à superveniente ira timere non poterit. Duodecim fuerunt Christi discipuli prædicatores fidei, & doctores gentium. Qui cum omnes unum essent, unum etiam composuerunt communiter symbolum; qui singuli singula verba dixerunt unius fidei invicem concordantia sibi, quæ tantum duodecim sunt verba. Elipandus solum in sua fide undecim posuit: quia & denarii unum numerum excessit, & ad duplicatum ut tredecim esset non pervenit. Quæ verba æqualiter divisa, undecim, & undecim fiunt, ut apertè daretur intelligi (*a*) ipse primus (*b*) Spaniæ præfigurans se Antichristum. Extulit solus totam gratiam habere Apostolorum, qui solus sine collatione fratrum composuit novæ fidei documentum. Symbolum a duodecim Apostolis compositum.

Nimis iste apparet elatione superbus, qui semetipsum cum Christo prædicavit Christum. Sic enim de illo quem præfiguravit, per Paulum dicitur: *Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Et rursum per eundem dicitur: *Qui versatur, & extollitur, & colitur supra omne, quod dicitur Deus, aut colitur.* Etenim sancti dii dicuntur, sed non coluntur. Solus Christus dicitur Deus, & colitur: super quem Antichristus se elevavit: cujus mysterium nunc videmus. Quia omnes, qui contra Ecclesiam sunt, in Antichristi corpore sunt, cujus supra in una bestia mentionem fecimus. De qua Daniel cum quartam bestiam diceret decem cornibus fultam, protinus adjunxit, dicens: *Considerabam cornua: Et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum. Et tria de cornibus primis evulsa sunt à facie ejus. Et oculi quasi oculi hominis erant in circuitu, & os loquens ingentia.* Undecimum quippe hujus bestiæ cornu esse describitur, quia regni ejus potentia in iniquitate roboratur. Sive quia inter decem Reges Romanorum ipse erit undecimus. Omne enim peccatum undenarium est dictum, quia dum diversa agit, præcepti decalogum transit. Et quia in cilicio peccatum plangitur, hinc est, quod in tabernaculo velut cilicina undecim fiunt. Hinc per undecimum Psalmum dicitur: *Salvum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Vana loquuti sunt unusquisque ad proximum suum. Labia dolosa in corde & corde loquuti sunt mala. Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam.* Magniloqua lingua est, cum se super omnes extollit, & sibi magnus videtur. Hinc Petrus, ne in undenario numero remaneret, Apostolos metuens, Mathiam duodecimum sorte missa requisivit. Hic nisi enim signari culpam per undenarium videret, implere Apostolorum numerum tota festinatione duodenarium non curaret. Quia ergo per undenarium numerum transgressio exprimitur, hujus bestiæ cornu undecimum ipse auctor transgressionis indicatur. Quod videlicet parvulus nascitur, quia purus homo generatur. Sed immaniter grandis crescit: quia usque ad conjunctam sibi virtutem angeli fortitudinis profecit. Quod tria cornua, quæ ei ante faciem sunt, evellit, quia ditionis suæ regna totidem, quæ sibi vicina erant, subjicit. Cujus oculi sunt, ut oculi hominis: Sed os ingentia loquitur: quia in illo humana quidem forma videtur: sed verbis suis ultra homines elevatur. 2.Coloss.2.4. Ibidem. Dan. 7. 8. Psal. 11. 2.

Ecce nunc jam apertè vide purum hominem Elipandum, & tanta elatione superbum super omnem se Ecclesiam elevare, ut omnes tanquam bruta animali putet esse. Verba etiam fidei suæ, quæ in suis inseruit epistolis, in tantum sunt fidei Apostolicæ contraria, quantum & inter se discordantia. Elipandi superbia.

Quæ verba dupliciter undecim fiunt, ut dupliciter se in tantum elevaret, ut in tota Ecclesia solum super eum descendisse Spiritus Sanctus, (*a*) sicut finxit Montanus, & duæ Prophetissæ ipsius, Prisca & Maximilla, qui adventum Spiritus Sancti promissum à Domino, in se potius, quam in Apostolis, fuisse credunt. Ut illi Ecclesiæ, quæ adhuc in lacte est, cum talis surgit in prædicatione qualis Elipandus surrexit. (*a*) videretur.

(*a*) Quod ipse primus Spaniæ se præfiguraret.
(*b*) Hispaniæ. Sic sæpius illius sæculi scriptores Spaniam Hispaniam dixerunt: sic Sidonius Apolinaris, sic & ipse Adrianus I. in Epistola ad Episcopos Galliciarum *spaniarumque.* Conc. tom. VII. pag. 1014. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 785.

xit. Moriuntur infantes, qui adhuc per tempus poterant ad ſolidum pervenire cibum: Sed tunc moriuntur, quando decipiuntur. De hoc Dominus præſcius futurorum, diſcipulos in Evangelio admonet, dicens: *Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Et orate, ne fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato.* Quod ex ſuperioribus, manifeſtum eſt, pendere. *Cum enim Evangelium Chriſti cunctis gentibus fuerit prædicatum, & venerit conſummatio, viderent abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta: Stantem in Loco Sancto, tunc præcipitur his, qui in Judæa ſunt, ut fugiant ad montes. Et qui in tecto non deſcendant tollere aliquid de domo ſua.* Statimque conjungitur: *Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.* In quibus diebus? Quando abominatio deſolationis ſteterit in Loco Sancto. Et quid erit abominationis, niſi ut integer Chriſtus Jeſus, quod non ſit filius Dei, & verus Deus, ille, qui de virgine natus eſt, quem Judæi crucifixerunt. Abominatio erit deſolationis, quando apertè pro Chriſto ſuſcipitur Antichriſtus, & adoratur: & Chriſtus Deus eſſe negatur. Jam longè Antichriſtus non eſt, quia jam Chriſtus Deus eſſe negatur. Quod quidem, juxta literam, de adventu Antichriſti, nulli dubium eſt, quam perſecutionis magnitudo compellit fugere: & grave eſt ferre parvulos, qui lactantes fugam retardant. Licet quidam Titi, & Veſpaſiani adverſus Judæos, & præcipuè Jeruſalem obſidionem pugnamque ſignificari velint, Hyemem quoque & ſabbatum ſic interpretantur, ne eo tempore fugere compellantur, quando duritia frigoris in agris, & in deſertis locis fugientes latere non patitur, & obſervatio ſabbati, aut prævaricatores facit, ſi fugiunt, aut hoſtium gladiis ſubjacere, ſi ſabbati ocium, & præcepta obſervaverint. Sed non eſt tempore Veſpaſiani completum, & Titi; ſed nunc in adventu Antichriſti. Nos autem audientes Dominum Salvatorem, ut qui in Judæa ſunt, ad montana confugiant; id eſt, qui confeſſores ſunt, ad fidem, & doctrinam Apoſtolicam confugiant: Ipſi quoque oculos levamus ad montes, de quibus ſcriptum eſt: *Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi.* Et in alio loco: *Fundamenta ejus in montibus ſanctis.* Et, *Montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi ſui.* Et, *Non poteſt civitas latere ſuper montem poſita.* Et diſcalceati nos pedem literæ, nudis pedibus cum Moyſe aſcendentes montem Sina, dicamus: *Tranſiens videbo viſionem hanc magnam*; ut poſſumus intelligere prægnantes animas, quæ de ſemine doctrinarum, & ſermonibus Dei initia fidei conceperunt, & dicunt cum Eſaia: *A timore tuo Domine concepimus, & parturivimus, ſpiritum ſalutis tuæ faciemus ſuper terram.*

Matth. 24. 19. Marc. 13. 17. Matth. 24. 14. Pſal. 120. 1. Pſal. 86. 1. Pſal. 124. 2. Matt. 5 14. Exod. 3. 3. Eſai. 26. 18.

Sicut enim ſemina paulatim formantur in uteris, & tamdiu non reputantur homicidium, donec elementa confuſa ſuas imagines, membraque ſuſcipiant: ita ſenſus ratione conceptus, niſi in opera proruperit, adhuc ventre retinetur, & cibo abortio perit, cum videt abominationem deſolationis ſtantem in Eccleſia, & Satanam transfigurari in angelum lucis, id eſt hæreticum. Et de iſtiuſmodi Paulus fletibus loquitur: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus reformetur in vobis. Vellem autem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor à vobis.* Ecce Paulus mutare vult vocem in partu ſuo, ut prædicationis ſermo in rugitum vertatur doloris. Mutare vult vocem, quia quos jam prædicando pepererat, reformando gemens iterum parturiebat. Qualem rugitum pariens emittebat, quando eiſdem *poſt ſe* redeuntibus exclamare cogebatur, dicens: *O inſenſati Galatæ, qui vos faſcinavit? Et ſic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu conceperitis, nunc carne conſumamini?* vel certè *currebatis bene, quis vos impedivit, veritati non obedire?* Qualis in hujus partu rugitus fuit, qui multo tempore conceptos filios cum tantis laboribus peperit, & quandoque partos ad malitiæ uterum rediiſſe cognovit? Conſideremus, quid doloris habuerit? Quid laboris? Qui poſtquam potuit concepta ex utero edere, iterum compulſus eſt extincta ſuſcitare. Niſi enim prædicatores ſancti ab illa immenſitate contemplationis internæ ſpiritualis conciperent, & ad infirmitatem noſtram humillimâ prædicatione, quaſi quadam incurvatione deſcenderent, nunquam utique in fide filios procrearent. Nobis quippe prodeſſe non poterit, ſi in ſuæ altitudinis erectione perſiſterent. Moriuntur ſemina in partu, qui necdum formati fuerant in fide, dum hæretici ceperint hæreſes prædicare. Ipſi hæretici diſcipulos Pauli occiderant, quia Chriſtum in pectore illorum occiderant. Quos revocat ad unam fidem, dicens: *Filioli mei, quos adhuc parturio, donec Chriſtus formetur in vobis.* Has ergo animas arbitror, juxta myſticos intellectus, eſſe mulieres. De quibus ipſe Apoſtolus ſcripſit. *Mulier ſeducta in transgreſſione fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & caritate, & ſanctitate cum pudicitia.* Quæ ſi de ſermone divino aliquando generarint, neceſſe eſt, quæ generata ſunt, creſcere, & primum accipere lac infantiæ, donec perveniat ad ſolidum cibum, & ad maturam ætatem plenitudinis Chriſti. Omnis enim, qui lacte alitur, imperitus eſt, & mente parvulus; in ratione juſtitiæ infantu-

Gal. 4. 19. Gal. 3. 1. Gal. 4. 19. 1. Tim. 2. 14. 1. Tim. 2. 14.

Jus

Digitized by Google

lus est. Hæ igitur animæ, quæ adhuc non pepererunt, sive quæ nondum potuerunt ea, quæ generata sunt pascere, cum audierint sermonem hæreticum stantem in Ecclesia, citò scandalizantur, & pereunt: & in tempestate, atque in persecutionibus permanere non possunt; præsertim, si otium habuerint bonorum operum, & non ambulaverint in via, quæ Christus est. SÆC. VIII. ANNO 785.

De hac abominatione hæretica, perversaque doctrina, dicebat Apostolus, quòd homo iniquitatis & adversarius *elevet se contra omne, quod dicitur Deus*, & religio: *ita ut præsumat stare in templo Dei, & ostendere, quod ipse sit Deus.* Cujus adventum secundum operationem Satanæ, & ea, quæ concepta sunt, facit perire abortione, & ea quæ nata sunt, ad pueritiam, & ad perfectam ætatem pervenire non posse. Quamobrem orandus est Dominus, ne in exordio fidei, & crescentis ætatis oriatur hiems frigoris, id est, hæreticorum prædicatio novella. De qua hyeme scriptum est ex voce sponsi: *Jam hyems transiit, imber abiit, & recessit.* 2. Coloss. 2. 4. Cant. 2. 11.

Cætera desiderantur in autographo.

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM
AD
ALCUINI
LIBRUM
De Virtutibus & octo vitiis principalibus.

A Caniſio è Monaſterio S. Gallenſi editus.

AD LECTOREM.

IOmo tertio Bibliothecæ SS. Patrum exſtat Libellus Alcuini de virtutibus & octo vitiis principalibus ad Widonem Comitem. Reperimus eundem in Codice Manuſcripto S. Galli. Sed fine locupletiorem; nam in vulgata deſunt hæc, quæ ſequuntur.

SUPERSCRIPTIO.

SÆC. VIII. ANNO 790.

HÆc tibi, dulciſſime fili, brevi ſermone, ſicut petiſti, dictavi, ut habeas ea, quotidie, quaſi manualem in conſpectu tuo libellum, in quo poſſis teipſum conſiderare, quid cavere, vel quid agere debeas, atque per ſingulas vitæ hujus proſperitates vel adverſitates exhortari, quomodo ad culmen perfectionis aſcendere debeas. Nec te Laici habitus vel converſationis ſæcularis terreat qualitas, quaſi in eo habitu vitæ cœleſtis januas intrare non valeas. Igitur ſicut omnibus æqualiter regni Dei prædicata eſt beatitudo, ita omni ſexui, ætati & perſonæ æqualiter ſecundum meritorum dignitatem regni Dei patet introitus: ubi non eſt diſtinctio, quis eſſet in ſæculo laicus vel Clericus, dives vel pauper, junior vel ſenior, ſervus aut dominus, ſed unuſquiſque ſecundum meritum boni operis perpetua coronabitur gloria.

XXXVI. *Salomon dixit.*

Eccleſ. 6. VErbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in homine abundabit. Multi pacifici ſint tibi, at conſiliarii tibi ſint unus de mille. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & non facilè credas illi. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. Eſt amicus, qui egreditur ad amicitiam. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanet in die neceſſitatis, amicus, ſi permanſerit fixus, erit tibi coæqualis, & in domeſticis tuis attende. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem invenit illum, invenit theſaurum. Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, & qui metuunt Dominum, inveniunt illum. Qui timet Dominum, æque habebit amicitiam bonam, quoniam ſecundum illum erit amicus illius. Fili à juventute tua excipe doctrinam, & uſque ad canos invenies ſapientiam, & quaſi is qui arat & ſeminat accede ad illam, & ſuſtine bonos fructus illius, in opere enim ipſius exiguum laborabis.

His

Digitized by Google

His ſubjiciebantur Verſus ſequentes, qui continent Epitaphium Alcuini. SÆC. VIII. ANNO 790.

HIc rogo pauxillum veniens ſubſiſte viator
Et mea ſcrutare pectore dicta tuo.
Ut tua deque meis cognoſcas fata figuris,
Vertitur en ſpecies ut mea ſicque tua.
Quod nunc es, fueram, formoſus in orbe viator:
Et quod nunc ego ſum, tuque futurus eris.
Delitias mundi caſſo ſectabar amore
Nunc cinis & pulvis vermibus atque cibus.
Quapropter potius animam curare memento
Quam carnem; quoniam hæc manet, illa perit.
Cur tibi rura paras? quam parvo cernis in antro
Me tenet hic requies, ſic tua parva fiet.
Cur Tyrio corpus inhias veſtirier oſtro
Quod mox eſuriens pulvere vermis edet?
Ut flores pereunt vento veniente minaci:
Sic tua namque caro gloria tota perit.
Tu mihi redde vicem, lector rogo carminis hujus,
Et dic da veniam Chriſte tuo famulo.
Obſecro nulla manus violet pia jura ſepulchri,
Perſonet Angelica donec ab arce tuba.
Qui jaces in tumulo, terræ de pulvere ſurge
Magnus adeſt judex, millibus innumeris.
Alchuino nomen erat ſophiam mihi ſemper amanti,
Pro quo funde preces mente legens titulum.

Hic requieſcit beatæ memoriæ Dominus Alchuinus Abba, qui obiit in pace XIV. Cal. Junias. Quando legeritis ô vos omnes, orate pro eo, & dicite, Requiem æternam donet ei Dominus. *Anno Domini 804. ſecundum Baron.*

In eod. Cod. poſt Epiſtolam ad Eulaliam Virginem Conſtantiæ editam, ſubjunctamque illam Litaniam: *Miſerere Domine, miſerere Chriſte &c.* Sequebantur verſus ſequentes.

Candida florigeris lucent ceu lilia campis
Fulgeat in meritis ſic pia virgo ſacris,
Dum ſedeas lætus pulchra poſſeſſor in aula
Tum miſeros ſtantes eſſe memento foras.
Ut (a) *tibi perpetuam qui tradidit iſtam*
Jamque domum clemens Chriſtus in arce poli.
Frigora qui fugiat veniat ſua membra fovere,
Ad me prægelidus nempe viator ovans.
Crux ſacrata Dei fulgeſcit ſanguine ſummi
Nos noſtramque ſimul protegat alma domum.
Hæc pateat charis jam janua ſemper amicis
Qui læto quærant pectore namque patrem.
Hic requieſcat ovans Abbas ſanuſque reſurgat
Quem tua conſervet dextera Chriſte potens.
Sit tibi Chriſtus amor, potus cibus, omnia Chriſtus,
Lux, via, vita, ſalus, laus, venerande pater.

(a) verſus mutilus.

Poſt hos verſus ſequebatur in eodem Codice hoc, ut ſic appellem, fragmentum Chronologicum.

Anno DCCCIII. ab Incarnatione Domini, Indictione XIV. Anno XXXVIII. regnante Carolo Imperatore. VIII. Id. Febr. die Veneris, diviſum eſt regnum illius inter filios ſuos, quantum unuſquiſque poſt illum haberet, & ego alio die hoc opus, &c. *cætera deſunt.*

In alio quodam Codice membraneo S. Galli hoc reperi carmen Acephalum.

Albinus precibus poſtulet ipſe ſuis.
Ut felix vivas inſtantis turbine mundi
Hæc tua depoſcit vernula turba Deum

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Tempora poſt ſecli paradiſi in ſede locatus
Præmia percipias quæ ſine fine manent.
Huic conjuncta viro Ermengardis amabilis uxor
Sis regina valens tempus in omne bene.
Cum quo permultos vivas feliciter annos
Deque tua ſobolem cernere prole queas.
Tu decus ô regni, Imperii fidiſſima ſpeſque,
Sat bene Lothari pulcher ephebe vales.
Teque tuos Chriſti nectat dilectio fratres,
Ut noſmet nullus hoſtis adire queat.
Sic mundi regnum, mundi teneatis in arvis,
Ut vos poſt mortem regna ſuperna habeant.

In Manuſcripto Cod. S. Galli, in quo Epiſtolæ Alcuini Tom. I. Antiquæ Lectionis publicatæ, leguntur iſti verſus, rudes quidem, ſed non digni perire, neſcio tamen an ex officina Alcuini.

Verſus de Eccleſia S. Petri. Ad Corpus.

QVod duce te mundus ſurrexit in aſtra triumphans,
Hanc Conſtantinus Victor tibi condidit aulam.

In Portis Sancti Petri ad Corpus.

LVmine ſed magno vibrare janua cerno,
Aſtriferumque polum indicat ipſe nitor.
Terreor & vultus ſervantum limina ſacra
Geminis in portis ora jocunda nitent.
Simonis aſpectus fulgens præcluditur una,
Altera ſed Pauli radiat orbe docens.
Aditus interior gazarum æſtuat opes,
Et depicta nitent cumulis ipſa ſuis.
Aureis in petalis gemmarum cluditur ordo,
Et ſuperba tegit blattea palla fanum.
Sic quoque conjunctis ſervatur gloria rebus,
Et variata ſimul nexa natura manet.
Inclita cum opere ſurrexit fama perennis.
Indubitante fide reddite cuncti vota.
Lux arcana Dei verbum, ſapientia, lucis,
Atque corruſcantis ſplendida imago patris
Ad nos deſcendit, (a) nec ubi fuit ante receſſit,
Ut cæcas mentes erueret tenebris.
Plenus homo in noſtris & verus naſcitur idem,
Virginis ex utero totus ubique Deus.
Diſcipulis præcepta dedit, Petrumque beatum,
Hos inter primum ſanxit & egregium.
Cujus in arbitrio cœlum terramque reliquit,
Pandere vel potius claudere cumque velit.
Nam ſub mortigenæ quidam jacuere gehennæ
Verbere, confoſſi mente, fide, opere.
(b) Inſtria teſtatur poſſeſſa hoſtilibus annis
Septies & decies ſchiſmate peſtifero:
Eſſet ut impletum Jeremiæ voce canentis,
Ultio captivis tam numeroſa fuit.
Sed bonus Antiſtes, dux plebis Honorius armis
Reddidit Eccleſiis membra revulſa piis.
Doctrinis monitiſque ſuis de faucibus hoſtis
Abſtulit exactis jam peritura modis.
At tuus argento præſul conſtruxit opimi,
Ornavitque fores, Petre beate, tibi.
Tu modo cœlorum quapropter janitor alme
Fac tranquilla tui tempora cuncta gregis.

(a) m. f. nec quo fuit eſſe.

(b) f. Hiſtria.

Digitized by Google

FLACCI ALCUINI
EPISTOLÆ.

EX

M. S. Monaſterii S. Galli a CANISIO

Editæ.

TRITHE-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

TRITHEMIUS
DE
SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

ALcuinus *sive Albinus Monachus & Diaconus Abbas Monasterii S. Martini Turonensis, natione Anglicus, S. Bedæ Presbyteri quondam* (a) *auditor, vir in divinis Scripturis eruditissimus, & in secularium literarum peritia nulli suo tempore secundus, carmine excellens & prosa, de Britannia ab Imperatore Carolo Magno evocatus, in tanta familiaritate apud eum habitus est, ut Imperatoris Magister* (a) *delitiosus fuerit appellatus, cujus Magisterio ipse Imperator omnibus liberalium artium disciplinis initiari satagebat. Scripsit multa præclara volumina, de quibus seruntur. De S. Trinitate & fide. lib.* 3. *Ad quæstiones Fredigisi l.* 1. *Ad Eulaliam de ratione Animæ l.* 1. *Ad* (b) *Guidonem Comitem de virtutib. l.* 1. *In Cantica l.* 1. *Sententiarum l.* 1. *In Evang. Joan. l.* 7. *In Apoc. Joan. l.* 1. *De adoptione filiorum Dei l.* 1. *De Ecclesiasticis dogmatib. l.* 1. *Speculum parvulorum l.* 1. *De nominum Dei proprietate l.* 1. *Vita S. Vedasti Ep. l.* 1. (c) *Epistolarum ad diversos lib.* 1. *In Genesin l.* 1. *In Ecclesiasten l.* 1. *In Epist. Pauli. l.* 14. *Ad discipulos dialogus. Enchiridon in quibusdam psalm. De artibus liberalib. Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ tamen ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Imperio Caroli Magni anno Domini.* 770. Jussu Caroli Magni scripsit lib. de divinis Officiis, item Veteris & Novi Testamenti editionem vulgatam emendavit. Extat ejusmodi vetus Bibliorum codex Alcuini *in Vallicellana nostra bibliotheca*, inquit Baronius an. 778. *ingens thesaurus.* In Bibl. Imp. Viennæ extat m. s. intercessio pro puero Mauro (ad quem infra Ep. 48.) Scripsit quoque vitam S. Richarii. ext. 26. Apr. Sur. & Wilembrordi qui & Clemens. ext. 7. Nov. Sur. Vide Baron. tom. 9. an. 800. Scripsit quoque alia multa. At & falsò illi à Baleo tributi sunt quidam libri, qualis: De imaginibus. Item vita Caroli Magni cujus Eginhardus auctor.

(a) vide notas in Epist. 23.

(a) Vide notas in ep. 23. & 28. ubi ab Anastasio Albinus vocatur delitiosus ipsius Regis.

(b) Hic Witto seu Guido est. cujus annal. Franc. Pith. ann. 759. & Egolism. in vita Caroli Magni meminere.

(c) Testatur alibi Trithemius difficulter simul omnes Epistolas Alcuini reperiri, extant aliquæ apud. Continuat. Bedæ, & Bibl. PP. editæ sunt à Quercetano.

SCRIVE-

Digitized by Google

SCRIVERII
IN ALCUINUM
ANIMADVERSIO MS.

Elaccus Albinus dum in Centulo seu Centula cum *Carolo Magno* degeret, scripsit Vitam *S. Richarii* Confessoris, in qua ad ipsum Carolum præfatus Epistolam nuncupatoriam, more suo, disticho finit, quod ejusmodi est: To. 1. p. 1.

Gesta Sacerdotis magni tenet iste libellus
Richarii cujus Cantula corpus habet.

Extat apud *Surium* die 26. Aprilis Tomo secundo. Idem Alcuinus sive Albinus scripsit quoque vitam *Wilebrordi*, qui & Clemens dictus est. Extat apud eundem Surium Tomo sexto die VII. Novembris. *Scriverius not. ms. in Canis. Lectiones ant.*

JACOBI BASNAGII
IN ALCUINUM
OBSERVATIO.

I. Varia hic *Alcuini* proferuntur opuscula; pauca tamen dicemus de viro notissimo. Quamvis alii ex vicinia Londinensi ortum scribant, natus fuit Eboraci: ibi primis infantiæ temporibus Studiis incubuit. Scribit *Balæus*, *Bedam* primum, deinde *Egbertum* habuisse præceptores, cumque suæ ætatis eruditissimus crederetur, *Caroli Magni* Præceptorem electum fuisse, deinde Parisiorum Academiæ fundatorem. Nam cum ab *Offa* Merciorum Rege pro fœdere confirmando aliisque regni negotiis mitteretur, ex legato factus est hospes & ex hospite Magister. Hæc *Balæus*, qui, quamvis Alcuini contribulis, a vero aberravit. I. Alcuinus Bedam numquam præceptoris nomine compellat. Vulgavit *Mabillonius* epistolam *Bedæ* ad *Albinum*, qui munuscula ad eum transmiserat, & in describenda Anglorum Historia opem pollicebatur. Sed toto sæculo differt à nostro Albinus ille, qui primum fuit Abbas in Monasterio Cantuarensi, I. Alcuino. Balæus script. Brit. cent. prima, fol. 56.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

tuarienſi, deinde vero Epiſcopus apud Lichefeldiam, obiit an. 737. Vix puer erat Alcuinus cum deceſſit Beda an. 731. Cumque Eboracenſes, ut ipſe teſtatur, *fragiles infantiæ ſuæ annos materno foverint affectu, laſcivum pueritiæ tempus piâ ſuſtinuerint patientiâ, paternæ caſtigationis diſciplinis ad perfectam viri edocuerint ætatem ſacrarumque diſciplinarum eruditione roborarint*; quin apud Eboracum ſtudia ſua confecerit ſub *Egberto* Archiepiſcopo, nemini dubium eſſe poteſt. II. Non tanquam Merciorum Regis Legatus, ſed ab ipſo *Carolo Magno* in fidei ſubſidium evocatus tranſmigravit in Gallias. *Me infirmum de ultimis Britanniæ finibus adſciſcere curaſtis*, inquit ipſe Carolo Magno. Quo tempore evenerit, dubitant eruditi, dum alii an. 790. Quercetanus vero 793. aſſignat. Melius certe *Mabillonius*, qui tria in Galliam itinera ab Alcuino confecta recenſet. Primum eſſe conjicit, cùm a Carolo ipſe cum Galfaldo Abbate Romam ad Adrianum Pontificem directus eſt anno 773. ut refert Anaſtaſius. Secundum, cùm poſt mortem Alberti Eboracenſis Epiſcopi Pallium poſtulaturus pro ſucceſſore Romam peteret Papiæ conſtitit ibique a Carolo detentus cum ipſo venit in Gallias, Imperatoremque cui *delitioſus* erat, Dialecticam & Aſtronomiam docuit an. 780. Tertiò in Patriam reverſus inde rediit apud Gallos an. 790. Scholas inſtituit tum in Palatio Regio tum Turonibus. De Schola Pariſina tanquam a ſe erecta numquam loquitur. Obiit in gratia principis, non anno 790, ut ſcripſit Pithœus, ſed ineunte ſæculo nono an. 804. ſunt qui credunt ad an. 810. vitam protraxiſſe.

Mabil. Acta Bened. Sæc. IV.

II. De ejus epiſtolis.

II. Ab Epiſtolis Alcuini Lectiones Antiquas orſus erat Caniſius, & merito quidem; nam in illis plurima occurrunt obſervanda tum ad Hiſtoriam temporis elucidandam, tum etiam ad Ritus Eccleſiæ dilucidius explicandos. Multo plures quàm hic habuit *Caniſius*, epiſtolas edidit *Quercetanus*. (a) Imo aliquas ampliores, quia ope codicum manuſcriptorum lacunas aliquot replevit, hæc accurate in notulis indicavimus, editionis Quercetanæ numeros ad marginem obſervantes, ut facilius ad eas confugere poſſit lector. Alias etiam epiſtolas Alcuini è Bibliothecarum latebris eruerunt viri diligentiſſimi & Bono Reipublicæ litterariæ nati *Baluſius* & *Mabillonius*: ille in Miſcellaneorum libro primo pag. 263. & pag. 265. alter vero Analectorum Tomo Quarto pag. 272. aliqua etiam vulgavit *Lucas d'Acher* Spicilegii Tomo Sexto & Nono, ſed leviſſimi momenti: ſic quamvis, ſecundum Caniſii vota, locupletiſſima operum Alcuini editio jam prodierit ab integro fere ſæculo, Quercetanâ locupletior adhuc prodire poteſt.

(a) Numero CXV.

III. Poemata m.s.

III. Deinde monet *Lambecius* haberi in Bibl. Vindobonienſi codicem m.s. Alcuini ſub hoc titulo in capite: *Bibliothecæ verſus* (illa vox eſt eraſa) *ab Alcuino editi*: Vocat ille *Bibliothecam* delineationem Hiſtoriæ Sacræ a creatione mundi ad mortem Chriſti metrice ſcriptam, ſed breviſſime. Priores verſus continent librorum ſacrorum titulos: in hoc catalogo recenſentur plures libri, qui non includuntur in Canone Hebraico:

Jungitur his Sophia Jeſu ſimulatque Libellus
Eſther, Judith atque Libellus
Et duo jamque Libri Machabæorum bella tenentes.

Nulli

Digitized by Google

Nulli hic indicantur Prophetarum Libri; a quibus pendet tamen Christianæ religionis demonstratio. Vult autem omnes hos Libros a Mose ad Johannis Apocalypsim a Christianis legi: SÆC. VIII. ANNO 790.

Hos lege tu lector felix feliciter omnes,
Ad laudem Christi propriamque in sæcla salutem.

In Poëmate secundo recenset brevissime varias tum veteris tum novi Testamenti Historias. Denique *Radonis* jussu hanc *Bibliothecam* se confeciſse asserit:

Codicibus Sacris hostili clade perustis
Et Rado fervens hoc reparavit opus.
Hoc opus, hoc etenim flammis te subtrahit atris.

Codex ille Bibliorum a Radone confectus & a novem sæculis descriptus cum illis Alcuini versibus servatur in hunc usque diem. Fuit autem *Rado* Monasterii Sancti Vedasti Abbas. Ipsius jussu non scripsit vitam Vedasti quæ habetur in operibus Alcuini, sed emendavit tantum.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

FLACCI ALCUINI EPISTOLÆ.

EPISTOLA PRIMA.

AD EDILHARDUM (a) ARCHIEPISCOPUM. (b)

Cantuarienſem.

Pio Patri & Sanctæ Sedis Præſuli Edilhardo Archiepiſcopo humilis Levita Albinus ſalutem.

AUdiens veſtræ ſalutationis verba dulciſſima, & proſperitatis veſtræ ſanitatem, multis perneceſſariam, valde me gaviſum eſſe fateor; Domini & Dei noſtri Jeſu Chriſti deprecans tota mentis alacritate clementiſſimam pietatem, quatenus veſtram longævam cuſtodiat proſperitatem, in augmentum ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, ut per tuam devotiſſimam doctrinam verbum vitæ æternæ currat & creſcat, & multiplicetur numerus populi Chriſtiani, in laudem & gloriam Salvatoris noſtri. In quo opere te, frater ſancte, laborare tota virtute obſecro. Et quanto plus appropinquat dies remunerationis, tanto magis mercedis felicitatem accumulare ſtudeas.

Officia Paſtoris.

Cogita quales habueris anteceſſores, (c) doctores, & lumina totius Britanniæ. Inter horum ſacratiſſima corpora dum oraveris, illorum precibus certiſſimè adjuvaberis, ſi ab illorum veſtigiis te nec ſæculi caduca blandimenta ſubtrahant, nec vani terrores Principum formidantem efficiant. Memor eſto ſemper, quòd guttur tuum tuba Dei debet eſſe, & lingua tua omnibus præco ſalutis. Eſto paſtor, non mercenarius; rector, non ſubverſor; lux, & non tenebræ; civitas firma fide murata, non domus pluviis diruta; miles Chriſti glorioſus, non apoſtata vilis; pater prædicator, & non adulator. Melius eſt Dominum timere, quàm hominem; plus Deo placere, quàm homini blandiri. Quid adulator, niſi blandus inimicus? ambos perdit, ſeipſum & ſuum auditorem. *Iſti ſunt qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito, & oves Chriſti,* Ezech. 19. *morbidas faciunt, non ſanatas.*

Virgam accepiſti paſtoralem & baculum conſolationis fraternæ; illam ad regendum, iſtum ad conſolandum, ut mœrentes conſolationem habeant in te, & contumaces correctionem ſentiant per te. Poteſtas judicis eſt, occidere, tua verò, vivificare. Quid times hominem propter gladium, qui clavem regni accepiſti à Chriſto? Recordare quia paſſus eſt pro te; & non metuas loqui pro illo. Pro tuo amore clavis confixus pependit in cruce; & tu ſedens in ſella dignitatis tuæ, ob timorem hominis tacueris? Non ita, frater, non ita. Sed ſicut ille dilexit te, ita dilige & illum. Qui plus laborat, plus mercedis accipiet. Si perſecutionem patieris propter verbum Dei, Matth. 5. quid beatius? ipſo Domino dicente: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam,*

(a) Ad Edilhardum] „ Variè mutat hoc nomen: Edel„ hardus, Ethilhardus, Adelardus, Athilhardus, Athel„ hardus. Fuit Archiepiſcopus Dorovernenſis; cujus extat „ mentio in Ingulfi hiſtoria & Epiſtolis Kenulfi Regis Mer„ ciorum ad Leonem III. Pontificem Max. & Leonis ad „ Kenulfum: quas deſcripſit Continuator Bedæ lib. 1. c. 12. „ & 13. Dorovernum hodie Cantuaria eſt. Sunt qui Da„ ruenum Δαροβένον Ptolomæi putant. Hanc & alias quas„ dam Alcuini Epiſtolas ad Edilhardum citat Malmesbur. „ l. 1. reg. Angl. c. 3. & 4. & li. 1. & 3. de Pontific. Ang. „ Vide quod notamus ad Ep. 24. CPN.

(b) Edilhardus ille fuit Archiepiſcopus Doroenſis ſive Cantuarienſis civitatis. Ad eum ſæpius ſcripſit Alcuinus; nam epiſtola quæ ſexageſima prima numeratur in editione Quercetana, ad eum etiam dirigitur. BASN.

(c) Cogita quales habueris anteceſſores] *Omnes ſanctiſſimos.* Cantuariæ ſedit primus Auguſtinus, Gregorii Magni diſcipulus, *ait Willielm. Malmesbur. lib. 1. de geſtis Pontif. Angl. ubi ſucceſſores vide.* CAN.

Digitized by Google

tiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et: *Ibant Apostoli à conspectu concilii, gaudentes, quoniam digni habiti sunt contumelias pati pro nomine Jesu.* Et: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis, ad superventuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Si corripueris delinquentem, & ad tuam increpationem corriget se, etiam tibi est merces apud Deum, & sibi erit salus à Deo. Si te oderit increpantem (a), illi est damnatio, & tibi beatitudo. SÆC. VIII. ANNO 790. *Actor.* 5. *Rom.* 8.

(a) al. leg. si tuam oderit increpationem. levi discrimine. BAS.

Esto miseris consolator, pauperibus pater, omnibus affabilis, donec intelligas, quid cuique respondeas: & semper tua responsio sale sit sapientiæ condita: non temeraria, sed honesta; non verbosa, sed modesta. Sint tibi mores humanitate præclari, humilitate laudabiles, pietate amabiles: ut non solùm verbis, sed exemplis erudias tecum viventes, vel ad te venientes. Sit manus tua larga in eleemosynis, prompta in reddendo, & cauta in accipiendo. Præpara tibi thesaurum in cœlis. Divitiæ viri, (b) deprædatio animæ illius. Quia beatius est magis dare, quàm accipere. Invenimus unam pretiosam margaritam, demus omnia quæ habemus, & emamus illam. Lectio sanctæ Scripturæ sæpius tuis reperiatur in manibus, ut & illa te saturare, & alios pascere valeas. Vigiliæ & orationes assiduæ sint tibi, eò magis, quo pro toto populo Christiano intercedere debes. Locus tuus, inter Deum & homines stare, ut Dei legationes deferas ad populum, & pro populi peccatis intercedas ad Deum.

(b) Legendum ut apud Quercetanum *redemptio.* BASN.

Fac te, ejus donante gratia, dignum, ab eo exaudiri. Dignitas est in vitæ castitate, & prædicandi fiducia, ipsa attestante veritate: *Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus vestris:* in lumbis castitatis sanctitas; in lucernis prædicationis claritas designatur. *Luc.* 12.

Memor esto, quòd Sacerdos angelus Domini Dei est excelsi; & lex sancta ex ore ejus requirenda est. Juxta quod in Malachia Propheta legimus: *Speculator quoque est in excelsissimo positus loco.* Unde & Episcopus dicitur, quasi speculator, qui omni exercitui Christi, prudenti consilio providere debet, quid cavendum sit, quidve agendum. Isti sunt luminaria sanctæ Dei Ecclesiæ, doctores gregis Christi. Isti in prima acie vexillum S. Crucis non segniter sublevare debent, & ad omnem impetum hostilis exercitus intrepidi stare. Hi sunt qui talenta, redeunte Rege nostro Deo Christo cum triumpho gloriæ ad paternam sedem, acceperunt; & reveniente eodem, magno judici in die ultima discretionis rationem reddituri sunt, quantum quisque ex prædicationis labore lucratus esset in officio suo. Quapropter teipsum, carissime frater, idoneum præpara ministrum sermonis Dei; alios quoque consacerdotes tuos admone diligentissimè, in verbo vitæ cum omni instantia laborare, quatenus multiplici negotiationis lucro ante conspectum æterni judicis, glorioši appareant. Estote unanimes in omni consilio pietatis, & constantes in omni judicio æquitatis. Nullus vos humanæ dignitatis terror separet, nulla adulationis blandimenta dividant; sed quasi acies castrorum Dei firmissima unitate vos conjungite. Sic tandem concordia vestra terribilis apparet omni qui vult veritati contradicere, Salomone dicente. *Frater si à fratre adjuvatur, civitas firma est.* *Malach.* 2 *Prov.* 18.

Vos estis, dicente veritate, lux totius Britanniæ, sal terræ, civitas super montem posita, lucerna super candelabrum elevata. Item beato Principe Apostolorum attestante: *Vos autem estis genus electum, regale Sacerdotium.* Per vestræ verò prædicationis instantiam nos erimus, quod in eadem sequitur epistola: Gens sancta, populus acquisitionis; quatenus per vos virtus annuncietur illius, qui nos omnes de tenebris vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei; nunc autem populus Dei. 1. *Petr.* 2.

Patres itaque nostri, Deo dispensante, licet Pagani, hanc patriam bellica virtute primum (c) Pagani possederunt. Quàm grande igitur opprobrium est, ut nos Christiani perdamus, quod illi Pagani acquisierunt! „ Hoc dico (d) propter flagellum quod „ nuper accidit partibus insulæ nostræ, quæ propè trecentis quadraginta (e) annis à „ parentibus inhabitata est nostris". Legitur in (a) libro (b) Gildi Brettonum sapientissimi, quod iidem ipsi Brettones propter rapinas & avaritiam principum, propter iniquitatem & injustitiam judicum, propter desidiam & pigritiam prædicationis Episcoporum, propter luxuriam & malos mores populi, patriam perdiderunt. Caveamus hæc eadem nostris temporibus vitia inolescere; quatenus benedictio divina nobis patriam conservet

(c) *Lege Gildam de excidio Britanniæ, & Willielm. Malmesbur. lib.* 1. *reg. Angl. c.* 1. 2. 3. 4. CAN.

(d) *Vide notas in Ep.* 2. CAN.

(e) al. leg. quinquaginta.

(a) In libro Gildi] *Hunc locum paulo aliter citat Willielm. Malmesbur:* In libro Gildæ sapientissimi Brittonum, qui iidem Brittones propter avaritiam & rapinam principum, propter iniquitatem & injustitiam judicum, propter desidiam prædicationis Episcoporum, propter luxuriam & malos mores populi patriam perdidêre. Caveamus hæc eadem vitia nostris temporibus inolescere, quatenus benedictio divina nobis patriam conservet in prosperitate bona, quam nobis sua misericordissima pietate donare dignatus est. CAN.

(b) Scripsit Gildas post medium sæculum sextum. Usserius an. 564. scriptum edidisse & an. 570. diem supremum clausisse contendit. alii anno 581. fuisse in vivis fere nonagenarium & edidisse epistolam de excidio Britanniæ, una cum ordinis ecclesiastici castigatione. Hanc epistolam laudat Alcuinus, unde dubium esse non potest quin sit genuina. Dubitant tamen eruditi propter crassam rerum Britannicarum ignorantiam, quæ in eo opusculo sese prodit. Sed quomodo epistola ineunte sæculo sexto edita jam ab Anglis Beda & Alcuino sub nomine *Gildæ Britonum sapientissimi*, proferretur, si supposititia foret? BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

ſervet in proſperitate bona, quam nobis in ſua miſericordia perdonare dignatus eſt. Ut hoc ipſum omnipotentis Dei largiſſima efficiat pietas, vos qui clavem regni cœleſtis, cum Apoſtolis, ligandi ſolvendique poteſtatem accepiſtis à Chriſto, aperite aſſiduis prædicationibus portas cœli populi Dei; & nolite tacere, ne populi peccata imputentur vobis. Requirit enim à vobis animas Deus, quas ad regendum accepiſtis; & ſubjectorum ſalute veſtra multiplicatur remuneratio.

Puſillanimes conſolamini, humiles roborate, errantes in viam veritatis reducite, ignorantes inſtruite, ſcientes exhortantes, & bonis exemplis vitæ veſtræ omnes confirmate, contumaces & veritati reſiſtentes virga caſtigate paſtorali, ceteros baculo conſolationis ſuſtentate. Et ſi unanimes eritis, quis vobis reſiſtere poterit? Vel quis cum Deo pacem habebit, ſi prædicatoribus ſuæ ſalutis non obtemperet? dicente ipſa veritate ad prædicatores verbi Dei: *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Item ad confortandos eos, illiſque fiduciam ingerendam loquendi ſermonis Dei, eadem veritas ait: *Quodcunque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolveritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis:* Diviſa eſt poteſtas ſecularis, & poteſtas ſpiritalis; illa portat gladium mortis in manu, hæc clavem vitæ in lingua. His dicitur: *Ne timueritis eos; de illis dicitur: Qui corpus occidunt, animam autem occidere non poſſunt.* De ſpiritalibus quoque dicitur: *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Si Deus pro nobis*, ait Apoſtolus, *quis contra nos? Si Chriſtus in medio ſuorum, quis illis nocere poterit?* Idcirco vos Sacerdotes fiduciam habere debetis prædicandi, ceteri verò humilitatem audiendi & obedientiam faciendi, quæ jubetis. Illi, id eſt, ſeculares, ſint defenſores veſtri; vos interceſſores illorum, ut ſit unus grex ſub uno Deo Chriſto paſtore; & fiat hæc patria à bello nobis noſtriſque nepotibus conſervata in benedictione ſempiterna; ut ex hac mereamur ad illam pervenire quæ finem non habet, & eſt perpetua pace beatiſſima.

Luc. 10. Matth. 16. Matth. 10. Matth. 18. Rom. 8.

Ut ad hanc pervenire mereamur, vos ſæpius cum Moyſe ſervo Dei devoto pectore dicite: *Reſpice Domine de Sanctuario tuo & de excelſo cœlorum habitaculo, & benedic populo tuo & terræ, quam dediſti nobis.* Item cum Propheta Joël Domini cum lacrimis clamate: *Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium gentibus.* Apoſtolo Jacobo præcipiente, orate invicem, ut ſalvemini: *multùm enim valet oratio juſti aſſidua.* Item Petrus Apoſtolus: *Omnes unanimes in oratione eſote, compatientes fraternitati, humiles & miſericordes.* Et vas electionis præcepit, *pro omnibus orationes fieri, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt poſiti*; quatenus omnipotentis Dei gratia populo Chriſtiano tempora cum proſperitate concedat pacifica in laudem & gloriam ſancti ſui nominis.

Deut. 26. Joel. 2. Jacob. 5. 1. Petr. 3. 1. Tim. 2.

Urbs æterna Dei, terræ ſal, lumina mundi,
Bis ſex ſigna poli, menſes & ter quater anni,
Atque diei horæ, lapidesque in ſtemmate Chriſti,
Veſtra aperire polum poterit vel claudere lingua,
Doctores vitæ, magnæ & medicina ſalutis,
Vos fontes vivi paradiſi & flumina ſacra,
Vos decus Eccleſiæ, populi ſpes, janua lucis,
Inclita progenies, Salomonis nobile templum.
Per vos ô Patres, noſtro ſub tempore tota
Virtutum meritis fœcunda Britannia floret.
Vos ſimul unanimes Chriſti defendite caſtra,
Et clypeo fidei tela exſuperate nefanda.
Pectore concordes, fortes virtute ſuperna,
Judiciis juſti, (a) humiles pietate modeſta,
Doctores populi, ductores & gregis almi.
Semper ubique Deo vos vos eſtote fideles.
Multiplicate pio perrepta talenta labore,
Maxima quod ſummo capiatis præmia cœlo,
Cum Chriſto & Sanctis cœleſtia regna tenentes.
Voſque mei memores Chriſtus conſervet ubique.
*(b) Alchuine * dicor ego, veſtro devotus amori.*
O vos paſtores patres ſine fine valete.
Et tu ſancte pater ô Ethelharde ſacerdos
Jam valeas, vigeas, Chriſto donante, per ævum.

* l. Alchuin. metri cauſa.

(a) Humiles pietate modeſta] „ Non ſine cauſa Dorovernenſi Clero modeſtiam ingerit: quod & de veſtium „ modeſtia intelligo, cujus limites exceſſiſſe, patet ex S. „ Bonifacii Epiſtola ad Cuthbertum, citante Willielmo „ Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. cap. 4. de regno Mercio„ rum; qui ſubdit": Sanè de tenuitate veſtium Clericalium Alcuinus Athelardum Archiepiſcopum, Cuthberti ſucceſſorem obliquè caſtigat, monens, ut cùm Romam vadens, Carolum Magnum, *&c.* viſitaret. non adduceret Clericos vel Monachos verſicoloribus & pompaticis veſtibus indutos, quia non ſolerent Francorum Clerici, niſi religioſis veſtibus amiciri. CAN.

(b) Alchuine dicor ego] *In epigrammatis Bibliorum correctioni præfixis, quæ extant tom. 9. Baron. ann.* 778. Alcuin dicor ego. „ Sed cur nunc ille Alcuinus, nunc Albinus, utro„ que interdum nomine conjuncto, ut inſcriptio Dialogi de „ Rhetorica, inter XVI. Rhetores veteres habet, ſcire quis „ merito cupiat. Ego, ſi de me quæris, cauſam nullam „ ſcio, niſi quod barbariem patrii nominis Romana appel„ latione conſultò mutatam ſuſpicor, ut in Winfrido, qui „ Bonifacius dictus, & aliis pleriſque illius ævi contigit. „ Pontus Heuterus, quanquam Scriptor non admodum cer„ tus & circumſpectus, Alcuinum in etymis interpretatur „ Allwin/ undique rem facientem augentemque. Hodie „ noſtratibus lucrum Gwinn. In Annalibus Franc. dicitur „ Alahwinus. CAN.

EPISTOLA

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA II. (a)

(a) In editis est epistola XXIX

Edilredo (a) Regi & Principibus populoque Nordanhumbrorum gentis.

Excellentissimo Æthelredo Regi & amicis dulcissimis Osbaldo Patritio (b) & Hosberto Duci (c), & omnibus fraternæ dilectionis amicis Alchuinus Levita æternæ beatitudinis salutem.

SUavitas sancti amoris sæpius me cogit de antiqua admonere amicitia, de animarum vestrarum salute, & fidei veritate, & de pacis concordia, quam habere debetis inter vos; quia amicitia, quæ deferi potest, nunquam vera fuit. (d) Amicus fidelis diu quæritur, vix invenitur, difficilè servatur. Vos, quærens, inveni amicos, servabo amicos. Nec dimittam, quos amare cœpi, & si lingua taceat vestra de me, literæ tamen meæ non taceant de vobis, sed semper admoneo devotionis studio, quorum semper desidero prosperitatis salutem. Cogitate (e) quis vos de multiplici liberavit tribulatione, quoties præsentem ejus misericordiâ evasistis mortem. Quoties de manu inimicorum erepti fuistis. Recordamini, quis vobis omnes perdonavit honores, quos largitus est: prosperitates contulit, sanitates largitus est, omnibus vos vestris fecit sublimiores. His omnibus bonis nolite ingrati esse, quia eorum gratia bonorum vitam merebitur sempiternam. Nec hæc felicitas hujus seculi vobis æterna esse poterit. Adhortatio ad pacem & pietatem.

Studete diligentissimè, ut post hos honores terrenos cœlestes habere mereamini. Omnia hujus seculi delectamenta velut volatilis fugiunt umbra; & solummodo manet in remuneratione bona, quod pro Dei amore egistis. Grandis enim via de terris videtur esse in cœlum; firmissima debet esse scala, per quam ascenditur. Facilis est casus ad inferna. Sed hæc facilitas magnam habet difficultatem, sempiternum siquidem ignem; qui urit inextinguibiliter cadens in illum. Difficultas verò ascensionis in cœlum magnum habet gaudium, dum pervenitur, quo ascendit, beatitudinem siquidem sempiternam.

Si

(a) Æthelredo regi] „ Adelredus, seu Ethelbertus, quem „ Polydorus lib. 4. vigesimum quartum & ultimum Nort„ humbrorum Regem fuisse scribit, fuit à suis occisus, an. „ 827. 3. Kal. Maii. Licet alii de die & anno mire discre„ pent: quod non hujus loci examinare. Numerantur ta„ men etiam post hunc quidam Northumbrorum reguli Da„ nicis temporibus". *Lege Henricum Huntindonienſem lib.* 4. *hiſt. & Roger. de Houeden parte* 1. *Annal.* CAN.

(b) Osbaldo Patritio] *De hoc Roger de Houeden par.* 1. *Annal. anno* 796. *Occiſo Rege Ethelredo* Osbald Patritius à quibusdam ipsius gentis Principibus in regnum est constitutus, & post 27. dies omni regiæ familiæ ac Principum societate destitutus, fugatusque & de regno expulsus, atque ad insulam Lindisfarnensem cum paucis secessit, & inde ad Regem Pictorum cum quibusdam è fratribus navigio pervenit. *Et paulo poſt notans annum mortis ait*: Osbald quondam Dux & patritius, & ad tempus Rex, tunc verò Abbas obiit, & in Eboracensi Ecclesia sepultus est. CAN.

(c) Hosberto Duci] „ Osbertum, patricium Merciorum „ nominat Willelm. Malmesbur. lib. 1. de gest. Ang. re„ gum. c. 3. & 4. ubi duo fragmenta Epist. Alcuini ad Os„ bertum descripta. CAN.

(d) Amicus fidelis diu quæritur, &c.] *Clariſſima femina Cangyth Epiſtolam quam ad S. Bonifacium Martyrem ſuo & filiæ nomine ſcribit, hac ipſa gnome claudit*: Amicus diu quæritur, vix invenitur, difficile servatur. *Alcuinus Epiſt.* 11. *ad Carolum Magnum.* Veterum itaque proverbialis fulget sententia; Amicus diu quæritur, vix invenitur, difficile servatur. *Et Ep.* 35. *repetit.*

(e) Cogitate, &c. quoties evasistis mortem] „ Regno pul„ sus, duodecim annos in exilio exegit, iterumque regnum „ adeptus est. Quæ omnia simul cum nece Ethelberti, quia „ ex ipsius Alcuini Epistolis fusè narrat Willielm. Malmes„ buriensis lib. 1. reg. Angl. c. 3. hîc attexemus: sine qui„ bus non intelligas totam Epistolam": * Egbertus itaque fratris in Religione æmulus, comamque tonsus, Osvulpho filio, illeque post annum à civibus innocenter cæsus Molloni locum fecit; Is † undecim annis satis impigrè regno functus, insidiis Alredi occubuit. Alredus decimo regni, quod invaserat, anno cedere à comprovincialibus compulsus est. Ethelbertus quoque filius Mollonis eorum consensu Rex levatus, quinto anno ab eisdem expulsus est. Tunc Rex ‡ Celwoldus acclamatus, post undecim annos perfidiam provincialium ingemuit, sine culpa trucidatus, quod & celebris apud Hauguſtaldum sepultura, & divina prætenderunt miracula. Et nepos suus filius Aleredi Osredus succedens, vixque anno emenso expulsus, regnum Ethelberto (qui & Athelredus dictus est) evacuavit. Is filius Mollonis (qui quoque Ethelwaldus vocabatur) fuit, regnumque post duodecim annos exilii recipiens, quatuor annis tenuit, quibus exactis fatum superiorum effugere non valuit misere occisus. Quare offensi plures Episcopi & Optimates à patria fugere. Quidam merito plexum affirmant, eò, quod in occisione injusta Osredi, consensum suum obligaverit, cui sufficere potuerit, quod principatu ejectus sedem illi restituerit. De hujus regni exordio Alcuinus ita memorat: Benedictus Deus, qui facit mirabilia solus. Nuper Athelredus filius Ethelwoldi de carcere processit in solium, & de miseria in majestatem; cujus regni novitate detenti sumus, ne veniremus ad vos. De nece ita ad Offam regem Merciorum: Scit veneranda dilectio vestra, quod dominus Rex Carolus amabiliter & fideliter sæpe locutus est mecum de vobis, & in eo habetis fidelissimum amicum; ideo & vestræ dilectioni digna dirigit munera, & per Episcopales Sedes regni vestri. Similiter Ethelredo Regi & ad suas Episcoporum Sedes dona direxit. Sed heu proh dolor, donis datis & Epistolis in manus missorum, supervenit tristis legatio per missos, qui de Scotia per vos reversi sunt, de infidelitate gentis & nece Regis. Ita Carolus, retracta donorum largitate, in tantum iratus est contra gentem illam, ut ait, perfidam & perversam, & homicidam dominorum suorum, pejorem eam paganis æstimans. Et nisi ego interceſſor eſſem pro ea, quicquid eis boni abstrahere potuisset, & mali machinari, jam fecisset. CANIS.

† alii sex annos ponunt.

‡ al. Alfwoldus.

* al. Eadbertus.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Si fortè quæritis, quomodo quis aſcendat in cœlum, vel quomodo cadat in infernum. Per mala igitur opera ruit homo ad inferna; per bona verò aſcendit ad ſuperna. Mala itaque ſunt opera delectatio carnalis, ambitio ſæcularis, avaritia, & omnis concupiſcentia mala, violentia, rapina, mendacia, luxuria, fornicatio, invidia, ebrietates, comeſſationes, inimicitiæ & ſuperbia; dicente Apoſtolo: *Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt*, niſi in confeſſione & longa pœnitentia & eleemoſynis multis emendetur. Unumquodque eorum, quæ enumeravi, regnum Dei claudere poterit & infernales pœnas aperire hominibus. Væ animæ, quæ ardentes flammas ſemper ſuſtinere cogitur. Bona verò ſunt opera, per quæ aſcendere in cœlum poſſumus, charitas Dei, honor illius & timor, vigiliæ & orationes ad Dominum, dilectio hominum, & miſericordia in homines, & remiſſio peccantibus in nos; juſtitia in judiciis, veritas in verbis, patientia in adverſitatibus; nemini reddere malum pro malo; eleemoſynæ in pauperes; benignitas in omnes homines, pietas ad amicos, fides recta ad Dominum, ſpes firma ad illius bonitatem; modeſtia in veſtimentis & omni uſu ſeculi: temperantia, continentia, in cibo & potu, in mente humilitas, in moribus honeſtas, in omni vita æquitas. Hi ſunt gradus, per quos cœlum aſcenditur. Hi mores, qui faciunt homines laude dignos. Hæc opera, quæ gaudia merentur ſempiterna. Hæc eſt ſapientia vera, ut homo ſibi prævideat, quomodo in æternum fæliciter vivit. Nullatenus homo perire poterit, ſicut animal quodlibet, ſed poſt hanc vitam victurus erit in æternum: bene propter bona opera; malè propter mala opera: quia Deus unicuique reddet ſecundum ſua opera.

Via cœli. *Gal.* 5.

Inferni tormenta.

Nolite injuſtas amare divitias, quia omnis injuſtitia ulciſcitur à Domino. Et melior eſt benedictio Dei, quam omnes divitiæ mundi. Quidquid in ſeculo amatur, amittitur; quidquid pro Deo datur, habetur. Cui largus eris, ſi tuæ animæ tenax? vel quis tibi fidelis erit, ſi tu tibi ipſe infidelis eris? Cur in alium ſpem ponis, & tu tibi ipſe benefacere non vis? Morieris ô homo, & omnia dimittes, quæ habes. Hic vis dives eſſe peregrinus, & parvi temporis hoſpes, & non vis ibi dives eſſe, ubi ſemper eris? Præmitte tibi divitias tuas, ut habeas in æternum, quod amas in ſæculo. Conſtrue tibi bonis operibus beatam domum. Quàm miſer erit, qui ſemper arſurus erit in igne, qui tenebris circumdatur horrendis, qui nihil audiet niſi voces flentium & ſtridentium dentibus, horroremque, qui nihil ſentit, niſi flammas edaces & frigora ingentia & vermium venenatos dentes? Ut hæc horribilia, ô amice, evadere valeas, nullus tibi labor durus videri debet; ut ad illam beatitudinem pervenire merearis, æterna pace jucundiſſimam, æterna gloria feliciſſimam.

Nulla ſæcularis ambitio, nulla carnis delectatio, nulla inimicorum vindicta impediat curſum tuum; ſed curre dum lucem habes, operare dum dies eſt, quatenus ad lucem pervenias perpetuam, ut cum Chriſto & Sanctis ejus regnare merearis ad gloriam ſempiternam.

Officium Regis.

Non ſolum vos viri clariſſimi, & filii chariſſimi his meis admoneo litterulis, *ſed &* omnes dilectæ gentis principes, & diverſorum nomina ſeu Eccleſiaſticæ *pietatis* ordines, ſeu ſecularis potentiæ ſublimitates, communi charitatis intuitu, *quaſi* alumnus veſtræ dilectionis devotus deprecor, Dei diligentiſſimè obedire præceptis, prædicatoribus ſalutis veſtræ ſubditos eſſe. Illorum eſt, (*id eſt, ſacerdotum*) verba Dei non tacere. Veſtrum eſt, ô principes, humiliter obedire, diligenter implere. Regis eſt omnes iniquitates pietatis ſuæ potentia opprimere; juſtum eſſe in judiciis, pronum in miſericordia. Secundùm quod ille miſeretur ſubjectis, miſerebitur ei Deus. Sobrium in moribus, (*a*) veridicum in verbis, largum in donis, providum in conſiliis: conſiliarios habere prudentes, Dominum timentes, honeſtis moribus ornatos. Oportet eum non cupidum eſſe alienarum hæreditatum, non avarum, non violenter rapientem, dicente Apoſtolo, *Neque fures, neque avari, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.* Et ſæpe per rapinas propria amittit, quia Deus gemitum exaudit oppreſſorum.

1. Cor. 6.

Legimus quoque: quòd Regis bonitas totius eſt gentis proſperitas, victoria exercitus, aëris temperies, terræ abundantia, filiorum benedictio, ſanitas plebis. Magnum eſt totam regere gentem. A regendo verò Rex dicitur, & qui bene regit ſubjectum ſibi populum, bonam habet à Deo retributionem, regnum ſcilicet cœleſte. Valde feliciter regnat in terra, qui terreno regno merebitur cœleſte. Orationibus verò & vigiliis eò inſtantius ad Deum inſiſtere debet, quò non pro ſe ſolummodo, ſed & pro totius gentis proſperitate Deum deprecari debet. Similiter principes & judices populi, in juſtitia & pietate populo præſint, viduis, pupillis, & miſeris ſint quaſi patres, quia æquitas principum populi eſt exultatio. Eccleſiarum Chriſti ſint defen-

(*a*) Veridicum in verbis] *Morem, quo Alcuinus hîc & paſſim alibi hortatur, obſerva. Willielm. Malmesbur. innuit his verbis:* Ex obliquo arguens feciſſe, quod ne faciant, rogat. *Nam Alcuinus in Epiſt. ad Osbertum, quam citat Malmesbur. hæc habet:* Noſtrum regnum Northanumbrorum pænè periit propter inteſtinas diſſenſiones, & fallaces jurationes. *Can.*

Digitized by Google

defenſores & tutores, ut ſervorum Dei orationibus, longa vivant proſperitate. Eccleſia ſponſa eſt enim Chriſti, & qui eam violare nititur, vel rapere quæ ſua ſunt, vindicat in eum Deus Chriſtus, ſponſus ſanctæ ſuæ Eccleſiæ. SÆC. VIII. ANNO 790.

Videtis quomodo perierint anteceſſores veſtri Reges, & principes propter injuſtitias, & rapinas, & immunditias vitæ: nec ab hujuſcemodi mundi ſe peccatis criminum capitalium, Deum timentes, abſtinuerunt; nec, quod pejus eſt, immaniſſima ſcelerum vulnera pœnitentiæ medicamentis ſanare curarunt. Computruerunt in peccatis ſuis, donec repentino terrore cecidit ſuper eos judicium Dei, & tàm infeliciter in conſpectu omnium perierunt, quàm impudenter ſine ulla reverentia peſſimis ſe involvi ſceleribus non metuerunt. Heu quàm miſerè præſentem perdiderunt vitam! Sed multò miſerabilibus in æternis cruciantur tormentis. (*a*) Timete illorum perditionem, & à talibus vosmetipſos impietatibus obſervate, in quibus illi perierunt. Idem enim Deus ſuper veſtra vigilat opera, qui illorum non pepercit ſceleribus. Multi verò per rapinas & iniquitates colligere geſtiunt, & neſciunt, quòd utrumque propter avaritiam iniquam, & terrena cito perdunt bona, & cœleſtia nunquam adquirunt. Exitus principum vitioſorum.

Illiuſmodi, viri fratres, vobiſmet ipſi (*b*) cavete iniquitates, quatenus Deum omnipotentem in præſenti vita propitium habere mereamini, & in futuro æternorum largitorem bonorum.

Pacem habete inter vos, & benignitatem, & miſericordiam, & juſtitiam ad omnes homines; & caſtitatem corporis cuſtodite veſtri, ut Spiritus Sanctus veſtris habitet pectoribus; qui ſapiens vobis ſemper ſuggerat conſilium atque ab omni defendat hoſte viſibili & inviſibili: veſtroque Domino fideles eſtote. Per veſtram concordiam regnum dilatetur veſtrum, quod ſæpe per diſcordiam minui ſolebat; dicente ipſa veritate: *Omne regnum in ſeipſum diviſum non ſtabit.* Sicuti maxima imperia per diſſenſiones inteſtinas dilapſa decreſcebant, & è contrario minima quæque civitatis cujuſlibet vel provinciæ, per pacificam concordiam regnum creſcebat & proficiebat, & fortioribus ſibi tandem imperabat regnis. *Matth.* 12. *Vide notas.*

Timete flagellum, quod venit (*c*) ſuper Eccleſiam (*d*) S. Cudperti, locum ſcilicet ſanctiſſimum & multorum ſanctorum ſuffragiis devotiſſimum, nunc verò miſerabiliter à paganis devaſtatum. Qui hoc non timet, & ſeipſum non corrigit, & pro ſuæ patriæ proſperitate non plangit ad Deum, carneum non habet cor, ſed lapideum.

Epiſcoporum eſt monaſteria corrigere, ſervorum Dei vitam diſponere, populo Dei verbum prædicare & diligenter plebem erudire ſubjectam: Laicorum eſt obedire prædicationi, juſtos eſſe & miſericordes, quatenus divina benedictio per ſuam magnam miſericordiam nobis noſtriſque nepotibus patriam in bona proſperitate conſervare dignetur, quam noſtris parentibus per pietatis dexteram perdonare dignatus eſt.

EPISTOLA

(*a*) Timete illorum perditionem] *Clades Regum Britannie & Northanimbrorum, fusè deſcribit Willielm. Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. c. 3. Neque vano metu male metuit illis Alcuinus*, Pleroſque, *inquit Malmesbur.* Regum Northanimbrorum pænè familiari exitio vitam exiſſe. *Et paulo antè*: Dictorum ejus (*Alcuini*) hic pleraque intexam, quibus palàm fiat quàm cito *&c.* poſt obitum Egberti regnum Northanimbrorum propter morum pervicaciam malorum, peſſum ierit, *inquit Malmesburienſis, qui cùm ex Epiſtolis Alcuini varia citaſſet, ſubjungit:* Planum, ut arbitror, factum eſt, quantam labem, quantam peſtem, oblivio literarum & lubrici mores perditorum hominum Angliæ invexerint. CAN.

(*b*) Cavete iniquitates] Ethelbaldo Bonifacius miſit Epiſtolam, cujus hic partem ſubdam, *inquit Willielm. Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. cap. 4.* ut videatur, quàm libere arguat vitia jam in gente Anglorum inoleviſſe, quæ Alcuinus timebat ventura eſſe. *Lege illam Epiſtolam, dignam ſcitu.* CANIS.

(*c*) Super Eccleſiam S. Cudperti] *Willielm. Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. cap. 3. citat Epiſtolam Alcuini ad hunc ipſum Ethelbertum; hac inſcriptione*: Ad Edelredum Regem, qui tertius poſt Egbertum regnavit. *Cujus Epiſtola fragmentum mirificè omnia declarat, quæ hic tecta & involuta ſunt.* Ecce Eccleſia ſancti Cuthberti ſacerdotum ſanguine aſperſa, omnibus ſpoliata ornamentis, locis cunctis in Britannia venerabilior, paganis gentibus datur ad deprædandum. Et ubi primum poſt diſceſſum ſancti Paulini ab Eboraco Chriſtiana Religio in noſtra gente ſumpſit exordium, ibi miſeriæ & calamitatis cœpit initium. Quid ſignificat pluvia ſanguinis, quam in Quadrageſimali tempore in Eboraca civitate, quæ eſt caput totius regni, in Eccleſia beati Petri Principis Apoſtolorum vidimus, de Borealibus domus ſereno aere, de ſummo tecti minaciter cadere? Nonne poteſt putari à Borealibus partibus venire ſuper terram ſanguinem? *Eandem Epiſtolam citans Malmesbur. in prologo lib. 3. de Pontif. Angl. ait:* Hæc quidem Albinus conjecit ſuo tempore ventura, quæ poſteritas vel per Borealium violentiam, vel propter Borealium culpam veniſſe liquido cognovit. Nam tempore ſuccedente Dani vaſtaverunt Provinciam, inde Normanni propter Danorum adventum efferati, quod reliquum erat, peſſundederunt. *Gratia ſanè ſunt habenda Malmesburienſi, qui de Pontif. Angl. lib. 3. de Epiſcopis Lindisfarnenſibus luculentam pro hoc argumento Alcuini Epiſtolam citat:*

Beatiſſimi patris Cuthberti Epiſcopi in Chriſto filiis Hingbaldo Epiſcopo, & omni congregationi Lindisfarnenſis Eccleſiæ Alchwinus ſalutem.

Veſtræ charitatis familiaritas me multum lætificare ſolebat, ſed verſa vice veſtræ tribulationis calamitas, licet abſentem, multum me contriſtavit; quod Pagani contaminaverunt Sanctuaria Dei, & fuderunt ſanguinem Sanctorum in circuitu altaris, calcaverunt corpora Sanctorum in templo quaſi ſterquilinium in platea. Quæ eſt fiducia Eccleſiis Britanniæ, ſi ſanctus Cuthbertus cum tanto Sanctorum numero ſuam non defendit Eccleſiam? & cætera: Quibus hortatur, ne à moribus anteceſſorum degeneres, veſtium luxui & gulæ intemperiei profeſſionis ſuæ reverentiam decolorent. Per tranſgreſſionem divinæ Legis accidiſſe talia, acceſſuraque deteriora, ſi perſeverandum in vetitis putaverint. Adjicit etiam in Epiſtolæ calce: Cum dominus noſter Rex Carolus hoſtibus per miſericordiam Dei ſubditis domum reverteretur, nos Deo juvante ad eum venire diſponimus, & ſi quid tunc vel de pueris, qui in captivitatem ducti ſunt à Paganis, vel de aliis neceſſitatibus noſtris proficere poterimus, diligenter ad effectum producere curabimus. *Hæc ex Malmesbur. Lege Rogerum de Houeden parte 1. Annal.* CAN.

(*d*) Vixit Cudbertus an. 760. Præpoſitus Monachorum in ea inſula quæ olim Lindisfarne nunc Holyland dicitur, ad Epiſcopatum deinde provectus eſt. floruit præcipue in Northumbriæ regno, ibique Eccleſiam habuit poſt mortem ſibi conſecratam, quæ temporibus Alcuini vaſtata fuit à Paganis eo loci irrumpentibus. Scripſit vitam Cudberti Beda nonmodo proſa, ſed carmine; quinimo ejus laudes in Hymno ſic cecinit:

Magnus & ipſe pater, præſul, paſtorque Sacerdos
Cudbertus veſtra jam decus Eccleſia. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA III. (a)

(a) Hæc in editis eſt epiſtola prima.

Domino Piiſſimo & Præſtantiſſimo & omni honore digniſſimo (a) David (b) Regi.

Flaccus Albinus veſtræ beatitudini æternam in Chriſto ſalutem.

DUlcedo ſanctæ dilectionis veſtræ omnibus horis etiam & momentis aviditatem pectoris mei abundanter reficit, & decoris veſtri facies, qua ſuos amabiliter conſiderare ſolebat, totas memoriæ meæ venas, cum magna jucunditate deſiderabiliter implet, & quaſi multarum in corde divitiarum ſpecies, veſtræ bonitatis nomen, & aſpectus reconditur. Ideo mihi magna eſt jucunditas, veſtræ dulciſſimæ proſperitatis audire lætitiam, ad quam etiam cognoſcendam, hunc puerulum, ut ſcitis, parvitatis meæ clientulum direxi: quatenus in ſalute ſublimitatis veſtræ, in gratiarum actione lætus, laudem miſericordiam Domini noſtri Jeſu Chriſti: non ſolùm ego ultimus ſervulus Salvatoris noſtri congaudere debeo proſperitati, & exaltationi clariſſimæ poteſtatis veſtræ, ſed tota ſancta Dei Eccleſia unanimo charitatis concentu gratias agere Domino Deo omnipotenti debebit: Qui tam pium, prudentem & juſtum, his noviſſimis mundi, & periculoſis temporibus, populo Chriſtiano perdonavit, clementiſſimo munere rectorem, atque defenſorem; qui prava corrigere, & recta corroborare, & ſancta ſublimare omni intentione ſtudeat, & nomen Domini Dei excelſi, per multa terrarum ſpatia, dilatare gaudeat, & catholicæ fidei lumen, in extremis partibus incendere conetur.

Hæc eſt, ô dulciſſime David, gloria, laus, & merces tua in judicio diei magni, & in perpetuo Sanctorum conſortio, ut diligentiſſimè populum excellentiæ veſtræ à Domino commiſſum corrigere ſtudeas, & ignorantiæ tenebris diu animas obcæcatas, ad lumen veræ fidei deducere coneris. Nunquam optimis voluntatibus, vel bonis conatibus remuneratio divina deerit. Sed qui plus laborat in voluntate Dei, plus mercedis recipiet in regno Dei. Tempus hujus vitæ velociter currit, fugit, & non reſpicit. Ineffabilis verò Dei pietas, humano prævidebat generi, breviter laborare, & æternaliter coronari. Ideo precioſa nobis debent eſſe tempora, ne perdamus per negligentiam quod per bonæ vitæ exercitium habere potuerimus æternum. Nec tantum diligere aliquid potuerimus in terra, quantum amabitur requies in cœlo, quam qui tunc habere concupiſcat, bonis nunc operibus promereri contendat. Omnibus itaque communiter regni cœleſtis janua pateſcit; ſed illis intrare conceditur, qui cum multiplici bonitatis fructu ad eam feſtinant.

Alcuini ſtudia & labores.

Ego Flaccus veſter ſecundum exhortationem, & bonam voluntatem noſtram, aliis per tecta S. Martini ſanctarum in olla ſcripturarum miniſtrare ſatago. Alios, vetere antiquarum diſciplinarum mero inebriare ſtudeo. Alios, Grammaticæ ſubtilitatis enutrire pomis incipiam. Quoſdam ſtellarum ordine, ceu picto cujuſlibet magnæ domus culmine, illuminare geſtio: plurima plurimis factus, ut plurimos ad profectum ſancti Dei Eccleſiæ, & ad decorem imperialis regni veſtri erudiam: ne ſit vacua Dei omnipotentis in me gratia: nec veſtræ

(a) David Regi] „ Carolum magnum nomine Davidis intelligi, certum eſt ex Willielmo Malmesburienſi lib. 3. „ de Pontific Angl. & lib. 1. de geſt. Regum Angl. cap. 3. „ ubi citatur hæc epiſtola inſcripta *Carolo Auguſto*. Quod non „ ita interpretor, quaſi tunc Carolus nomen Auguſti uſurparit, ut patet diſertè Epiſt. 4." Tres perſonæ in mundo altiſſimæ hucuſque fuêre: id eſt, Apoſtolica Sublimitas, *&c.* Alia, eſt Imperialis dignitas, *&c.* Tertia eſt Regalis dignitas, in qua vos *&c.* Poſt mortem bellicoſiſſimi David, „ inquit Sangallenſis de geſtis Caroli Magni lib. 2. cap. 29. „ Carolum intelligens, ejuſque filium Ludovicum appellat „ Salomonem", Benedictus ſit Dominus Deus noſter, qui tribuit oculis noſtris ſecundum David Regem videre, *ait Stephanus V. ſalutans Ludovicum filium Caroli, ut habet Theganus de geſtis Ludov. cap.* 16. 17. 18. CAN.

(b) Hic David eſt Carolus Magnus. Dubitarunt aliquando viri eruditi ex eo quod Carolus aliquando homonymus Davidi Prophetæ dicatur ab Alcuino ep. duodecima. Sed is mos ſolitus fuit ſæculo nono, ut Regum & virorum illuſtrium nomina mutarentur, illiſque veterum vel Regum vel Prophetarum vel etiam Paganorum nomina aſcriberentur. Sic Carolus Magnus propter pietatem & fortitudinem Davidis nomine fuit interpellatus. Eademque ratione Itali eorum Regem Berengarium Davidem dixere. BASN.

Digitized by Google

veſtræ bonitatis largitio inanis. Sed ex parte (*a*) deſunt mihi ſervulo veſtro exquiſitiores eruditionis Scholaſticæ libelli, quos habui in patria per bonam, & devotiſſimam magiſtri mei induſtriam, vel etiam mei ipſius qualemcumque ſudorem. Ideo hæc veſtræ excellentiæ dico, anne forte veſtro placeat totius ſapientiæ deſiderantiſſimo conſilio, ut aliquos ex pueris noſtris remittam, qui excipiant inde nobis neceſſaria quæque, & revehant in Franciam flores Britanniæ, ut non ſit tantummodo (*b*) in Eborica, hortus concluſus, *ſed in Turonica emiſſiones paradiſi cum pomorum fructibus: ut veniens Auſter perflare hortos Ligeri fluminis, & fluant aromata illius, & noviſſimè fiat*, quod ſequitur in Cantico, unde hoc adſumpſi paradigma: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum, & dicat adoleſcentulis ſuis, Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini chariſſimi. Ego dormio, & cor meum vigilat:* Vel illud exhortativum ad ſapientiam diſcendam, Iſaiæ prophetæ elogium: *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum & lac.*

SÆC. VIII. ANNO 790.

Cant. 4. 5. 6.

Iſaia. 55.

Hæc ſunt quæ veſtra nobiliſſima intentio non ignorat, quomodo per omnes ſanctæ Scripturæ paginas exhortamur ad ſapientiam diſcendam, nil eſſe ad beatam vitam ſublimius adipiſcendam, nil ad exercitium jucundius, nil contra vitium fortius, nil in omni dignitate laudabilius etiam, & ſecundum philoſophorum dicta, nil ad regendum populum neceſſarius, nil ad componendam vitam in optimos mores melius, quàm ſapientiæ decus, diſciplinæ laus, & eruditionis efficacia. Unde & de laude illius, ſapientiſſimus explanat Salomon; *Melior eſt ſapientia cunctis precioſiſſimis, & omne deſiderabile, ei non poteſt comparari.* Hæc eſt, quæ humiles exaltat, quæ ſublimes honorat. Per illam, reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. Per illam principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam. Beati, qui cuſtodiunt vias ejus; & beati, qui vigilant ad fores illius quotidie.

Laus ſapientiæ.

Prov. 8.

Ad hanc enim omni ſtudio diſcendam, & quotidiano excercitio poſſidendam exhortare, Domine rex, juvenes quoſque in palatio excellentiæ veſtræ: quatenus in ea proficiant, ætate florida; ut ad honorem caniciem ſuam perducere digni habeantur; & per eam ad perpetuam valeant pervenire beatitudinem. Ego verò ſecundum modum ingenioli mei, apud ſervos veſtros, in his partibus ſeminare ſapientiæ grana ſegnis non ero, memor illius ſententiæ: *Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere non ceſſet manus tua, quia neſcis, quid magis oriatur; hoc, an illud; & ſi utraque ſimul, melius eſt.*

Eccl. 11.

Multa florentibus per ætatem ſtudiis ſeminavi (*c*) in Britannia. Nunc frigeſcente ſanguine quaſi, in Francia ſeminare non ceſſo. Utraque enim, Dei gratia donante, oriri optans. Mihique fracto corpore ſolatio eſt ſententia S. Hieronymi, qui ait in epiſtola ad Nepotianum: *Omnes penè virtutes corporis mutantur in ſenibus; & creſcente ſola ſapientia, decreſcunt cetera.* Et poſt paullum: *Senectus verò eorum, qui adoleſcentiam ſuam honeſtis artibus inſtruxêre, & legem Domini meditati ſunt die ac nocte, ætate fit doctior; uſu tritior; proceſſu temporis ſapientior; & veterum ſtudiorum dulciſſimos fructus metit.* In qua epiſtola, de ſapientiæ laude, & veterum ſtudiis, *plura poteſt, cui placeat, legere; & intelligere, quantum veteres in decore ſapientiæ florere ſtuduêre.*

In hac, veſtram Deo amabilem, & vitæ laudabilem, ſemper proficere & gaudere agnovi diligentiam, & nobilitatem ſecularis proſapiæ, majore mentis nobilitate exornare. In qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt virtus, & ſapientia Dei, te cuſtodiat, & exaltet, & ad gloriam beatæ & perpetuæ viſionis ſuæ pervenire faciat.

EPISTOLA

(*a*) Deſunt mihi] „ Hæc paulo aliter citat Willielmus „ Malmesburienſis lib. 1. de geſtis Regum Anglorum cap. „ 3. & lib. 3. de Pontific. Ang." Date mihi exquiſitioris eruditionis ſcholaſticæ libellos, quales in patria habui, per bonam & devotiſſimam magiſtri mei Egberti Archiepiſcopi induſtriam. Et ſi placet ſapientiæ veſtræ, remittam aliquos ex pueris noſtris, qui excipiant inde quæque neceſſaria, & revehant in Franciam flores Britanniæ, & non ſit tantummodo in Eboraco hortus concluſus, ſed etiam in Turonica emiſſiones paradiſi. CAN.

(*b*) Inde patent duo: primum in Eboracenſi urbe ſtudia ſua conſeciſſe Alcuinum, alterum vero multo evidentius, non Lutetiæ Pariſiorum, aut in Fuldenſi Monaſterio, ſed in civitate Turonum ad Ligerim ſcholam ſuam erexiſſe, e quâ deinde tot viri doctrinâ inſignes prodierunt. BASN.

(*c*) Inde concludunt aliqui præcipuas Britanniarum Academias perluſtraſſe. ferunt Annales Cantabrigienſes in ea Academia poſt Bedam docuiſſe Alcuinum. Sed nihil obſtat quominus Eboraci remanens in totam Angliam doctrinam & lucem effuderit. Ex eo loco probatur evidentius, ſenem fuiſſe Alcuinum, cum Turonibus ſcholam erexit. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA IV. (a)

Ad eundem.

(b) GRatias agimus clementiſſimæ bonitati veſtræ, dulciſſime David, quod noſtræ parvitatis memoriam habere digneris, nobiſque innoteſcere, quæ famulus veſter fidelis inſonuit auribus. Nec in hoc ſolo gratias referimus continuas veſtræ pietati, ſed in omnibus bonis, quæ mecum ex die, qua parvitas mea vobis nota facta eſt, perfecit. Optimè incepiſtis, ſed melius conſummaſtis. Quapropter continuis precibus Domini noſtri Jeſu Chriſti clementiam deprecor, quatenus qui tibi optima quæque in terrena felicitate conceſſit, longè meliora, æternæ beatitudinis regna tibi æternaliter concedere dignetur.

Plurima veſtræ venerandæ dignitati præſens ſuaderem, ſi vel vobis oportunitas eſſet audiendi, vel mihi eloquentia dicendi: qui calamus charitatis, cordis mei arcana inſtigare ſæpius ſolet de veſtræ excellentiæ proſperitate tractare, & de ſtabilitate regni vobis à Deo dati, & de profectu ſanctæ Eccleſiæ Chriſti, quæ multimoda improborum perturbata nequitia, & ſceleſtis peſſimorum auſibus maculata, non in perſonis tantum ignobilibus, ſed etiam in maximis, & altiſſimis; quod metuendum eſt valdè.

Tres gradus autoritatis ſummæ,

Nam tres perſonæ in mundo altiſſimæ hucuſque fuêre: id eſt, Apoſtolica ſublimitas, quæ beati Petri principis Apoſtolorum ſedem vicario munere regere ſolet. Quid verò in eo actum ſit, qui rector præfatæ ſedis fuerat, mihi veneranda bonitas veſtra innoteſcere curavit. Alia, eſt imperialis dignitas, & (c) ſecundæ Romæ ſecularis potentia. Quàm (d) impie (e) gubernator imperii illius depoſitus ſit, non ab alienis, ſed à propriis, & concivibus, ubique fama crebreſcit. Tertia eſt (f) regalis dignitas, in qua vos Domini noſtri Jeſu Chriſti diſpenſatio rectorem populi Chriſtiani diſpoſuit, ceteris præfatis dignitatibus potentia excellentiorem, ſapientia clariorem, regni dignitate ſublimiorem.

Laus Caroli Regis.

Ecce in te ſolo tota ſalus Eccleſiarum Chriſti inclinata recumbit. Tu vindex ſcelerum, tu rector errantium, tu conſolator mœrentium, tu exaltatio bonorum. Nonne Romana in ſede, ubi religio maximè pietatis quondam claruerat, ibi extrema impietatis exempla emerſerunt? Ipſi cordibus ſuis excæcati, (g) excæcaverunt caput proprium. Nec ibi timor Dei, nec ſapientia, nec caritas eſſe videtur. Quid *boni ibi* eſſe poterit, ubi nihil horum trium invenitur? Si timor Dei eſſet in eis, non auderent. Si ſapientia, nunquam voluiſſent. Si charitas, nunquam feciſſent. Tempora ſunt periculoſa, olim ab ipſa Veritate prædicta: *quia refrigeſcet charitas multorum.* Nullatenus capitis cura omittenda eſt. Levius eſt, pedes dolere, quàm caput. Componatur pax cum populo nefando: ſi fieri poteſt, relinquantur aliquantulum minæ, ne obdu-

Matth. 24.

(a) In editis ep. XI. cum hoc titulo: *Querimonia de miſeriis hujus ſæculi.*

(b) Gratias agimus] „ Perperam hæc ſine diſtinctione „ conjuncta habuit codex m. ſ. cùm hic nova Epiſtola in„ cipiat, ſcripta ad eundem Carolum Magnum. Quod ex „ initio ſequentis Epiſtolæ conſtare poteſt. CAN.

Secunda Roma.

(c) Secundæ Romæ] „ Cave Aquileiam intelligas, quæ „ & *Roma ſecunda* dicta eſt. Hic nomine Romæ ſecundæ „ intelligit Conſtantinopolim, quæ paſſim in Conſtitutio„ nibus Impp. Socrati Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 8. Corippo, „ Marcellino Comiti, Zonaræ, & aliis, *Roma* dicitur: ut „ & Sidonio in Panegyr.

Salve ſceptrorum culmen, Regina Orientis
Orbis Roma tui.

„ Neque tantum Conſtantinopolitana urbs, ſed & aliæ, ſi„ cut potentiam, ita & nomen Romæ æmulabantur. Hinc „ Salviano Maſſilienſi lib. 7. de providentia". Carthago univerſarum Africæ urbium Princeps & quaſi mater, & in Africano orbe, quaſi Roma. *Et Auſonio Capua Campaniæ dicitur* Roma altera. *Ædui, Sigeberto*, Celtica Roma. *Aquileia*, Roma ſecunda, *indeque Chromatius Aquileienſis Epiſcopus, dictus eſt* Romanus Epiſcopus, *in libro de octo beatitudinibus. Ita Arelas nobiliſſimæ urbi Galliæ ab Auſonio vocatur* Gallula Roma. *Vide quæ notat Savaro ad lib. 1. ep. 11. Sidonii.* CAN.

(d) Leonem ſcilicet Pontificem Romanum excæcaverant & linguam abſciderant: noctu tamen evaſit & ad Caroli legatos fugiens Spoletum ductus eſt itaque hæc epiſtola ſcripta an. 798. BASN.

(e) Gubernator imperii] „ Conſtantinus ſeptimus anno „ 797. à matre Irene & conſiliariis captus & excæcatus „ mortuus eſt Theophane auctore. CAN.

(f) Regalis dignitas] „ Hæc præter Carolum Magnum „ nulli ejus ætatis conveniunt: nullus enim Regum, eum „ dignitate, potentia, prudentiaque æquavit. Vide; quæ „ notamus in ep. 3. CAN.

(g) Excæcaverunt caput] „ In populum Rom. ſeverè & „ verè hæc dicta, qui in Pontificem Summum, Leonem III. „ inſurrexerunt, pulſatum mutilarunt oculis; Anno 799. „ teſte Anaſtaſio Bibliothecario". Cùm Leonem ſanctiſſimum, *inquit Willielm. Malmesbur. lib. 1. de geſtis reg. Angl.* plagis in Eccleſia Beati Petri affeciſſent, adeo ut linguam ejus mutilarent, & lumina terebrarent, Romam ad reformandum ſtatum Eccleſiæ ire maturavit *Carolus.* Ibi in improbos ultionem executus, tota hyeme reſedit; Apoſtolicum, per Dei miraculum planè loquentem, & clarè videntem proprio tribunali reſtituens. *Eadem Ethelwerdus lib. 3. Chronic. cap. 1. & Sangallenſis de geſtis Caroli Magni.* CAN.

Digitized by Google

obdurati fugiant, ſed in ſpe retineantur, donec ſalubri conſilio ad pacem revocentur. Tenendum eſt, quod habetur: ne propter acquiſitionem minoris, quod majus eſt, amittatur. Servetur ovile proprium, ne lupus devaſtet illud. Ita in alienis ſudetur, ut in propriis damnum non patiatur. Olim veſtræ ſanctiſſimæ pietati de exactione decimarum dixi: quia fortè melius eſt, vel aliquanto ſpatio ut remittatur publica neceſſitas, donec fides in cordibus radicitùs inoleſcat: ſi tamen illa patria, Dei electione digna habetur. SÆC. VIII. ANNO 790.

Qui foras receſſerunt, optimi non fuerunt Chriſtiani, ſicut in plurimis notum eſt: & qui remanſerunt patriæ, in fæcibus malitiæ permanſerunt. Nam Babylon propter peccata populi, dæmonum deputata eſt habitatio, ut in prophetis legitur.

Nihil horum tuam latere poterit ſapientiam, ut puta in ſanctis Scripturis, vel ſecularibus hiſtoriis te apprimè eruditum eſſe novimus. Ex his omnibus plena tibi ſcientia data eſt à Deo, ut per te ſancta Dei Eccleſia in populo Chriſtiano regatur, exaltetur, & conſervetur. Quanta tuæ optimæ devotioni merces exhibeatur à Deo, quis edicere poterit? quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.

Mitis ab ætherio clementer Chriſtus Olympo,
(a) Te regat, exaltet, protegat, ornet, armet.
Mens mea congaudet, bonitas jam veſtra fidelis
Optima quòd regem ſuſcipit ipſa ſenem.
Hæc precor aſpiciat clementi lumine noſtras
Litterulas, ſcripſit quæ pietatis amor.
Sidera ſancta poli, viridis vel gramina terræ,
Omnia conclament, David *ubique vale.*
Terra, polus, pelagus, homines, volucreſque, feræque,
Concordi acclament voce, Valeto Pater.

EPISTOLA V. (b)

Benedicto, atque omni ſapientia decorato, præfulgido David regi.

Flaccus Albinus in Chriſto ſalutem.

LIcet proximè ad clementiam veſtram, gemina ſcripta direxerim: quorum unum debitum ſalutationis impleret officium; aliud, cujuſdam reſponſionis jura teneret, tamen occaſione veſtræ beatitudinis literarum accepta, reſpondere utriſque convenit, quas lumine & ſcientia & veritatis indagatione plenas veneranter accepi; & magno gratiarum actionis ſtudio Dominum benedixi, qui virtute fidei & rationis experientia, veſtræ pietatis pectus abundanter implet: ita ut in eo prærogativa ſacerdotalis doctrinæ, voluntas pietatis, & regalis potentia ſplendeſcere comprobetur maximè. Quia fides catholica, quæ ubique debet eſſe una, & in nullo diſſimilis, per veſtram ſanctiſſimam ſolicitudinem, ſopitis ſchiſmatum erroribus, prædicari, & pollere dignoſcitur. Et quantum regni potentia prælatus, tantum ſapientiæ decore, & ſanctæ religionis fervore omnibus præceſſus. Fides Caroli Regis.

Felix populus, qui tali principe gaudet, in cujus proſperitate ſalus cunctorum conſiſtit, in cujus hilaritate omnium animus gaudebit, ut dictum eſt: In hilaritate regis, vita. *Cujus ſolium diſſipat iniquitatem, cujus vultus reverentia uſque conſervat ad æquitatem.* Prov. 6. Nam quòd olim Apoſtolici patres ſuis ſcriptis in confirmatione fidei catholicæ, diverſis mundi partibus peregerunt, hoc veſtra ſanctiſſima ſolicitudo implere non ceſſat.

Hoc mirabile, & ſpeciale in te pietatis, Dei donum prædicamus, quòd tanta devotione Eccleſias Chriſti, à perfidorum doctrinis intrinſecùs purgare, tuerique niteris: quanta forinſecùs à paganorum vaſtatione defendere, vel propagare conaris. His duobus gladiis veſtram venerandam excellentiam, dextra lævaque, divina armavit poteſtas. Victor laudabilis, & triumphator glorioſus exiſtis. Unde & ad interioris pugnæ

(a) Te regat, exaltet] *Ita corrigo ex conjectura. ms. f. vitiose:* Te regat, exaltet, defendet & ornet & amet. *niſi malis ita hexametrum ſtatuere:* Te regat, exaltet, defendat & ornet & armet. CAN.

(b) In editis eſt XIII. ſub hoc titulo: *Quadam ſuppoſitio de Solis Lunæque curſu.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

pugnæ genus, meæ parvitatis devotionem provocare voluiſtis, cujus certaminis ſudori libenter ſuccubui, ut in libello, quem veſtræ nuper direxeram pietati, agnoſci poterit: licet necdum veſtræ auctoritatis ſigillo eundem libelli tenorem confirmatum cognoverim: & hoc reor vel tarditate portitoris, vel anguſtia temporis geſtum eſſe; nullatenus ſolita bonitatis veſtræ conſuetudo in pluribus hoc agere literulis recuſat, quod in rarioribus feciſſe compertum eſt.

De Lunæ & Solis curſu.

Chartulas verò calculationis curſus lunaris, vel biſſextilis præparationis, quas noſtræ devotioni tradidiſtis explorandas; invenimus erga menſurationes diligentiſſimè exquiſitas, acutiſſimè inventas, nobiliſſimeque prolatas. Et quod mea olim devotio de biſſexto paucis inchoavit ratiunculis, veſtra ſagaciſſima indagatio, copiosè complevit. Quamvis conſiderandum ſit, cur in quibuſdam menſibus ad eoſdem dies in anno ſecundo, vel tertio, vel quarto, computus curſus ſolaris non perveniſſet. Item facilior, & expeditior lunaris curſus ſupputatio poſſe inveniri videtur: licet hæc optima, & acutiſſima, uſque ad unum ſcrupulum, vel (a) ſiliculum diſtinctè, & cautè currere intelligatur. Direxi excellentiæ veſtræ ſtamen quarundam ſupputationum, de ſolis, lunæque, per ſigniferum curſu, cui ſi veſtri acutiſſimi ſenſus ſubtemen (a) addere placuerit, fortè pueris palatinis contra frigus imperitiæ, aliquod veſtimenti genus texi poterit, ſicut in prioris texturæ meæ etiam ordinatione feciſſe probaveras.

(a) al. Silicum.

Teſtaris meum eſſe, de terræ gremio, vel glebis pulverulentis, auri effodere atomos: Veſtrum eſt, regale diadema gemmis ſapientiæ præfulgidum venerando geſtare in vertice, quatenus laudabilis potentia omnium floreat genere virtutum, & multiplici meritorum laude ad cœleſtis regni gloriam, Chriſto regente, atque donante, pervenire mereatur.

Vivere me terris, vix vix ſinit improba febris,
Et me cœleſte ſcandere vultis iter.
Per campos, colles, herbas, & prata, virentes
Quærere ſuggeſſit, dum mihi cara ſalus
Veſtra, repente poli juſſit me ſidera ſummi
Infirmis pietas ſcandere jam pedibus:
Signaque zodiaci diſtinguere partibus alto,
Et quis conveniat ordo, locus, numerus.
Hippocratis campos nonne eſſet, pollice, pluris,
Cum pueris Flacco jam peragrare ſuis:
Quàm radio Arati, cœli deſcribere ſigna:
Vel lunæ, & ſolis dinumerare dies?
Sed tamen, ut cecinit præclarus commate vates,
Omnia vincit amor: nos quoque vincat amor.
Deſcripſi paucis partes, & ſidera cœli,
Te mandante, meo pectori magnus amor.
Nunc videat pietas, ſi quid ſit, veſtra probandum
Pumice radendum an, pagina quidquid habet.
Judice te, nullum, ſi nunquam fallit imago
Jam metuens fugiam, David, *in orbe decus.*
Hæc veſtro fuerint forſan ſi digna favore;
Mox majora, reor, incipit ipſe ſenex.
Si Deus *æternus vitæ ſuper addit* (b) *& annos:*
Eſt bonitas cujus, quidquid habemus opus. (c)
Chartula percurrens colles, campoſque liquentes,
Diſtichon hoc cantet ſemper in ore ſuo:
Augeat, exaltet veſtram benedictio vitam
Æterni regis, (David) amate Deo.

(b) l. ſuper addiderit.
(c) opis.

(a) Addere placuerit] „ Et hic & alibi paſſim patet Alcuinum Carolo Magno miſiſſe ſcripta ſua cenſenda imò „ corrigenda. Unde non immerito in quæſtionem vocatur „ communis illa ſententia, qua dicitur Alcuinus Præceptor „ Caroli Magni, quam erudite diſcutit Baronius tom. 9. an. „ 778. cujus ſententiæ ſubſcribo. Et notandum, quod Sangallenſis ille auctor de geſtis Caroli Magni ait, à Carolo „ Alcuinum honoris ergo Præceptorem appellatum, & ab „ aliis appellari voluiſſe. Et, ni fallor, hunc honorem Præ„ ceptoris innuit ipſe, cum ait infra Epiſtola 10." Flaccus veſter legatur in literis, qui quondam audiebatur in verbis.

„ Diſcipuli autem Alcuini ſunt: Amalarius Trevirenſis, „ ut ipſe de ſe teſtatur de ordine Antiphon. c. 58. Eanbal„ dus Epiſcopus Eboracenſis, de quo lege infra Epiſt. 24. & „ 38. Macarius Epiſcopus, de quo Epiſtol. 18. CAM.

EPISTOLA

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

EPISTOLA VI. (a)

Domino piiſſimo, & præſtantiſſimo David Regi.

Flaccus charitatis Calamo vulneratus ſalutem.

GRatias agimus venerandæ pietati veſtræ, quod libellum (b) ſecundum veſtræ juſſionis præceptum vobis directum, auribus ſapientiæ veſtræ, recitari feciſtis; & quod notare juſſiſtis errata illius, & remiſiſtis ad corrigendum, quamvis à vobis melius emendari potuiſſet: quia alterius judicium, in quolibet opere plus ſæpiſſimè valet, quàm proprii auctoris. Minus tamen quiddam feciſtis, quàm plenum poſtulaſſet charitatis officium: qui ſenſus non doctè prolatos, vel catholicè exaratos, ſimiliter noluiſtis notare; dum quædam ſuſpicio mihi, ex ſerie ſagaciſſimæ chartulæ veſtræ, nobis innotuit; non omnia probanda eſſe, quæ ibi lecta fuerint: quia defenſores eidem operi veſtræ excellentiæ dirigere juſſiſtis: dum nullum magis idoneum meæ parvitatis dicta habere poſſint defenſorem, vel emendatorem, quàm voſmetipſos: nam auctoritas præcipientis, obedientis induſtriam defendere debet.

Quòd verò in literis, vel diſtinctionibus, non tam ſcholaſticè currit, quàm ordo, & regula artis Grammaticæ poſtulat; hoc ſæpe velocitas animi efficere ſolet. Dum legimus, intentio oculorum præcurrere feſtinat officium. Nec ego, capitis dolore fatigatus examinare poſſum, quæ ſubito caſu ex ore dictantis volant. Et qui ſibi alterius negligentiam imputari nolit, non imputet alteri.

Diſputationem itaque Felicis cum Saraceno, nec vidi, nec apud vos inventa eſt, imò nec audivi nomen illius. Antea tamen, dum diligentius quæſivi, ſi quis ex noſtris famam illius audiſſet, dictum eſt mihi, quod apud (c) Laidradum (d) Epiſcopum Lugdunenſem inveniri potuiſſet. Quapropter ſub feſtinatione direxi miſſum noſtrum, ad præfatum Epiſcopum, ſi fortè ibi invenire potuiſſet, ut citiſſimè veſtræ præſentiæ dirigeretur.

(a) In editis eſt. ep. XV. cum hoc titulo, de quodam *Libello contra hareſim adoptionis.*

(b) Querebatur in præcedenti epiſtolâ libellum illum Sigillo autoritatis Regiæ nondum eſſe firmatum. BASN.

(c) Laidradum Epiſcopum] „ Meminit hujus Ep. 8. „ Eginhardus teſtatur Laidradum teſtamento Caroli Magni „ accitum teſtem interfuiſſe. CAN.

(d) Is Epiſcopus fuit qui cum e Saxonia Aquas Sextias reverteretur Carolus ibi Felicem perduxit ut ſententiam de Chriſto filio adoptivo ejuraret. Quod ei Carolo annuente licitum fuit an. 799. tamen apud Laidradum Lugduni commoratus eſt exul. Laidradus ſubſcripſit teſtamento Caroli Magni, dein ſeceſſit in Monaſterium S. Medardi, ibique obiit. Scripſit ad Carolum Magnum de Baptiſmo librum, quem edidit Mabillonus Analectorum tomo tertio. BASN.

EPISTOLA

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA VII. (a)

Domino dilectiſſimo, atque omni honore digniſſimo David Regi.

Flaccus veteranus miles perpetuam in Chriſto ſalutem.

LIteras proſperitatis veſtræ, & conſolationis noſtræ, magno amore, & digno favore ſuſcepimus, omnipotentis clementiam collaudantes, qui vos, fideleſque veſtros proſperis ſucceſſibus pollere fecit, & inimicos ſui nominis, veſtræ potentiæ ſubdidit pedibus. Hoc enim faciat Deus, & hoc addat, ut triumpho terroris veſtri inimicas undique ſubjiciat gentes, & ſuaviſſimo ſuæ dilectionis jugo, in Chriſtiana fide ferociſſimos ſubjiciat animos. (b)

Quod verò veſtræ benignitatis literæ Flacco taciturnitatis culpam ingerunt, quem fervor anguſtiâ deſidem, non voluntatis efficacia pigrum efficit.

Romam non vult petere.

De pueris verò noſtris, quos pedibus paternis Romam pergere præcipit, velim ſcire, quando, vel ubi, vel quibus comitantibus, beatitudini veſtræ occurrere debent. (c) Sed & de hoc quidem mihi improperare voluiſtis, me fumo ſordentia Turonorum tecta, auratis Romanorum arcibus præponere. Scio veſtram legiſſe prudentiam Salomonicum illud elogium: *Melius eſt, inquit, ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa in domo communi.* Et ut pax dicta, Magis ferrum nocet oculis, quàm fumus: Turonis enim fumoſis tectis contenta Deo donante per veſtræ bonitatis providentiam, in pace permanet: Roma verò, quæ fraterna diſcordia initiata eſt, miſtum diſſenſionis venenum hucuſque tenere non ceſſat, veſtræque venerandæ dignitatis potentiam, ad (d) hujus partis cognoſcendam perniciem è dulcibus Germaniæ ſedibus feſtinare compellit.

Prov. 21.

Nos verò lacrymis abſentiam, & precibus iter veſtrum continuis proſequimur, divinam humiliter obſecrantes clementiam, quatenus ſuos, veſtroſque ſimul, cum omni proſperitate ſanos ducat, & reducat gaudentes. Veſtræ verò pietatis literæ, nullatenus conſentio, ut obliviſcantur mei, ſed ſæpius venient in ſpiritu conſolationis, ut oſculentur iterum, iterumque relegantur, & in cordis theſauro perpetua dulcedine conſerventur.

Tempora concedat Chriſtus felicia regni
Hujus & æterni, David amate, tibi: (e)
Det tibi conſilium pacis ſimul, atque ſalutis,
David amor populi, Chriſtus ubique pius:
Omnipotens cujus defendat dextera ſemper,
Victorem faciens teque, tuoſque ſimul.
Nomen ut æternum toto laudetur in orbe
Illius ex vobis (f) *pro pietatis ope.*
Aſpice cunctorum vitæ ſpes, forma ſalutis,
Qualiter ad voſmet tota recurrat ovans.
(g) *Qui triſtis venit, redeat jam lætus ad urbem,*
Per pia dona patris, conſiliumque ſacrum.
Quod petit inveniens, quidquid ſperavit adeptus,
Hinc Chriſto laudes hymnidicas referens.
Qui mundo talem tribuiſſet tempore noſtro,
Rectorem ſacræ regmine juſtitiæ.

EPISTOLA

(a) In editis a Quercetano eſt XIII. cum hoc titulo: *Exhortatio ad Juſtitiam pro impietate quæ geſta eſt in Apoſtolico.* Scripta fuit hæc epiſtola an. 799. Cum Carolus Romam cogitans vellet Alcuinum itineris Comitem habere. Hæc enim epiſtola Regem orat ut ſe excuſatum habere velit.

(b) Hic multa deſunt quæ leguntur in editione Quercetanâ. p. 1506. ea ſcilicet ex cod. ms. reſtituit Du Chene. BASN.

(c) Hic etiam plurima deſunt quæ ex codice ſunt reſtituta apud Quercetanum pag. 1507. BASN.

(d) Hujus partis cognoſcendam perniciem] „ Hujus partis perniciem, calamitates urbis Romæ appellat. CAN.

(e) Cæteri verſus deſunt in editione Quercetanâ, in quâ duo tantum priores deſcribuntur. BASN.

(f) Pro pietatis ope] *ita enim correxi. In m. ſ. vitiosè legitur:* Illius ut ex vobis proprietis ope. CAN.

(g) Qui triſtis venit] „ Ita lego, non, *veniat*, ut habet „ m. ſ. Nam videtur alludere ad alteram profectionem Romanam Caroli Magni, qui quater Romam profectus eſt; „ Anno 774. vindicans Adrianum & Romanam Eccleſiam „ ab injuriis Deſiderii Longobard. Deinde anno 781. ſolvendi voti cauſa. Tertio contra Ducem Beneventanum „ an. 786. Quarto ut reſtitueret Leonem an. 800. quo Imperator proclamatus. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA VIII. (a)

Ad fratres Lugdunenſes. (b)

REligioſæ in Chriſto converſationis veſtræ per Laidradum (c) electum Pontificem, laudabilem audiens ſolicitudinem, magno me eſſe gaudio delectatum fateor. Quia Chriſtus fons totius bonitatis, tales adhuc in his diebus, quando multorum refrigeſcit caritas, ſui ſancti nominis habet confeſſores; qui onera ſecularium occupationum abjicientes, leve Chriſti jugum propriis imponere cervicibus geſtiunt; & veram, quæ foras timorem mittit, caritatem & pectoribus ſuaviter retinent, & operibus veraciter oſtendunt. Sed nunc tota hilaritate mentis, cœpti itineris curſus peragendus eſt. *Quia, qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Quia ſi torpens pigritia clam boni operis irrepſerit, mox malitia palam mali operis ſuccreſcit. *Matth.* 10. & 24.

Origo eſt iniquitatis, amiſſio bonitatis: &, dum ſuæ voluntatis ſequitur homo affectum; mox divinæ ſervitutis perdit effectum. Inde primi angeli ruina fuit, qui in ſua gaudens poteſtate, à Summo ſe declinavit Bono. Et qui glorioſior fuit à ceteris in conditione, factus eſt miſerior omnibus in perditione. Unde ſe ſuperba mens erigit, inde maximè dejicitur. Ideò præcipuè neceſſaria eſt Deo ſervientibus humilitas, & obedientia. Per humilitatis gradus, ad culmen pervenitur ſublimitatis. *Chriſtus ſuis parentibus legitur eſſe ſubditus*, ut nos humilitatis ſuæ exemplo ad bonum informet obedientiæ. Quæ eſt Monachorum vita, niſi charitas, humilitas, obedientia? Hæ ſunt ſemitæ, quæ ad æternæ arcem civitatis euntem deducunt in eis. Catholica fides, quæ per dilectionem operatur, comitatur currentem in iſtis. *Luc.* 2.

Novas verò, fratres chariſſimi, (d) Hiſpanici (e) erroris ſectas tota vobis cavete intentione: Sanctorum Patrum in fide ſequimini veſtigia, & univerſali Eccleſiæ ſanctiſſima vos adjungite unitate. Scriptum eſt, *Terminos patrum tuorum ne tranſgrediaris.* Et (f) Symbolo catholicæ fidei nova nomina nolite inſerere; & in eccleſiaſticis Officiis, (g) inauditas priſcis temporibus traditiones nolite diligere: per Apoſtolicæ doctrinæ publicam ſtratam, nec per diverticula cujuſlibet novitatis, ad dexteram vel ad ſiniſtram à via regia declinate. (h) *Prov.* 22.

Sunt

(a) Hæc in edit. Quercetanâ eſt LXIX. Sed hic plura deſunt quæ ope cod. m.ſ. ſunt reſtituta.

(b) *Caret hac Epiſtola omni titulo; ſed tamen patet eſſe ſcriptam ad* Fratres Lugdunenſes: *Et hoc ex nomine Laidradi, quem Alcuinus Ep.* 6. Epiſcopum Lugdunenſem *vocat.* CAN.

(c) Electum Pontificem, *&c.*] *Ado Viennenſis de Saracenis, qui anno* 738. *à Gallia ſunt expulſi, hæc habet*: Vaſtata & diſſipata Viennenſis & Lugdunenſis provincia, aliquot annis ſine Epiſcopis utraque Eccleſia fuit, laicis ſacrilege & barbare res ſacras Eccleſiarum obtinentibus. CAN.

(d) Felicis & Elipandi errores indicat. Hiſpanicus error dicitur, quod potiſſimum apud Hiſpanos vigeret. Docebant illi Chriſtum non eſſe Filium Dei naturalem, ſed adoptivum. Adverſus eos calamum, juſſu Caroli Regis, ſæpius ſtrinxit Alcuinus. De iis vide prævias obſervationes noſtras. BASN.

(e) Hiſpanici erroris ſectas] „ Quænam hæ ſectæ Hiſpanicæ, à quibus periculum Lugdunenſibus? Cenſeo, „ quod intelligat Felicis Urgelitani & Elipanti Toletani „ Epiſcoporum hæreſim, qui Chriſtum ſecundum humanitatem adoptivum Dei filium profeſſi magnam Hiſpaniæ „ partem eo errore, Caroli Magni tempore infecerunt, de „ quibus ep 20. & 60. Extat tom. 9. Baron. an. 794. Epiſtola Caroli Magni ad hunc Elipandum hæreticum. CAN.

(f) Symbolo Catholicæ fidei nova nomina nolite inſerere] „ Tam apud Hiſpanos, quàm Gallos fuerunt Symbolo additæ quatuor illæ ſyllabæ, Filioque. Quod Leo III. vi„ dens novo more factum, vindex & cuſtos ſanctæ antiquitatis, voluit Symbolum ſine ullius verbi additamento „ permanere: Sicque duabus tabulis argenteis inſcriptum ad „ Confeſſionem S. Petri affixit, teſte Anaſtaſio Bibliothecario. Et hoc eſt, quod monet Alcuinus, nova nomina „ non inſerenda Symbolo. Poſtmodum tamen, exigentibus cauſis, recepta eſt hæc vox, Filioque, in Symbo„ lum auctoritate Apoſtolicæ Sedis. CAN.

(g) Inauditas priſcis temporibus traditiones nolite deligere] „ Leo III. dedit Francis poteſtatem cantandi Symbolum in „ Eccleſia. Sed quia addiderant vocem: Filioque, nata eſt quæ„ ſtio, num licite caneretur una cum illo additamento: conſu„ luitque Leonem hac de re Carolus Magnus ut patet ex „ Epiſtola Zmaragdi ad Carolum, ubi Acta inter legatos „ Caroli & Leonem. Et ſub finem hæc": Quale ergo dabis conſilium, ne id ipſum ad aliquod tranſeat exitium? Papa: Si prius quàm ita cantaretur, interrogatus eſſem: ne inſereretur, utique reſpondiſſem. At nunc (quod tamen non affirmando, ſed vobiſcum pariter tractando dico) quantum menti occurrit, ita mihi videtur poſſe utrumque fieri: ut paulatim in palatio (quia in noſtra ſancta Eccleſia non cantatur) cantandi conſuetudo ejuſdem Symboli intermittatur, *&c.* Si dimittatur à vobis, dimittetur ab omnibus. „ Carolum Magnum paruiſſe patet ex his verbis Alcuini: „ Qui in palatio frequens, quique alias non hortaretur Lug„ dunenſes & Lirinenſes, ne diligerent in Eccleſiaſticis „ Officiis inauditas priſcis temporibus traditiones. neque „ alio traho hæc verba. Lege Baron. tom. 2. an. 809. ubi „ benè notat ex Walfrid. Strabone uſum cantandi Symbo„ lum à tempore damnatæ hæreſis Felicianæ in Gallia & „ Germania frequentatum. CAN.

(h) Hic plura deſunt quæ leguntur in editione Quercetana. Confutat Alcuinus tres in Hiſpania (unde illam olim *tyrannorum nutricem, nunc vero ſchiſmaticorum, appellabat*) graſſantes errores. Primus fuit de adoptivo Filio. Secundus de ſale quod in ſacrificio corporis Chriſti *mittebatur*: Nunquid caro Chriſti computruit in ſepulchro, ut *nunc ſale indigeat ejus corpus in ejus ſacrificio?* Hiſpanos Theologos non fuiſſe tunc temporis Tranſubſtantiatores facile probaretur, ſi ex ſale mixto pani ducere liceret nobis argumentum. Sed alia etiam multa habet Alcuinus hanc conſuetudinem refellens, quæ lectores morari poſſunt & debent forſan. Hæc tantum ſubjicimus Verba, quæ deſunt in editione noſtra & ſubjici merentur: Hujus quoque myſteri ſanctificatio noſtræ ſalutis portendit effectum: in aqua populus intelligitur credentium: in granis tritici, unde farina efficitur *ut panis fiat*, adunatio totius Eccleſiæ deſignatur, quæ igne Sp. ſ. *in unum decoquitur corpus, ut ſuo capiti membra compaginentur.* Item in aquis quæ vino miſcentur, figura, ut diximus, gentium deſignatur: in vino autem *ſanguis Dominicæ paſſionis oſtenditur*, atque ita dum in Sacramentis aqua tritico vel *vino miſcetur, fidelis populus Chriſto incorporatus adjungitur.* Quæ omnia myſtice fiunt, ſi mentem Alcuini perpendat Lector. Tertia quoque nobis de Hiſpania de Baptiſmo quæſtio delata eſt, *nempe quod ſub invocatione Trinitatis una merſio eſt agenda.* Alcuinus qui numeris inhiabat, ut patet ex ejus epiſtolis a Mabillonio, Baluſio vulgatis, & qui inde pueriliter myſteria voluit ad fatuitatem uſque elicere, tres noctes, quas egit in ventre ceti Jonas, ſic interpretatur: *poſſunt tres noctes tres immerſiones deſignare.* Quæ quantum abſunt a genuina interpretatione, imo ratione? BASN. p. 1588. p. 1589.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Sunt etiam (*a*) versus beati Ambrosii Episcopi de ternarii numeri excellentia nobilissimi, quos ad confirmationem (*b*) trinæ mersionis huic epistolæ inserere placuit:

Omnia Trina vigent sub majestate Tonantis:
Tres, Pater, & Verbum, sanctus quoque Spiritus, unum.
Trinas scrutaris species crucis, una redemtrix.
Tertia lux Domum remeantem à morte, (c) recepit.
Trina dies Jonam tenuit sub viscera ceti.
Tres pueri cernunt Dominum flagrante camino.
(d) Ter Sabaoth Sanctum referens benedictio psallit.
Ter mergendus aqua est, cui gratia plena lavacro.
(e) Testibus adstabilis constat tribus actio cuncta.
Terno mense suis redeunt sua tempora membris.
Tres sunt ætates, flos, & (f) rubor, ægra senectus.
(g) Tres medii in causis, Judex, defensor, & actor.
Tres in secla gradus; ortus, transcursio, finis.
Tres spem quæ palpant, requies, lux, gloria vitæ.

Observatio Sabbati ante-Paschalis.

De observatione (*h*) verò sanctissimi sabbathi, quod Dominicæ resurrectionis diem præcedit, unde interrogatis, dignum nobis videtur, ut omni veneratione habeatur jucundus: & quidquid aliis diebus in quadragesimalibus epulis, seu salutis causa, seu necessitate qualibet cogente, utendum fiat, in eo die non respuendum esse, nobis videtur dignum: non ad satietatem gulæ, sed ad venerationem sanctitatis. Non itaque Deus (*i*) tantum requirit, quid manducemus, quantum consideret, qua facilitate abstineamus ab interdictis, vel qua modestia utamur concessis. In omnibus his temporum ratio, & fraterni amoris convenientia observanda est. Ideo Dominum in Evangelio legimus dixisse, dum de Joannis abstinentia, parabolam angelorum proposuit dicens: *Et justificata est sapientia à filiis suis:* id est, filii sapientiæ intelligunt in omnibus rebus ubique modestiam rationabilem, & concordiam pacificam esse laudabilem. Quæ etiam cuncta, vestra sanctitas, fratres charissimi, in opere melius agnoscitis, quàm nos verbis proferre valeamus.

Matth. 11.

Vos verò cœptum salutis æternæ iter, magna devotione mentis, & corporis peragite, quatenus ad perpetuam cœlestis gloriæ coronam pervenire mereamini: meque in sanctis orationibus vestris obsecro, ut familiariter habeatis. *Multum valet deprecatio justi assidua*, juxta Apostolum Jacobum; quantò magis multorum fratrum. Deus secretorum testis novit, quantum vos proficere in omni bonitate desidero, & de hujus mortalitatis ærumnosa miseria, ad æternitatis gaudia transire concedat. Hujus verò epistolæ exemplar fratribus qui (*k*) in insula Lirina Deo deserviunt, ut dirigere faciatis, deposco: quia illi meam parvitatem de ejusmodi quæstionibus interpellare curabant.

Jacob. 5.

EPISTOLA

(*a*) Versus B. Ambrosii] An *Ambrosius Mediolanensis?* An *Ambrosius Episcopus * Alexandrinus?* qui *Mediolanensi* æquævus fuit, scripsitque teste *S. Hieronymo de script. Eccles.* volumen multorum versuum de dogmatibus: ut aliquis ex Græco hos transtulerit. An *Ambrosius Anagninus Episcopus*, qui circa an. 743. Concilio sub Zacharia interfuit? At Beatum vocat, quod Mediolanensem suadet. Sed versus horridiores sunt, quàm ab illo melleo. Sane nec illi nimis compti, quos Biblioth. SS. PP. sub finem 8. tom. nomine S. Ambrosii dedit. Tum fieri potest, ut Alcuinus Ambrosianos crediderit, qui alterius auctoris fuerint. CANIS.

* Errat hic Canisius, nullus alius Ambrosius Alexandrinus præter amicum Origenis, qui longe ante Mediolanensem obierat, nullus tunc temporis Episcopus Alexandriæ Ambrosius dictus; nec legitur apud Hieronymum, quod Canisius hic indicat. BASN.

(*b*) Trinæ mersionis] *quam in Baptismo retinendam esse multis ostendit ep.* 60. CAN.

(*c*) Recepit] *m.s.* suscepit. CAN.

(*d*) Ter Sabaoth] *m.s.* Tres. CAN.

(*e*) Testibus] *Expressit illud Matth.* 18. Ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. CAN.

(*f*) Rubor] *m.s.* robor. *an robur?* CAN.

(*g*) Tres medii] *m.s. vitiose*: Tres moduli. *Medius tali significatu sæpe usurpatum. Sidonius lib.* 2. *ep.* 1. Quicquid sperandum quicquid desperandum est, fieri te medio, te præsule placet. *Vide, quæ notat Savaro hic in Sidonium.* CAN.

(*h*) Hæc non leguntur in editione Quercetanâ. BASN.

(*i*) Tantum requirit] *In m.s. vitio librarii erat*: Adquirit quid manducemus, quanta confideret. CAN.

(*k*) In insula Lirina.] *Monachos celeberrimi cœnobii Lirinensis intelligit, de quo Sidonius lib.* 8. *epist.* 14. *& lib.* 6. *epist.* 1. *Qui* preces insulanas *vocat preces Monasterio Lirinensi consuetas.* „ Precum peritus insulanarum, *inquit Sidonius* „ *lib.* 9. *epist.* 3. *ad Faustum*, quas de palestra congregatio„ nis eremitidis, & de senatu Lirinensium cellulanorum. De Statutis Lirinensium monachorum Hilarius Arelatensis in vita S Honorati, & Eucherius de eremo. Lirinensis insula feminarium Episcoporum sanctorum dici potest, tot enim ex illa monachi in Episcopos assumpti sunt. Hinc Cæsarius Arelat. homel. 25. „ Hæc est, quæ eximios nutrit mo„ nachos, & & præstantissimos per omnes provincias ero„ gat sacerdotes: ac si quos accipit filios, reddit Patres; „ & quos nutrit parvulos, reddit magnos. *Sidonius carm.* „ 16. *ad Faustum*:

Seu te Lirinus priscum complexa parentem est,
Qua tu jam fractus pro magna sæpe quiete
Discipulis servire venis, vixque otia somni
Vix coctos capture cibos, abstemius ævum
Ducis, & insertis pinguas jejunia psalmis;
Fratribus insinuans, quantos illa insula plana
Miserit in cœlum montes; qua sancta Caprasii
Vita senis, juvenisque Lupi: qua gratia patrem
Mansit Honoratum: fuerit quis Maximus ille,
Urbem tu cujus monachusque, Antistes, & Abbas
Bis successor agis: celebrans quoque laudibus illis
Eucherii venientis iter, redeuntis Hilari:

In quem locum, quæ oportune & erudite notat Savaro, non transcribo. CAN.

Digitized by Google

EPISTOLA IX. (a)

SÆC. VIII. ANNO 790.

(b) (Nomine Caroli Magni ad Nicephorum Imp. Conſtantinopolitanum.)

CUm in omni humanæ actionis initio Domini ſit auxilium invocandum, maximè in hoc, quod modo inter nos, Deo mediante, agitur, negotio, Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti omni modo ſunt imploranda ſuffragia: ut qui nomine illius ſignati ſumus, & in diſpenſatione paſſionis ejus ab æterno mortis periculo nos redemptos eſſe confidimus, ea quæ ipſo inſpirante inchoamus, ad honeſtum & utilem perfectionis terminum perducere mereamur: in cujus nomine, atque honore legatum fraternitatis tuæ, quem ad bonæ recordationis filium noſtrum Pipinum regem miſiſtis, Arſatium ſcilicet, glorioſum ſpatarium ad nos cum verbis, & literis.... tuæ, benignè atque honorificè ſuſcepimus. Et quamvis ad nos miſſus non fuiſſet, veluti ad nos miſſum, adhibita diligenti cura, & audivimus, & cum eo, de his, quæ detulit, quia prudentem animadvertimus, colloquutionem habuimus. Nec immeritò, cum tanta eſſet, non ſolùm in literis, quas attulit, ſed etiam in verbis, quæ ex ore illius noſtris auribus inſonuerunt, optatæ ac ſemper optandæ pacis copia, ut valdè nos, & quibuſcunque Deum amantibus hujuſcemodi legatio placere potuiſſet: quæ utique tanto fuit charitatis, ac pacis favo reſperſa, ut in palato cordis cujuſque fidelis veram poſſent ſapere dulcedinem; poſſetque judicari penitùs inſipiens, cui talia videntur inſipida.

Hæc ep. ſcripta fuit an. 810. vel 811. Scriverius not. m. ſ.

Propter quod poſtquam illum in fines regni noſtri perveniſſe comperimus, veluti præſcii optimæ ac Deo complacitæ legationis ejus, temperare nequivimus; oportunè eum ad noſtram præſentiam venire fecimus: maximè tamen, quod is, ad quem illum miſſum eſſe conſtabat, dilectus filius noſter Pipinus Rex, divino judicio jam rebus humanis exceſſerat; neque nos illum cum infecto negotio tanto, ad quod perficiendum directus erat, vacuum reverti, pati potuimus.

Et non ſolum propter hoc, ſed etiam quod ex tempore, quo (c) primo imperii tui anno, (d) Michaëlem Metropolitanum, & populum, aſſiduum, (e) Abbatem, (f) Calliſtumque

(a) In edit. Quercetanâ eſt ep. CXI. ſed non eſt Alcuini. Quippe in ea fit mentio Pipini Longobardorum Regis jam defuncti; at ante Pipinum obierat Alcuinus. BASN.

(b) „ Licet in m. ſ. codice nullus titulus ſit præfixus huic „ epiſtolæ, certum eſt ſcriptam eſſe nomine Caroli Magni „ ad Nicephorum Imperatorem Conſtantinopolitanum poſt „ mortem Pipini Regis Italiæ, qui obiit 8. Id. Julii anno „ 810. Meminerunt autem Annales legationis quam Nice„ phorus tum temporis ad Carolum miſerit. Quoniam ve„ rò Odorannus Alcuinum anno 803. obiiſſe ſcripſit, aut „ hanc epiſtolam ab eo non ſcriptam, aut Odorannum fal„ ſum eſſe oportet. CAN.

(c) Primo imperii tui anno] „ Illuſtriſſimus Baronius „ tom. 9. ex Egoliſmenſi meminit hujus legationis: eam„ que ad ſecundum annum imperii Nicephori referri debe„ re putavit; ad annum nimirum Chriſti 803. CAN.

(d) Michaëlem Metropolitanum] „ Nomina horum le„ gatorum, quæ apud alios variant, hic à typographo, „ non, ut voluimus, reddita ſunt. Codex m. ſ. ita claris „ literis habet": Michaëlem Metropolitanum, & populum aſſiduum, Abbatem, Caliſtumque glorioſum candidatum, ad c. n. p. & f. a. a. h. d. in c. c. l. tua miſit dilectio, veluti in ſpecula poſiti. *Ut per populum aſſiduum intelligat comitatum legationis frequentem; deinde etiam Abbatem quendam adfuiſſe, cujus nomen non exprimatur. Egoliſmenſis multum hic in nominibus variat, in vita Caroli Magni.* Miſſi Domni Imperatoris de Conſtantinopoli reverſi ſunt: & venerunt cum eis legati Nikifori Imperatoris, qui tum Rempublicam regebat (Nam Herenam * poſt adventum legationis Franciæ depoſuerunt) quorum nomina fuerunt, Michaël Epiſcopus, Petrus Abbas, Caliſtus Abbas, Candidatus Abbas. Qui venerunt ad Imperatorem in Germaniam ſuper fluvium Sala, in loco, qui dicitur Salts, & pactum faciendæ pacis in ſcripto ſuſceperunt. Et demiſſi cum epiſtola Imperatoris Romam regreſſi, & Conſtantinopolim reverſi ſunt. *Idem Michaël poſt necem Nicephori anno* 811. *à Michaële Imperatore ad Carolum Magnum legatus miſſus eſt unà cum Arſafio & Theognoſto, ut refert Egoliſmenſis ibidem. Hermannus noſter anno* 811. *hæc*: Heyto Abbas Augiæ & Epiſcopus Baſileæ cum Hugone & Haione Comitibus Conſtantinopolim miſſus hodœporicum ſuum ſcripſit. Interim Nicephorus Imp. cum Bulgaribus pugnans occiſus. CAN.

(e) Abbatem] „ Quodnam hujus Abbatis nomen? Ego„ liſmenſis tres Abbates hac legatione functos ait, Petrum, „ Candidatum & Caliſtum. De Petro aſſentior. De duobus „ jamjam diſpiciemus. Invenio etiam à Carolo Magno ad „ Michaëlem. Imp. anno 813. miſſum eſſe quendam Petrum „ Abbatem Monaſterii Nonantulæ in Italia. An hic accitus „ à Nicephoro, veluti gnarus moris & oris, legationem „ obiit ad Carolum, & à Carolo denuo ad Conſtantino„ politanos? Non definio. CAN.

(f) Calliſtumque glorioſum Candidatum] „ Non poſſum „ aſſentiri Egoliſmenſi, qui Caliſtum & Candidatum Abba„ tes facit. Caliſtus dignitatem illam invidia & potentia ple„ nam habuit Candidati: quod patet ex eo cum glorioſus „ Candidatus appellatur. Scio Candidatos fuiſſe inter mili„ tes, quos Vegetius Candidatos duplares vel ſimplares. In „ paſſione Fauſtini & Jobitæ": Tradidit hunc Sapricio primicerio ſcholæ Candidatorum. *Hieron. in Hilarione:* Candidatus Conſtantii Imperatoris. *Procopius* 3. *de bell. Goth.* ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ δορυφόρος, ἐπεὶ ἐς τοὺς καλουμένους τελῶν ἔτυχε *Victor Tunnunenſis in Chronico, quod nuper ex m. ſ. bibliotheca Toletana edidimus, laudat Juſtinianum* Candidati militia functum ſub Juſtino Imp. „ Vide Cujacium ad lib. 12. Cod. tit. 33. Item in Pa„ ratitl. DD. lib. 1. tit. 13. & in paratit. in Cod. lib. 1. tit. „ 30. ubi erudite oſtendit, Candidatos Cæſaris in numero „ quæſtorum fuiſſe. Qualem ſe fuiſſe cum fratre Velleius * Irenem. „ Paterculus ſcribit, & ab eo honore ad præturam conſcen„ diſſe. Recitabant Imperatores ſuas orationes, epiſtolas & „ & libellos in Senatu per Candidatos. Auctor Martyrii „ S. Stephani ſub Conſtantino Copronymo paſſi apud S. „ Damaſcenum in fine meminit Calliſti cujuſdam, qui an„ no 762. ſæviit in Catholicos": Calliſtum quendam Patritii ordinis ſumma ſecum familiaritate devinctum, atque ſuam hæreſim apprime callentem, & eximia dicendi facultate præditum ad ſe accerſit. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

ſtumque glorioſum candidatum, ad conſtituendam nobiſcum pacem, & fœderanda, atque adunanda hæc duo in Chriſti charitate, longæva tua miſit dilectio, veluti in ſpecula poſiti, longa fuimus exſpectatione ſuſpenſi, præſtolantes, ſive per legatum, ſive per epiſtolam, quando meritorum ſcriptis noſtris, amabilia fraternitatis tuæ reſponſa ſuſciperem. Jamque, ut ſe habet humanæ mentis infirmitas, prope deſperatio cordi noſtro incipiebat oboriri: Sed fidentes, ſperabamus in eo, qui nunquam deſerit ſperantes in ſe, quod ſecundum Apoſtolum, *labor noſter in ipſo vacuus, & inanis eſſe non deberet:* ac deſiderium noſtrum, quod, ut confidimus, ipſius inſpiratione concipimus, *ſecundum divitias miſericordiæ ſuæ, complere, & quandocunque ad effectum perducere deberet.* Idcirco audito adventu memorati legati dilectionis tuæ, (a) Arſatii glorioſii ſpatarii, magnoperè gaviſi ſumus, confidentes, nos de rebus incertis ad optatam certitudinem perventuros, & de his, quæ prædictis miſſis tuis ad te perferenda dedimus, reſponſum eſſe recepturos. Et re vera ita factum eſt. Senſimus enim ex parte mea, quod deſiderabamus, ad completionem votorum noſtrorum, divini favorem auxilii, & in verbis, ac literis, quæ per legationem memorati legati perlata ſunt, quamvis ad filium noſtrum ſcripta, & directa eſſent, non minimam nos deſideratæ reſponſionis accepiſſe portionem.

1. *Theſſ.* 3.

Philip. 4.

Proinde omnipotenti Deo, non quales debuimus, ſed quales potuimus, gratias agimus, quod cordi dilectionis tuæ, quam quæſivimus, ac deſiderabilem pacis voluntatem inſpirare dignatus eſt, orantes ſecundum Apoſtolum, *ut Deus, qui vobis in hac pace, velle tribuit, ipſe perficere tribuiſſet.* Propter quod nihil morantes, ſed omni cunctatione, ac dubitatione penitùs abjecta legatos noſtros præparavimus ad tuam (b) amabilem fraternitatem dirigendos.

Philip. 2.

EPISTOLA X.

Domino deſiderantiſſimo, & omni ſapientiæ decore clariſſimo, David Regi.

Flaccus Albinus, perpetuæ pacis, & gloriæ ſalutem.

SOlent itaque de fonte charitatis ſæpius verba fluere ſalutationis; vel, ſi longinquitas terrarum vocis officia neget, apices dilectionis atramento formati multoties recurrant.

Idcirco ſupplici voto deprecor, ut liceat noſtræ parvitatis chartulam, ad veſtræ auctoritatis præſentiam ſæpius recurrere, ferentem quæ vel veſtræ ſapientiæ jocunda, vel noſtræ parvitati neceſſaria eſſe arbitremur, & opportuna tempori. Flaccus veſter legatur in literis, qui quondam audiebatur in verbis.

(a) Arſatii glorioſi ſpatarii] „ Ita corrigo: nam paulo ſu„ perius vocat Arſafium glorioſum ſpatarium. Egoliſmenſis „ vocat hunc Arſafium, Protoſpatarium. De dignitate & „ veſtitu Protoſpatarii lege Curopalatam de officiis Conſtan„ tinop. palatii: ſed ne quid celem, quem ſupra typogra„ graphus Arſatium dedit, m. ſ. codex ita dubia litera ſcri„ bit, ut neſcias Arſafium ne, an Arſafium vocet. Quare „ utrobique Arſatium appello. Hic locus in m. ſ. claris literis „ ita habet: *Arſafidi glorioſi patrii:* an legendum, Patriiti? „ Non definio. Scio ex Theophane à proceribus Princi„ pem conjurationis contra Nicephorum electum eſſe Arſatium Quæſtorem & Patritium, virum pium & rationabiliſſimum. Quod cum multiformiter Nicephorus cognoviſſet, ipſum quidem cæſum ac tonſum monachum fecit & exilio relegatum in Bithyniam miſit. „ At hæc contigerunt „ anno 807. Nicephori ſexto: noſter verò Arſafius anno „ 811. à Michaële Imp. ad Carolum Magnum iterum lega„ tionem obiit: unde patet alium eſſe: niſi quis dicat à „ Michaële Nicephori ſucceſſore Arſatium ab exilio revo„ catum. Ego malim Arſafium retinere, & ab Arſatio di„ ſtinguere. CAN.

(b) Amabilem] *m. ſ. animam amabilem fraternitatem.* CAN.

EPISTOLA

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA XI. (a)

(a) Hæc ep. est IV. apud Quercetanum.

Domino dulcissimo, & verè dilectissimo David magnifico, atque à Deo coronato Regi.

Flaccus veteranus miles perpetuam salutem.

LOetissima mihi literarum vestrarum chartula occurrit, febricitantem refocillans, dormientem resuscitans, imò & inertiæ morbo torpentem, ad antiquas studens reformare vires, & dulcem versificationis melodiam, inter horribiles armorum strepitus, & inter raucos tubarum sonitus admonuit miscere: quatenus truces animorum motus aliqua musicæ suavitatis melodia mulcerentur: etsi vestræ mentis nobilissima stabilitas, in unâ eâdemque soliditatis Arch (b) secum perpetualiter permaneat, & in mediocritatis libramine inconcussa fortitudine vigeat; tamen ut puerorum sævitia vestrorum, cujuslibet carminis dulcedine mitigaretur, voluistis etiam, & hoc ipsum sapientissimo consilio prævidistis. Quia sæpe iratæ mentis asperitas, salubris consilii non invenit (c) affectum, sicut assidua quoque mollicies animi enervare solet fortitudinem. Sed inter hæc morborum genera medio tramite prudens temperamentum consistit; inde tumentem furorem mitigans; hinc, desidem animum erigens, & via regia, in pacis consilio cuncta componit. Quod, militantibus, virtutis genus maximè necessarium esse, in antiquis historiarum libris legimus: ut cuncta, sapiens temperantia, quæ agenda sint, regat, atque gubernet.

(b) l. arce.

(c) effectum.

Nam tria videntur in hoste considerandâ: Virtus, dolus, pax. Primò, an publica virtute vinci valeat adversarius. Sin autem: ad fraudes, & ingenia, dolos, res referenda est. Et, si nec hoc proficit; tunc pacis consilio inimicitiarum odia esse delenda videntur. Tamen si immites animos aliquid Flacciana valeat fistula mulcere, omni solicitudine esse reor, secundum oportunitatem temporis & personæ perficiendum. Ego verò Flaccus tuus interim vado perficere fideliter cum omni instantia, quod vestra dulcissima auctoritas mihi per Magenfredum fidelem vestrum demandare voluit. Et sciat certissimè bonitas vestra, quod nullus majus desiderium habet, sicut justum est, vestri auxilii supplementum implere.

Igitur amicus dicitur; quasi animi custos, id est, qui animum amici sui, cum omni solicitudine fidei studet custodire integrum, quatenus nullatenus sacrum amicitiæ jus alicubi violetur. Et hoc, rari sunt, qui intelligunt. Pœnè unusquisque secundum animi sui qualitatem, non alterius animi, qui amicus est hujus, satisfactionem, amicitiam custodire quærit. Et si hoc in amico, & coæquali diligenter observari debet, ut inviolata animi integritas permaneat illius; quantò magis in domino, & in tali persona, quæ suos subditos, omni honore exaltare, & gubernare amat? Veterum itaque proverbialis fulget sententia; *Amicus diu quæritur, vix invenitur, difficile servatur.* Et in sancta Scriptura: *amico fideli nulla est comparatio.* Nunc igitur, quam diu quæsivimus inter martia tela, (a) Martis stella subito effulsit, quam sol diutissimè tenuit, sed Nemeæi leonis terrore reliquit, qui ob memoriam Herculeæ fortitudinis cœlo inditus esse refertur; (b) traditaque est cancro per (d) menses tres: (c) dierum hîc multum dimisimus. *Eccles. 6.*

(d) l. per bimenstres.

Quod

(a) Martis stella] „ Ex his colligere licet an. 709. esse „ scriptam hanc epistolam. Tunc enim stellam Martis ite- „ rum comparuisse Mathematici illius temporis sibi gratulati „ sunt. Neque enim hunc locum Alcuini aliorsum traho. „ Egolismensis in vita Caroli Magni": Hoc anno, id est, ab Incarnatione Domini 790. sydus Martis à superioris anni Julio usque ad hujus anni Julium nusquam in toto cœlo videri potuit. *Et hoc est, quod Alcuinus ait*: quam sol diutissime tenuit, sed Nemeæi leonis terrore liquit. *Nam 23. vel 24. Julii Sol Leonis signum init.* CAN.

(b) Traditaque est cancro] *m.s.* traditaque est cancro per bimenstras dierum hic multum dimisimus. CAN.

(c) Hic multa desunt, quæ leguntur in editione Quercetanâ p. 1573. ad 1475. in ea agit I. de libello Felicis. Orat Carolum ut Paulino Aquilejensi tum etiam Theodulpho mittatur, ut singuli pro se respondeant. II. resolvit quasdam quæstiones levissimas in Psalmos sibi propositas. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Quod verò ſanctiſſima veſtra benevolentia nos admonere curavit, Ægyptiacum puerum percunctari, de adminiſtrandis quibuſdam ſupputationibus decem horarum, vel quadrantalis ſupputationis, omnino gratiſſimè accepit animus meus, ut liceat interrogare, à nobis ignorata, vel per vos corrigere errata. Nam inter familiares perſonas, & ſacra charitatis nomina obſervari debet, ut in literis diſcurrentibus magis emendatio ſonet, quàm reprehenſio. Eo modo omnes diſcere, intelligere, & ad veritatis viam pervenire valent. Equus quatuor habens pedes ſæpe cadit: quantò magis homo unam habens linguam, per vices cadit in verbo. Nec me piget percunctari, audire, conſentire veritatis rationi,

Nulla ætas, ut ait Comicus, ſera debet eſſe ad diſcendam ſapientiam. Quapropter quæro, & quærens diligenter audire cupio, quid ſit immutandum in ſupputationibus decem horarum, & dimidia per ſingulos menſes: quid contra rationem naturæ inveniatur in ſupputatione, quam chartula noſtra veſtræ direxit auctoritati. Niſi fortè notaria manus verba, ſyllabas, vel literas immutaſſet, quod ſæpe evenire ſolet, non ſolùm latinis, ſed etiam Ægyptiacis pueris, ſicut in priore chartula noſtra, de ſaltus diminutione, per veſtram devotiſſimam inquiſitionem factum eſſe cognovi, & ità error ſcribentis quodammodo dictanti deputabatur.

Sed obſecro, ut piiſſima bonitatis veſtræ ſapientia, meum magis emendare curet errorem, quàm ſcripta parvitatis meæ in manus mittere reprehendentium. Sunt enim qui ſibi laudem quærunt ex alterius reprehenſione: & hæc eſt infirma laus, & non valde laudabilis. Melius eſt amicum emendare, quàm reprehendere: ſapientem ſe oſtentare, quàm mordaciter alterum notare. Nunquam ſcripſiſſem talia, ſi veſtram bonitatem noſtræ inſcientiæ defenſorem, vel emendatorem eſſe, non crederem.

EPISTOLA XII. (a)

Domino deſiderabiliter venerabili, & venerabiliter deſiderabili David Regi.

In fide & charitate Albinus ſalutem.

LIteris veſtræ nobiliſſimæ pietatis acceptis, in quibus veſtram nobis valde amabilem ſanitatem, & cuncto Chriſtianitatis imperio perneceſſariam proſperitatem cognoſcens, totum cordis mei affectum in gratiarum actiones Chriſto clementiſſimo Regi effudi. In quibus, laudabilibus quoque veſtræ ſapientiæ apicibus, meam, ut ſoliti eſtis, ſegniciem, per interrogationes prudentiſſimas ſagaciter excitare velle inveni: imò per inquiſitiones magis docere, quàm ignorata diſcere agnovi, quia ſapienter interrogare, docere eſt; veluti in veſtræ auctoritatis pagina ſcriptum reperimus, ubi poſt congruam ſententiam veridico ſermone exaratum perſpeximus.

(a) Hæc epiſtola apud Quercetan. eſt VI. Sed hic eſt breviſſima, illic vero multo prolixior I. ibi exponit queſtionem militis cujuſdam, qui præceptum datum à Chriſto gladios emendi conciliare non poterat cum verbis illis ejusdem Chriſti: *qui utetur gladio peribit gladio.* II. contendit Presbyteros prædicare poſſe. III. queritur altaria abſque tecto avium ſtercoribus & canum mictu eſſe violata. BASN.

EPISTOLA

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. Edit. Querc. IX

EPISTOLA XIII.

(a) Eidem.

OPtata mihi, & diu desiderata vestræ bonitatis literarum facies subitò effulsit, permulto tempore avidos videndi oculos, sanctissimi vestri nominis apices refecerunt. Et licet aliquid reprehensibile sequenti serie de meis cantitassent literulis, tamen omnia melliflua dulcedine hausi: dum hoc desiderabile, & multum mihi amabile in primo capite nomen apparuit: gratissimum mihi etiam fore fatebor, ut sic vel beatitudinis vestræ syllabas merear osculari; ut quod perpetua, & inviolata non potuit promereri dilectio, saltem reprehensionis materia subito extorqueret: sciens meliora esse vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.

Nec mirum, si tarditas asselli sustineat in dorso flagellum. Ego tardus, ego meimetipsius immemor, vestrorum forsitan dignè puerorum sustinui flagellum. Entellus senior effœto corpore dudum cæstus deposuit suos, & ætate florentibus cedit illos indui. Ideo aliquis illorum seniorem & ingenti pugno percussit: ita ut caligo obversaretur oculos senioris, & vix resumptis viribus frigidus circa præcordia recaluit sanguis. Et, ut ad rem veniam, ac ignorantiæ fomentis caput percussi medicari incipiam. Ego imperitus, ego ignarus, nescius Ægyptiacam scholam in Palatio Davidicæ versari gloriæ..... (b)

Videtur finis deesse.

EPISTOLA XIV. (a)

(a) E. Q. est X.

Det tibi perpetuam clemens in secla salutem,
Et decus imperii, David amate, Deus.

VEnerandæ auctoritatis vestræ omni melle dulciores apices per aridos Belgicæ latitudinis iter agenti campos occurrerunt mihi, in quibus dum vestræ beatitudinis prosperitatem legens intellexi, & fidelium vestrorum amabilem perspexi salutem, totum me in gratiarum actiones Domino Deo Jesu Christo contuli; felicia Christiano populo tempora, in vestræ felicitatis exaltatione & salute, certissimè sciens, pro qua semper Deum deprecari gaudeo, eandem semper audire desidero, & quasi optatum, à Deoque destinatum munus, omnino gaudeo, vestram incolumitatem cupiens semper audire. Quis enim est, qui non gaudeat de sui capitis perfecta integritate, nisi fortè furibundus, vel insanus? Et si juxta Apostoli sententiam, *Nemo carnem suam odio habet, sed eam fovet & nutrit*: quantò magis in capitis sanitate, in quo est totius corporis perfectio & gloria, omnis membrorum compago congaudere debet? (c)

Ephes. 5.

(a) „ Hæc epistola licet careat inscriptione in m. s. patet „ tamen ex epistola II. esse item ad Carolum Magnum „ scriptam: in qua quoque finis deesse videtur. CAN.

(b) Revera quædam desunt; nam prolixissima est apud Quercetanum & agit de Saltu Lunari. BASN.

(c) Hic etiam multa desunt, quæ ex cod. m. s. restituit Quercetanus: agit Alcuinus de quibusdam supputationibus Lunaribus. BASN.

EPISTOLA

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790. E. Q. xxxi. pag. 1544.

EPISTOLA XV.

Sanctiſſimis in Chriſto fratribus, & (a) beato Martino Confeſſori Chriſti ſervientibus.

Humilis Levita Alcuinus ſalutem.

Adhortatio ad pietatem.

EX quo veſtram beatitudinem ſcire potui, ſemper amare volui quia ſanctitas veſtra cordi meo amorem infundit veſtri, optans unus eſſe ex vobis, ut ſi meritis eſſe nequiviſſem, charitate tamen fraternæ dilectionis conjunctus eſſem, quatenus in die magno reſurrectionis omnium particeps eſſem eorum, quos tantus paſtor ſuo Regi præſentabit. O felix familia, tali gaudens paſtore, talem habens in die Domini ductorem. Felix, qui ejus tota voluntate ſequitur veſtigia, ut illius inhærens præceptis, ipſius mereatur conſociari gloriæ. Ut hoc fieri valeat, nulla vos ſeculi concupiſcentia; nullum carnale deſiderium abſtrahat: nec veſtræ ſalutis voſmetipſos negligentes eſſe decet: nec paratam vobis à Deo gloriam parvi pendere. Habetis enim Dei gratiam auxiliantem vobis, & magnum interceſſorem, S. ſcilicet Martinum, deprecantem quotidie pro vobis: quia, in cujus ſervitio quotidie ſtatis in domo ſua, illum habetis in cœlis omni hora ſuffragatorem.

Quapropter, dilectiſſimi fratres, diligentiſſimè contendite, ut ſæpius vos inveniat viſitatio ſui ſanctiſſimi ſpiritus in laudibus divinis vigilantes. In loco, in quo elegit ſibi requiem dulciſſimam, ſic fundite preces veſtras, quaſi præſente Deo loquentes, & Sanctis ejus: nec ſit aliud in corde, aliud in ore: quia homo audit, quod os loquitur: Deus inſpicit, quod cor cogitat: quia cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Et qui ſe humiliat, exaltabitur. Per humilitatem verò, obedientiam, & charitatem, monachus cœlum aſcendit.

Non eſt igitur laudabile, in veſtimentis habitum imitari patrum, ſine obſervatione mandatorum, quæ illi ſtatuêrunt Deo ſervientibus. Qui foris in oculis hominum ovis in veſtimentis videri cupit; intus ante conſpectum Dei per cordis ſecreta eſſe contendat, quod foris ante homines putari cupit.

Charitas igitur quam Deus præcepit, duplex eſſe debet, id eſt, Dei, & proximi. Una, quæ ſupra nos eſt, id eſt Deus: altera, quæ juxta nos eſt, id eſt homo. *Deus* ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota diligatur virtute: Proximos verò ſicut noſmetipſos diligamus. Si quærit quiſlibet, quis ſit proximus; omnem Chriſtianum intelligere debet, veluti in Evangelio legimus de Samaritano, qui vulneratum adjuvit. *Luc. 10.* Item obedientia duplex eſſe debet; id eſt, & mala non facere, quæ prohibentur: & bona facere, quæ jubentur. Et hæc duo, id eſt charitas, & obedientia, cum ſumma jubentur humilitate impleri. Hæc ſunt tria præcepta, quæ aperient monachis portas cœli.

His itaque quaſi radicibus, aliæ ſuccreſcunt virtutes, quaſi ramorum fertilitas, quibus fructus vitæ naſcitur æternæ. Nec me, rogo, ſanctiſſimi patres & fratres, præſumtuoſum æſtimate, cur vobis hæc ſcriberem. Charitas mea compulit, in has prorumpere literas, optans vobis omnia bona à Deo donari, ut in ſeculo honorem habeatis cum hominibus, & in futuro ſeculo vitam æternam cum ſanctis Dei.

Vos verò ſeniores, in ſpiritu manſuetudinis, ſicut Apoſtolus præcepit, *juniores veſtros admonete*, quia illorum ſalus, veſtra eſt merces. Illorum eruditio, veſtra eſt remuneratio. Quia qui arborem plantat, mercedem de fructu illius accipere cogitat. Habete adoleſcentes, quaſi filios, quatenus illi vos habeant, ut patres. Exemplis bonis illos inſtruite: admonete, ut chariſſimos: caſtigate, ut conſervos: quia hæc eſt fraterna charitas, & omnes, quaſi voſmetipſos ad coronam ſupernæ beatitudinis perducere ſtudeatis. *I. Cor. 4.*

Adoleſcentes verò ſenioribus, quaſi patribus, ſubditi eſtote, ſicut de Domino Chriſto legitur in Evangelio, *quòd ſubditus eſſet ſuis parentibus*. Si verò Deus homo, *Luc. 1.* &

(a) B. Martino ſervientibus] *ſcripta eſt ad fratres Turonenſes: quod patet ex illis*: In loco, in quo elegit ſibi requiem dulciſſimam. „ Nam Turonis ſepulchrum S. Martini „ fuiſſe miraculis coruſcum, & non ſemel à Carolo Magno „ orationis cauſa frequentatum, patet ex Eginhardo. Can.

Digitized by Google

& dominus omnium, ſubditus eſſe non dedignatur hominibus: quantò magis & vos pueri, adoleſcentes ſubditi eſſe debetis magiſtris veſtris, ut per illorum bonam doctrinam proficere, & florere, & exaltari in Eccleſia Chriſti, & ad vitam æternam cum illis, Deo donante, pervenire mereamini. SÆC. VIII. ANNO 790.

Pro me ſemper intercedere dignemini, quatenus veſtris precibus veniam merear accipere peccatorum, & amabilem vobiſcum in die noviſſimo Domini noſtri Jeſu Chriſti audire ſententiam: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Matth. 25.

Vos æterna Dei conſervet gratia fratres.
Nominis atque mei memores ſine fine valete.

EPISTOLA XVI.

E.Q.xxxii.

(a) Præcipuæ dignitatis paſtori (b) Ill. Epiſcopo, & omni congregationi in Eccleſia S. Andreæ Deo ſervientium.

Alcuin. veſtræ clientellus ſanctitati.

PArvitatis meæ literulas dirigere curavi, ut & pactum antiquæ familiaritatis innovarem, & me veſtris ſacratiſſimis commendarem orationibus. Uniuſcujuſque in ſecreto oratio ad aures omnipotentis Dei. Et ſi *unius*, juxta Apoſtolum, *multum valet deprecatio juſti*, quantò magis & totius ſanctiſſimæ congregationis in Chriſto, quorum quotidie canonicis horis pacificæ unanimitatis poſtulationes cœlum penetrare credendum eſt etiam, & ſingularius pervenire non dubitandum eſt. Quapropter cum omni petitionis humilitate, meipſum etiam unicuique, & communibus omnium, & ſpecialibus ſingulorum, quantum ea valet apud veſtram pietatem deprecatio, commendo orationibus, ut per veſtræ ſanctitatis preces meorum catenis peccatorum abſolutus, fratres chariſſimi, vitæ januas ingredi merear. Jacob. 5.

O nobiliſſima Sanctorum progenies patrum illorum honoris, venerabiliſque vitæ ſucceſſores, & pulcherrimorum habitatores locorum, veſtrorum ſequimini veſtigia patrum, ut (c) de his pulcherrimis habitationibus, ad eorum, qui vos genuerunt, æternæ beatitudinis conſortium, in cœleſtis regni pulchritudinem, Deo donante, pervenire mereamini.

Dei diſcite ſcire, & implere præcepta, illo dicente, *Si vis vitam ingredi, ſerva mandata.* Ideo neceſſaria eſt ſanctorum lectio librorum: quatenus in eis quiſque inveniat, quid ſequi, vel quid cavere debeat. Maneat verò in vobis lumen ſcientiæ, & per vos aliis luceat Eccleſiis: ut veſtra laus in ore reſonet omnium; & vobis in cœlis merces maneat æterna. Unuſquiſque proprii laboris mercedem accipiet. Pueros Matth. 19.

ado-

(a) „ Non exprimitur, cui inſcripta ſit hæc epiſtola. Sed „ ſcriptam ad Ethelbrethum Epiſcopum Hauguſtaldenſem, „ diſertè ait Willielm. Malmesbur. de Pontif. Angl. lib. 3". Accæ, Fredebert: ei Tilbert: ipſi quoque Ethelbreth ſucceſſit. Ad hunc & congregationem ejus eſt epiſtola Alcuini, in qua inter cætera dicit: O nobiliſſima progenies ſanctorum patrum, illorum honoris venerabiliſque vitæ ſucceſſores & pulcherrimorum habitatores locorum, veſtrorum ſequimini veſtigia patrum: ut de his pulcherrimis habitationibus ad horum, qui vos genuerunt, æternæ beatitudinis conſortium pervenire mereamini. Poſt Ethelbrethum tres tantum Epiſcopi Hauguſtalden. fuere: Herdred: Eambertus: Thiffriddid. Exercitus enim Danorum, qui jam tempore Alcuini metuebatur, veniens, habitatoribus extinctis vel effugatis, habitaculorum tecta ſuccendit. *Hæc Malmesb.* CAN.

(b) *Ethelbreth Epiſcopo Hauguſtaldenſi.* vel Ædilberto.

(c) De his pulcherrimis habitationibus] „ De Hauguſtaldenſi fabrica, quæ Romanam magnificentiam æmulari „ velle videbatur. Malmesbur. ibid". Hauguſtaldehem vocatur locus quinquaginta ab Eboraco milliaribus diſparatus, fiſco regio famulabatur, quando eum beatæ memoriæ Wilfridus à beatiſſima Ætheldritha Regina pro aliis poſſeſſionibus commutavit. Ibi ædificia minaci altitudine murorum erecta, & diverſis anfractibus per cochleas circumducta, mirabile quantum expollivit; arbitratu quidem multa proprio, ſed & cæmentariorum, quos ex Roma ſpes munificentiæ attraxerat, magiſterio. Ferebaturque tunc in populo celebre, ſcriptiſque etiam eſt inditum, nuſquam citra Alpes tale eſſe ædificium. Nunc qui Româ veniunt idem allegant, ut qui Hauguſtaldenſem fabricam vident, ambitionem Romanam ſe imaginari jurent; adeo tot temporum & bellorum injuriæ venuſtatem ædificiis non tulere. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

adoleſcentesque diligenter librorum ſcientiam in via Dei docete, ut digni veſtri honoris fiant ſucceſſores etiam, & interceſſores pro vobis.

Preces pro mortuis.

Suffragia verò viventium, proſunt morientibus vel ad veniam peccatorum, vel ad majoris gloriæ augmentum. Qui non ſeminat, non metet: & qui non diſcit, non docet. Et talis locus ſine doctoribus, aut non, aut vix ſalvus fieri poterit. Magna eſt eleemoſyna, pauperem cibo paſcere corporali; ſed major eſt, animam doctrina ſpirituali ſatiare eſurientem. Sicut paſtor providus gregi ſuo optima providere paſcua curat: ita doctor bonus ſuis ſubjectis perennia paſcua vitæ omni ſtudio procurare debet. Nam multiplicatio gregis gloria eſt paſtoris: & *multitudo ſapientium, ſanitas eſt orbis.*

Sap. 6.

Scio vos, ſanctiſſimi patres, hæc optimè ſcire, & voluntariè implere. Sed caritas dictantis ab ore rapuit verba, credens vos pia velle humilitate legere, quæ ſobria in Dei dilectione dictavi devotione. Iterum iterumque obſecro, ut mei nominis inter familiares veſtros memoriam habere dignemini.

Almitatem veſtram pro tota Dei intercedentem Eccleſia, ipſe Deus Chriſtus exaudiat: vosque ad æternæ beatitudinis gloriam pervenire concedat chariſſimi fratres.

EPISTOLA XVII.

Ad Pontificem (*a*) Ricbodum Treverenſis civitatis & (*b*) Conventum.

Ed. Quer. XXXIV.

EPISTOLA XVIII.

Pio patri, & amico chariſſimo Macario Monacho, & Pontifici.

Flaccus Albinus, in charitate Chriſti ſalutem.

QUod Deus conjunxit, ſeculum non ſeparat. Ecce qui venit ignem mittere in corda ſuorum, ille faciat ardere, quod incendit: nec flumina infidelitatis obruent ignem, qui in altari Dei diu noctuque ardere præcipitur. Nec alienum quiſlibet audeat ignem portare in tabernaculum ſpiritale: ne occidatur ab eo, qui ſuum ſemper ardere juſſit. Quis eſt ignis Dei, niſi charitas: & quis alienus, niſi amor ſeculi? Ideo duo ſervati ſunt ex filiis Aaron, propter duo præcepta charitatis: & duo perierunt, propter ſeculi amorem, & amarorem illius.

Optimam partem elegit ſibi Maria, quæ non auferetur ab ea. Amemus, quod non auferetur: fugiamus, quod auferri poteſt. Impium eſt, diligentem non diligere, & retribuenti non retribuere. Quid retribuit nobis Deus? retribuit nobis pro malis noſtris bona ſua: retribuemus ei pro bonis ſuis, bona noſtra. Quæ ſunt bona noſtra niſi ut diligamus eum, & mandata ejus obſervemus? Quæ ſunt mandata illius? ut diligamus invicem. In his duobus præceptis tota lex pendet, & prophetæ.

Cur

(*a*) Ricbodum] „ Richboldum ſive Richbodum Epiſcopum Treverenſem, anno 780. vixiſſe, catalogus illius „ Eccleſ. teſtatur. Annales Franc. ed. Pithœi & poſtea nomine Annalium Fuldenſium copioſius editi hæc habent „ de noſtro Ricbodo: neque enim aliò ego refero. *Ribboto* „ (ſeu ut Pith. legit, Ribbitto) *Archiepiſcopus Trevirenſis* „ *moritur anno* 804. Et ita etiam noſter Hermannus, à quo „ appellatur *Richpoto*. Epiſtola ad eum ſcripta intercidit. CAR.

(*b*) Lege *cognomento Macharium*. BASN.

Digitized by Google

Cur iſta tàm longo repetita principio, niſi ut ſcias ardorem cordis mei? Penè mihi melius eſſet, te pauperem habere præſentem, quàm divitem abſentem. Quid mihi divitiæ, ſi non habeo, quem amo, ſi non conſidero, quem deſidero? Tua potentia, mihi eſt miſeria. Ubi eſt dulciſſimum inter nos colloquium? Ubi ſacrarum literarum ſtudium deſiderabile? Ubi læta facies, quam conſpicere ſolebam. Ubi communio charitatis, quàm fraternus amor hinc inde exercuit? Ubi ſaltem memoria nominis noſtri? Ecce totus præteriit annus, quo nec literarum conſolatio oculis advenit: nec ſalutationis officium auribus inſonuit. Quid peccavit pater, ut à filio obliviſceretur? Quid magiſter, ut diſcipulus neglexerit eum? Fortè exaltatio ſeculi dedignata eſt nomen magiſtri in illo. Aut peregrinatio mea viluit in oculis tuis, aut amor Maronis tulit memoriam mei. O ſi mihi nomen eſſet, Virgilius, tunc ſemper ante oculos luderem tuos, & mea dicta tota perſcrutareris intentione, & juxta proverbium illius, eſſem apud te,

Tunc felix nimium, quo non felicior ullus.

Sæc. VIII. Anno 790.

Queritur ſibi Virgilium eſſe prælatum.

Quid faciam? an meam doleo infelicitatem, qui non ſum, quem diligis? an tuam laudo ſapientiam, quia diligis illum qui non eſt? Filius receſſit, Virgilius acceſſit; & in locum magiſtri nidificat Maro. Hoc dolens dictavi, vel propter oblivionem mei, vel propter abſentiam tui: paululum ferociori pumice chartam terens, ut vel iratus aliquid reſcriberes. Quia bos læſus fortius figit ungulam. Incipe vel defendere te, vel me offendere: ut intelligam ſtudium, quo otium iſtius anni exercuiſti. Et quo theſauro cor impleris tuum, pande nobis, ut tecum gaudeamus in bono tuo. Utinam Evangelia quatuor, non Æneidos duodecim pectus compleant tuum, & te avehat quadriga ad cœleſtis regni palatium, ubi eſt honor indeficiens, & regnum ſempiternum: ubi pro me intercedere credo memor eris: quia, ut illuc venires, exhortari gaudebam.

EPISTOLA XIX. (a)

(a) E. Q. XL. cum hac inſcriptione ad Riglodum Epiſcopum qui & Macharius.

Dilecto patri Machario humilis Levita ſalutem.

CHaritatis dulcedinem literarum officia implere non poſſunt: tamen qualecunque lumen illius oſtendere nituntur. Sicut digito præſens homo oſtenditur, ita literis, abſentis charitas demonſtratur. Fateor, meæ mentis dilectio tui tædet abſentiam: eſſetque aliquod amoris refrigerium, ſi vel tui cordis affectum per alterius audirem os, vel cum literas legerem, quem ardentius cuperem, intelligerem. Non disjungit ſeculum, quos Chriſti charitas conjunxit: Et veniat per eum optata dies vivendi, qui omnes dies creavit ad videndum. Multa tecum habuiſſem conferre, ſi tuæ colloquutionis familiaritate uti valuiſſem. Veniet tempus, dum vult ille, qui diſponit omnia tempora. Cum omni charitatis dulcedine valeas fili frater amice.....

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA XX.

Ed. Querc. LXXVIII. *Salisburgenſis.*

Sanctiſſimis in Chriſto (*a*) fratribus, (*b*) Juvavenſis Eccleſiæ.

Humilis Levita Albinus in Chriſto ſalutem.

AUdiens laudabilem in Chriſto unanimitatis veſtræ converſationem, multâ animus meus lætitiâ gaviſus eſt, multoque anhelabat deſiderio præſentaliter ordinem videre veſtrum, & meipſum humili devotione veſtris ſacroſanctis commendare orationibus. Sed quia hoc uſque prohibuit variarum eventus rerum, & prolixa terrarum longinquitas, meæ parvitatis literulas in hoc officium dirigere curavi, ut deſiderium cordis mei in apicibus cognoſcatis, quod & olim pio patri (*c*) Aquilæ Pontifici, germano meo, paſtori veſtro injungere ſtudui, cupiens ſpiritali præſentia, unus eſſe ex vobis, & unum eſſe vobiſcum, ut veſtra me ſanctitas à terrenis levaret cupiditatibus, & in cœleſti vobiſcum collocaret deſiderio.

Vita Monachalis. O quàm felix eſt vita monachorum, Deo placabilis, angelis amabilis, hominibus honorabilis. Qui hac fideliter vivit inter homines, haud dubium, feliciter regnat inter angelos. Hanc primitiva, per Apoſtolos in Judæa, initiavit Eccleſia: quibus omnia communia fuiſſe leguntur: & nemo aliquid ſuum eſſe dicebat. Hoc non ſolum in ſeculari ſubſtantia ſervandum eſſe arbitror: ſed etiam in deſideriis ſpiritalibus, ut omnes unum concupiſcant, & obedientiæ bonum magis exſequantur, quàm propriæ voluntatis affectum. *Si Chriſtus ſuam non venit facere voluntatem*, ſicut ipſe in Evangelio teſtatur, *ſed patris*: quantò magis monachus ſuam non debet facere voluntatem, ſed Chriſti: nec ſegnis in opere Dei, ſed ſtudioſus: nec tantum conſiderare quid jubeatur, ſed quomodo perficiatur, quod jubetur. Nec ullatenus murmurationis malum creſcat in aliquibus. Si aliqui ex populo Dei in eremo, propter murmurationis pericrunt peccatum: quantò magis monachus monaſterii ſpiritali plectatur vindicta, ſi murmurationis malo mentem inſoleſcere non metuit.

Joan. 5 & 6.

Quapropter cum gratiarum actione accipiat, quod ei paſtoris cura præviderit ſufficere. Sit enim ſanctæ pacis concordia inter cunctos; Vitæ caſtitas in adoleſcentibus; morum gravitas in ſenibus: fervor operis in juvenibus: nec quiſquam ſe canonicis horis, vel regularibus pſalmodiis ſubtrahat. Melius eſt cum angelorum cœtibus Chriſtum laudare, quàm torpentem ſegnitia, ſomno delectari: vel vigilando, inania exſequi deſideria. Et non ſolùm verba ſanctæ lectionis reſonent in ore; ſed intima cordis compunctio ſequatur verba legentis, vel cantantis: Et nullatenus horis competentibus ſacræ Scripturæ lectio recedat de manibus; quia (*d*) diverſæ nunc hæreſes, ſicut audiſtis, catholicæ fidei puritatem maculare nituntur.

Quapropter armate voſmetipſos ſcientia veritatis, ſententiis Evangelicæ auctoritatis, ut reſiſtere valeatis contradicentibus veritati. Quomodo pugnat inermis? vel quomo-

(*a*) Fratribus] „ Non ſcriptam putes ad univerſum Clerum, ſed ad monachos tantum S. Petri, quod eſt antiquiſſimum Salisburgi monaſterium, quod multos olim dedit Epiſcopos, eorundem uſque ad tempora S. Virgilii Sedes. CAN.

(*b*) Juvavenſis Eccleſiæ] „ *Juvavia* (quod nomen in Itinerario Antonini Auguſti extat) *Saltzburg* eſt; ſicut & fluvius Salisburgum præterfluens, hodie *Saltza* dicitur, quondam, *Juvavius*. Eginhardus in vita Caroli Magni inter 21. metropoles Carolo Magno ſubjectas nominat Juvavum, quæ & Saltzburg: ubi editi codices perperam Vivanum habent. CAN.

(*c*) Aquilæ Pont. germano] *Vide ep.* 35. *quam ita inſcribit:* Chariſſimo germano Aquilæ. „ Quem inibi Salisburgenſem Epiſcopum diximus, quæ conjectura audax nimis videri queat, cùm ea ætate nullus Aquila inter Epiſcopos Salisburgenſes reperiatur. Quid ergo huic Aquilæ faciemus? Inclinaſſem Abbatem credere, niſi quod & hic diſerte Pontifex & ep. 35. Antiſtes appellatur. Supereſt, ut conjecturis res agatur: nomen mutatione, illi ævo frequentiſſima & ſolenni, in aliud abiiſſe; & Aquilam dictum, eo more, quo Alcuinus, Flaccus; Carolus Magnus, David; Ludovicus, Salomon. Quam ego conjecturam, ſi hanc pateris audaciam, longius etiam produco; ut Joannem, qui ante S. Virgilium Salisburgi ſedit, Aquilæ nomine ſignificari exiſtimem. Licet temporum ratio aliquo modo me terreat; patitur tamen *opinor*. Et ſchema manifeſtum eſt, multo profecto magis, quàm in uſurpato Davide pro Carolo. Et ſi in hac epiſtola hæc verba" (olim patri Aquilæ Pontifici, germano meo, paſtori veſtro injungere ſtudui) „ ita accipimus, ut *olim* cum *patri*, & non cum *ſtudui* conjungimus, erit idipſum, quod in Salisburgenſi catalogo legitur, Joannem Abbatem S. Petri fuiſſe, ante Epiſcopatum initum. Verum de hoc quiſque quod volet ſtatuat. CAN.

(*d*) Diverſæ nunc hæreſes] „ Felix Urgelitanus & Eliphantus Toletanus Epiſcopi hæreſim excitarunt, Chriſtum ſecundum humanitatem adoptivum Dei Filium eſſe aſſerentes; quæ hæreſis multos, præſertim in Hiſpania, tempore Caroli Magni pervertit. An ab hac hæreſi Bavariæ periculum imminebat? quod Alcuinus tam anxie hortatur Juvavenſes, ut caveant. Juvaviam enim & Otto Frinſingenſis urbem Bavariæ vocat. Imo Feliciana hæreſis Reginoburgi urbe Bavariæ damnata eſt, ut habent Annal. Franc. anno 792. CAN.

Digitized by Google

quomodo docere poteſt, qui diſcere noluit? *Spiritales ſunt divitiæ, ſapientia in corde*, ut Salomon ait: *Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore prudentis.* SÆC. VIII.

Sanctæ fidei veritatem diligenter diſcite, & agnitam cordis recondite theſauro, & ſpe firmiſſima vos retinete ad Dominum, & charitate ferventiſſima illum amate, honorate, & laudate, quia hæc eſt pars optima, quam Maria elegit, ſedens ſecus pedes Domini, quæ non auferetur ab homine in æternum. Sed tantò ardentius poſt hanc vitam amatur Chriſtus, quantò perſpicacius ejus intelligitur bonitas. ANNO 790. *Prov.* 21.

Sed non eſt opus meæ parvitati, vos admonere de ſingulis, dum habetis ſacræ inſtitutionis libros notiſſimos, & pium patrem, paſtorem veſtrum præſentem: qui vos viva voce melius admonere poterit, quàm mea ſeries literarum. Tamen, ut debitam vobis oſtenderem charitatem, paucis vos apicibus appellare ſtudui, ad cognoſcendam in vos meæ dilectionis fiduciam. Præfato itaque patri cum omni humilitate obedite. Ille habet rationem reddere ſolicitudinis ſuæ pro vobis, & vos obedientiæ veſtræ in illum æqualiter rationem reddere habetis. Ille, pro vobis in magno poſitus eſt periculo: vos, pro illo magna charitate intercedere ſtudete: ut mercedem pro vobis habeat apud Deum, & vos requiem cum illo habeatis in regno Dei. Filiorum eruditio, laus eſt magiſtrorum: profectus gregis, merces eſt paſtorum.

Divina auxiliante gratia cuſtodite vos fratres in omni caſtitate, humilitate, concordia, & charitate: onera veſtra invicem portantes. Omnis ſermo malus, & impudicus, & impatiens, & inutilis ex ore veſtro non procedat: ſed quæ ſunt ſancta, pia, & juſta, & veſtræ condigna ſanctitati, ad exhortationem audientium loquimini. Et ſemper Deus honorificetur in ore veſtro, & quæ ad pacem pertinent veram, tota ſectamini intentione, & Deus pacis erit vobiſcum. (*a*) *Epheſ.* 4.

EPISTOLA XXI.

Ed. Quer. XCVIII.

Dilectiſſimis, & valde venerabilibus in Chriſti charitate, (*b*) Eboracenſis Eccleſiæ fratribus.

Veſtræ filius pietatis Alcuinus ſalutem.

TOtum meæ devotionis pectus veſtræ charitatis dulcedine impletur, & ſi quid pleni amoris modio ſuperaddi poteſt, quotidie creſcendo accumulatur, ita ut ſolius memoriæ de vobis ſuavitas, ſupervenientes ſeculares anguſtiæ tribulationes longè à ſecretis mentis meæ cubilibus depellat. Et hoc mihi ſingulare ſolatium in ſpiritu conſolationis ſancto Dominus Jeſus perdonare dignatus eſt.

Vos frágiles infantiæ meæ annos materno foviſtis affectu, & laſcivum pueritiæ tempus pia ſuſtinuiſtis patientia, & paternæ caſtigationis diſciplinis, ad perfectam viri edocuiſtis ætatem: & ſacrarum eruditione diſciplinarum roboraſtis. Quid plus dicere habeo, niſi ut æterna regis pietas, omnia pietatis in me, famulum ſuum, per vos benefacta, perpetua ſummæ beatitudinis gloria remuneret?

Hoc ſingulis vigiliarum mearum momentis, hoc quotidiana ſupplicatione requiro. In hac prece in conſpectu altiſſimi, intimas deſiderii mei lacrymas, per loca ſanctorum Martyrum, vel Confeſſorum Chriſti, quò me iter inſtabilitatis deducat, fundere non ceſſo.

Vos ſemper in corde, & primi inter verba precantia in ore. Vos piiſſimi patres, ſeu in commune ſanctæ orationis foris, vel in ſecretis, deprecationum veſtrarum interceſſio,

(*a*) Hic quædam adduntur in editione Quercetana ep. LXXVIII. pag. 1605. BASN.

(*b*) Eboracenſis] *In Eboracenſi Eccleſia Alcuinus enutritus & eruditus fuit, ut ipſe ait apud Continuatorem Bedæ lib.* 1. *cap.* 9. *& infra epiſt.* 24. Dilectiſſimæ Eboracenſis Eccleſiæ fratribus ejusdem piæ matris filius Alcuinus. *Et in hac ipſa epiſtola* 21. Vos fragiles infantiæ meæ annos materno foviſtis affectu, & laſcivum pueritiæ tempus, pia ſuſtinuiſtis patientia, & paternæ caſtigationis diſciplinis ad perfectam viri edocuiſtis ætatem, & ſacrarum eruditione diſciplinarum roboraſtis. *Et paulo poſt*: Cujus infantiam aluiſtis. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

terceſſio, Alcuinum filium veſtrum, per Dei deprecor charitatem, jugiter in corde habete, & in ore. Vos quoque, qui eſtis ætate filii, ſed meritorum ſanctitate, patres, per divinam obteſtor clementiam, nunquam eruditionis veſtræ, in ſanctis orationibus obliviſcimini magiſtrum. Teſtis enim cordis mei mihi eſt inſpector, quia devotè veſtrum ſemper in eccleſiaſticis diſciplinis, & ſpiritali doctrina deſiderabat profectum. Et ſiquid minus accepiſtis, non meæ culpæ deputari poteſt. Et nunquam iſtius voluntatis meæ, ſive abſens, ſive præſens, de veſtro profectu, benevolentiâ ceſſabo.

Infantia Alcuini.

Omnes dilectiſſimi patres, & fratres, memores mei eſtote: ego veſter ero, ſive in vita, ſive in morte. Et fortè miſerebitur mei, ut cujus infantiam (*a*) aluiſtis (*b*) ejus ſenectutem ſepeliatis. Et ſi alius corpori locus deputabitur, tamen animæ, qualemcunque habitaturæ, erit per veſtras ſanctas, Deo donante, interceſſiones requies.

Vobis credo: quia ſicut puer (*c*) noſter Seneca ſe vidiſſe teſtatur, noſtræ fraternitatis animas in eodem lætitiæ loco congregandas eſſe credimus: etſi meritorum diverſitas alium beatius lætari faciet; tamen æternitatis qualitas cunctos feliciter vivere efficiet. Et ſicut unus ſol omnibus lucet, non tamen propter oculorum diſtantiam, æqualiter ab omnibus videtur; ita æterna beatitudo omnibus in Dei regno juſtis perdonabitur; licet meritorum ſublimitas alios majori gloria coronet. Ad quam gloriam, chariſſimi fratres, tota intentione & voluntatis & operis vosmetipſos dignos pervenire præparate.

Nulla carnalis concupiſcentia, nulla ſecularis ambitio, beatitudinis iter vobis intercludat, ſed via veritatis, & ſanctitatis, per quam beati patres, prædeceſſores noſtri, ad regna pervenerunt cœleſtia, ſuperna vos comitante gratia, pari pietatis conſenſu, uno voluntatis affectu, quotidianis currite profectibus. Omnem auram ſancta converſatione repellite ſegniciæ; luxuriam caſtitate mutate; ebrietatem, quaſi inferni foveas effugite; ſupervacuos veſtimentorum ornatus nolite exquirere. Melius eſt, ſervos Dei animas eccleſiaſticis ornare moribus, quàm corpus laicorum conſuetudine, pompatica veſtire vanitate. Et melius eſt, ſacra matris Eccleſiæ mundiſſima calcare limina, quàm lutulentas villanæ feritatis ſemitas frequentare.

Regularis vitæ vos ordinata diſciplina, & eccleſiaſticæ pietatis moderatio, venerabiles efficiet. Sanctæ humilitatis pedibus, & divinæ charitatis gradibus per paſſus obedientiæ cœli conſcendite regna. Hæc enim caduca, & tranſitoria, fortitudinis evincite animo, quatenus ad amabilem cœleſtis gloriæ patriam, divina vos ubique (adjuvante) gratia pervenire mereamini.

Ed. Quer. LXIX.

EPISTOLA XXII.

Venerabilibus in Chriſto fratribus in Eccleſia S. (*d*) Leodegarii Epiſcopi ſervientibus.

Alchuine, devotus veſtri profectus in Chriſto ſalutem.

(*a*) l. Odilleos, ut apud Quercetanum p. 1582.

DEſiderabilem veſtræ beatitudinis ſalutationem, quam meæ parvitatis auribus fidelis (*e*) frater, (*a*) ille, attulit, gratiſſimo ſuſcepi animo: valde deſiderans in veſtræ ſanctitatis orationibus, in hujus procelloſæ vitæ navigio adjuvari: quatenus piiſſima Salvatoris noſtri gubernatione ad portum perpetuæ quietis, vobis intercedentibus, pervenire merear. Quod ad vos non veniebam, non alicujus (Deus teſtis eſt) deſpectionis cauſa feci, ſed ne ſcandalum religioni veſtræ, meæ inordinatæ converſationis vita generaret, cupiens ædificare, & non deſtruere; congregare, & non ſpargere. Nulla

(*a*) Inde conjici poteſt Alcuinum natum eſſe Eboraci ibique prima ſtudia confeciſſe non ſub Beda, ut volunt, ſed ſub Egberto Eboracenſi præſule. BASN.

(*b*) Ejus ſenectutem ſepeliatis] *Optavit quidem in Eboracenſi monaſterio conſeneſcere & ſepeliri: ſed ubi obierit, habet Willielm. Malmesburienſis lib. 1. Reg. Angl. cap. 3.* Jacet in Francia apud S. Paulum de Cormaricio: quod cœnobium Carolus Magnus ejus conſilio conſtruxit: unde hodieque quatuor monachorum victus & potus pro ejusdem Alcuini anima quotidianæ infertur eleemoſynæ in eadem Eccleſia. CANIS.

(*c*) Puer noſter Seneca] *Viſionem tangit aliquam, opinor, pueri cujuſdam, cui Seneca nomen fuerit, in cœnobio Eboracenſi.* CAN.

(*d*) S. Leodegarii ſervientibus] *Videtur hæc Epiſtola ſcripta ad Auguſtodunenſes: fuit enim S. Leodegarius Auguſtodunenſis Epiſcopus.* CAN.

(*e*) Frater, ille, attulit] *Pro incerto nomine olim,* Ille, *ſcribebatur, ut nunc fere litera, N. ut patet ex epiſtola. 16. & 28.* CAN.

Digitized by Google

Nulla est ovibus Christi major damnatio, quàm pastor errabundus, & seductor per devias orbitas: quomodo sequens viator viam incedet regiam? Nonne hastile aciem lanceæ sequitur in ictu? SÆC. VIII. ANNO 790.

Vos verò, fratres charissimi, totis moribus sanctorum patrum sequimini exempla. Illorum unanimiter obedientiæ pedibus intrate vestigia. Charitas, obedientia, & humilitas monachis cœli januas aperient. Non illa charitas, quæ in pleno (a) potatur calice, sed illa, quæ in pectore sine simulatione versatur fraterno: non sua quærens, sed quæ alterius sunt: omnibus prodesse, non sibi placuisse quærens. Non illa humilitas tantùm, quæ in capitis inclinatione foris ostenditur, sed illa, quæ in cordis consideratione ante conspectum summi judicis, omnibus se inferiorem esse judicat. Quid de obedientia loquar? Tota monachorum vita in simplicitate consistit obedientiæ. Pater verò & pastor Deo rationem reddet, quid jubeat; & quibus ante eos vivat exemplis. Sicut & filii, & grex; qua devotione paternis obtemperent justis, omnium judici rationem reddituri erunt.

Igitur pacem, & concordiam ex intimo cordis affectu inter vos habete. Quia nihil sine pace Deo placet; nec munus ad aram. Unusquisque alium, juxta Apostolum, præveniat honore. Seniores, in spiritu mansuetudinis, quasi filios admoneant adolescentes: Sed & illi patrum præcepta, quasi divinitùs data, cum omni humilitate perficiant: servantes in timore Dei, proprii castitatem corporis, ut Spiritus Sanctus habitare dignetur in eis: dicente Apostolo, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Et in sanctarum Scripturarum lectione studiosi estote, ut possitis alterutrum ædificare, & consolari: quia qui non vult in juventute discere, in senectute scire non poterit. Et sicut seculi avarus quotidie divitias augere studet: sic servus Dei sapientiæ gazas in sui pectoris saccos quotidie congregare studeat, ut sit scriba in Ecclesia doctus, *proferens de thesauro cordis nova & vetera.* Erudiens multos, *sicut firmamentum stellis ornatum in perpetua fulgeat beatitudine.* Adhortatio ad pacem. Matth. 13. Dan. 12.

Non me, obsecro, præsumptuosum æstimate fratres, ob hujus admonitionis chartulam. Sed quod charitatis lingua dictavi, vos humilitatis perlegite oculis, meamque fragilitatem orationum auxilio vestrarum roborate, ut Dei donante clementia, peccatorum meorum merear accipere veniam, ac vobiscum desiderabilem audire vocem; *Venite benedicti patris mei: percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.*

EPISTOLA XXIII. (b)

(c) Sanctissimis in Christo fratribus, humilis Levita salutem. Wirensibus.

SEmper pietatis vestræ religionem, ex quo scire potui, amavi; magnamque in vestræ unanimitatis orationibus habens fiduciam: & modò licet corpore procul positus, animo inter vos semper assistens. Quia latitudo charitatis nulla dividitur longinquitate, nullis clauditur terminis. Sed quò magis ardet in pectoris antro, eò latius flammam suavissimi ardoris spargere adsuescit. Sicut fons paradisum irrigans quadrifido tramite latum diffunditur in orbem: sic fons charitatis, pectus, virtutum floribus pullulans, in quatuor amoris rivos derivatur, veluti S. Augustinus in libro primo de doctrina Christiana dixit. Cum

(a) Potatur * calice] „ Alludit ad illum morem, quo nomine & amore Sanctorum, benedictionis adipiscendæ „ ergo bibebant. De quo more auctor lib. de miraculis S. „ Udalrici cap. 10. editus à nobilissimo & eruditissimo viro „ M. Velsero. In auxilium ejus *S. Udalrici* firmiter ubique confidens, in recreatione sua pro amore ejus frequenter bibebat, & alios bibere postulare consuevit. „ Lege ibid. cap. „ 11. 12. 13. Priscus hic mos & probus, quamdiu intra „ temperantiæ limites. Nam Sanctorum appellatio, reve„ rentiam & imitationis studium ingessit. At & hic mos ab „ improbis aliò ductus; quem pravo abusu & ebriosorum „ licentia in deterius lapsum reprehendit S. Augustinus de „ Temp. serm. 232. Illud verò quale est, quod transacto convivio, expleta siti, cùm amplius bibere non possint nec debeant, tunc quasi novelli, quasi & qui ipsa hora supervenerint, diversis nominibus incipiunt bibere, non solum virorum hominum, sed & Angelorum & reliquorum antiquorum Sanctorum: æstimantes, quod maximum illis honorem impendant, si se in illorum nominibus nimia ebrietate sepeliant: ignorantes, quod nullus tàm gravem injuriam sanctis Angelis vel sanctis hominibus agnoscitur irrogare, quam illi, qui in eorum nominibus bibendo per ebrietatem suas animas probantur occidere. *Vide Gregor. Turonens. hist. Franc. lib. 5. cap. 21. & infra Alcuini epist. 48.* CAN. * Bibere in honorem Sanctorum.

(b) E. Q. XLCX. cum hac inscriptione ad fratres Wirensis & Gyrvensis Ecclesiæ: deinde est multis in locis mutilata, ideoque legenda apud Quercetanum, qui lacunas ope m. s. replevit. Wira autem est in Britannia & Scotiæ proxima. BASN.

(c) Sanctissimis in Christo fratribus] „ Quinam hi fratres? „ Neque enim in m. s. quidquam additur. Wiorenses fuisse, „ scimus ex Willielmo Malmesburiensi, qui lib. de gestis „ Regum Angl. cap. 3. Hæc de Alcuino: Non immemor compatriotarum, *&c.* illos crebris epistolis ad bonum incitare.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Cum ergò quatuor sint diligenda; unum, quod supra nos est; alterum, quod nos sumus: tertium, quod juxta nos est: quartum, quod intra nos est. Deus supra nos est: proximus juxta nos est: corpus nostrum infra nos est. * De secundo, & quarto nulla præcepta danda erant. Quantumlibet enim homo excidat à veritate, remanet illi dilectio sui, & dilectio corporis sui. Ideo præcepit scriptura, ut Deus diligatur, & proximus. Nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermissum est. Salus verò corporis propter servitium Dei amanda est: & integritas animæ in Deo diligenda est: Proximus, id est, omnis homo, propter Deum; & super omnia Deus diligendus est. *Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua; & diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Omnem verò hominem proximum esse, exemplo vulnerati, & Samaritani discamus. Nullum autem exceptum esse cui misericordiæ denegetur officium, quis non videat? quando ad inimicos etiam porrectum est, eodem Domino dicente: *Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos.* Si inimici diligendi sunt, quantò magis & fratres, qui uno ovili continentur.

* deficiunt forte: *anima intra nos est.*

Matth. 5.

Luc. 6.

Vos verò, fratres sanctissimi, iisdem patribus spiritali doctrina congeniti; eisdem diu pastoribus per pascua vitæ deducti; similibus regularis vitæ institutionibus edocti, pacis & concordiæ unanimitatem diligentissimè observate. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Non sint schismata occultæ æmulationis inter vos. Quia Dominus Christus, Deus est pacis & charitatis. *Et, qui in charitate manet, in Deo manet.* Dilectio verò proximi in officio misericordiæ, & doctrina salutis ostenditur.

1. Joan. 4.

Qui habet verbum Dei in corde, doceat proximum. Qui habet seculi facultatem, adjuvet proximum. Qui habet cujuslibet ministerii scientiam, opituletur proximo. Ipso præcipiente Deo; Omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, hæc eadem & vos facite illis. Regularis vitæ observationem, quam statuerunt vobis sanctissimi patres, (*a*) Benedictus scilicet, seu (*b*) reliqui patres, diligentissimè custodite: quatenus cum illis æternam benedictionis mercedem mereamini. Hæc est laus vestra, iste honor vester apud homines, & retributio apud Deum.

Nolite conformare vos seculi hominibus in vestimentorum vanitate, in ebrietatis luxuria, in jocis, lascivia, in societatis petulantia: sed cum omni modestia, & pietate conversatio vestra Deo sit amabilis, & hominibus venerabilis, sicut decet filios sanctæ matris, & monachicæ vitæ alumnos.

Vos verò qui estis patres, & pastores sanctæ congregationis, docete (*c*) Regulam sancti Benedicti. In conventu fratrum propria exponatur lingua, ut intelligi possit ab omnibus. Ad cujus institutionem unusquisque suam corrigat vitam: *ut quod Deo vovistis ante altare, inviolabiliter custodiatur à vobis*, dicente Propheta. Vovete, & reddite Domino Deo vestro. *Displicet enim Deo infidelis promissio.* (*d*) Adsuescant (*e*) pueri adstare laudibus superni Regis, non vulpium fodere cavernas, non leporum fugaces sequi cursus. Discant nunc Scripturas sacras, ut ætate perfecta veniente, alios docere possint. Qui non discit in pueritia, non docet in senectute.

Psalm. 75.

Eccles. 5.

Recogitate nobilissimum nostri temporis magistrum (*f*) Bedam Presbyterum, quale habuit in juventute discendi studium: qualem nunc habet inter homines laudem? Multò majorem apud Deum remunerationis gloriam. Illius igitur exemplo dormientes excitate animos. Magistris adsidete: aperite libros: perspicite literas: intelligite sensus

tare. Dictorum ejus hic pleraque intexam, quibus palam fiat, quàm cito post obitum Bedæ, in ejus etiam Ecclesia, studium librorum emarcuerit, & post obitum Egberti regnum Northanimbrorum propter morum pervicaciam malorum pessum ierit. Ait ergo ad Wiorenses, apud quos Beda vixerat & obierat, ex obliquo arguens feciſſe, quod ne faciant, rogat: Adsuescant pueri altare laudibus superni Regis, non vulpium fodere cavernas, non leporum fugaces sequi cursus. Discant nunc scripturas sacras, ut ætate perfecta alios docere possint. Recogitate nobilissimum nostri temporis magistum Bedam. *&c.* „ Quem locum ideo tam co„ piosè adduxi: quia ex illo in hac epist. restituere licet, „ quæ in m. s. desiderantur. Wiorenses fratres cœnobitæ „ fuerunt in monasteriis duobus S. Petri & Pauli ad Wiram „ seu Wiremudam. De quibus Malmesburiensis ibid. Britannia habet in remotissima sui plaga locum nativitatis & educationis ejus Bedæ, Scotiæ propinquum, *&c.* Ibi est Wira nec egenæ latitudinis, nec segnis gurgitis amnis, qui pelago influus naves serena invectas aura placido ostii excipit gremio. Cujus utrasque ripas Benedictus quidam Ecclesiis insignivit, & monasteria ibidem construxit, alterum Petri, alterum Pauli nomine, charitatis & regulæ unione non discrepantia. CAN.

(*a*) Benedictus scilicet seu reliqui patres] „ Ceolfridum in„ telligit & Benedictum, quorum hic ad ripas Wiræ duo „ monasteria ædificavit, eorumque incolas, Wiorenses fra„ tres Alcuinus vocat. Natus in territorio ejusdem monasterii, inquit Beda de seipso, in fine hist. Angl. cùm essem septem annorum, cura propinquorum datus sum educandus reverendissimo Abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido. CAN.

(*b*) Legitur in editione Quercetanâ & *Ceolfridus.* BASN.

(*c*) Hic est lacuna & aliter legendum; nam jubet ut Regula S. Benedicti in conventu fratrum propria exponatur lingua. BASN.

(*d*) Hic multa etiam adduntur apud Quercetanum. BASN.

(*e*) Adsuescant pueri) *m. s. ita legit:* Displicet enim Deo infidelis promissio. Discant pueri scripturas sacras, ut ætate perfecta veniente, alios docere possint. Qui non discit in pueritia, non docet in senectute. Recogitate nobilissimum nostri temporis magistrum Bedam. „ Nos, quæ hic desunt, „ ex Malmesburiensi inseruimus, qui citat hanc ep. CAN.

(*f*) Bedam] „ An Beda Præceptor Alcuini, ut Trithe„ mius asserit, & hactenus vulgo dictum? Alcuini hæc „ verba vide: Recogitate nobilissimum nostri temporis magistrum Bedam presbyterum: „ ubi cur invidisset Bedæ hanc „ laudem, & non potius appellasset suum, quàm sui tem„ poris magistrum? Adde quòd ipse Beda in præf. hist. „ Angl. ait: Auctor autem ante omnes atque adjutor opusculi hujus Albinus Abbas reverendissimus, vir per omnia doctissimus extitit: „ & paulo post Patrem Albinum nomi„ nat. Fuisse autem Egbertum, fratrem Egbertis Regis An„ gliæ præceptorem Alcuini jam diximus. CAN.

Digitized by Google

ſenſus illorum; ut & voſmetipſos paſcere, & aliis ſpiritalis vitæ præbere valeatis decus. (a) SÆC. VIII. ANNO 790.

Quod in laicis laus eſſe videtur, id eſt, veſtimentorum cultus, hoc in clericis, & maximè in monachis, reprehenſio eſſe cognoſcitur. Sed ipſe princeps Apoſtolorum, *etiam feminas à precioſis veſtimentis, & circulatis capillis prohibuit.* Si hoc peccatum non eſſet, dicit Gregorius Papa, nunquam paſtor Eccleſiæ, à deliciis veſtium feminas prohibuiſſet. Omnia veſtra honeſtè, cum ordine fiant: ut laudetur Deus in veſtra bona converſatione & honor veſter apud homines creſcat, & merces meritorum multiplicetur apud Deum. 1. Tim. 8.

Breve eſt præſentis vitæ tempus, & ultima dies unicuique incerta, & cito rapimur ad judicium. Qualis quiſque tunc cupiat eſſe, talem ſe nunc tota virtute exhibeat. Si quid peccati, pro fragilitate carnis commiſerit, abluat confeſſione, deleat pœnitentia; ne damnetur in pœna; ſed coronetur in gloria. Habetis ſanctos patres, qui vos genuerunt, adjutores; ſi illorum præceptorum eritis factores: ſed & angelicæ dignitates, & omnium Sanctorum agmina congaudent bonis veſtris: deſiderant vos ſocios habere ſuæ beatitudinis: imò & ipſe Deus, qui vult omnes homines ſalvos fieri, vobis æterni regni præparatam habet gloriam.

Nolite vos propter deſidiam animi, vel carnales delectationes æternis fraudare bonis: ſed magis omni ſtudio intendite, ut Dominum hic habeatis defenſorem; illîc, remuneratorem. (b) Obſecro, ut pietas veſtra placidè perlegat, quod charitas noſtra devotè conſcripſit. Meæ quoque parvitatis ut memores ſitis in ſanctis orationibus veſtris, per charitatis almitatem obteſtor, ut familiaritatem, quam donaſtis mihi, inviolabili fide cuſtodire recordamini.

EPISTOLA XXIV. EQ. 13

Sanctiſſimæ congregationis, & dilectiſſimæ dilectionis Eboracenſis Eccleſiæ fratribus.

Ejuſdem piæ matris filius Alchuinus diaconus perpetui honoris in Chriſto pacem, & ſalutem.

VEnerabiles veſtræ dilectionis (c) ab (d) Enbaldo presbytero accepi literas: quarum pacificam inſcriptionis ſeriem idem ipſe, qui portavit, mellifluis ſalutationis verbis valdè amplificavit: referens à vobis fraterni amoris perſeverantiam in nos: ita ut inter lacrymas alloquutionis noſtræ, veſtras per ſingula verba voces me audire æſtimarim: quod & in literis apertiſſime aghovi: in quibus legens, veſtras, viſum eſt mihi, facies cernere.

Quod ut verè fiat, omnium efficiat largitor bonorum, ut triſtitia veſtra, vertatur in gaudium, & gaudium noſtrum impleatur in illo; qui ſuis quoque ait diſcipulis: *Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* In quo eſt gaudium indeficiens, ſalus perpetua, proſperitas beata, & beatitudo glorioſa. Ut hæc omnia nobis per ſuam concedere miſericordiam dignetur, illius tota dilectione, & tota virtute inhæreamus præceptis; ſanctorum patrum ſequamur veſtigia, qui nos genuerunt in Chriſto, & in hoc ſacratiſſimum ovile congregaverunt, & paternæ pietatis lacte enutrierunt. Joan. 16.

Horum

(a) Hic quædam deſunt quæ ſupplevit Quercetanus. BASN.

(b) Vide editionem Quercetani, mutila enim hæc epiſtola circa finem. BASN.

(c) Ab Enbaldo] *An hic diſcipulus Alcuinit Epiſtolam citat Malmesburienſ. lib. 1. de Regibus Anglorum cap. 3. & lib. 3. de Pontificib. Angl. his verbis*: Hujus *Egberti* ſucceſſor ſenex ſubſtitutus eſt Eanbaldus, præfati Alcuini diſcipulus induſtrius: unde in epiſtola ad eundem dixit: Laus & gloria Deo, qui dies meos in proſperitate bona conſervavit, ut in exaltatione filii mei chariſſimi gauderem, qui laboraret vice mea in Eccleſia, ubi ego nutritus & eruditus fueram, & præeſſet theſauris ſapientiæ, in quibus me magiſter meus dilectus Archiepiſcopus Egbertus reliquit hæredem. Ipſe eſt Eanbaldus, qui cum Ethelardo Archiepiſcopo Cantuarienſi multis probitatis officiis invaſionem, quam Offa Rex Merciorum ſuper Cantuarienſem Eccleſiam ceperat, ad nihilum redegit: quod Alcuinus ſignificare videtur in epiſtola ad eundem Athelardum ita dicens: Audiens ſalutem & proſperitatem veſtram & conventum cum Eboracenſi Epiſcopo filio meo Eanbaldo, ſatis mihi placuit, ſperanti ex veſtræ colloquio ſanctitatis unitatem ſanctæ Eccleſiæ recompaginari, quæ partim diſceſſa eſt, non rationabili conſideratione, ſed quadam poteſtatis cupiditate. *Hæc apud Malmesbur.* CAN.

(d) l. Eanbaldo; ſic enim & m.ſ. & Guillielmus Malmesburienſis de Reg. Angl. lib. 1. cap. 3. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Horum animas in conspectu summi pastoris, ac redemptoris nostri, æternis gaudiis semper adsistere credamus, & inde nostris favere precibus; si mandata vitæ, quæ nobis Spiritu Sancto inspirante statuerunt, concordi devotione nos observare agnoscant

Recordemur omni hora, dilectissimi fratres, quales habuimus patres, & progenitores, quàm præclaros, & pios, Deo amabiles, & omni populo honorabiles. Non simus degeneres illorum nobilitate filii, dum horum inter sacratissimas constamus reliquias, eorum cogitemus imitari conversationem: quatenus eorum consortes gloriæ effici mereamur. Non nos seculi ambitio, carnalis delectatio; non luxuriæ putredo: non ebrietatis venena à rectissimo vitalis vitæ tramite revocent: per quem illi gradientes, gloriam cum Deo meruerunt sempiternam.

Unanimes estote, in omni bono consilio: concordes in omni regularis vitæ disciplina: Dei omnipotentis, qui cordis secreta conspicit, honorem & voluntatem, pura primò omnium quærite conscientia: ut ejus gratia, quæ optima sunt, & saluti proxima, vos invenire faciat. Fraternam, & pacificam semper habeamus charitatem, ut oves Christi, ejusdem vitæ pascuis epulantes, unius ovilis muro manentes, in una orationis domo, Dei nobis misericordiam convocantes.

Nec aliquis se canonicis horis à communione sanctæ orationis, suæ negligens salutis, separet. Melius est, ut (a) Evangelica visitatio, horis competentibus inveniat cum fratribus orantes, quàm diaboli sævitia, in aliqua negligentia, vel luxuria torpentes. Unicuique secundum suum laborem merces manet in æternum.

(a) l. Angelica. B.

Qui plus laborat, plus mercedis accipit. Nec labor salutis nostræ durus debet videri. Sæpe austeriora medicamenta exoptatam solent præstare salutem. Videmus quàm angusta porta, & arcta via sancti Martyres vitam ingressi sunt sempiternam. Nos verò, fratres, faciliori via, & leviori cursu, ad ejusdem vitæ possumus pervenire beatitudinem, ipsa dicente veritate: *Multæ mansiones sunt, in domo patris mei.* Propter merita diversa, mansiones multæ: tamen omnibus beata æternitas, & æterna beatitudo erit: quia quisquis ibi erit beatus, erit & gloriosus: *ubi justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.* Sicut enim Sanctorum Martyrum persequutores fuerunt, diabolo instigante, impii homines: sic, nostri persequutores sunt, diabolo suggerente, seculi concupiscentia, & carnalis delectatio, & animi inconstantia, & Dei negligentia mandatorum. Et veluti illi martyres sancti, gratia adjuvante divina, impios constanter vicerunt tyrannos, palmam æternæ acceperunt gloriæ: Sic & nos, si nostros, Deo auxiliante, superamos adversarios, & diabolicis viriliter resistimus suggestionibus, coronam perpetuæ laudis, & palmam æternæ beatitudinis accepturi erimus. Vos fratres charissimi, mei habete, obsecro, memoriam in sanctis orationibus vestris, ut anima, perpetua prosperitate gaudeat in vobis.

Joan. 14.

Matth. 13.

Ego devotus vestræ paternitatis filius, nunquam obliviscor vestri, sed semper præ, & super omnes alios diligo charitate Domini quotidie, cum intima cordis compunctione deprecans, ut vos æterna pietate custodiat, regat, atque protegat. Valete in Christo dilectissimi fratres.

Ed. Qu. LXXIX.

EPISTOLA XXV.

Domini & Salvatoris mundi sanctissimæ congregationi, & pio patri. (b)

(b) adde Usualdo.

Humilis Levita (c) *salutem.*

(c) adde Albinus.

Adhortatio ad pietatem.

LAudabilem vestræ beatitudinis conversationem, & condignam vestro nomini vitam laudamus, & Dominum in vobis, qui tales sui sancti nominis dignatus est habere confessores. Nec enim frustra speciali vocabulo (a) monachi sancti Salvatoris vocamini: nisi quia estis meritis, quod nomine dicimini. Imò & tàm nobilis Rex, nobiles debet habere ministros, moribus egregios, in pace concordes, in corpore castos, in

(a) Monachi S. Salvatoris] *Petrus Oldradus Archiepiscopus Mediolanensis, in epistola ad Carolum Magnum de translatione S. Augustini Papiam anno 725. per Luitprandum Regem ait:* Præcipue in palatio suo Oratorium in honorem Salvatoris mundi exstruxit, ubi & Sacerdotes & Clericos multos instituit, qui die noctuque divina officia exsolverent, attributis multis bonis, ut honestius & alacrius Deo inservire possent. *Hac de Papiensi Ecclesia S. Salvatoris extructa à Luitprando; de qua an intelligendus hic Alcuinus? Non censeo. Nam licet Carolus Magnus an.* 774. *Papiam Longobardorumque regnum subjugarit, tamen illa verba* (Tam nobilis Rex nobiles debet habere ministros) *magis aliò quam Ticinum ducunt.* CAN.

in animo ſobrios: omni bonitate eximios: clariſſimis adſuetos triumphis: non fuga vitam defendere, ſed in acie firmiter ſtare, viriliter pugnare, fortiter vincere, quatenus cum glorioſa victoriæ palma, æterni Regis civitatem intrare mereamini. SÆC. VIII. ANNO 790.

Hoc conſiderantes, fratres, adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec cognominetur Chriſtus in vobis. Et ad finem firmum, cœptum iter beatæ converſationis peragite, ut unuſquiſque cum Apoſtolo dicere dignus efficiatur: *Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi. De reliquo, repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, juſtus judex.* 1. Tim. 4.

Veſtræ petitionis, & voluntatis ad Dominum Regem, quantum valui, fui adjutor: ſecundum quod mihi fraternitatis veſtræ miſſus ſuggeſſit: mihique adjutricem (*a*) Liudgardam piiſſimam in Deo fœminam adduxi. Sed obſecramus, ut ſanctiſſimis orationibus veſtris, noſtrum pro vobis laborem remunerare dignemini. Nam olim per Engilrammum Archiepiſcopum, & (*b*) ſanctæ Capellæ (*c*) Primicerium me ipſum veſtræ commendavi ſanctitati. Sed modò quaſi ſingulorum pedibus provolutus, obſecro, ut me in hujus (vitæ) ſalo fluctuantem pietatis precibus ad portum perpetuæ quietis, divina donante gratia, tranſportare dignemini: ut & ego animæ meæ ſalutem, fraternæ interceſſionis juvamine habere merear: & vos vitæ æternæ retributionis mercedem à Deo, pro charitatis officio digni accipere mereamini. Omnipotens Deus exaudiat preces veſtras & multis prodeſſe concedat: vobiſque perpetuæ præmia gloriæ donare dignetur, chariſſimi & deſideratiſſimi fratres.

EPISTOLA XXVI.

Ed. Querc. LXXI.

Dilectiſſimis viris fratribus, & patribus, (*d*) in Provincia Scotorum. (*e*)

Humilis Eccleſiæ Chriſti vernaculus Albinus divinam ſalutem.

PLurima veſtræ ſagacitatis & religionis laus noſtris ſæpius inſonuit auribus: ſeu propter ſacratiſſimam monachorum vitam; ſeu propter laicorum religioſam converſationem: dum illi ab omni ſtrepitu ſecularis inquietudinis, ſoli Deo vacare deſiderant: & iſti, inter mundanas occupationes, caſtiſſimam vitam (*f*) degere dicuntur... (*g*) Iſti interceſſores ſuos præſentis vitæ ſolatiis ſuſtentare geſtiunt: quod quiſque gratiam benedictionis ſibi à Deo datam, ſibi in alterutrum refundat. Unde & nos veſtræ pietatis exemplis edocti, noſtri navigii curſum orationibus veſtræ ſanctitatis ad portum quietis dirigi precamur.

Nos quoque mutuo charitatis officio veſtræ ſanctitati aliquantulas piæ admonitionis literulas dirigere curavimus; propter quaſdam conſuetudines, quæ veſtris inoleviſſe (*h*) fertur regionibus. Dicitur verò, neminem ex Laicis ſuam velle (*i*) Confeſſionem ſacerdotibus dare, quos à Deo Chriſto cum ſanctis Apoſtolis *ligandi, ſolvendique poteſtatem accepiſſe* credimus. Quid ſolvit ſacerdotalis poteſtas, ſi vincula non conſi- Confeſſionis neceſſitas. Matth. 16 & 18.

(*a*) Liudgardam] „ Uxorem Caroli Magni, quæ anno „ 800. defuncta eſt; Carolus è Centulo per littus Oceani „ venit Rotomagum, indeque per Sequanam ad Sepul„ chrum S. Martini orationis cauſa, ubi pridie Non. Junii „ ſepulta eſt, teſte Egoliſmenſi & Eginhardo. CAN.

(*b*) S. Capellæ] „ Adrianus Papa in epiſt. ad Carolum „ Magnum vocat Engelbertum generum Caroli Magni *mi„ niſtrum Capellæ*: quod de hac noſtra intelligo. De origine „ Capellæ, Sangallenſis de geſtis Caroli Magni. CAN.

(*c*) Primicerium] id eſt Archicapellanum Regium; illud munus ſub Carolo Magno præſertim fuit inſtitutum. Illi committebatur omnium rerum & controverſiarum Eccleſiaſticarum cura, inde *Eccleſiaſticorum Magiſtrum* Hilduinum appellabat Lupus Ferrarienſis Epiſtola 110. cum autem primicerii apud Principem aſſidui comites detinerentur & a grege ſibi commiſſo diutius abeſſent, Agilramnus id faciendi licentiam a Pontifice Romano obtinuerat, ſive Primicerius eſſet Abbas aut Presbyter; nihilominus in Conciliis ante Epiſcopos principem tenebat locum, quanto magis cum foret Archiepiſcopus. BASN.

(*d*) In provincia Scotorum] *Ita corrigo. nam m. ſ. vitioſè*: Gothorum. CAN.

(*e*) In plurimis codicibus legitur *Gothorum*, nec mirum ad Gothos Aquitaniæ incolas ſcripſiſſe Alcuinum qui in Gallia verſabatur. Vulgavit eruditiſſimus Baluſius epiſtolam Alcuini ad *Abbates Gothiæ* in cauſa Felicis Urgelitani, ne ſcilicet ab eo, qui in vicinia fuit, deciperentur. Sed diverſa plane eſt epiſtola quam ſubjicimus, & facile crederem ad Scotos ſibi notiſſimos ab Alcuino fuiſſe conſignatam; adjiciendum igitur *Scotorum*. BASN. m. ſ. col. l. 1. p. 377.

(*f*) Rationabili conſideratione. BASN.

(*g*) Ex m. ſ. cod. Lacunam ita replevit Quercetanus: Quid hoc fraternæ caritatis, quid hac viciſſitudine *jucundius? illi quotidianis ſuos contribules orationibus adjuvare non deſiſtunt* &c. BASN.

(*h*) Fertur] *Corrigo:* feruntur. CAN.

(*i*) Confeſſionem] *De confeſſione auriculari meminit etiam epiſt.* 2. 23. 37. 47. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. considerat ligati? Cessabunt opera medicorum, si vulnera non ostendunt ægroti. Si vulnera corporis carnalis medici manus exspectant: quantò magis vulnera animæ spiritalis medici solatia deposcunt.

Matth. 8. *Joan.* 11. Deo vis, ô homo, confiteri, quem volens, nolens latere non poteris: Ecclesiæ Christi, in qua peccasti, satisfacere negligis? Cur ipse Christus leprosum, quem mundavit, sacerdotibus se jussit ostendere? Cur Lazarum quatriduanum resuscitatum alios solvere jussit? Nunquid fasciamenta mortui eodem verbo solvere non potuit, quo mortuum vitæ redditum de sepulcro prodire jussit? Cur interrogavit cæcos ad se clamantes, quid voluissent? An ignorare cordis eorum voluntatem potuit, qui optatum lumen oculis illorum reddere valuit? Fortè si Deum latere, sicut hominem potuisses, nec Deo plus quàm homini confiteri voluisses. Superbiæ hoc genus esse videtur, sacerdotem judicem despicere.

Psalm. 91. Si dicis, *Bonum est confiteri Domino.* Sed bonum est hujus confessionis te habere testem. Licet (*a*) non semper confessio pœnitentiam significet, sed sæpissime laudem, ut in Evangelio ipsa veritas dixit: Confiteor tibi, pater cœli, & terræ, id est, laudo te pater cœli, & terræ. Et in Symbolo dicitur: Confiteor unum baptisma, & cetera, quæ sequuntur ad idem respicientia verbum: quod verbum, id est, confiteor, in hoc loco confessionem fidei, non peccatorum designat. Erubescis homini in salutem tuam ostendere, quod non erubescis cum homine in perditionem tuam perpetrare? Ancillam tuam iniquitatis tuæ consciam vis habere; & Sacerdotem Christi, reconciliationis tuæ non vis habere adjutorem? Per inimicum corruisti, & non vis per amicum resurgere? Multùm offendisti Dominum, & alium non vis habere reconciliatorem, nisi teipsum? Confidis per orationes tuas salvari? Spernis Apostolicum præceptum dicentis; Orate pro invicem, ut salvemini. Et iterum: (*b*) Si quis peccator est, oret pro eo sacerdos, ut salvetur. Quid ad hæc dicis, quæ in hac epistola leguntur: *Confitemini alterutrum peccata vestra, ut deleantur delicta vestra?* Quid est illud, Alterutrum; nisi homo homini, reus judici, ægrotus medico? Ipsaque sapientia per Salomonem dixit: *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur:* id est, non dirigetur in viam salutis, qui peccata sua celare studet.

Jacob. 5. *Prov.* 28.

Nunquid Deo abscondi possunt scelera nostra, qui omnia videt, novit, & considerat? Homini possumus abscondere, quæ agimus, at non Deo. Nonne David, præsente Nathan Propheta, qui se arguebat pro suo peccato, dixit, *Peccavi Domine?* Ecce tantus vir testem confessionibus suæ voluit habere prophetam. Et quia non erubuit confiteri, quod impiè gessit, statim audivit: Ecce Dominus transtulit peccatum tuum. Homini patefecit vulnus suum & à Deo mox remedium accepit. Nam & in Levitico sæpissime, Domino mandante, *peccator ad Sacerdotem mittitur cum victima, quam offerens Deo, oret pro eo, & dimittatur ei.* Quæ sunt nostræ victimæ pro peccatis, à nobis commissis, nisi confessio peccatorum nostrorum? quam purè Deo per sacerdotem offerre debemus: quatenus orationibus illius, nostræ confessionis oblatio Deo acceptabilis fiat, & remissionem ab eo accipiamus: *cui est sacrificium, spiritus contribulatus: & cor contritum, & humiliatum non spernit.*

2. Reg. 12. *Levit.* 5. 9. 12. *&c.* *Psalm.* 50.

Christus pro nostris sceleribus ab inimicis judicari in hunc mundum venit, ut nos redimeret à diaboli servitute: & nos dedignamur à sanctis Dei sacerdotibus judicari, ut liberemur à vinculis peccatorum nostrorum? Ille absque omni peccato, hominum adsistere, & hoc, impiorum, judicio, non renuit: & nos cum multis peccatis hominum judicia, & hoc sanctorum, subire contemnimus? Nonne in sacro baptismate sacerdotibus Christi nostræ fidei confessionem, & abrenuntiationem Satanæ dare debemus: & sic sacerdotali ministerio, divina operante gratia, ab omnibus ablui peccatis? Cur etiam & in secundo pœnitentiæ baptismate, per confessionem humilitatis nostræ, ab omnibus post primum baptisma peractis, eàdem divinà miserante gratia, sacerdotali similiter auxilio non debemus absolvi peccatis?

Si peccata sacerdotibus non sunt prodenda, quare in (*c*) Sacramentario, Reconciliationis orationes scriptæ sunt? Quomodo sacerdos reconciliat, quem peccare non novit? Si consiliis, juxta Salomonem, tractanda sunt bella: quali audacia, sine consilio Ecclesiasticorum ducum pugnare nos adversus diabolum confidimus? Item eôdem dicente, legimus; Frater qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma est. Quem adjuvat

(*a*) Non semper confessio pœnitentiam significat] *Eleganter de hoc S. Augustinus de verb. Dom. serm.* 8. Admonenda fuit charitas vestra, Confessionem non esse semper vocem peccatoris: quia mox ut hoc verbum sonuit Lectoris, secutus est etiam sonus tunsionis pectoris vestri. Audito scilicet, quod Dominus ait: Confiteor tibi Pater, In hoc ipso, quod sonuit, Confiteor, pectora vestra tutudistis. Tundere autem pectus quid est, nisi arguere, quod latet in pectore, & evidenti pulsu occultum castigare peccatum? Quare hoc feciſtis, nisi quia audistis, Confiteor tibi pater? Confiteor, audistis: Quis est, qui confitetur, non attendistis. CAN.

(*b*) Si quis peccator est,] *Illud S. Jacobi* 5. Infirmatur quis in vobis. *&c. ad animum peccatoris accommodatitio sensu refert eleganter.* CAN.

(*c*) Sacramentario] *An S. Gregorii Magni sacramentarium intelligit, in quo Reconciliationis orationes extant?* CAN.

juvat Sacerdos Chriſti dux exercitus Dei, & rector caſtrorum illius: ſi nullus ab eo ſuæ ſalutis auxilium quærere dignatur? ſi nemo occulta diabolicæ fraudis vulnera, illius medicinali dexteræ tractanda oſtendit? SÆC. VIII. ANNO 790.

Inaniter itaque poſita ſunt in Eccleſiis remedia, & Synodali auctoritate literis mandata, contra omnium peccatorum noſtrorum vulnera, quæ vel antiqui hoſtis verſutia, vel negligentia mandatorum Dei ſpiritaliter, aut carnaliter nobis infliguntur, ſi non his, qui in Eccleſia Chriſti ſtatuti ſunt, ad ſananda putrida ſcelerum noſtrorum vulnera revelantur. *Corde enim creditur*, dicit Apoſtolus, *ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Non ſolum catholicæ fidei, ſed etiam pura peccatorum confeſſio, cordis compunctione nobis ad ſalutem proficit ſempiternam, dicente ſcriptura: *Dic prior injuſtitias tuas, ut juſtificeris.* Et iterum: *Juſtus in principio accuſator eſt ſui. Si juſtus, quantò magis peccator?* Rom. 10. Iſaiæ 43. Prov. 8.

Si fortè dicis cum pſalmiſta: *Dixi, confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino.* Et ego cum eodem dicam: *quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea.* Et iterum cum alio propheta: *Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo.* Quid eſt, jumenta in ſtercore ſuo putreſcere, niſi criminoſos quoſque in putredine peccatorum ſuorum jacere? Qui peccat, jacet: qui confitetur, ſurgit. Qui pœnitentiam agit, revertitur ad patrem ſuum; ſicut prodigus filius in Evangelio legitur dixiſſe: *ſurgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cœlum, & coram te.* Pſalm. 31. Joel. 1. Luc. 15.

Sed ſemel ſacerdoti in præſentia divinæ pietatis confeſſio facienda ſufficit; ſemper autem Domino cum lacrymis, & cordis contritione faciendam eſſe arbitramur. Omnis enim, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur ejus opera, quia in Deo facta.

Vos igitur, viri fratres, filii lucis eſtis, & non tenebrarum: populus acquiſitionis, & non perditionis: gens ſancta, Chriſti ſanguine acquiſita. Ambulate, ut filii lucis in omni bonitate, & pietate, & caſtitate, exuentes veterem hominem, cum peccatis ſuis, & induentes novum, qui ſecundum Deum creatus eſt. *Sit converſatio veſtra cæleſtis, & non terrena.* Diligite juſtitiam, & odio habete iniquitatem. Ephes. 4.

Qui ſanus eſt, defendat ſe ſcuto fidei, ne clandeſtina antiqui hoſtis ſagitta eum vulnerare valeat. Si quis verò propter fragilitatem carnis, vel propter negligentiam circumſpectionis vulneretur, citius ad confeſſionis medicinam recurrat: ne per illecebram malæ conſuetudinis vix eradicari valeat peccatum. Tres enim mortuos Dominum Jeſum Chriſtum Evangelica narrat hiſtoria ſuſcitaſſe: filiam Archiſynagogi in domo: filium viduæ, extra portam civitatis: Lazarum quatriduanum de monumento ad vitam vocavit. Qui ſunt hi tres mortui, niſi tria peccantium genera? quæ modò quotidie divina confitentibus ſuſcitare ſolet gratia. Filiam ſuſcitat in domo, dum conſentientem in corde peccare, revocat à peccati perpetratione. Filium viduæ, extra portam civitatis ſuſcitat, dum peccantem foris in opere, ad pœnitentiæ medicamenta confugere facit. Fœtentem verò in mala conſuetudine peccati, dum lacrymas pœnitentiæ elicit ex corde, ſuſcitat; & ex eccleſiaſtica auctoritate ſolvere eum jubet, ut dignus ſit communione Domini, & particeps ſacri altaris efficiatur. Marci. 5. Luc. 7. Joan. 11.

Hæc cogitate, chariſſimi fratres, & in qualicunque horum trium mortuorum genere ſi quis jaceat, citius ad confeſſionis probatiſſima medicamenta confugiat, ſalutifero pœnitentiæ ſe abluat medicamine: ut non ad judicium damnationis, ſed ad ſalutem ſanctificationis communicet corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Et cum gratiarum actione ſemper rememorate, quomodo vos divina miſericordia, de terra tenebrarum, & frigoris, de regione ignorantiæ, & iniquitatis, tranſtulit in loca lucis, & lætitiæ, in tabernacula abundantiæ, & juſtitiæ: & elegit vos ſibi in filios pietate paterna, ut per vos nomen illius nuntietur in gentibus.

Sequimini veſtigia ſanctorum patrum, & nolite in Catholicæ fidei religionem, novas inducere ſectas. Cavete vobis venenoſum erraticæ invectionis fermentum: ſed in ſynceritate, & veritate mundiſſimos ſacræ fidei panes comedite: & vinum, quod divina electis ſuis miſcuit ſapientia, bibite: & cantate Deo veſtro in concordia pacis, & unanimitate charitatis perpetuæ canticum laudis, & cum militia cœleſti, conſona voce, laudate Dominum, & dicite, *Gloria in excelſis Deo, & in terra Pax hominibus bonæ voluntatis.* Divina vos præveniat gratia, & ſubſequatur ubique clementia, & in omni opere bono florere faciat viri fratres dilectiſſimi, & ſanctiſſimi patres.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. Et. Querc. LXXII.

EPISTOLA XXVII. (a)

Domino beatissimo, atque omni honore nominando, (b) Leoni Papæ.

Humilis Levita Albinus æternæ in Christo gloriæ salutem.

Ecc'es. Romanæ auctoritas.

SUscipiat obsecro sanctissima pietas vestra, Pater glorioſissime, (c) benigno animo nostræ parvitatis literulas, & me devotum vestræ dilectionis famulum agnoſce.

Semper sanctæ Romanæ sedis beatissimos, quantum valui, Principes, & Pastores amavi: cupiens illorum sanctissimis intercessionibus, inter oves Christi numerari: quas Dominus Christus post resurrectionis suæ gloriam, beato Petro Principi Apostolorum pascendas commendavit: quod verè dignum esse fateor, omnem illius gregis multitudinem suo pastori, licet in diversis terrarum pascuis commorantem, una charitatis fide subjectam esse, & sicut pio pastori concedat magnam sibi commissi gregis curam habere, & sedula pietatis admonitione, & sanctitatis intercessione providere; ne aliqui ex illis per præcipitia errorum à via veritatis, vel perpetuæ pascuis vitæ exorbitare incipiant. Gregis sanitas, gloria est pastoris, & multiplicatio illius merces æterna.

Elogia Pontific s.

Ecce tu, sanctissime pater, pontifex à Deo electus, Vicarius Apostolorum, hæres patrum, princeps Ecclesiæ, unius immaculatæ columbæ nutritor; in te fides (d) resplendet, devotio fulget, charitas abundat, congrega nos filios sanctæ Dei Ecclesiæ, & paternæ miserationis affectu, tuis sanctissimis orationibus, & dulcissimis sacrarum literarum exhortationibus intra firmissimum Ecclesiæ soliditatis ovile, ne aliquis ex nobis errabundus lupina rapacitate foris inveniatur devorandus. Nam splendentia cœlestis mandræ agmina, Nativitatis Domini nostri Jesu Christi gaudia, primò pastoribus, qui supra suos devotè vigilárant greges, nuntiare venerunt.

Absolutionem peccatorum petit à Pontifice.

Ecce tuis sanctissimis vigiliis, ac pastorali solicitudini, probatissime Archimandrita, angelicas à supernis sedibus visitationes adstare non dubitamus: quarum auxilio quæcunque divinam popoſceris pietatem, impetrare te posse credimus: Unde ego ultimus sacratissimi ovilis vernaculus, & morbida peccatis ovicula, spe, pace bonitatis vestræ, animatus, ante sanctissimos paternitatis tuæ pedes animo prostratus, suppliciter depoſco, quatenus durissima peccatorum meorum vincula, per Ecclesiasticam Apostolicæ auctoritatis potestatem solvere digneris: & paternæ pietatis precibus cursum vitæ meæ, qui restat, ad perpetuæ portas civitatis dirigere studeas.

Matth. 15.

Grandia poſco quidem, sed charitas grandia novit dare. (e) Poſcentem pro filia viduam Christi clementia non spernit: Sed ait, *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Fides me hortatur, hæc poſcere: spes confirmat, impetrare: charitas, credo, negare non præsumit. Christus pro nobis, cùm inimici essemus, mori non dubitavit: quantò magis, te, Pater sancte, pro amicis velle orare, credendum est?

Sub te pastore augeatur grex Christi. Tu consolator mœrentium, adjutor laborantium: spes, ad te clamantium: lux vitæ: religionis decus. Locus, in quo stas, omnibus te honorabilem facit, & morum nobilitas laudabilem: & pietatis devotio amabilem. Et qui sedem Sanctorum tenes patrum, eorum exemplis inhæreas semper, ut cum illis, multiplici laboris mercede, Domini Dei tui gaudia intrare merearis. Iste filius meus chariſſimus (f) Engilpertus, vobis patefacere valet nostræ parvitatis erga Apostolicam sedem devotionem etiam & voluntatis nostræ petitiones: quem vestræ paternitati valdè fidelem esse agnovi: & ideo nostræ necessitatis causas illi injunximus, ut per os illius, pietatis vestræ aures mei cordis audiant obsecrationes.

(a) Hæc epistola scripta est Leoni III. anno 796. cum mortuo Adriano, Leo, qui ejus vices subierat, Imperatori Carolo Magno claves confessionis Petri, ut vocant, transmittens postulavit ut legatione ad ipsum Missa fungerentur aliqui ex optimatibus, ut populus Romanus novo sacramento Imperatori obstringeretur; ideo delectus est Angilbertus, qui jam bis Romam petierat, itque litteras Alcuini ad Pontificem detulit. BASN.

(b) Leoni] *Leoni III. qui Pontificatum iniit anno* 795. *mortuus anno* 816. CAN.

(c) Quercetanus codex habet *carissime.* BASN.

(d) In editione Quercetanâ legitur *resplendeat, fulgeat, abundet*; sed sensus erit nitidior, si sequamur lectionem Canisii. BASN.

(e) Poſcentem pro filia viduam] *Ita ex conjectura corrigo, licet malim legere* p. p. filia Chananæam: *quæ an vidua fuerit, non constat. Codex m. s. ita habet*: poſcentem pro filio viduæ: *ubi duo distincta miracula, nempe Luc.* 12. *& Matth.* 15. *videtur conjungere.* CAN.

(f) Engilpertus] „ Abbas hic S. Richarii, qui & testa„ mento Caroli Magni interfuit, teste Eginhardo. Hunc „ Carolus Magnus debellatis Hunnis cum magna parte spo„ liorum anno 796. misit ad Leonem, ut Eginhardus & „ Egolismensis scribunt. Anno 792. hæresis Feliciana (habent Annales Franc. edit. Pith.) ipso auctore eam abnegante, apud Reganelpurg primum damnata est, qui etiam per Engilberthum Abbatem in præsentia Adriani Apostolici adductus denuo eam confessione facta damnavit. „ Plura de „ hoc Engilberto epist. 49. 51. 56. 59. CAN.

EPISTOLA

SÆC. VIII. ANNO 790. Ed. Quer. LXIII.

EPISTOLA XXVIII.

Beatiſſimo, & omni honore digniſſimo, & Pontifici magno (b) Adriano Papæ.

Humilis (a) omnium Sanctæ Eccleſiæ filiorum Albinus æternæ beatitudinis ſalutem. (a) l. Humillimus.

VEnerabilis, atque toto orbe laudabilis veſtræ bonitatis, pater optime, pietas, mihi ultimo ſanctæ Dei Eccleſiæ ſervulo, quantulamcumque attulit fiduciam, veſtram deprecandi clementiam, ut me, licet indignum paternæ pietatis amore, in gremium ſanctiſſimæ interceſſionis veſtræ colligere dignemini. Scio certiſſimè veſtræ devotionem ſanctitatis pro populo jugiter totius orbis intercedere Chriſtiano: tamen ſpecialius aliquid pro his egiſſe, qui veſtræ almitati ſe ipſos obnixæ humilitatis obſecratione commendant: & majore credulitate ad tantæ auctoritatis confugiunt ſuffragia. Poteſtas Petri.

Scio me per ſacri Baptiſmatis adunationem, de illius eſſe ovili paſtoris, qui pro ſuis ovibus animam ponere non dubitavit, quas etiam poſt altiſſimam ſuæ reſurrectionis gloriam, beatiſſimo Petro Principi Apoſtolorum, ob trinam magnificæ dilectionis confeſſionem paſcendas commendavit: cui etiam cœlo, terriſque æternam ligandi, ac ſolvendi poteſtatem delegavit.

Hujus te excellentiſſime pater, ut vicarium ſanctiſſimæ ſedis agnoſco, ita & mirificæ poteſtatis hæredem eſſe confiteor. Ecce ego una ſum regiminis veſtri ovicula: ſed valdè peccatorum maculis morbida. Quapropter me totum tuæ offero ſanctitati, paſtor piiſſime, ſanandum: & medicinali potentia, quæ tibi poſt longos ſanctorum patrum ſeries, hæreditaria ſucceſſione à Deo Chriſto tradita eſſe dignoſcitur, me jubeas ſalutiferæ pietatis verbo à peccatorum vinculis eſſe ſolutum. Nam mihi cum Evangelicæ humilitatis regula fas eſſe video dicendum: *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum; dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Qui mox, ut ſperavit, invenit: ut credidit, accepit. Pontificis Romani. *Matth. 8.*

O beatiſſima lingua oris veſtri, in qua eſt æterna medicina ſalutis: per quam cœli aperiuntur credentibus. Nunquam, obſecro, ſileat: ſemper admoneat, & ſanet: ſemper aperiat perpetuæ beatitudinis ad ſe confugientibus, portas.

O Domine Jeſu fac eum longæva valere, & vivere proſperitate: & qui talem populo tuo dediſti paſtorem, hunc pietatis tuæ dextra multis temporibus conſervare digneris: quatenus cum multiplici laboris ſui mercede, ante thronum tuæ veniens gloriæ, audire mereatur: *Euge ſerve bone & fidelis: quia ſupra pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.* *Matth. 25.*

Jam aliquas petitiones propriæ neceſſitatis meæ, his quoque literis inſererem. Sed quia electiſſimus Domini (b) mei Regis miſſus, filius equidem meus chariſſimus, (c) Ill. ad beatiſſimam ſummæ auctoritatis veſtræ dirigitur paternitatem, non eſſe neceſſe putavi, literis exarare quod ille vir fidelis & prudens melius viva voce, ſecundum mandatum Domini Regis, auribus excellentiæ veſtræ poterit intimare.

Nam

(a) Adriano] *qui iniit Pontificatum anno* 772. Sepulchrum ejus platona (id eſt, marmor) parieti infixa, geſta bonorum ejus aureis literis & verſibus ſcripta, jubente Rege Carolo *inquit Rogerus de Houeden parte* I. *Annal. & epithaphium à Carolo Magno poſitum, vide tom.* 9. *Baron. ann.* 795. *quo mortuus.* CAN.

(b) Mei Regis miſſus ille.] „ Jam monuimus, pro incer„ to nomine conſueviſſe ſcribere, Ille. An. 773. Adrianus „ imploravit opem Caroli Magni contra Longobardorum „ Regem cui primæ legationi Adriani Carolus reſpondit „ per legatos ſuos Romam miſſos; inter quos Albinus. Anaſtaſius Bibliothecarius: Georgius ſanctiſſimus Epiſcopus, Gulfardus religioſus Abbas & Conſiliarius, ſeu Albinus delitioſus ipſius Regis. *&c.* Quibus referens idem præcipuus Pontifex cuncta, quæ geſta erant, eos in Franciam abſolvit remeandos, dirigens cum eis ſuos miſſos ad præfatum excellentiſſimum Francorum Regem. „ Quid ſi hîc „ nota hac, ILL. ſignificaretur Engilbertus? de cujus lega„ tione lege epiſt. Hadriani ad Carolum Magnum apud „ Baron. tom. 9. an. 794. CAN.

(c) Lege, Engilbertus; ideo *Petavius* Curiæ Pariſienſis ſenator olim illuſtriſſimus, hanc Epiſtolam ſcriptam putavit an 792. quo *Felix* Urgelitanus duce Angilberto, jubente Carolo Magno, Romam petiit ut ibi vel damnaretur, vel ſententiam ſuam de Chriſto adoptivo dejeraret; cenſuit tamen ipſe poſtea, hanc epiſtolam Alcuini poſſe revocari ad an. 794. qua Carolus Magnus capitulare ſuum adverſus Nicænam Synodum per Angilbertum Adriano tranſmiſit, quæ prior Petavii ſententia multo verior inde mihi probatur, quod ſubjiciat Alcuinus, Angilbertum regi narraſſe Adriani *pietatis fidei* quæ geſta; quæ de Felice damnato priorique Angilberti itinere debent intelligi. BASN.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

Nam inter cæteras fideliſſimæ dilectionis, quam ad vos habet, legationes, meæ quoque neceſſitatis poſtulationes eidem præfatio regiæ voluntatis ſecretario commendavit: quem omnibus amicis valdè fidelem eſſe probavimus, maximè vobis, ut verè dignum eſt, ſanctiſſime pater; qui veſtram laudabili voce bonitatem ſæpiſſime (*a*) domno Regi ſub præſentia multorum teſtium narrare ſolebat, & egregiè pietatis per vos geſta, puræ fidei verbis, de vobis proferre ſtuduit: quatenus piæ dilectionis fidem oſtenderet: & veſtræ Almitatis amorem plurimorum mentibus ingereret.

EPISTOLA XXIX.

Dulciſſimæ dilectionis fratri, & amico in Chriſti charitate ſalutem.

Eccleſ. 9.

AMico antiquo novus non eſt ſimilis amicus. *Qui fortunam ſequitur, & tempora obſervat, qui juxta loci qualitatem mutatur, nunquam verus fuit.* O ſi vox ferrea eſſet, & omnes pili verterentur in linguas, ut vel ſic ad aures tui cordis verba dilectionis meæ pervenire valuiſſent. Vel in tuo pectore ſpiritus eſſet prophetiæ, ut perſpicere cordis mei arcana potuiſſet. Crederes utique quàm ſuaviſſimo ſapore tui amoris pectus meum impleretur.

Sed nunc quod valeo, faciam; hos parvos apices, magnæ indices charitatis, tibi dirigo, ut per hos intelligas, quod vix intelligi poteſt: ſicut flamma poteſt videri, tangi autem non poteſt: ita charitas in literis cerni poteſt, ſed vix in animo ſcribentis ſentiri valet.

Quaſi ſcintillæ de igne ſparguntur; ita dilectio literarum officio volat. Sed plurimi ſunt, in quorum corde exſtinguitur: ideo gratius luceſſit, ubi vel aliqua ejus flammula ardeſcit. Quia in te, frater ſanctiſſime, veram inveni charitatem, ideo nulla terrarum ſpatia me prohibent, ſecundum oportunitatem portantis, cupiens te in Chriſto perenniter frui; cujus amor noſtra utinam impleat corda, ut per ejus dilectionem, nobis inviolabilis permaneat fraternitas, cujus charitatem, ſicut ſacerdos Dei ſummi, ſicut tuba cœleſtis, ſicut præco ſalutis, cunctorum ingerere cordibus ſtudeas.

Quidquid illius reſpuit ſanctitas, inſtantiſſimè prohibe; quidquid illius diligit bonitas, ardentiſſimè prædica. Non terrenæ fragilitatis terreat poteſtas; non ſecularis ambitio ſacerdotalem ſeveritatem compeſcat. Nolite timere eos, qui corpus poſſunt occidere: animam autem non poſſunt.

Eſto omnibus vitæ lucerna, prævius viarum Dei, exemplum honeſtatis. Eſto miſeris conſolatio, medicina vulneratis, afflictis conſolatio: paſtor, non mercenarius; domus Dei, non ſpeluncæ latronum: palma florens, oliva ſemper virens. Noli columbas Dei vendere. Gratis da, quod gratis accepiſti: Irreprehenſibilem te ipſum in omnibus exhibe, ut vita tua doctrina ſit populi: ut & bona converſatione tua ædificentur plurimi.

Legenda Scriptura.

Lege diligenter, obſecro, Evangelia Chriſti, libros quoque alios Canonicæ auctoritatis. Sed & Paſtorale Beati Gregorii Papæ ſæpiſſime perſcrutare. His epulis animam tuam paſce, ut habeas, unde alios reficere valeas. Mei quoque obſecro, ut memoriam habeas inter Miſſarum ſolennia, & ſacras orationes tuas; ut divina clementia veniam mihi peccatorum, & coronam tibi meritorum præſtare dignetur.

(*a*) Domno Regi] *Quomodo Carolus Adrianum coluerit & amaverit, colligi poteſt ex Fœdere cum Offa Rege Mercierum*: Cognoſcat quoque dilectio veſtra, quod aliquam benignitatem de Dalmaticis noſtris vel palliis ad ſingulas Sedes Epiſcopales regni veſtri vel Ethelredi direximus in eleemoſynam Domini Apoſtolici Adriani, deprecantes ut pro eo intercedi jubeatis, nullam habentes dubitationem, beatam illius animam in requie eſſe; ſed ut fidem & dilectionem oſtendamus in amicum noſtrum chariſſimum. Can.

EPISTOLA

EPISTOLA XXX.

SÆC. VIII. ANNO 790. Ed. Quer. LII.

Domino omnium dilectissimo, æternam in Christo salutem.

AUdiens ab Eanboldo famulo vestro, optatæ prosperitatis vestræ sospitatem, valdè me gavisum fateor. Quia charitas, & fides, quæ olim in pectore nostro habitare cœpit, nunquam recedere poterit. Et quantò plus tempus remunerationis appropinquat, tanto magis observare debet, ut qui prius transierit à seculo, amicum sibi sentiat reliquisse in seculo.

Me verò, filium tuum, febrium acerbitas, & (*a*) Regis tardatio in Saxonia retinuit, ut ad vos venire non potuerim, sicut desideravi. Concedat mihi clementia divina faciem tuam, in lætitia videre, antequam moriar, ut in ea te honoris dignitate, si fieri possit, inveniam, in qua te pergens videbam. Tamen si aliud aliquid tuo placeat animo, rogo ut nullam violentiam super Ecclesiam Christi ullatenus fieri permittas: sed fratres libera electione in timore Dei, sicut optimum, Deo donante eligant. Iter Caroli in Saxoniam.

Quia in sanctis Canonibus terribile anathema legitur super omnes, qui violentiam aliquam inferant super Ecclesiam Christi. Scito semper dilexisse familiam nostram, & plurima eis bona fecisse: sed nunc maximè indigemus: ut bene illis agamus, ut ubi nobis requies erit æterna; ibi sint quoque intercessores perpetui pro nobis. (*b*)

EPISTOLA XXXI.

Ed. Quer. LIII. ad quendam.

Pars mea, dixit Dominus animæ meæ: Pars mea, dixit pater filio suo: Cui sit pars cum Sanctis in æternum.

TUæ beatitudinis perlectis literis, gaudebam de tuæ prosperitatis salute; cujus præsens quantum valui, fautor fui, etiam & nunc absens cupidus. Et utinam, ut literis promisisti, memor sis antiquæ paternitatis, & dulcedinis inter nos, in Domino, qui semper nos in sua provehat voluntate, & proficere faciat in suis mandatis.

Memores simus, quòd nos de stercore erexit, & posuit inter principes populi sui: non nostris meritis, sed sua gratuita misericordia; cui semper gratias agimus in omni vita nostra, ut ille, qui exaltavit, etiam & conservet. Omnes verò Ecclesias, quas, Deo donante, ad regendum accepisti, diligentissimè in Dei laude exorna.

Sint in eis canonicis horis psalmorum melodia, orationum instantia, Missarum solennia, & intercessiones pro te, tuisque amicis. Sint tibi filii minores cum honestate, & temperantia. Vestimentorum moderatus cultus: convivia non in luxuria, & ebrietate, sed in sobrietate, & congruentia temporibus, & personis.

Ubique Dei timorem ante oculos habeas. Humilitas te exaltet, & veritas honorabilem

(*a*) Regis tardatio in Saxonia] „ Alcuinus cum Carolo „ Magno in Saxoniam profectus: quem quam avidè itine„ rum suorum comitem habere desideraverit, patet ex epist. „ 7. ad Carolum Magnum, & Alcuinum in conversione „ Saxonum sedulo laborasse, qui ipsum Carolum ad hoc „ opus urgendum incitavit. Antiqui Saxones, inquit Al„ cuinus in epistola, quam citat Willielm. Malmesbur. lib. „ 1. Reg Angl. cap. 4. & omnes Fresonum populi, instante Rege Carolo, alios præmiis & alios minis solicitante, ad fidem Christi conversi sunt. CAN.

(*b*) Hic deest hortatiuncula ad viam sibi præparandam ad cœlos & contemptum vanitatum sæculi, quæ apud Quercetanum pag. 1570. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

bilem faciat, & misericordia amabilem. Sit tua manus pauperibus larga, amicis benigna. Esto fidelis dispensator domui Dei; esto forma salutis omnibus tecum habitantibus. Et quia Deus te honore nobilem fecit, esto quoque & moribus nobilis. Luceat lux tuæ bonitatis coram omnibus. Glorificetur in te pater cœlestis; qui te & in hac præsenti vita custodiat, & in futura vita gloriam tibi cum Sanctis concedat æternam.

Pars mea, pars valeas; semper sit pars tua Christus.
Esto memor patris, pars precor alma tui.

EPISTOLA XXXII. (a)

Dilecto fratri Illi.

Alchuinus salutem.

DUlces tuæ dilectionis accepi literas, mellifluis sensibus delibutas, apologeticam (b) tenens rationem, quarum melius credebam veritati, quàm falsiloquæ aliorum narrationi. Nam fides amicitiæ corde constare debet, non linguæ versibilitate. Utinam dignus essem, pacem prædicare, non discordiam seminare; & signum portare Christi, & non arma diaboli. Nunquam tibi scripsissem, si noluissem pacem tecum habere, & quod in Christo cœpimus, firmum permanere.

Alcuini fidelitas erga Offam.

Vere (c) Offæ Regi (d) & genti Anglorum nunquam infidelis fui: sicut hos amicos, quos mihi Deus donavit, fideliter quantum valeo, servabo: sic & hos, quos reliqui in patria. Pauci sunt dies mei, & hos ipsos cum dolore flagelli suffero: ideo te obsecro, ut in Domino, quos valeas, mihi intercessores acquiras.

Necessitas bonorum operum.

Multis miseriis turbatum est hoc seculum, & non est refrigerium in eo, nisi in misericordia Dei, & fide amicorum. Nudi venimus, & nudi recedimus: nisi qui bonis animam vestiat operibus. Ut tibi, charissime frater, tempus vel locus occurrit, semper Dei suade voluntatem omnibus personis; Regi suaviter, Episcopis honorificè, Principibus fiducialiter, omnibus veraciter. Nostrum est seminare, Dei fructificare.

Nec ulla tibi alicujus dissensionis inter nos remaneat suspicio. Nec simus ex illo-
Matth. 10. rum numero, de quibus dictum est: *Non veni pacem mittere, sed gladium:* sed ex illo simus numero, ad quos dictum est; *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo*
Joan. 14. *vobis: ut pax Christi, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, in charita-*
Philip. 4. *te Christi, & dilectione fraternitatis.* Paucis scripsi literulis: quia sapienti pauca sufficiunt. Sed te plurima Dei dona glorificent in æternum, dilectissime frater.

(a) E. Q. LIV. cum hac inscriptione ad Beornvinum Presbyterum.

(b) Tenens] *forte:* tenentes. CAN.

(c) Offæ Regi] *Omnino corrigendus ms. qui habet:* Reginæ. *Offa Rex Merciorum Caroli Magni amicitiam ambivit. Vide Continuat. Bedæ lib. I. cap. 14. 15. 16.* CAN.

(d) Et genti Anglorum nunquam infidelis fui] *Verissima.* Non immemor compatriotarum, Imperatorem in amicitia eorum continere, *inquit Willielm. Malmesbur. lib. I. Regum Angl. cap. 3. qui Alcuini epistolam ad Offam citat:* Ego paratus etiam cum muneribus Caroli Regis ad vos venire, & ad patriam reverti; sed melius mihi visum est propter pacem gentis meæ in peregrinatione remanere. *Et paulo post citat aliam Alcuini epistolam ad Offam de nece Ethelredi:* Sciat veneranda dilectio vestra, quod Dominus Rex Carolus amabiliter & fideliter sæpe locutus est mecum de vobis, & in eo habetis fidelissimum amicum; ideo & vestræ dilectioni digna dirigit munera, & per Episcopales Sedes regni vestri. Similiter Ethelredo Regi & ad suas Episcoporum Sedes dona direxit. *Sparsa esse quædam dissensionum & odii semina inter Offam & Carolum Magnum quæ Alcuino imputata sint, quæ etiam hac epistola à se amolitur, colligo ex epistola ipsius, quam citat Willielm. Malmesbur. ibid. cap. 4.* Nescio, quid de nobis venturum sit; aliquid enim dissensionis, diabolico fomento inflammante, nuper inter Regem Carolum & Regem Offam exortum est, ita ut utrinque navigatio interdicta negotiantibus cesset. Sunt, qui dicant nos pro pace esse in illas partes mittendos. *Fœdus tamen cum Offa firmatum Carolus sanctum servavit, cujus fœderis exemplum lege apud Malmesbur. ibid. c. 4. in fine.* CAN.

EPISTOLA

SÆC. VIII. ANNO 790.

Ed. Quer. LVIII.

EPISTOLA XXXIII.

(a) Dulciſſimo dilectionis filio Ill. ſalutem.

Radoni Abbati. ſic habet Querceta-nus.

Dilectionis veſtræ venerabile ſequutus præceptum, vitam S. Vedaſti (b) patris veſtri, & interceſſoris noſtri emendare ſtudui; non quòd aliquid illius excellentiſſimis meritis dignum dicere valuiſſem, ſed quòd nihil tuæ reverentiæ juſſis denegare ratum putavi. Idcirco ad te maximè pertinet harum laus, vel vituperatio literarum. Utinam tibi, & fratribus, qualeſcunque ſint, placeant; deprecans, ut meum laborem, orationum veſtrarum ſolatio remunerare dignemini: & unus merear eſſe veſtrum in charitatis communione; illius ſemper memores mandati, qui dixit: *Hoc eſt* (a) *mandatum meum, ut diligatis invicem.* In hoc enim mandato omnium ſalus conſiſtit.

Vita S. Vedaſti.

(a) Surii editio: præceptum. Joan. 15.

Hoc cunctis perneceſſarium eſſe conſtat, & maximè his, qui gregem Chriſti regendum accipiunt: quapropter tu, chariſſime fili, gregem, quem accepiſti regendum, fraterno amore diligenter erudire ſtudeto; & ſanctis admonitionibus eum per paſcua vitæ deducere ſatage, (b) habens in omni opere bono Chriſtum adjutorem, Sanctum quoque Vedaſtum interceſſorem.

(b) Sur. Habes.

Sicut magno labore domum Dei optimè habes ornatam, & largiſſimis donis decoratam: ita tibi ſubjectos bonis moribus ornare contende; & eos in divina laude (c) devotiſſimè fac conſiſtere. Et quod angeli ſemper agunt in cœlis, hoc fratres jugiter faciant in Eccleſiis. Tuum eſt præcipere; illorum, obedire: Tuum, præire; illorum ſubſequi.

(c) Abeſt in Sur.

Omnium in ſervitio Dei una debet eſſe voluntas, ut una fiat in regno Dei remuneratio. Nullus horis canonicis ſe divinis ſubtrahat laudibus; ne propter aliquam negligentiam cujuſlibet locus in conſpectu Dei vacuus inveniatur.

Adhortatio ad pietatem.

Et verba Dei in Eccleſiis intimo cordis affectu proferantur, & cum magna reverentia Dei omnipotentis Officia celebrentur. ((d) Omne verò miniſterium Chriſti humiliter, & devotè impleatur.) Omnis itaque obedientia in ſeculi neceſſitatibus fideliter & ſtrenuè (e) peragatur. Fiat equidem inter omnes concordiſſima pax, & ſanctiſſima charitas, & devotio regularis.

(d) Abeſt in Sur.

(e) Sur peragunt vitioſè.

Seniores bonis exemplis, & ſedula admonitione erudiant juniores, illoſque diligant, ut filios: & illi, quaſi patres, eos honorificent: illorum, omni alacritate obediant præceptis. Tua verò, venerande fili, converſatio, omnibus ſit exemplum ſalutis.

Cave ut nec minimus quis in tua ſcandalizetur vita, ſed ædificetur & roboretur in via veritatis: quia tibi ex illorum ſalute merces judicabitur æterna. Cani capilli extremum denuntiant properare diem. Quapropter paratus eſto omni hora in occurſum Domini Dei tui. Dilectio fraterna, & eleemoſynæ miſerorum, & vitæ caſtitas præparent tibi gradus in cœlum. Diligenter elabora æternos tibi dies felices.

Honor ſecularis, quem habes, ſpiritalem tibi abundet in gloriam. Feſtivis diebus, veniente in Eccleſiam populo, fac eis prædicari verbum Dei: & quocunque vadis, Clerici, qui ſervitium Dei pleniter peragant, tecum eant: ſobrietate ornati, non ebrietati adſueti: quorum honeſtas vitæ, aliis ſit doctrina ſalutis. Curamque ubique habeas, maximè pauperum, viduarum, & orphanorum, ut audias in die tremendo à Domino Chriſto, cum aliis eleemoſynam facientibus: *quàm diu uni ex his miniſmis feciſtis, mihi feciſtis.*

Matth. 25.

Eſto miſeris, ut pater, & cauſas ad te clamantium diligenter diſcute. Et parce in te peccantibus, ut Deus tuis parcat peccatis. Eſto juſtus in judiciis, & miſericors in debitis, magiſter virtutum, moribus honeſtus, verbis jocundus, vita laudabilis, in omni opere (f) bono devotus. Fratres quoque cohortare, ut ſanctas diligentiſſimè legant ſcripturas. Non confidant in linguæ notitia, ſed in veritatis intelligentia, ut poſſint contradicentibus veritati, reſiſtere.

(f) Sur. Dei.

Sunt

(a) „ In m. ſ. non eſt nomen illius, ad quem hæc epiſtola ſcripta ſit. At ſcimus eſſe ad Radonem Abbatem, „ cui vitam S. Vedaſti Epiſcopi Alcuinus dedicavit, & hanc „ dedicatoriam præmiſit: Quæ extat tom. 1. Surii. die 6. „ Februarii. Patet ergo ex hac epiſtola error eorum, qui „ vitam S. Vedaſti ſcriptam à Beda putarunt, ſicut & vulgo „ habetur in 6. tomo Bedæ; cum Alcuinus auctor ſit. Niſi „ quis dicat ab Alcuino vitam S. Vedaſti tantum emendatam eſſe, & à Beda ſcriptam: præſertim cum dicat: Vitam S. Vedaſti &c emendare ſtudui. „ In Surii editione „ talis eſt inſcriptio: Dulciſſimo dilectionis filio Radoni Abbati, humilis Levita Albinus ſalutem. CAN.

(b) Patris veſtri] „ Colligo ex his verbis Radonem Abbatem fuiſſe monaſterii S. Vedaſti: quod anno 937. ad„ huc floruiſſe Frodoardus in Chronico teſtatur. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Sunt tempora periculosa, ut Apostoli prædixerunt: *quia multi Pseudodoctores surgent, novas introducentes sectas*, qui catholicæ fidei puritatem impiis assertionibus maculare nituntur. Ideo necesse est Ecclesiam plurimos habere defensores, qui non solùm vitæ sanctitate, sed etiam doctrina veritatis castra Dei utiliter defendere valeant.

2. *Tim.* 3. Has verò piæ admonitionis literulas, non quasi nescienti direxi, sed ut veræ charitatis in meo pectore fidem ostenderem. Quid facit amicus, si verbis scriptum non ostendit? Si divites pauperum munuscula non spernunt; cur & vestræ flumina sapientiæ, nostræ rivulos intelligentiæ respuere debent? Nam & majores amnes rivulis augentur influentibus. *Et ipse Dominus viduæ laudavit duo minuta, quæ ex inopia suæ paupertatis, larga manu, Deo, quod habuit, obtulit.* Et ego, quamvis scientia inops, (a) tamen fraterno fidelis amore, vestræ hæc munuscula direxi pietati, obsecrans ut tam humili ea fraternitatis intuitu respicere digneris, quàm nos pia devotionis charitate, illa vobis dirigere studuimus.

Luc. 21.

(a) *Sur. tamen fideli amore vestra.*

Omnipotens Deus te tuosque charissimos fratres in omni bono proficere faciat, & ad beatitudinem æternæ gloriæ pervenire concedat, filii, patres, & fratres, & amici charissimi.

Ed. Querc. LIX.

EPISTOLA XXXIV.

Mediolanensi.

Dilectissimo in Christo patri (a) Petro Archiepiscopo.

Albinus æternæ beatitudinis salutem.

MEmor dulcissimæ humilitatis, & dilectionis vestræ, ingemisco absentiam illius, cujus charitatis flamma in corde ardescit filii. Quanta est hujus seculi infelicitas, quæ tam charos disjungit amicos; quæ filium separat à patre! O si pennas aquilæ habuissem, ut (b) altitudines Alpium, velocior Euro, transvolare valuissem: quam citò ante paternos stetissem pedes, ut refrigerarem ex paterna visione pectoris mei ardorem.

Sed quia hoc fieri non valet, induamur nos duplicis charitatis pennis: simus in Christo semper præsentes, qui sumus in seculo absentes. Quid est charitas, nisi unitas animorum, dicente ipsa veritate, dum pro suis oraret ad patrem: *Pater conserva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos unum sumus?* Ego vero filius tuus, obsecro te, per ejus misericordiam, qui hæc dixit, ut in sanctissimo paternæ memoriæ thesauro filii tui Alchuini nomen habeas reconditum: & inter dignissimas Deo oblationes orationum tuarum, vel semel ore proferas.

Joan. 17.

Quanta tibi, pater optime, apud pietatis remuneratorem Dominum Christum remanet merces, si me, peccatorum ponderibus prægravatum, ab iniquitatis oneribus prægravatum paternæ misericordiæ precibus sublevare coneris. Fateor, me tantæ auctoritatis degenerem esse filium: tamen junioris filii, qui à patre in longinquam recessit regionem, roboratus exemplo, audeo dicere: *Pater peccavi in cœlum, & coram te.* Ideo non sum dignus vocari filius tuus. Et te credo paternæ memorem pietatis, lætis revertenti occurrisse amplexibus; prudentiam quoque tuam recordari beatissimi Job, pro filiis devotionis; *qui quotidiè pro illorum prosperitate Deo sacrificia offerre studuit, valde desiderans, quos seculo genuit, Deo enutrire.*

Luc. 15.

Job. 1.

Ideo in omnibus tentationibus, tanquam aurum in fornace probatus inventus est. Laus enim patris in salute extat filiorum: & merces pastoris in multiplicatione gregis adcrescit. Nam & ipse princeps pastorum, post resurrectionis gloriam, beato Petro, ob confessionis trinæ, in suo amore soliditatem, pascendas oves, quas pio redemit sanguine, commendavit.

Tuum

(a) Petro Archiepiscopo] „ Sed cujus hic Archiepiscopus? „ Mediolanensis. Quem Panuin quinquagesimum: Borrom. „ quinquagesimum secundum, & Carolo Magno percharum „ fuisse ait. Extat hujus Petri, qui & Oldradus dictus est, „ epistola elegantissima ad Carolum Magnum de translatione S. Augustini Papiam anno 725. facta. CAN.

(b) Altitudines alpium] *Alpium meminit, quod ea inter Galliam, ubi Albinus agebat, & Italiam sita.* CAN.

Digitized by Google

Tuum eſt, pater ſancte, abſentes precibus adjuvare: præſentes, verbis erudire, exemplis confortare, ut paterna pietas, & paſtoralis devotio omnibus proſit in ſalutem. Patres igitur filiis theſaurizare ſolent. Tu verò beatitudinis theſauros tuis relinque nepotibus; ut per longas Eccleſiaſticæ eruditionis ſeries cœleſtis regni gloria tibi ſemper augeatur. SÆC. VIII. ANNO 790.

Opto, ſi fieri valeat, quatenus me tuæ paternitatis literis reficias, ut aviditatis meæ oculis legam, quod auribus audire voluiſſem, ſi fortè fieri valuiſſet. Conceſſum enim humano generi, pectoris arcana chartis mandare, & literis innoteſcere tacentibus, quod lingua non valet loquente. Nam & B. Paulus Apoſtolus abſentes filios pietate admonitionis ſæpius erudire ſolebat; ut quotidiana literarum lectio æternam patris præceptorum, mentibus filiorum infigeret memoriam.

Sanctitatis veſtræ auctoritatem divina pietas ad exaltationem, & gaudium ſanctæ ſuæ Eccleſiæ longæva proſperitate cuſtodire dignetur, Pater dilectiſſime.

EPISTOLA XXXV.

Ed. Quercet. LXVI.

Chariſſimo (*a*) Germano Aquilæ (*b*) Antiſtiti.

(*a*) (*a*) *Juvavenſi, id eſt, Salisburgenſi.*

Albinus ſalutem.

Si mihi gerulus gratus occurriſſet, ſæpius tuæ ſcripſiſſem dilectioni, ut literis implerem, quod verbis non potui, & charitatis dulcedinem, lingua tacente, apices monſtrarent. Hoc dedit Deus abſentibus in ſolatium, ut per chartas loqui potuiſſent, & neceſſaria proferre in cor alterius, dum animus gravi carcere corporis circumſeptus, ſuæ naturæ velocitatem explicare valet, indices literas fraternus amor ſibi invicem dirigeret.

Quid de gloria Sanctorum dicendum putas? ubi nulla tarditas ſarcinæ corporalis piæ voluntati obſiſtit, quin quod placeat, impleat. Quid eſt hoc ſeculum niſi miſeria, & velut umbra fugax, & ſeducens delectatio? Gloria Sanctor.

Feſtinemus tota mentis intentione ad illam requiem, quam nullus dolor perturbat. Aſcendamus per gradus charitatis ad illam civitatem, in qua Deus ſolus rex regnat in æternum. In qua tota beatitudo ſine ulla miſeria viget, & valet. Ut ad illam pervenire mereamur, eodem auxiliante rege, nos invicem exhortemur, & velociore charitatis curſu, tardiorem admonitionis ſedulitate trahat. Tum etiam fraterna diligentia, ſocordiam caſtiga, vel tuæ ſanctitatis precibus jacentem releva, ut fraternæ dexteræ ducatu, non laſſeſcat in via veritatis, qui hucuſque ſe volvebat in ſeculi cœno.

Veniens veniebam ad ſancti Amandi protectoris noſtri dulciſſimas manſiones, quærens amatorem meum, ut ejus dulciſſimo alloquio refrigerarem animam meam: ſed quia necdum de nido Juvavenſi avis optata evolavit, miſi hanc invitatoriam obviam illi chartulam, ut noſtram agnoſceret proſperitatem, vel ſuam nobis præſentiam deſignaret.

Fidelis amicus diu quæritur, vix invenitur, difficile ſervatur; cujus dulcedo omnes ſeculi ſuperat jocunditates. Quid divitiæ, ſine amicis? Avarus aurum quærit. Et quid in auro niſi ſpecies vana? Nonne unus panis eſurienti melior eſt, quàm mons aureus? Aurum prodeſſe poteſt danti, non poſſidenti. Ideo demus divitias in præſenti, ut in futuro poſſideamus illas. Nam pauperis manus gazophylacium eſt Chriſti. Nullus melior cuſtos divitiarum eſt, quàm Chriſtus. Proficientem te, chariſſime frater, divina auxilietur gratia in æternum.

EPISTOLA

(*a*) Germano] „ Cujus hic Aquila Antiſtes? Juvavenſis. „ Ille idem, quem epiſt. 20. ad Juvavenſes, germanum „ appellat: Pio patri, Aquilæ, Pontifici, germano meo, paſtori veſtro. CAN.

(*b*) Is fuit *Arno*, quem pro more illius ſæculi ſolito Aquilam appellat, fuit Arno frater Alcuini. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. Ed. Querc. XLV.

EPISTOLA XXXVIII.

(a) Filio meo chariſſimo Alta Petra.

Albinus ſalutem.

UTinam juxta nomen tuum, fiat merces tua alta, & firma. Hoc verò, ut, Deo donante, fiat, labora inſtanter. Curre, dum lucem habes. Aſcende quotidiè per ſingulos gradus virtutum, ut de te dici poſſit: *Ibunt ſancti de virtute in virtutem:* ut, quod ſequitur, *fieri poſſit hoc, ut à te videatur Deus Deorum in Sion.* Pſalm. 83.

Vigiliis & orationibus inſta; caſtitate & humilitate, dilectione Dei, & proximi, & aliorum mandatorum obſervatione te ipſum exorna. Quæ tamen omnia ad charitatis firmamentum reſpicient: in qua tota lex pendet, & prophetæ. Si nondum adhuc annis, ordine tamen ſacro miniſterio ſenior eſſe cœpiſti. Nam presbyter, ſenior in latina interpretatur, ut ſignificetur moribus eſſe ſenex, conſtantia perfectus, prædicatione verbi Dei intentus, ita ut opere impleat, quod ore doceat.

Tu verò, fili chariſſime, vigilanter tibi præpara bonis meritis domum perpetuam in cœlis. Modò tempus eſt laborandi, & promerendi Dominum: tunc erit tempus judicandi, & promerendi Deum. Quia tunc judicabitur unuſquiſque ſecundum opera ſua. Non tibi ſit ſeculi pompa ſuavior, quàm ſalus æterna: nec dilectio carnalis dulcior, quàm dilectio Dei. Qui hîc Deum diligit, ibi cum Deo etiam lætabitur. Quàm jocunda eſt beatitudo æterna, & quàm miſera perditio ſempiterna. Qualis in vita futura fieri velis, talem te præpara in præſenti. Parvi temporis hoſpes perpetuam tibi promereris manſionem. Hodie te cogita cras eſſe moriturum. Omnis dies quaſi ultimus eſt habendus. Ideo ſemper homo debet eſſe paratus, ut quacunque die judex pulſaverit oſtium, aperiatur ei: cum lætitia rapiatur ad (b) imalicium (c) anima dum ducetur de corpore.

Vanitas dignitatum in judicio.

Quid tunc ebrietas; quid luxuria carnalis; quid pompa veſtimentorum: quid anulus in digito: quid aurum in ſacculo? Dives moritur ſimiliter ſicut & pauper, & una eſt amborum conditio. Niſi fortè quis melior altero ſit. Bonus vadit in vitam ſempiternam: Impius tormentis traditur æternis. Eſto filius vitæ, & non mortis. Eſto hæres cœli cum Chriſto, non eſca ignium cum diabolo. Per ſingulos dies ſemper eſſe melior ſtudeto, ut cum Deo ſemper eſſe merearis.

Saluta meo nomine illos Dei famulos, amicos noſtros, filios vitæ æternæ. Rogo eos, noſtri eſſe memores in orationibus ſuis cum familia ſua, quam diligenter in ſervitio Dei erudiunt: quatenus mercedem ex illis habeant, & non pœnam: laudem, & non contumeliam: quia profectus ſubjectorum, ſalus eſt prælatorum: & paſtor bonus ex gregis multiplicatione coronabitur. Et tu, fili mi, memor eſto mei, & tui in orationibus, ut divina nos clementia perpetuo munere, in ſalute ſempiterna conſervare dignetur. Vale, vale fili in æternum.

(a) Filio meo Alta Petra] „ Reperio in diviſione Ludo-„ vici & Caroli, Altam Petram, nomen loci, poſt S. Ur-„ ſum in Saledoro, & Grandivallem. CAN.

(b) Scriverius in notis m. ſ. legebat *Mallum*; & quidem *Mallus* eſt conventus in quo majores cauſæ olim dijudicabantur, ne *Malla Publica* (dicitur enim *Mallum* & *Mallus*) vel *Placita* in exitibus vel atriis Eccleſiarum teneantur, vetat Synodus Sueſſionienſis ſub Carolo Magno, eo circiter tempore quo floruit Alcuinus, habita. Inde conjecturæ locus eſſet ea voce quæ tunc fuit notiſſima, uſum. Mallem tamen legere *judicium*; facilis enim mutatio litterarum *Ju*; in *im.* & *di.* in *al.* deinde Mallus reſpicit quidem placita hominibus uſitata; ſed dubito an vox illa peculiaris ad divinum illud tremendumque judicium trahi debeat vel poſſit. BASN.

(c) Ad imalicium] *forte legendum*: ad judicium. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 970.

EPISTOLA XXXVII. (a)

Dilectiſſimis in Chriſto amicis Ill.

Humilis Levita ſalutem.

SOlet charitas literis appellare, quos oculis cernere non valet: quia apices chartarum amoris magnitudinem exprimere conantur, ut oculis legatur in ſyllabis, quod videri non poteſt in mentibus. Ideo veſtræ, chariſſimi, memor germanitatis, hanc chartam vobis in commune direxi, ut cognoſcatis, quantam pro vobis habeo ſolicitudinem quia nec terrarum longinquitas, nec temporum diuturnitas delere valet, quo minus admoneam, quos magis diligam, deſiderans ſalutis veſtræ proſperitatem, & in Deo credere, & in ſeculo ſcire. Ut utrumque fiat, unum eſt ſtudendum, id eſt, Deo placendum.

Præterit, quidquid amatur in mundo: & ſolum permanet, quidquid agitur in Deo. Ideo temporalia non tardent iter ad æterna tendentium, dicente diſcipulo, quem diligebat Jeſus: *Nolite diligere ea, quæ in mundo ſunt.* Numquid ex umbra panis eſuriens ſe ſaturare poterit? Umbratica eſt ſeculi felicitas: vera tantummodo in futuro ſpectatur. 1. Joan. 2.

Nolite vinculis ſeculi teneri, nec laqueis diaboli ligari. Et vincula, quæ per confeſſionem, & pœnitentiam præcidiſtis, nolite reformare, ut liberas manus valeatis relevare ad Dominum, & puro corde deprecari, quem toto corde amare debetis. Vigiliæ, & orationes ſint aſſiduæ vobis. *Beatus ſervus ille, quem cum venerit Dominus ejus, invenerit vigilantem.* Vigilandum eſt in bonis operibus, non dormiendum in delectationibus carnalibus. Et ebrietatem, quaſi perditionis foveam fugite: quia juxta prophetam: *Vinum & ebrietas aufert cor.* Luc. 12. Oſee. 4.

Pompas veſtimentorum non ſectemini. *Beatus homo, qui non reſpicit in vanitates, & inſanias falſas.* Melius eſt, animam ornare, quæ permanet, quàm corpus veſtimentis, quod putreſcit in pulverem: dicente quodam Philoſopho; Ridiculum eſt, in vanitate laudem quærere: volens veſtimentorum ſupervacuas curas, vanitatem intelligi. Quòd ſi plurimi hoc faciunt: ſcriptum eſt: *Non ſequeris turbam, ad faciendum malè.* Melius, cum paucis ſalvari, quàm cum plurimis perire. Pſalm. 39. Eccl. 18.

Scitote, cujus exempla diligentius ſectamini, ejus meritis maximè adhæreatis. Chriſtus per humilitatem viam nobis fecit in cœlum. Quid ſuperbiam pravorum ſequimur? Angelus per ſuperbiam proruit è cœlo. Quid ſuperbit homo, terra, & cinis? Quis ſuperbienti homini locus deputetur, ſi angelo ſuperbienti infernales pœnæ præparatæ ſunt? Adverſus ſuperbiam.

Non eſt opus vos, quaſi inſcios, admonere: dum Evangelium Chriſti ante oculos habetis; legite, & intelligite, quid ſit cavendum, vel quid obſervandum. Quod ibi ſcriptum, eſt neceſſe ut fiat, *dicente ipſa Veritate, Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.* Item: *Si quis diligit me, ſermones meos ſervat.* Indicium dilectionis Dei eſt, mandata ejus obſervare: & præmium dilectionis, viſitatio divinitatis; eo ipſo promittente, quem diligere jubemur: *Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.* Pro me orantes valete viri fratres chariſſimi. Matth. 24. Joan. 14.

(a) Ed. Querc. XLVI. cum hac inſcriptione ad Monnam Presbyterum & fratrem ejus. Dilectiſſimis in Chriſto amicis fratri & filio Anthropo & Stratoclei humilis Levita Alcuinus.

EPISTOLA

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. Ed Q1. XXXVI.

EPISTOLA XXXVIII.

Ad quendam discipulum.

Dilectionis vestræ literas grata suscepi dextera, & læto legebam animo, intelligens in eis, vestræ vitæ prosperitatem, & literalis exercitii studium, ex quo dictantis eloquentia claruit. Hoc mihi maximum esse gaudium constat, ut filios florere videam, in conversationis puritate, & profectus diligentia. Iste est ornatus, quem optavi meis. Istæ sunt deliciæ, quibus illos desideravi vestiri. Ista est munditia, quam concupivi in illis. Hæ sunt epulæ, in quibus illos jocundari amavi. His etiam anima reficitur esuriens, & sitiens justitiam. *Hoc est vinum, quod miscet sapientia invitatis ad mensam suam, dum septem columnis subnixam sibi domum construxit.* In hac divina domo, frater charissime, te habitare semper obsecro; illius te epulis pasci deprecor: hujus te calicis mero inebriari exopto. Non vanas seculi pompas, non noxias corporis delectationes exsequi, quæ non proderunt ambulantibus in eis: sed suos sequaces, in æternæ perditionis voraginem demerserunt.

Prov. 9.

Tu verò, amor animæ meæ, si quid sordium ex his contraxisti, lacrymis lava pœnitentiæ, ablue, & vitæ melioris manu dele, memor tui, memorque mei; animam meam lætificans, tuæ parcens. Quia salus tua, consolatio mea est. Noli patrem sua mercede fraudare de te. Noli filii nomen delere in te. Si pro te non vis, vel pro me fac. Si vel me non curas, & te negligis; Deum time, dilige, honora. Ille est verus pater, ille redemptor, ille omnium largitor bonorum: suscita dormientem in deliciis animam.

Tres inimici animarum.

Contra tres tibi quotidie pugnandum est inimicos: contra diabolum, contra seculum, contra carnem. Quomodo poteris securus dormire? Te verò dormiente, vigilant, qui te occidere quærunt. Quomodo non times flammas æternæ perditionis? Quid tu parvi temporis hospes, patriam quæris in peregrinatione, & illam obliviscaris, in qua civis conscriptus es in baptismo? Cogita, quis pro te pependit in cruce. Hujus latus lancea perforatum tuæ sanguinem redemptionis emanavit. Noli parvipendere precium tuæ salutis. Pro te traditus est, qui te fecit: imò omnium creator, ad redemptionis tuæ precium seipsum expendit.

Cur te ignobilem facis, nobilissimo emptus precio? Noli ex filio Dei servum facere diaboli. Quid (*a*) pompaticis carnem induis vestimentis, & ornamenta animæ non quæris? *Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus: qui non respicit in vanitates, & insanias falsas.*

Psalm. 39.

Eccl. 6. Luc. 12. Ephes. 6. *Melius est, collo sapientiæ monile suspendi, quàm serico vanitatis involvi. Melius est castitate lumbos circumcingi, quàm numerosis pomparum cingulis constringi; & ardentes bonorum operum in manibus portare lucernas, quàm digitos anulis ostentationis radiare. Satius est pedes in Evangelicum pacis expeditos esse, quàm (b) longo (c) fasciarum*

(*a*) Pompaticis carnem induis vestimentis] *Eum, quem Alcuinus hic ob affectatum vestium splendorem, reprehendit, fuisse Clericum, patet ex his verbis*: Tu sacri altaris minister; tu summi honoris socius. *Audiamus Sidonium nitorem cultus in Ecclesiastico homine reprehendentem*: Habitu cultuque conspicuo, *inquit libro 4 epistola 13.* non juvenescit solum, sed quodammodo repuerascit. Enimvero vestis astricta, tensus cothurnus, crinis in rotæ specimen accisus, barba intra rugarum latebras mersis ad cutem secta forpicibus, *&c.* professione religionis arrepta, viribus potius resurgentis innocentiæ convalescat. *Ubi notandum est, veteres Francos adstrictis vestibus usos. De quibus Sidonius carm. 2.*

Strictius assueta vestes procera coërcent
Membra virum.

Sicut & de Gothis Sidonius lib. 4 epist. 20. CAN.

(*b*) Longo fasciarum nexu ligari] *Scio Græcis & Romanis fuisse periscelides. Sed longe alia Francis in usu: quæ quales fuerint, colligimus ex iis, quæ Sangallensis de gestis Caroli Magni*: Erat antiquorum ornatus vel paratura Francorum, calceamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita, fasciolæ crurales vermiculatæ, & subtus eas tibialia ac coxalia linea, quamvis ex eodem colore, tamen artificiosissimo opere variata, super quæ & fasciolas, in crucis modum intrinsecus & extrinsecus, ante & retro, longissimæ illæ corrigiæ tendebantur. *Non ita Gothi, de quibus Sidonius lib. 4. epist 20.* Genua, crura, suræque sine tegmine. *Melius usum fasciarum, quibus & plantas & crura involvebant Franci, intelligere poterimus ex Sidonio lib. 8. epist. 11.*

Perges sic melius volante saltu,
Si vestigia fasceata, nudi
Per summum digiti regant, citatis
Firmi ingressibus, atque vinculorum
Concurrentibus ansulis reflexa
Ad crus, per cameram cathena surgat.

Quorum duos ultimos versus, nemo melius explicet, quàm idem Sidonius, qui Carm. 2. quomodo in obstrigilo (ita enim hoc calceamenti genus vocari à Glossog. vet. m. s. testatur Savaro) per cameram cathena surgat, eleganter ostendit:

Perpetuo stat planta solo, sed fascea primos
Sistitur ad digitos, retinacula bina cothurnis
Mittit in adversum vincto de fornice pollex,
Qua stringant crepidas: & concurrentibus ansis
Vinclorum pandas texant per crura catenas.

Meminit quoque hujusmodi fascearum, historia S. Eugendi: *Constrictus ocreis crura, fasciolisque plantas.* CAN.

(*c*) Hæc desumpta sunt a moribus Romanorum; quippe fasciæ olim ægrotis consecrabantur, quemadmodum *Quintilianus: palliolum sicut fascias quibus crura vestiuntur, & focalia & aurium ligamenta sola excusare potest valetudo.* Sed postea delicatiorum usui fuere, ubi enim Horatius canit: Ponas insignia morbi, Fasciolas, cubital, focalia; vetus interpres habet: Fasciolæ sunt ornamenta quædam brachiorum, pedum & articulorum, velut vittæ. Plura videas apud Canisium. BASN.

Digitized by Google

rum nexu ligari. Heu, quod corrumpitur, tanta diligentia ornatur; & quod permanet, tanta ſocordia negligitur? Illud, omni cura ornatur, paſcitur, & veſtitur; hoc, quaſi vile ſubpellectile, nullo decore dignum ducitur? Terrenum colitur: & cœleſte non curatur? Dei imago vileſcit: & terræ ſpecies honoratur? Non ita, fili, non ita in te ſit. SÆC. VIII. ANNO 790.

Tu ſacri altaris miniſter; tu ſummi honoris ſocius; tu ſapientiæ vas: flos adoleſcentiæ; dignitatem tuam attende; & eſto, quod nominaris. Cogita, corpus tuum in pulverem reverti, & animam tuam ad judicium rapi. Qualis tunc eſſe cupias, talem te nunc exhibe. Nunc, tempus eſt laborandi; tunc, remunerandi: nunc, promerendi; tunc, accipiendi. Qui plus laborat, plus mercedis accipiet. Curre, dum lucem habes. *Qui hodie es, cras non eris*, dicente ſcriptura: *Noli tardare converti ad Dominum, quia neſcis quid futura pariet dies. Omnis gloria ſeculi, quaſi flos fœni decidet. Areſcit fœnum, & flos ejus deperit.* Joan. 12. Eccl. 5. Eccl. 14. Eſai. 40.

Memento creatoris tui, antequam veniat tempus adflictionis. Pugnemus fortiter, & vincamus perniciter, ut coronemur feliciter. Illum habemus adjutorem, quem & remuneratorem. Ille, prior hoſtem vicit, ut nos vincere poſſimus: triumphavit in cruce, ut nos regnemus in cœlo: ad nos deſcendit in terram, ut nos aſcendamus ad illum in cœlum: filius hominis factus eſt, ut nos filii Dei eſſe mereamur; cui laus, & gloria, in omnes æternitates, Amen.

EPISTOLA XXXIX.

Ed. Quer. LXVII.

Dilecto filio Joſeppo.

Albinus ſalutem.

DOleo de dolore corporis tui: ſed gaudeo de felicitate animæ tuæ. *Quia flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Occidit, & vivificat: vulnerat, & medetur.* Spes præmii, ſolatium tibi ſit laboris. Hi dolores cito finiuntur; præmia patientiæ nunquam. *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam, quæ revelabitur in ſanctis. Quapropter cum gratiarum actione immola Deo ſacrificium laudis. Non eſt hæc tribulatio pœnalis, ſed propitiatio venialis. Aurum in fornace per ignem coquitur, ut purius exeat; ſic anima, corporali tribulatione, ut mundior procedat ad vitam.* Diſciplina Domini non debet cuiquam eſſe diſciplina: ſed hilariter accipiat, quod pius medicus ſalubriter immittit. Inter flagella pietatis, orationes humilitatis ad Dominum dirigantur: ut, qui miſericorditer caſtigat, clementer ignoſcat, ut ſalus æterna patienti proveniat. Hebr. 12. Job. 5. Rom. 8. Pſalm. 49. Prov. 27. Sap. 3.

Noſtri quoque memor, ſedulas pro nobis fundere preces non ceſſa: quatenus divina nobis provideat clementia perpetuæ converſationem proſperitatis. Adhuc dubio ſtamine pacis ſubtemine cauſa textitur: & dum plenum perficitur veſtimentum, mox ad induendum veſtræ dirigetur fraternitati.

Valde placet, quòd domum Dei renovare cœpiſti. Stude, ut & iſtam perficias; & alteram de qua præſens dixi, facias conſecrari: ut pro duplici Dei honoris labore, multiplicem merearis accipere mercedem. Vivas, vigeas, & valeas feliciter, fili chariſſime.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790

EPISTOLA XL. (a)

(a) Ed. Q. LXXV. cum hac inscriptione ad Itherium.

Dilectissimo patri Ill. illi salutem.

GRatias agamus Domino Jesu, vulneranti, & medenti: *flagellanti, & consolanti.* Dolor corporis, salus est animæ: & infirmitas temporalis, sanitas fit perpetua. Libenter accipiamus, patienter feramus voluntatem Salvatoris nostri.

Job. 5.

Sed nunc noli tardare. Fac, quod facturus es. Curre, dum lucem habes. *Festina ad eum, qui vocat te.* Quod necessitas cogit, voluntas præveniat. *Esto scriba sapiens*, negotiator fidelis. *Vende terrena, & eme cœlestia.* Quid spectatur diei crastini incertitudo? Non sit dilatio in salute animæ. Quod animo cogitatur, opere perficiatur: quod infirmitas optavit, sanitas peragat.

Joan. 12. *Matth.* 13. *Matth.* 3.

Testis est, qui omnia novit, mei cordis: hoc plena charitate, & fideli consilio me suadere. Scio, me post te, in loco tuo talem non habere amicum: sed magis te velim amicum habere in honore permanente, quàm pereunte; & intercessorem apud Deum gaudere, quàm largitorem in seculo. Petatur à Deo auxilium, ut amicorum confirmet consilium, & suis iter salutis ostendat, & dirigat in viam pacis, quos proprio redemit sanguine.

Ecce quali precio empti sumus. Non amemus ea, quæ nos separant ab eo: qui nos usque ad mortem suæ carnis dilexit. Plurimos dies seculo servivimus satis: vel paucos, qui restant, vivamus Deo nostro; ut digni efficiamur faciem illius videre, qui dixit; *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Lætus lege, & constanter incipe, & feliciter perfice, & sit Dominus tecum in æternum.

Matth. 5.

EPISTOLA XLI. (a)

Flavio (b) Damœtæ.

Albinus perpetuæ pacis salutem.

Munus pectinis.

DE vestra valde gaudeo prosperitate, & de munere charitatis vestræ multùm gavisus sum. Tot agens gratias, (c) quot dentes in dono numeravi. Mirum animal, duo habens capita: & dentes singuli, non elephantinæ magnitudinis, sed eburneæ pulchritudinis. Nec ego hujus bestiæ territus horrore, sed delectatus aspectu. Nec me frendentibus illa mordet dentibus. Timui: sed blanda adulatione, capitis mei (d) placare capillos arrisi. Nec ferocitatem in dentibus intellexi, sed charitatem in mente dilexi, quam semper fideliter in illa probavi.

Sed, quantum gaudeo in amoris dulcedine, tantum doleo (e) in absentiæ longinquitate. Noluissem tanto tempore ab invicem separari, quos ejusdem charitatis dulcissima colligant vincula. Quid faciam, nisi lacrymans sequar amicum; donec reveniat, quem animus optat habere præsentem. O fili

(a) In edit. Quercetana numeratur LXVIII. cum hac inscriptione ad Damœtam: Flavio Damœtæ viro clarissimo plurimam S. Albinus. Fuit revera Damœtas qui inter milites Caroli Magni jus dicebat. BASN.

(b) Damœtæ] *Fuisse hunc virum illustrem, domi militiæque strenuum, patet etiam ex epist.* 47. *ubi hunc in exercitu Caroli Magni Saxones debellaturi Juri dicundo fuisse præfectum, liquet ex his:* In diversarum auditu causarum, justitia semper resonet in ore. CAN.

(c) Quot dentes] *Ne mireris, quod vir illustris Alcuino pectinem dono mittat. Certè Bonifacius Edelburgæ Reginæ* pectinem eburneum auratum *dono misit, ut patet ex epist. quam Henric. Huntindonienſis lib.* 3. *hist. citat.* CAN.

(d) Placare capillos] „ in m. s. vitiosè *placere.* Si quis „ occasione hujus eburnei pectinis, dono missi à Damœta, „ velit colligere; temporibus Alcuini Clericos comam pro„ misisse; huic quò minus assentiar, facit Sidonius: qui „ epist. 24. lib. habitum Clerici describit: Habitus viro, gradus, pudor, color, sermo religiosus: tum coma brevis, barba prolixa. „ Quod Alcuini ætate duratse credo. Sacer„dotes comam non nutrivisse, patet ex Concilio Cartha„ gin. 4. Can. 44. Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat. „ Idem Eucherius hom. plurim. mart. ex „ decreto Aniceti Papæ 23. distinct. cap. prohibete. Isido„ rus l. 2. c. 4. de offic. Ecclesiast. Epiphan. hæresi 80. & „ in Compendiario fidei Apostolicæ. Vide quæ notat Sa„ varo. CAN.

(e) In absentiæ longinquitate] „ Eidem Damœtæ inscri„ pta est subsequens epist. 47. & 51. in eodem itinere com„ moranti, ut apparet, dum scilicet Carolum Magnum in „ Saxones moventem, comitatur. Valde solicitus sum, *inquit Alcuin. epist.* 47. de itinere profectionis in hostem, quia plurima solent in talibus evenire pericula rebus. *Et paulo post*, Damœta Saxoniam. *In fine Carolo Magno victoriam precatur his verbis:* David dilectum tuum, & vos omnes victores cum gaudio reducat. CAN.

Digitized by Google

O fili chariſſime, inter occupationes ſeculi, non obliviſcare tui: ſed dum corpus epulis paſcitur, anima elecmoſynis reficiatur. Et dum fatigata ex itinere membra quiete refocillantur; mens in Deo, orationibus roboretur: & in diverſarum auditu cauſarum juſtitia ſemper reſonet in ore; & ex intimo cordis affectu, miſerorum proveniat conſolatio; & ſpes æquitatis non fallat advenientes: nec pietatis deſint ſuffragia confugientibus ad vos: quia pietas in pauperes geſta, æterna remuneratur beatitudine. SÆC. VIII. ANNO 790.

Hæc, fili mi, faciens, floreas in omni virtutum decore: & te, quocunque vadas, divina comitetur protectio: euntemque ubique deducat proſperè, ac redeuntem cum omni proſperitate. Citius redeas ad nos, ut gaudeat amor patris in filio; & laudetur Deus ubique, qui vos famulos ſibimet invicem præſentabit ovantes. Vigeas, valeas, & floreas dulciſſime Damœta.

EPISTOLA XLII.

Ed. Quer. XXXVII.

Dilecto amico Eada presbytero.

Alcuinus ſalutem.

Dilectionis tuæ munera magna devotionis lætitia ſuſcepi; deſiderans, donante Domino Chriſto, proſperitatem vos & præſentem habere, atque futuram: agnoſcens antiquæ in vobis munificentiæ largitatem. Quapropter & in nobis antiquæ fidei reformaſtis amicitiam.

Utinam, ut divina clementia in nobis uſque in finem vitæ perſeverare faciat, quod ab ineunte ætate in vobis operari dignatus eſt. *Præterit enim figura hujus temporis*; idcirco neceſſe eſt, ut nos dies extrema in dilectionis geminæ ſobrietate veſtitos inveniat. *Quia qui offenderit in uno, id eſt, in uno charitatis præcepto, factus eſt omnium reus.* 1. Cor. 7. Jacob. 2.

Habeto nos, obſecro, ſocios beatitudinis tuæ, ſicut te cupimus ſocium habere proſperitatis noſtræ: & orationibus devotionis veſtræ deduc nos in eundem paupertatis gradum, in quo, perficiente Deo, ſalubriter conſiſtis. Tu tenes in manibus, quod nos olim tenere cogitavimus. Sed fluctus ſeculi noſtram naviculam procelloſis ventis, in voraginem divitiarum rapuerunt. Sed te precor, ut me pietatis..... (a) in portum quietis revocare ſtudeas. Cupio, ſed non facio. Tranquilla eſt paupertas, quam felix olim amaſti. (a) l. precibus.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Sed paupertas hæc, humilitatis gubernaculo regatur: & charitatis velo flante ſancto Spiritu in eam, ad æternæ beatitudinis portum perveniat: ubi mei nominis memor intercedere pro mea infelicitate, te ſupplex obſecro, ut duplicem habeas mercedem: unam, tui ipſius; alteram, fratris tui. Utinam, ut merear te videre cum lætitia illic, ſi hîc fieri non poſſit. Matth. 5.

Divina te gratia comitetur, & in omni bono florere faciat, ut multiplici bonorum operum fructu vitam merearis ingredi ſempiternam.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. Ed. Querc. LXXVI.

EPISTOLA XLIII.

Pio patri Felici (*a*) Epiſcopo.

Alchuin. humilis Levita ſalutem.

ALiquorum fratrum relatione, nobis notiſſimus es pietate, etſi non facie: quapropter præſumpſi per fiduciam charitatis, quæ eſt Chriſtus, volens me ipſum tuis, tuorumque fidelium, per te, ſacroſanctis orationibus commendare: non meis meritis exigentibus, ſed tuis bonis rumoribus inſtigantibus. Quapropter ſupplex obſecro, ut me ea charitate Salvatori noſtro commendetis, qua ille omnes ſuos conjunxit. Charitas enim neminem ſpernit.

Per eum, & propter eum, qui venit in hunc mundum, peccatores ſalvos facere, & veniet ad judicium, juſtos coronare: ut tuus ego peccator, vel veniam per veſtras orationes accipiam, ubi vos per Dei miſericordiam, coronam accipiatis.

State fratres, & viriliter pugnate pro eo, qui fortiter pro vobis vincebat. Non quiſquis cœperit, *ſed qui perſeveraverit uſque in finem, ſalvus erit.* Et proficiſcimini de die in diem, ſicut ſancti Dei, qui ibant de virtute in virtutem.

Plura ſcripſiſſem vobis, ſi ſuperfluum non videretur, eos admonere de virtutibus, quos rogare debeo, ut intercedant pro peccatis meis. Sed charitas, quæ neminem ſpernit, etiam ſuſtinet. Quid plus? Iterum, iterumque obſecro, ut me in fraterno amore accipiatis in communionem orationum veſtrarum: quatenus Deus charitatis remunerator vos accipiat in æternam gloriam regni ſui. Valete, & vivite felices in Domino Jeſu fratres, chariſſimi.

Ed. Querc. LXXVII.

EPISTOLA XLIV. (*b*)

Æthelredo Epiſcopo, ne gregem deſerat.

Matth. 5. ACceptis literis tuis frater ſancte, lætus de ſalute tua, ſed triſtis de tribulatione, & perſequutionibus, quas te (*c*) pati à gente tua, in illis tuis apicibus agnovi. Attamen, *beatos eſſe* Domino dicente, legimus, *qui perſequutionem patiuntur propter juſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Quapropter ſuadeo tibi, frater venerande, ut viriliter in fide integra, & devotione infatigabili, pro commiſſis tibi à Chriſto ovibus certare non ceſſes: ne mercenarius fugiens, & non paſtor firmus ab ipſo Domino & Paſtore omnium deputeris. Aſpice

(*a*) Felici] „ hic eſt, ni fallor, Felix Hildebaldus Colo„ nienſis Archiepiſcopus, *cujus induſtria* (ut ait S. Ludge„ rus in epiſt. cap. 9. de canonizatione S. Swiberti ann. 804.) & pia inſtantia ſanctus Leo Werdam navigavit, & ſanctum Swibertum in Sanctos retulit, *præſente Carolo Magno.* CAN.

(*b*) „ Videtur ſcripta ad Edilhardum, quem perſecutus eſt „ Offa Rex Merciorum, ſedem Archiepiſcopatus, olim Cantuariæ fundatam, in Lichefeldam transferre conatus, „ ut inquit Willielm. Malmesbur. li. 1. Reg. Angl. cap. 4. „ Sed Kenuldhus Offæ ſucceſſor Edilhardum (quem & le„ gatum Romam miſit) reſtituit. Extant apud Continuato„ rem Bedæ lib. 1. cap. 12. & 13. literæ hac de re Kenul„ phi & Leonis III.

„ Quæ omnia liquidè intelligi poſſunt ex epiſtolis Alcui„ ni, quas Malmesbur. lib. 1. de geſtis Reg. Angl. cap. 3. „ & lib. 1. de geſtis Pontific. Angl. citat:

Domino ſanctiſſimo atque omni honore digniſſimo Ethelardo Archiepiſcopo.

Lectis proſperitatis veſtræ literis & proſperitate itineris veſtri & reverſionis in patriam; & qualiter Apoſtolica benignitate ſuſcepti fuiſtis, toto cordis affectu, animoque lætiſſimo gratias egi Domino Deo ſempiterno, qui magno clementiæ dono viam veſtræ peregrinationis proſperò direxit itinere, & dedit vobis gratiam in conſpectu Patris Apoſtolici, & legationis effectu, & voti compotem redire conceſſit: & primi noſtri Doctoris ſanctiſſimam ſedem ad priſtinum culmen dignitatis per te iterum exaltare dignatus eſt: quæ cujuſdam diſſenſionis ſciſſura, quorundam invidioſa ſciſſura ad horam diſciſſa eſſe videbatur. Felix, qui unitatem pacis fraterno amore conſervare ſtudet: ſed ille multo felicior, qui ab aliis diſrupta charitatis viſcera pio labore ad unius compagem corporis reformare nititur. Igitur nunc gratia operante divina, membrorum unitas adhæret capiti proprio, ſacerdotalis dignitas antiquo gratulatur honore, & germana pax inter ſummos Britanniæ Pontifices ſplendeſcit, & ſub duabus Metropolitanorum civitatibus una pietatis & concordiæ viget voluntas, ſicut in literis veſtræ beatitudinis lectum intellexi.

Item in alia epiſtola intercedit pro Merciorum Epiſcopo, ut vivens pallio non exuatur, his verbis:

Sanctarum Scripturarum lectio per tuam ſanctiſſimam curam renovetur, & Eccleſiaſtica dignitas ubique exaltetur, & ſancta Sedes, quæ prima fuit in fide, prima ſit in ſanctitate & honore, quæ partim diſciſſa eſt, non rationabili conſideratione, ſed quadam pietatis cupiditate. Quod ſi fieri poſſit ut pacificè adunetur, & ſciſſio reſarciatur, bonum videtur eſſe cum conſilio omnium ſacerdotum Chriſti & Coëpiſcopi veſtri Eboracenſis Eccleſiæ ut fiat; ita tamen ut pater pius diebus ſuis pallio non exuatur, licet ordinatio Epiſcoporum ad ſanctam & primam Sedem recurrat. Fuit igitur Ethelardus unus, qui nobis non cunctando, ſed ſatagendo reſtituit rem. Licet enim nobis mutuari dictum Ennii de Fabio. Ei non ſolum Cantia ingentis beneficii eſt obnoxia, quod eam ad priſtinam dignitatem laboribus ſuis ſuſcitaverit, verum etiam tota Anglia, quam degeneri Sedi ſubſterni paſſus non fuerit. Vir poſt primos Doctores ſummis Pontificibus comparandus, & pœnè dixerim præferendus: atque haud ſcio ſi dicto delinquo; cum profecto excellentius videatur, reſtaurâſſe dignitatem amiſſam, quàm conſervare partam: quamvis & illud nonnullæ laudis habeatur. Quod ſi alicui in quæſtione venerit, quantæ ſanctitatis & reverentiæ fuerit, legat epiſtolam Leonis Papæ Kenulfo Regi miſſam, quæ in 1. libro geſtorum Regalium invenitur: in qua vocat eum ſanctiſſimum, digniſſimum, chariſſimum, peritiſſimum. Quæ nimirum verba ſummus ille & ſanctus Papa non iteraret, niſi rata eſſe conſtaret. *Hæc ex Malmesbur.* CAN.

(*c*) Pati à gente tua] *Has ipſas perſecutiones Eccleſiarum deſcribit*

Digitized by Google

Aſpice in eum, *qui pro ovibus ſuis animam ſuam poſuit*, qui omnibus generaliter præcipiens dixit: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* (d) Cui gregem Chriſti abiturus relinquis? Nec hæc dico, quaſi me excuſando ad benefaciendum ſervis Dei: ſed magis te adhortando, ut bona, quæ incepiſti facere, ad finem æternæ ſalutis perducas. *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Joan. 11. Luc. 9. Matth. 10.

Idcirco ſcripſi ad (e) Offanum regem, ut te adjuvaret, & defenderet ſanctam Eccleſiam ſecundum ſuam poteſtatem, quatenus tibi liceat Deo ſervire, & talentum tuum multiplicare in loco, ubi accepiſti eum; & mercedem exſpectare perpetuæ beatitudinis, dicente Domino tuo: *Euge ſerve bone, & fidelis.* Luc. 19.

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA XLV.

Ed. Querc. LXXX.

Beatiſſimæ, & ſanctiſſimæ Dei Genetricis ſemperque Virginis Mariæ congregationi, & pio patri Moroaldo.

Ultimus ſanctæ Eccleſiæ Clientellus Alchuinus in Chriſti charitate ſalutem.

SÆpius veſtræ ſanctitatis audiens (a) famam, & ideo me veſtræ familiaritati adjungere deſideravi: ſed modò tempus opportunum occurrit per præſentem fratrem obnixis precibus me ipſum vobis commendare. Quapropter per ſanctæ Virginis filium, veſtram ſuppliciter obſecro unanimitatem, ut me, licet indignum, veſtris animis, atque manibus accipere dignemini, non quaſi ignotum, ſed quaſi fratrem: quia licet oculis carnis non vidiſſem, tamen oculis cordis vos videre videor, & valde diligo; honeſtatemque vitæ veſtræ animo complector, ſtudiosè cupiens veſtram beatitudinem ubique gaudere (b) in Domino, & ad perpetuæ pacis pervenire lætitiam. Orantes pro nobis, vos ſemper valete in Chriſto, fratres dilectiſſimi.

(a) l. audivi.

(b) al. proficere.

EPISTOLA

deſcribit Malmesburienſis lib. 1. reg. Angl. c. 4. & gravi amaroque ſtilo exprobrat genti Merciorum Alcuinus epiſtola ad Offam, citante Malmesbur. Ego paratus eram cum muneribus Caroli Regis ad vos venire, & ad patriam reverti, ſed melius mihi viſum eſt, propter pacem gentis meæ, in peregrinatione remanere; neſciens quid feciſſem inter eos, inter quos nullus ſecurus eſſe, vel in ſalubri conſilio proficere poteſt. Ecce loca ſancta à paganis vaſtata, altaria perjuriis fœdata, monaſteria adulteriis violata, terra ſanguine dominorum & Principum fœdata. *Ubi quod de adulteriis Alcuinus mentionem facit, adde quæ S. Bonifacius epiſt ad Ethelbaldum anteceſſorem Offæ:* Audivimus, quod optimates pœne omnes gentis Merciorum, tuo exemplo, legitimas uxores deſerant, & adulteras & ſanctimoniales conſtuprent; quod quàm ſit peregrinum ab honeſtate, doceat vos gentis alienæ inſtitutio. Nam in antiqua Saxonia, ubi nulla eſt Chriſti cognitio, ſi virgo in paterna domo, vel maritata ſub conjuge fuerit adulterata, manu propria ſtrangulatam cremant; & ſupra foſſam ſepultæ corruptorem ſuſpendunt: aut cingulo tenus veſtibus abſciſſis flagellant eam caſtæ matronæ & cultellis pungunt; & de villa in villam miſſæ accurrunt novæ flagellatrices, donec interimant. CAN.

(d) Cui gregem Chriſti abiturus relinquis?] „ Vel ex his „ verbis, quibus diſceſſum diſſuadet, certus ſum, hanc „ ſcriptam epiſtolam ad Ethelhardum: de qua auſim „ aſſerere, eſſe illam ipſam, in qua Alcuinus fatetur ſe diſ„ ſuaſiſſe abitum. Citat Malmesbur. liq. 1. de Pontific. Angl. Sanctiſſimo Patri & in membris Chriſti valde venerando Ethelardo Archiepiſcopo, *&c.*

Suaſi aliis literarum mearum apicibus, Sanctitatem veſtram permanere in patria, nolens lumen Britanniæ extingui. Sed fiat, quod Deo placet, ut proficiat Chriſti Eccleſiis. Proſperum iter faciat vobis Deus, Angeloque ejus comitante, proſperè vos ducat atque reducat, dulciſſime & amantiſſime pater. Maximè autem precor, ut apud ſanctos Apoſtolos mei habeatis memoriam, ſicut nos apud S. Martinum veſtri habere dulce habemus. CAN.

(e) Offanum] „ Offanus idem, qui & Offa: de quo „ epiſt. 32. ubi citamus epiſtolas Alcuini ad Offam. Hac „ forma Beda, Bedanus nominatur à diſcipulo ſuo ep. de „ tranſitu Bedæ. Sic & S. Columbanus, Columba; & „ Theganus ſcriptor geſtorum Lvdovici vocatur Thega & „ Thegam. CAN.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

EPISTOLA XLVI. (a)

Dulciſſimo filio (b) viro Ill. (a) ſalutem.

(a) *Homero.*

TE abeunte, tentavi ſæpius ad portum ſtabilitatis venire: ſed Rector rerum, & diſpenſator animarum necdum conceſſit poſſe, quod olim fecit velle. Adhuc ex radice cordis naſcentes cogitationum ramuſculos ventus tentationum flagellat, ut conſolationis flores, & refectionis fructus nutriri nequiverint. *Tota nocte laborantes nihil cepimus:* quia necdum in litore Jeſus ſtetit, præcipiens in dexteram navigii rete mitti. *Luc. 5.*

Patrocinia ſanctorum non obliviſcere. Res Eccleſiaſticæ pulchritudinis oculis occurrentes noli negligere, ut acquiras. Noſtra ruſticitas avara eſt de talibus: veſtra nobilitas larga eſt de omnibus. Memor eſto poëtici præſagii:

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Sybilla Chriſtum prædixit.

Hoc de te, tuoque itinere prophetatum eſſe quis dubitat? ſi Chriſtum Sibylla, ejuſque labores, prædixit venturum; cur non Naſo Homerum, ejuſque itinera præcecinit? Paululum propter refectionem animi rhetorica luſi lepiditate.

Sed ut iterum ad ſeriem rugoſa fronte revertar: Te verè unanimem depoſcens amicum, te cuſtodem animi obſecrans, ut conſilium ſalutis animarum noſtrarum, cum ſuffragiis ſanctorum Apoſtolorum à Deo depreceris. Nam nos ambos, ut recognoſco, quoque neceſſitatis catena conſtringit, & libero curſu voluntatis aſtra intrare non permittit: nec eſt qui compedes rumpere valeat, niſi qui inferni ferrea clauſtra contrivit: *qui eſt via, & veritas, & vita.* Via, pergentibus per illum: veritas, venientibus ad illum: vita, manentibus in illo. *Joan. 14.*

Quid habeo plus ſcribere? quia omnia neceſſaria noſti: juxta opportunitatem portantis, ſemper dirige mihi literas, ut ſciam de proſperitate tua, & itinere tuo, quando, vel quò venias, miſerante Domino.

Proſpera cuncta, precor, faciat tibi Chriſtus Homere,
Qui te conſervet ſemper, ubique. Vale.

Ed. Quer. XCIII.

EPISTOLA XLVII.

Flaccus Albinus.

Flavio Damœtæ filio chariſſimo ſalutem.

TUæ congaudeo dilectioni, & præfatæ fidei congratulor: quia ſemper ubique te fidelem inveni, & benevolum erga me agnovi, ſicut filium in patrem; nec aliter inveni, niſi ut voluntas tua ſemper meam ſubſequuta eſt voluntatem. Ideo tædium habet animùs meus de abſentia faciei tuæ: tamen in charitate cordis mei, te ſemper præſentem habeo, Dominumque pro tua deprecor proſperitate, ut te mihi in gaudium, tibique in ſalutem longævis conſervare dignetur temporibus.

Sed

(a) Ed. Querc. XCII. cum hac inſcriptione: ad dulciſſimum *filium Homerum. Dulciſſimo filio Fluctivagus ſalutem.* Mirare quot titulos ſibi aptat Alcuinus, tum veteranus miles, tum Vernaculus, tum Clientellus, hic Fluctivagus dicitur. Homeri autem nomen commentitium, pro more ſæculi illius, & Engilbertum eſſe, bene conjecit Caniſius. Vide epiſtolam ſequentem, in quo commentitia nomina pluribus amicis tribuit Alcuinus. Basn.

(b) Viro Ill.] „ Interpretor, *Viro Illuſtri*, quia paulo poſt: „ *Veſtra nobilitas.* Nomen hujus quale fuerit, patet ex hac „ & ſubſequente 47. epiſtola; ubi Homerum appellat. Sed „ eo modo, quo ipſe Alcuin. ſe Flaccum; & Carolum M. „ David nominat; familiari more illi ævo, varia nomina „ adſciſcendi. Hic me quondam (ut inter amicos joca) Phœbum vocabat, ait Sidon. Apoll. lib. 8. ep. 11. ipſe à nobis vatis Odryſii nomine accepto. „ Hunc Homerum fuiſſe „ legatum à Carolo Magno in Italiam miſſum, colligo ex „ ep. 47. Ego quaſi penè orbatus filiis remaneo domi. Damœta Saxoniam, Homerus, Italiam, Candidus Britanniam receſſit. „ Forte nomine Homeri Engilbertum intelligit, „ quem Carolus Magnus miſit in Italiam, ut patet ex ep. „ 27. 49. 51. 59. Can.

Digitized by Google

Sed valde ſolicitus ſum de itinere profectionis in hoſtem: quia plurima ſolent in talibus evenire pericula rebus. Tamen qui juſtitiam habet eundi, & pro Deo decertandi, fiduciam poteſt habere de auxilio illius, pro cujus amore tantum ſubire laborem non formidat. Tu vero (*a*) iter tuum confeſſione confirmare, eleemoſynis roborare, orationibus ſervorum Dei undique munire memento: ut angelus Domini te inter omnia adverſa tueatur, & comitetur; quatenus cum ſecuritate vadas, & cum pace revertaris. SÆC. VIII. ANNO 790 Præparatio ad prælium.

Ego quaſi penè orbatus filiis remaneo domi (*b*) Damœta Saxoniam, Homerus Italiam, Candidus Britanniam receſſit: (*c*) Martinus in vico apud ſanctum Jodocum infirmus remanſit: pro cujus ſanitate, ut Dei depreceris clementiam, obnixè flagito. De Mopſo, qui apud S. Martinum, ſicut audiſti, infirmatus eſt, nihil audivi certum: nec te abeunte miſſos illius vidi. Sed pene triſtitia totus abſorptus fui in (*d*) filia mea, quæ tres dies penè deſperata fuit: ſed modò donante divina miſericordia per preces ſervorum Dei, & eleemoſynarum largitatem, benè conſolati ſumus in ea: quia benè recuperata eſt. Abſentia amicorum Alc.

Ecce qualibus pater tuus agitatus eſt fluctibus. Tu, fili chariſſime, cum tuæ reverentiæ commilitonibus pro eo intercedere ſatage; quatenus ſpiritus conſolationis hos ejus animi motus tranquilla pace componere dignetur; & David dilectum ſuum, & vos omnes victores cum gaudio reducat in patriam. Æternæ patriæ civem te faciat divina clementia, dilectiſſime fili.

EPISTOLA XLVIII.

Ed. Quer. LV.

Benedictio ſancti Benedicti (*e*) puero Mauro.

Albinus ſalutem.

LIbellum, quem me rogante ſcribere promiſiſti, rogo ut tua fiat promiſſio firma, & mea impleatur lætitia. Multis haurientibus fons non ſiccatur venæ vivæ: ita nec veſtra minuitur ſapientia, tametſi noſtra inde hauriat indigentia. Noli ſpernere me rogantem, nec te promittentem abnuere, ſed veritas tua fiat ſatietas mea. Dilige diligentem te, & da petenti, ut omnia. Quia lex mandat parenti placere. Valeas feliciter cum pueris tuis, & (*f*) in poculo charitatis orantes pro me fratres ſaluta.

(*a*) Iter tuum confeſſione] „ Hortatur militem, ut ante „ prælium Sacramentali confeſſione peccata expiet, laudato „ priſcis militibus more: qui & apud Normannos; de quibus Willielm. Malmesburienſis lib. 3. de geſtis Regum „ Angl. Tota nocte confeſſioni peccatorum vacantes, mane Dominico corpore communicarunt, pedites cum arcubus & ſagittis, *&c.* CAN.

(*b*) Damœta Saxoniam] *Vide, quæ notavi ad epiſt.* 41. *quæ eidem eſt inſcripta.* CAN.

(*c*) Martinus in vico] *m. f. vitioſè*: in vicos apud S. Jodicum. „ Contulerat Carolus Magnus Alcuino præter Abbatiam S. Martini, cellam S. Judoci, ut apparet ex epiſtola 11. Lupi Ferrar. ad Lotharium Regem. CAN.

(*d*) Filia mea] „ Quænam hæc, pro cujus valetudine „ tot preces, tot eleemoſynæ, tanta ſolicitudo? Auſim affirmare eſſe Liutgardem, Caroli Magni uxorem, quam „ Alcuinus ep. 62. filiam ſuam vocat. CAN.

(*e*) Puero Mauro] „ In Bibliotheca Imperat. Viennæ „ extat Alcuini interceſſio pro Mauro, manuſcripta; tractans de myſticis quibuſdam figuris. CAN.

(*f*) In poculo] *alludit, ni fallor, ad illum morem de quo ſupra ep.* 22. CAN.

EPISTOLA

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790. Ed. Qu. LXV.

EPISTOLA XLIX.

Dilectissimo fratri (a) Agino Episcopo.

Albinus salutem.

Donum Reliquiarum.

RECordetur charitas vestra, quod præsenti colloquutione aliquas mihi Sanctorum Reliquias dirigere promisisti, ut honorificetur Deus in illis, & nostra protegatur vita cum illis, & vestra accumuletur merces pro illis. Ecce adest gerulus fidelis; Filius equidem meus Engilpertus: per cujus manum mittere poteris, quod vester (a) animus nobis dirigere curavit.

(a) l. noster.

Obsecro, ut veraciter perficias, quod hilariter promittebas: si quid enim benignitas vestra hujus religiosæ petitionis peregerit, humilitas nostra gratissimè accipiet: vobisque, secundum temporis oportunitatem, & voluntatis vestræ agnitionem remunerare non desistet: & ubicunque sanctorum patrocinia perferuntur, ibi quotidie orationes pro vobis aguntur. Divina te ubique comitetur benedictio, sanctissime pater.

EPISTOLA L. (b)

Probatissimo amico Damœtæ.

Albinus salutem.

NImium mihi longum videtur tempus, quod tuæ dilectionis faciem non vidi, verba non audivi. Et quantum ex præsentia tui gaudebat animus: tantum in absentia contristatur. Quid faciet mens, nisi lugeat, dum paucos habet amicos? Proh dolor: sed illi semper absentes: tamen, quod valeo, faciat: tamen orans ante Dominum, tibi prospera semper illius concedere clementiam deprecans; cujus dilectione tuum semper impleatur pectus.

Hæ sunt veræ divitiæ, quæ nunquam decipiunt habentem, nec in ipsa morte amittuntur, sed plus abundant, dum cernitur, quod amatur. Inter temporalia, & æterna hoc interest; aliquid plus diligitur, antequam habeatur; vilescit autem cum advenerit: Æternum autem ardentius diligitur adeptum, quàm desideratum. Ideo plus amemus æterna, quàm temporalia, ut in æternitate beatè & feliciter vivere mereamur. Valeto in secula.

(a) Agino Episcopo] „ Scio Aginum (cujus mentio in „ fragmento hist. Aquitan. ed. Pithœi) seu Agennum esse „ caput Nitiobrigum, de quo Ptolomæus lib. 2. cap. 7. „ Hinc suspicor, hanc epistolam scriptam esse ad Aginnen„ sem Episcopum; & legendum esse: *Agini Episcopo.* Nisi „ quis malit esse nomen proprium: quod, quale, mihi non „ constat. Quid si hic Constantiensis Episcopus Egino, qui, „ teste nostro Hermanno, adiit Episcopatum anno 781. „ Blanditur quidem, sed sit, quod est, conjectura. CAVE.

(b) Ed. Q. XLI. cum hac inscriptione: Ad Riculfum *Archiepiscopum Magens. civitatis cognomento Damœtam*, nihil tamen probat illum Damœtam fuisse Episcopum; quinimo ex epistolis superioribus 41. & 47. conjicias potius fuisse sæcularem virum, qui jus inter milites in Saxonia summa cum æquitate dicebat. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA LI.

Ed. Quer. XLII.

Fideli amico, & venerabili (a) Angilberto (b) Primicerio.

Humilis Levita Albinus ſalutem.

MEmor condictæ inter nos amicitiæ, has literas vobis dirigere præſumpſi, deprecans, ut benignè harum portitorem literarum ſuſcipere dignemini, & peregrinationis illius viis Dominum (c) Pipinum (d) regem ſubvenire deprecamini. Regum verò merces in miſerorum juvamine, & maximè peregrinorum, ſacra ſancti Petri principis Apoſtolorum limina petentium, magna, apud divinam conſtat eſſe clementiam.

Inſuper chariſſime frater, devotiſſimè deflagito: ut dona dulciſſima, & mihi multùm neceſſaria, id eſt Sanctorum Reliquias mihi vel aliquas tranſmittere curaveris. Hilarem enim datorem diligit Deus. *Qui te abundare faciat in omni bono*, & inter Sanctorum gloriam conſtituat, quorum mihi reliquias benevolentia dirigat. Floreas fili virtutum coronis, ſapientiæ decore, & ſancta dilectione ad Deum, & bona fide ad homines in æternum. Reliquiarum cura. 2. Cor. 9.

EPISTOLA LII.

Omnibus in Chriſti charitate amicis.

E. Q. L. I.

Humilis Levita Alcuinus ſalutem.

UBicunque iſte presbyter (a) Norbet nomine ad veſtram perveniat præſentiam, obſecro, ut benignè eum ſuſcipere dignemini, in quocunque negotio, vel neceſſitate opus habeat. Certiſſimè Deum habeatis bonitatis veſtræ remuneratorem: qui dicturus erit in die judicii; Hoſpes eram, & collegiſtis me. (a) al. Noroqeret.

Et ſi mea quid parvitas poteſt, vobis gratiarum actiones, in quantalibet cauſa rependere ſtudiosè, & fideliter facere curabo. Hunc vero, vel alios, pro Chriſti nomine peregrinantes in ſuam manſionem ſuſcipientem illum, divina in cœleſti habitatione ſuſcipiat clementia. Valete viri fratres in Chriſto.

EPISTOLA

(a) Angilberto] „ qui gener Caroli Magni ſanctitate cla„ rus, Abbas poſtea monaſterii S. Ricarii in Centulo, quod „ ipſe conſtruxit. De patre ſuo & matre Bertha filia Caroli „ Magni Nithardus lib. 4. de diſſenſionibus filiorum Ludo„ vici pii hæc: Angilbertus vir memorabilis Centulo translatus, & anno poſt deceſſum ejus XXVIII. corpore abſque aromatibus indiſſoluto repertus eſt. Fuit hic vir ortus eo in tempore haud ignotæ familiæ. Madhelgaudus autem, Richardus, & hic ex una progenie fuere. Et apud magnum Carolum merito magni habebantur. Qui ex ejuſdem magni Regis filia nomine Beretha Harnidum fratrem meum & me Nithardum genuit. Centulo opus mirificum in honore omnipotentis Dei ſanctique Ricarii conſtruxit. Familiam ſibi commiſſam mirificè rexit. Hinc vita cum omni felicitate defuncta Centulo in pace quievit. 815. *Vide ep.* 27. 49. 56. 59. CAN.

(b) Primicerio] „ Multorum officiorum primicerii erant, „ ut tribunorum, cubiculariorum, menſorum, lampadario„ rum, decanorum, fabricenſium, ſcriniorum, utriuſque „ ærarii, palatinorum, advocatorum: & generaliter quæ„ libet corpora, ſcholæ, collegia ſuum primicerium habent; „ quod primum ſonat. Hinc S. Auguſtinus S. Stephanum „ Martyrum primicerium, & Baldricus Dolenſium Archie„ piſcopus in hiſtoria Jeruſalem, S. Petrum Apoſtolorum „ primicerium vocat. Vide Alciatum in lib. 12. C. tit. 7. & „ Alcuini ep. 25. CAN.

(c) Pipinum] *filium Caroli Magni Regem Italiæ, de quo ep.* 9. CAN.

(d) Dubitatur quis ſit ille Pipinus, an Italiæ, an Galliarum Rex? poſterius multo veriſimilius eſt; quippe Angilbertus a teneris annis in palatio Caroli Magni innutritus dicitur ab Adriano Pontifice. Ipſum vivente Pipino Carolum Carolomannumque habuiſſe veluti fratrem refert ipſius vitæ author. Junior fuit cum ad eam Primicerii, quæ ſumma fuit, pervenit; Palatinis enim officiis præerat Primicerius. BASN.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790. Ed. Quer. XCIV.

EPISTOLA LIII.

Venerando viro (a) Ærico Duci.

Albinus Magiſter ſalutem.

SAtis mihi ſacræ lectionis intentio, & piæ humilitatis converſatio placet in vobis, & quando meæ parvitatis manſiunculam viſitare non ſpreviſtis. Unde & gratias agimus veſtræ benignitati, Deumque diligentiſſimè pro veſtra deprecamur ſoſpitate; quatenus ſuæ fortitudinis dexteram contra adverſarios ſancti ſui nominis victricem ubique faciat, & ab omni adverſitate diabolicæ fraudis, ſeu à cunctis inimicorum inſidiis ſuæ magnæ pietatis potentia clementer cuſtodiat: cujus ſanctiſſimam voluntatem, in obſervatione præceptorum illius, quantum humanæ poſſibile ſit fragilitati, intentiſſimè efficiens, ut te in proſperis regere, & in adverſis protegere dignetur.

Plura tibi, vir venerande, de chriſtianæ pietatis obſervatione fortè ſcripſiſſem, ſi tibi doctor egregius, & pius cœleſtis vitæ præceptor (b) Paulinus meus præſtò, non
Joan. 4. eſſet: de cujus corde emanat fons viventis aquæ, & in vitam ſalientis æternam. *Illum habeas tibi ſalutis æternæ conciliatorem:* nec alicubi tuæ converſationis pes impingat: ſed recto itinere currens, divina donante gratia, ad perpetuæ portas vitæ pervenire mereatur. Vive, & vale feliciter in æternum.

EPISTOLA LIV.

Ed. Quer. XXXV.

Dilecto amico (c) Magenhario (a) comiti

(a) Is fuit Comes Senonicæ civitatis.

Humilis Levita Albinus ſalutem.

AUdivi vos, vir venerande, noſtræ parvitatis optaſſe colloquia, & ut verè fateor, veſtram valdè deſideravi præſentiam, ut dulci colloquutione veſtræ prudentiæ conſolarer: ſed quia rerum eventu hoc fieri non valuit, viſum eſt mihi condignum, literis implere quod verbis non potui; & in eis in vos oſtendere dilectionem; & vobis utilia per chartam ſuadere, ut veſter profectus, meus eſſet fructus: ut qui in ſublimi dignitate poſitus es in terris, per opera juſtitiæ & miſericordiæ cœleſtem tibi merea־ris honorem.

Cogita, quod tranſitoria ſunt hæc omnia, quæ in hoc ſeculo habemus. Et quia neceſſarium eſt unicuique hominum veniam ſibi per temporalia benefacta promereri & gloriam. Quapropter ut ad perpetuam pervenias, Deo donante, beatitudinem; nulla ſeculi delectatio, nulla carnalis concupiſcentia impediat: ſed eſto in judiciis juſtus; in operibus miſericordiæ pius; viduis, & orphanis quaſi pater: defendas eos ab omni violentia.

Eſto quoque Eccleſiis Chriſti, quaſi frater, ut per orationes ſervorum Dei, inter pericula hoſtium, fluminum, viarum, infirmitatum, divina te protegat dextera, regat, atque conſervet ſemper, ubique. Fac, ut quotidie pauperes de pane tuo comedant: quia miſerorum conſolatio, tibi erit æterna remuneratio.

Eſto quoque in conſiliis providus, ſapiens in cogitationibus, modeſtus in ſermone; Dominum ſemper habens præſentem: quatenus illius loquens veritatem, ejus dignus efficiaris

(a) Ærico Duci] Ehericum appellant Annales Franco-„ rum, anno 796. & 799. Ducem Forojulienſem, qui „ priori anno Hunnos vicerit, poſteriori juxta Tharſaticam „ Liburniæ civitatem, inſidiis oppidanorum, occiſus ſit. „ Engolismenſis monachus in vita Caroli Magni vocat „ *Eenricum* & *Heiricum*. Basn.

(b) Paulinus] „ Aquileienſis, ſeu ut Annales Franc. vo-„ cant, Forojulienſis Patriarcha; quem obiiſſe aiunt anno „ 802. Carolus Magnus mirifice coluit hunc. Vide diploma „ donationis tom. 9. Baron. an. 802. Can.

(c) Magenhario] „ Scriptor vitæ Ludovici Pii incertus, „ Meginarium nominat; virum ſapientem & ſtrenuum, gnarumque utilitatis & honeſtatis regiæ: „ quem Carolus „ Magnus ad Ludovicum, ut ejus conſilio uteretur, mile-„ rit. Eginhardus nominat Meginher comitem, inter eos, „ qui Carolo Magno teſtamentum condenti adfuerunt. Basn.

Digitized by Google

efficiaris protectione. Corpus tuum in castitate, & animum in sobrietate conserva. Fidelis esto ad dominos, quos dedit tibi Deus; ad amicos benignus; ad omnes homines æquus; & miseris largus. Debitoribus, vel in te peccantibus culpas ignosce, ut tibi ignoscat Deus, si quid contra ejus feciſti voluntatem. SÆC. VIII. ANNO 790.

Tuis quoque diligenter præcipe subjectis, ut justi sint in judiciis, misericordes in miseros, Deum timentes, Ecclesiamque Christi honorantes; ut illorum bonitas tibi in mercedem computetur: sæpe subjectorum peccata rectoribus implicantur, si minùs diligenter eos admonent Prælati, quomodo facere debent: sicut eorum bona dominis prosunt ad præmia, qui eos studiosè erudiunt, Deum timere, ejusque obedire præceptis.

Obsecro, ne me præsumtuosum arbitreris, hæc tibi scribentem. Charitas Christi, & vestræ salutis amor, & vestræ bonitatis fiducia, hæc monuit scribere; optans, vos & præsentem habere prosperitatem, & futuram promereri beatitudinem. Divina vos gratia in omni bonitate florere faciat, vir dilectissime.

EPISTOLA LV.

Ed. Quere LVI.

Charissimæ in Christo sorori.

VErè fateor, quod valde desideravi ad vos venire, propter aliquas necessitates, quas vobiscum conferre volui. Sed me impedivit acerbitas febrium, quæ me adhuc per vices fatigat. Quapropter citius ante hibernale frigus Regi obviam properare curabo.

Placet mihi valde labor vester in sanctæ Dei genetricis Ecclesiæ exaltatione, & librorum consideratione. Unde in his laboribus, quantum poterimus, vestram solertiam adjuvare gaudemus. Et puer ille, secundum temporis opportunitatem vobis ferat auxilium. Vester verò profectus in Domino, mei animi est magna voluptas. Ideo, quod cœpisti, perficere, Dei adjuvante misericordia, diligentissime studeas. Unusquisque secundum suum laborem præmium accepturus erit. Et, qui plus laborat, plus mercedis accipiet. Nunc tempus est operandi: veniet verò tempus remunerandi. Quales tunc esse optemus, tales nosmetipsos nunc præparemus. Sapienti pauca sufficiunt. Scio sagacitatem animi vestri hæc omnia melius intellexisse, quàm me scripsisse; & operibus implere, quod vix verbis explicare valeo.

Utinam citò adveniat tempus, ut tecum cordis mei conferam angustias, ut consoletur animus meus ex vestræ pietatis perfectione. Plurimum mihi placet (a) Crux, quam vestra mihi benignitas direxit. Et credo vos æternam habere à Deo mercedem pro illius opere; & assiduas sancti (b) Lupi intercessiones, & laudabiles gratiarum actiones ab eis, qui ad illius patrocinia confugere solent. Donum Crucis.

Nunc soror alma vale, soror ô charissima nobis.
Et nunc, & semper, dulcis amica, vale.

EPISTOLA

(a) Crux] *de S. Crucis imaginibus fusè & diserte doctissimus Jacobus Gretserus tom. 1. lib. 2. de Cruce.* CAN.

(b) Lupi] „ Intelligit sine dubio Lupum Tricassinum „ Episcopum, qui non est alius, sed idem ipse Lupus, de „ quo Sidonius in carm. 16. qui, inquam, in Lirinensi „ cœnobio juvenis fuit. Hic profectus in Britanniam, hæ„ resin Pelagianam expugnavit, ut scribit Henric. Huntin„ donienſis lib. 2. histor. Extant ad eum epistolæ Sidonii „ lib. 6. ep. 1. & lib. 9. ep. 11. lib. 8. ep. 14. Ubi vide, „ quæ notat eruditè Savaro. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. Ed. Querc. LX.

EPISTOLA LVI.

Dilectiſſimæ in Chriſto ſorori.

Dona varia.

PRoſpera, donante Deo, his ſanctiſſimis diebus habuimus ſolennia: & lætus fuit Domnus rex, & omne palatium in gaudio. Et ego frater veſter magnum habui gaudium de proſperitate, & ſalutatione veſtra, de gratiſſimo munere pſalmodiæ, & miſſarum celebrationis, quod mihi magna charitate direxiſtis. Sed & (*a*) cappa, quam mihi aptiſſimam miſiſtis, valde animo meo placet. Veniente verò Angilberto, fortè aliquid certius vobis demandare habemus. Vos animum veſtrum firmate in ſervitio Dei, & in ſalute animæ veſtræ viriliter domum ædificate vobis ſempiternam in cœlis, ut paratam habeatis beatitudinem cum Chriſto, & Sanctis ejus: quod plurimi verbis optant, ſed rebus non perficiunt. Tu verò labora diebus, horis, momentis, ut abundanter habeas, quod feliciter diligas.

Credo te de orationibus (*b*) Evæ, ſororis noſtræ fideliter facere, ſed ex mea petitione aliquid ſuperadde: quia mihi fidelis fuit. Et ubi plus fides innoteſcit, quàm poſt mortem amicorum? Dic Columbæ, ut memoriæ confirmet, quod accepit, donec veniat, qui ſuperadjiciat. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Matth. 5. Deſiderium veſtrum impleat, & cor charitate illuminet, qui venit mundum illuminare, & ignorantiæ tenebras de cordibus in eum expellere credentium. Vita, & ſalus Chriſto donante vos comitetur in ævum.

Ed. Querc. XLIV.

EPISTOLA LVII.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Eugeniæ.

Albinus ſalutem.

PLacet mihi, ſæpius (*b*) in parvis literis, non tamen parva officia ſalutationis tuæ dirigere germanitati, & tuis ingerere cogitationibus admonitionis meæ vel promiſſionis ſalutiferas collationes: quatenus nobiliſſimum virginitatis decus, integro conſervare corpore coneris, rememorans glorioſam caſtitatis mercedem. Ecce in cœlis per magna æterni regis palatia Agnum ſequuntur, quocunque ierit. *Quid hac gloria beatius; vel hac beatitudine glorioſius?* Apoc. 14. Ubi naturæ victor, omnium conditiori creaturarum conſociabitur.

Nec labor quotidianus deterreat, quem ſpes tantæ remunerationis conſolabitur. Paucorum labor dierum, æternis remunerabitur præmiis. Sit quoque virginitas eleemoſynarum largitate fertilis: nec ſibi caducas divitiarum gazas avida congreget manu: ſed larga mente, in membra ſui diſtribuat ſponſi. Geminis, charitatis ſcilicet, & caſtitatis pennis, ad alta cœlorum regna tranſvolet. Nec virgo, carnis concupiſcentiæ vinculis libera, avaritiæ laqueis conſtringatur: ſed ſui ipſius victrix, etiam ſeculi ignaviâ, cupiditati non ſuccumbat. Sed ſibi miſericordiæ operibus, quaſi ramis virentibus, in arcem cœleſtis Hieruſalem viam ſternat: ubi laudibus excepta angelicis, magni Imperatoris thalamum æterna inducatur lætitia.

Ut

(*a*) Cappa] „ Interpretor fuiſſe ſimilem illi, quam Witlafius Rex Merciorum donans ait, in Donatione, quæ extat in hiſtoria Ingulphi: Offero etiam Secretario dicti monaſterii in miniſterium ſanctiſſimi altaris chlamydem coccineam, qua indutus eram in coronatione mea, ad cappam inde ſive caſulam faciendam. CAN.

(*b*) Evæ] *m. ſ.* Avæ. bene. CAN.

(*c*) In parvis literis] *m. ſ. vitioſe:* ſæpius ſi paucis literis tam parva officia ſalutationes dirigere. CAN.

Digitized by Google

Ut hoc fieri valeat, vigilare debet hujus inquisitor margaritæ, non inertiæ sopitus somno, dormitare: imò sæpius oratione nocturnis, vel diurnis (horis) pulsare januas perpetuæ civitatis. Et januas apertas inveniet, quas quisque ab hoc carnali carcere deductus nimium intrare cupiet: quòd antè summa diligentia præviderit choros, obviis suscipientes manibus animam, ad deducendum in cubiculum regis, æternis fruituram gaudiis. Perpetuumque laudis carmen decantabit, in præsentia sui sponsi dicens: *Benedic anima mea Dominum: & omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus benedic anima mea Dominum.* Vivas, valeas & floreas virgo nobilissima in Christo. *Psal.* 102.

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA LVIII. (a)

Ed. Queri LXII.

Paulino.

DUm ferventis Cancri igneus sol sidus ascendit, & nimio diurnoque calore arida tellus imbres exspectat: sic tua, pater optime, in refrigerium magni amoris, sitiens in meo pectore voluntas, tuæ beatitudinis diu desiderabat literas: iterum, atque iterum per singula horarum momenta æstuans hoc revolvebat elogium: Quando venient desiderati mei dulcissimi apices? quando videam signa salutis dilectissimi mei? Quando mihi Ausoniæ nobilitatis pagina optati prosperitatem ostendet amici? ut videam, si aliqua fœderatæ in Christo amicitiæ, illius pectore maneat memoria: si Albini sui nomen stilo charitatis in cordis arcano reconditum habeat; sicut suavissimum Paulini patris nomen perpetua dilectione in corde filii æternis viget literis inscriptum.

Ecce venit, ecce venit paternæ pietatis pagina, quam diu desiderabam, omni melle palato meo dulcior, omni obryzo oculis honorabilior. Hanc lætus ambabus accipiebam manibus, & toto amplectebar pectore: suspensus, quid mihi de meo nuntiare, Paulino: solutisque sigillis, avidis oculorum obtutibus, per singulas lineas iter aperuit desiderabilemque optatæ salutis sospitatem agnoscens; in illis mox singulis literarum apicibus, oscula libabam: totumque me Domino Christo, in gratiarum effudi actiones, dicens: *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.* *Psalm.* 50.

Et quia antè humiliatus fui in tristitia, nunc exaltatus sum in lætitia. Et si quid pleno charitatis modio superaddi potuisset, cumularem utique primam dilectionis plenitudinem, nova abundantia lætitiæ. Novit itaque, quicunque mellifluo charitatis jaculo vulnera, omni favo dulciora in corde accipiet, non me auctumnali frigore flaccentia verborum folia, in hujus chartulæ exaggerare gremium: sed de vivo veritatis fonte, ad irrigandos veræ flores dilectionis, hæc prona pectoris mei dextera haurire: quatenus mei magni amoris stillicidium tuis infunderem visceribus.

Plurima mihi de sanctissimo tui cordis epithalamio, rorifluo nectare exundantia protulisti exempla, ut verius Aristotelicum illud in te videam impleri proverbium: qui acutissimas Perihermeniarum (*b*) scriptitans argumentationes, dicitur (*c*) in mente calamum tinxisse.

Te verò agnosco de æterno charitatis *thesauro affluenter nova proferre, & vetera,* & in fide fraterni amoris pennam tinxisse pietatis. Tuum verò sanctissimum cor terra est repromissionis, sapientiæ melle manans, & suavissimæ charitatis luce redundans, in qua verus, & gloriosus Salomon, virtutum gemmis templum pulchræ habitationis suæ majestatis construxit; non calce, flamma periturum; sed æterna pace permansurum. In quo sancta sanctorum summo, & vero Pontifici soli Christo pervia, non semel in anno, sed semper in æternum. *Ibi area sapientiæ, & duorum tabulæ testamentorum.* Et hæc omnia Cherubin in multitudine tegunt scientiæ. Horum subter alas *Matth.* 13 *Hebr.* 9.

(*a*) *In m. s. quidem desideratur inscriptio: Sed certum est, missam esse ad Paulinum Patriarcham Aquileiensem.* CAN.

(*b*) Scriptitans argumentationes] *De his Sidonius carm.* 2. ordine terno

Quæ vel Aristoteles partitus membra loquendi
Argumentosis dat retia syllogismis.

Fulgentius præfat. Mytholog. Platonis auratum eloquium, & Aristotelis syllogismaticum verbiloquium. CAN.

(*c*) In mente calamum tinxisse] „ Ita corrigo, quod in „ m. s. *in merente.* Hoc quod Alcuinus vocat Aristotelicum „ proverbium, à Carolo Magno auctore usurpavit; si cre„ dimus Eckio, qui in caput 1. Perihermen. hæc habet: Carolus Magnus ad Alcuinum inquit, Aristotelem calamum in mentem tinxisse, dum istum librum scripserit. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. alas divina populis oracula respondent, & *flumina viventis aquæ ad salutem sitientibus salient æternam.* Quò, qui sitiat, de aridis terrarum ignorantiæ partibus veniat, & bibat.

Quid in tàm affluenti tui cordis thesauro non invenitur? *cujus habitator ille agnoscitur esse, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi: qui habet clavem David; aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit.* Qui vel ad profectum aliorum perpetuæ linguam eloquentiæ charitatis clave aperit; & quæ vult in arcano pectoris tui thesauro clave sapientiæ claudit.

Joan. 4. Colos. 2. Apoc. 3.

Hæc sanctissima somniantis Jacob scala, per quam cœli secreta septenis spiritalium charismatum gradibus piâ penetrare solet intelligentiâ: & iterum, ad ædificationem subjecti sibi populi fraterni amoris passibus (*a*) descendit; *ut fiat doctor Ecclesiasticus divinæ contemplationis cum Maria compos*, & iterum *cum Martha Dominicæ mensæ conviva sedulæ administrationis solicitus.*

Gen. 28. Luc. 10. Joan. 11.

His duabus alis Sanctorum animæ cum magna meritorum gloria ad cœlestis regni beatitudinem quotidiè feruntur. His etiam seculi hujus procellosos gurgites transeunt navigio, & ad portum perpetuæ quietis cum virtutum mercimoniis pervenient.

Sed vereor, quod sine maximo cordis dolore non dico, me ulterius in hac vita tuæ beatitudinis (*b*) faciem non visurum: quia in via divisionis iter agimus laboriosum, & per vallem lacrymabilem ad incertum properamus finem; & citò fragilis caro, unde sumpta est, revertetur: & *omnis decor illius urente percussa vento flaccescit. & ibit homo in domum æternitatis suæ.* Et circa eum stabunt in domo plangentes; & spiritus revertetur ad Dominum, qui dedit illum.

Psal. 103. Job. 27.

Ubi tunc illecebræ carnalium delectationum? ubi secularis pompæ superba ambitio? Nonne hæc omnia veluti fumus ventosis procellarum in aërem dispersus gurgitibus evanescunt? Et quantò plus quislibet hæc vana delectabilia amabit in mundo, tantò magis ea, æterno præsentatus judici odio habuerit. Beatus, qui necessitatem vertit in voluntatem; & ea, Christi amore compunctus, voluntariè amiserit, quæ debita cogente morte amissurus erit.

Hæc, meæ miseriæ memor, lacrymosis dictavi querelis; non ut te, quod opus non est, ex meis corrigeres dictis, *sed ut mecum me ex meis plangeres iniquitatibus; & pascentem in regione longinqua omni in immundicie porcos*, tuis, ô sanctissime adjutor, precibus sublevares, & ad paternæ pietatis epulas diu periclitantem reduceres.

Luc. 15.

Adhæsit itaque oculo cordis mei pulvis cogitationum iniquarum: ut summum beatitudinis bonum nec videre, nec amare perfectè valeat. *Si viderem, utique amarem: sed à te, qui spiritum ab eo consolationis accepisti, qui vult omnes homines salvos fieri, assiduæ orationis suffragia flagito:* quatenus æternæ pietatis medicus collirio suæ misericordiæ inungat oculum, iniquis obcæcatum cupiditatibus: ut verum perpetuæ bonitatis lumen videre valeat, & amare, quod videat.

1. Tim. 2.

Memento mitissimam Samaritani mentem, *qui vulneratum, omnique præsidio destitutum, oleo & vino fovebat, pietatis fascia ligavit, levavit in jumentum, duxit in stabulum; duos pro eo dedit denarios, ut curaretur.* Quid hac pietate mitius, quid hoc exemplo salubrius? Ecce creator omnium in precium se ipsum tradidit hominum, ut eos liberaret, quos creavit. Fateor me unum ex illis, quos redemit: sed dum alienæ avidus pulcritudinis Chananitidas ex paterno tabernaculo perrexi videre, lupi me vespertini invenerunt, rapuerunt, laceraverunt, vulneratum dereliquerunt. Tandem aliquando divina præveniente gratia, in memet reversus, dixi: *Surgam, & ibo ad Patrem meum*, teque, mitissime pastor, in hoc iter, sicut prædixi, ductorem te posco.

Luc. 10.

Potuit igitur idem Lazari solvere vincula, qui eum de monumento prodire jussit: sed ut potestatem solvendi sanctos habere doctores demonstraret, circumstantibus dixit: *Solvite eum, & sinite abire.* Tu verò, egregie pastor, solve, jubente Deo, mortiferas mihi peccatorum catenas, ut liber, vitæque redditus, & inter convivias Domini Christi in æternæ beatitudinis epulis recumbere merear.

Joan. 11.

(*a*) Descendit] *m. f.* discernitur. CAN.

(*b*) Faciem non visurum] *m. f.* non vidisse. CAN.

EPISTOLA

SÆC. VIII. ANNO 790.

EPISTOLA LIX.

Ed. Quer. LXXIII.

Venerando viro (a) Paulino (*) Patriarchæ.

* Aquileienſi.

Albinus ſalutem.

ACceptis ſapientiæ veſtræ apicibus, & charitatis muneribus per hunc, hujus præſentis chartulæ gerulum, valdè gaviſus, cognoſcens proſperitatem veſtram, & memoriam noſtri, quam ſemper paterna pietate ut habeas in orationibus ſacris ſupplex obſecro: memor ſemper benignæ devotionis, *quam Job habuit in filios ſuos. Salus filii, merces eſt patris: & laus genitoris, filius ſapiens.* Job. 1. Prov. 10.

Præſens verò portitor literarum, veſtro auxilio, & patrocinio noſtræ ſit commendatus petitioni. Ipſe vivo officio linguæ, noſtras, vel ſuas vobis oſtendet neceſſitates. Majorem noſtræ ſalutationis ſeriem (b) Engilbertus filius communis noſter Romam iturus, volente Deo, vobis dirigit: ſed nulla chartula ſufficit charitatis effari dulcedinem: quam pleno ore anima mea de tuo hauſerat pectore. *Teſtis eſt veritatis ille ſpiritus, per quem Dei charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris.* Rom. 5.

Vivendo felix, felix, pater optime, vive,
Atque memor nati ſemper, ubique, Vale.

EPISTOLA LX.

Ed. Quer. LXXXI.

Domino in Domino dominorum dilectiſſimo, & pio patri Paulino Patriarchæ ſalutem.

VIdeor aliquod me refrigerium habere animi mei, ut flamma charitatis in corde abſcondita aliquam fortaſſe ſcintillam elicere valeat: ne totum torpeſcat, quod intus igneſcit, dum oportunum mihi tempus, aliquid tuæ ſcribere charitati, occurrit.

Quid? Cum beatitudinis veſtræ literas omni favo dulciores intueri mereor, nonne videor mihi inter varios paradiſi flores totus converſari, & avida deſiderii mei dextera ſpiritales exinde carpere fructus? Quantò magis cùm ſacratiſſimæ fidei (c) veſtræ libellum recenſui, catholicæ pacis puritate ornatum, eloquentiæ venuſtate jocundiſſimum, ſenſuum veritate firmiſſimum: totius animi mei habenas in lætitiam laxavi. Ubi de uno lucidiſſimo, & ſaluberrimo paradiſi fonte, quatuor virtutum flumina, non ſolum Auſoniæ fertilitatis prata, ſed totius eccleſiaſticæ latitudinis rura irrigare conſpexi. Ubi & aurivomos ſpiritalium ſenſuum gurgites gemmis ſcholaſticæ urbanitatis abundare intellexi. Quamplurimis verò profuturum, & perneceſſarium feciſti opus, in Catholicæ fidei taxatione, quod diu optavi, & ſæpius Domno Regi ſuaſi, ut Symbolum Catholicæ fidei planiſſimis ſenſibus, & ſermonibus luculentiſſimis in unam congereretur chartulam, & per ſingulas Epiſcopalium regiminum parochias omnibus daretur presbyteris legendum memoriæque commendandum: quatenus licet lingua diverſa loqueretur, una tamen fides ubique reſonaret. Symbolum Apoſtolicum ubique legendum.

Ecce, quod mea optavit humilitas, veſtra implevit ſublimitas. Habet apud ſalutis noſtræ auctorem, perpetuam ſcilicet & hujus bonæ voluntatis mercedem, & hujus perfecti

(a) Paulino Patriarchæ] „ Ubi Patriarcha fuerit, non „ exprimitur in m. ſ Sed fuiſſe Aquileienſem certum eſt; „ qui Patriarchatum adiit anno 776. & ſedit annos 25. Pan„ vin. Præfuit ſynodo Altinenſi anno 802. ut patet ex „ epiſtola ſynodali Paulini ad Carolum Magnum. CAN.

(b) Cum ſcilicet Romam peteret, ſub Leonis III. Pontificatu anno 796. BASN.

(c) Veſtrum libellum] „ Scripſit Paulinus libellum contra „ Felicem Urgelitanum & Elipandum Toletanum hæreticos, „ qui extat tom. 3. Conciliorum & in bibliotheca PP. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790

perfecti operis apud homines laudem. Semper ferventissima charitas vestra castra perpetui regis undique invictissimis fidei clypeis muniat: ne antiqui hostis versutia, aliqua ex parte aditum suæ nequitiæ invenire valeat. Et si ille mille habet artes nocendi, multò magis nobis necesse est, mille habere artes defendendi: credentes in eum, qui ait: *Confidite, ego vici mundum.* Cujus pietas nobis prævidebat agonis tempus transitorium: & remunerationis esse perpetuum. Ille, prior calcavit caput leonis, & draconis: *nobisque dedit potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones*; & omnes hæreticas pravitates, quæ sunt portæ inferi, superandi.

Joan. 16.

Luc. 10.

Tu verò, vir Dei Apostolice, hac armatus potestate, viriliter pugna, fortiter vince, ut feliciter regnes cum Christo. Heu proh dolor, multi solent desuper contextam Christi tunicam hæreticis scindere unguibus, & in pace Ecclesiæ facere, quod milites in passione Christi non ausi sunt facere. Quapropter venerande pater, & doctissime athleta, & dulcissime doctor, simus semper in castris Christi commanipulares, & in una acie, sub vexillo S. Crucis concordi consilio, & virtute præliantes, ut suos adversarios per nos vincat, qui vinci non potest.

Error Felicis.

Nunc iterum antiquus serpens de (*a*) dumis Hispanici ruris, & de speluncis venenatæ perfidiæ contritum non Herculea, sed Evangelica clava caput relevare conatur, & prioribus nequitiæ poculis, novæ maledictionis toxica immiscere: sed & frigidissimus (*b*) Aquilo ventus alio de latere, solidæ Ecclesiæ impellens parietem, sacri baptismatis, catholicæ consuetudinis, regulam immutare nitens: & sub invocatione sanctæ Trinitatis, (*c*) unam asserentes mersionem fieri debere: *triduanamque nostri Salvatoris sepulturam in baptismo imitari negligentes:* cùm Apostolus diceret: *Consepulti enim estis cum Christo in baptismo.*

Rom. 6.

Colos. 2.

Immersio trina.

Alii verò trinam volentes facere mersionem, & in unaquaque mersione invocationem sanctæ Trinitatis: ac per hoc totas tres personas nominare studentes, dum ipsa veritas præciperet: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti.* Quid opus est tertiò replicare, quod semel dictum sufficit?

Matth. 28.

An sancti recipientur in cœlum.

Est quoque in quibusdam clancula dubitatio, an animæ sanctorum Apostolorum, & Martyrum, aliorumque perfectorum ante diem judicii, in cœleste recipiantur regnum? His & hujuscemodi spiculis, de pharetris (ut æstimo) exemtis perfidiæ, unitatem sanctæ & catholicæ Ecclesiæ, & veritatem universalis fidei aliqui vulnerare nitentes, etiam & spurcissimis errorum fæcibus limpidissima Ecclesiasticæ fidei pocula inficiunt: *& nuptiale vinum, quod Christus ex aqua virgini Matri,* Ecclesiæ scilicet sanctæ salubriter potanda convertit, iterum in aquas stultitiæ converti conantur.

Joan. 2.

Sed tuum est, ô pastor electe gregis, & custos portarum civitatis Dei, qui clavem scientiæ potente dextera tenes, *& ut lapides limpidissimos læva recondis, blasphemantes exercitum Dei viventis Philisteos in superbissimo Goliath uno veritatis ictu totos conterere. Nostrum est elevare cum Moyse manus in cœlum, humilitatis precibus te adjuvare, & spectare cum David in munitissima civitatis.....* donec speculator ex alto culminis fastigio clamitans, nobis tuam annuntiet victoriam.

1. *Reg.* 17.

Exod. 17.

2. *Reg.* 18.

Ad te omnium aspiciunt oculi aliquid de tuo affluentissimo eloquio cœlesti desiderantes audire: & ferventissimo sapientiæ sole, frigidissimos grandinum lapides, qui culmina sapientissimi Salomonis ferire non metuunt, per te citius resolvi exspectantes. Tu verò lucerna ardens, & lucens; nos in tua luce exultare gaudemus, ut te lucente, & ducente ad lumen, *quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, ejusdem æternæ lucis gratia adjuvante, pervenire mereamur.

Joan. 1.

(*a*) Dumis Hispanici] *Intelligit Felicis hæresim repullulascentem*, quæ ipso auctore eam abnegante apud Reganespurg primum damnata est, *anno* 792. *ut habent Annal. Franc. ed. Pith. Mox Romæ coram Adriano Pontifice Felix secundò suam hæresim detestatus est.* Sed iterum antiquus serpens de dumis Hispanici ruris (*inquit verè Alcuinus*; *nam Româ* ad civitatem suam reversus est, *ut ait Astronomus Ludovici in chron. Urgellam scilicet, quæ, eodem teste*, in Pyrenei montis jugo sita) & de speluncis venenatæ perfidiæ contritum non Herculea, sed Evangelica clava caput relevare conatur, *Verissime, inquam hac Alcuinus: neque enim aliorsum hæc traho. Propterea tertio damnari debuit, quod factum* 794. *in Synodo Francofurdensi præsente Carolo Magno, ut Annales Franc. & Astronomus Ludovici in chron. testantur.* CAN.

(*b*) Illa controversia agitabatur non apud Aquilonares aut Septentrionales Populos, sed apud Hispanos, jam a tempore Leandri & Gregorii primi. Figurata est igitur expressio qua alterum Hispanorum errorem indicat. Vide & Alcuini epist. 69. editionis Quercetanæ. BASN.

(*c*) Unam mersionem] *De trina mersione in Baptismo retinenda vide ep.* 8. *fol.* 27. CAN.

Digitized by Google

EPISTOLA LXI. (a)

Sæc. VIII. Anno 790. Ed. Quer. CXII. eaque in solo cod. m. f. repe-ritur.

Dilectissimo patri, & pio Pontifici Paulino patriarchæ.

Albinus vestræ filius dilectionis perpetuæ in Christo prosperitatis salutem.

Si quotidie tuæ beatitudinis præsentia uterer, nunquam tunc mellifluo ex ore tuo dulcedine satiarer: sed quantum avida mens ex fonte vitalis undæ biberet, tantum sitis addita cresceret. At nunc tanta locorum spatia vicariæ colloquutionis familiaritatem dividunt, ut vix pergentis chartulæ gerulus inveniatur. Et in angusto pectoris antro charitatis olla fervescit; nec habet, quo fulgorem sui splendoris ostendat, cui coctas charitatis epulas apponat: & quodammodo abundantia suavitatis versa est in esuriem amaritudinis. Im pampinis vitis floresçit, sed cultor hujus vineæ infructuosæ uvis non te pascit. Agricola uniones eruit de gloria, sed aurum in opus coronæ defecit. Novit, qui mecum talia patrum, quid hæc significare volunt paradigmata..... Fortè & harum lector literarum talem se memorat, qualem me agnoscit in illis, & maximè tu, pater sancte, de cujus corde fons vitæ emanat, charitas; *& flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Et qui hæc in consolationem spei nostræ promisit, tui est inhabitator pectoris, qui est virtus, sapientia Dei; in cujus potentia, & gratia mirabiliter (a) de Avarorum genere triumphatum est: quorum missi ad domnum Regem directi subjectionem pacificam, & Christianitatis fidem promittentes. Et si hoc, divina eos præveniente gratia, verum est; quis se servorum Dei tàm pio, & laudabili labori subtrahere debet, ut diaboli diruatur sævitia, & Christi Domini crescat servitium? *Joan. 7.* Avares victi.

Sed quàm plurimorum in te, pater optime, oculi respiciunt, quid vestra veneranda sanctitas facere velit. Quia & vicinitas locorum tibi competit, & sapientiæ decus suppetit, & auctoritatis excellentia tibi appetit, & cuncta conveniunt, quæ tali operi necessaria esse videntur. Ideo meæ parvitatis curiositas propterea hujus sanctæ rei desiderat veritatem, & tuæ consilium deposcit prudentiæ, vel quid exinde agere tàm bona voluntas deliberatum habeat, agnoscere flagitat. Opus enim arduum est, sed ipsa attestante veritate: *Omnia scimus esse possibilia credenti. Et qui de persequutore fecit prædicatorem, & de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus; Ipse potest de arida cordis mei caute rivulos vivi fontis & in vitam salientis, producere, æternam:* quantò magis de vestro pectore abundantissimo flumina Gehonica fluentia per totam Nilotici ruris latitudinem ad fœcundandos diversi generis flores, diffundere valet. *Marc. 9. 1. Tim. 1. Psal. 113.*

Audiat, obsecro, per te, unanimis tuæ charitatis filius, quid paterna prævideat agendum prudentia. Certissimum itaque consilium salutis per os illius sperari debet, cujus pectoris septiformis consilii inhabitator dignoscitur.

Binas vestræ paternitati paulò ante direxi chartulas. Unam per sanctum Episcopum Histrienscm; aliam, per virum venerabilem (b) Æricum Ducem, & veluti vectigalia aliqua vestræ beatitudinis exhortationum: ne spreta charitas aliquid rugosa fronte, vel queruloso calamo exarare incipiat. Nequaquam in augmentum tristitiæ meæ diutius taceas: sed spiritum consolationis tibi à Deo datum, frequenter mihi apices facere almitatis vestræ consolationis non graveris: ut tuis bonis exhortationibus, & sanctis orationibus adjutus, ad supplementum mercedis tibi perpetuæ, divina auxiliante misericordia, vitæ æternæ tecum particeps esse merear.

Floreat in vestro divinis pectore donis
Semper in æternum Sophia, sancte pater:
Et mihi conservet Christi dextra omnipotentis
Incolumem, meritis augeat ætheriis.
Donec suscipiat felix te porta polorum
Qua memor esto..... semper in ore mei.

EPISTOLA

(a) De Avarorum genere triumphatum] *m. f. vitiose:* de Varorum. *Avares (an Avari tum subacti sunt à Carolo Magno, teste Alcuino in epistola, quam citat Willielm. Malmesbur. lib. 1. c. 4. de regno Merciorum.* Avares, quos nos Hunos decimus, exarserunt in Italiam, & à ducibus præfati Regis Christianissimi, superati domum cum opprobrio reversi sunt. Similiter & super Bavariam irruerunt, qui & ipsi ab exercitu Christiano superati & dispersi sunt. *Lege Rogerum de Houeden parte 1. Annal. anno 795.* Can.

(b) Æricum] *vide de hoc epist. 53.* Can.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790. Ed. Quer. XCV.

EPISTOLA XLII.

Domino patri Paulino.

Albinus ſalutem.

EX eo ſciri poteſt quanta mihi eſſet aviditas loquendi tecum, ſi facultatem confabulationis iniqua terrarum longinquitas non prohiberet: dum in unius dexteram portitoris, propter cauſas ſupervenientes, tres ſimul poſui indiculos. Unum ſolicitudinis meæ. Alterum munuſculi mei. Tertium, pro filia mea (*a*) Liutgarde femina religioſa, ac Deo devota. Nam illa ſanctitati tuæ duas direxit armillas auri obryzi, penſantes XXIV. denarios minùs, de nova moneta regis, quàm libram plenam, ut ores pro ea cum ſacerdotibus tuis: quatenus divina clementia dies ſuos diſpoſuiſſet in ſalùtem animæ ſuæ, & ſanctæ ſuæ exaltationem Eccleſiæ. Ego de tua indubius fide, ſuaſi, ut faceret. Tu verò pater ſancte, mei, & illius memor ubique in Chriſti charitate valeto.

Ed. Quer. CXIII.

EPISTOLA LXIII.

Paulino ſanctiſſimo patriarchæ.

Humilis Levita Alcuinus ſalutem.

ABſentia corporis non oportet dilectionem dividere. Quia amicitia, quæ deſeri poteſt, nunquam vera fuit. Ex quo te ſciebam, dulciſſime amice, ſemper amabam: & pepigit cor meum fœdus amicitiæ cordi tuo. Etſi nomen Paulini mei, non in cera, quæ deleri poteſt, ſcripſi.

Ne quæſo obliviſcaris in tuis ſanctis orationibus nomen amici tui Albini: ſed in aliquo memoriæ gazophylacio reconde illud, & profer eo tempore oportuno, quo panem & vinum in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti conſecraveris. Diu dilectionis tuæ exſpectavi promiſſa, hoc eſt, vivificæ crucis, vel aliarum reliquiarum patrocinia. Noli me, obſecro, tanto fraudare munere: nec te veritatis..... Nolo longinquitatem viæ cauſeris. Charitas pennas ad volandum inveniet: nec flumina obruent illam. Sufficiunt alæ fidei in palatio regis, quibus nec voluntas deeſt in accipiendo, nec fides in reddendo: ſi quid noſtra petitio apud vos valeat, & tua ſemper apud Deum valeat petitio, qui te in tàm ſublimi ſtatuit gradu, ubi ejuſdem Dei Domini noſtri Jeſu Chriſti effectus.....

Vide quàm ſublime eſt hoc nomen. Contende meritis eſſe, quod nomine vocaris. *Clama, ne ceſſes, exalta, quaſi tuba, vocem tuam: ſit guttur tuum tuba Dei: prædica importunè, oportunè. Tu, gallus in prædicatione, ſuccinctus in caſtitate: tu aries in veritate fortiſſimus, cui nullus regum reſiſtere poterit. Tu, lucerna ſuper candelabrum in domo Dei. Tua lingua cœlum claudit, & aperit.* Aperit primum per prædicationis devotionem.

Eſai. 58. 2. Tim. 4. Prover. 30. Luc. 8. Apoc. 3.

Ad exemplum Chriſti recurre: *qui per civitates, caſtella, vicos, villas evangelizando iter agebat: etiam & domus publicanorum, vel peccatorum, propter occaſionem prædicationis, non abhorruit intrare.* Spes præmii ſolatium ſit laboris. Quid facio inſipiens ego contra philoſophicum proverbium, ligna in ſylvam ferens, ſtillicidiis flumina irrigans? *Modulum meum extuli figuræ. Obſecro per ejus amorem, qui duo minuta viduæ donis divitum præferebat. Charitas omnia ſuffert; in qua, qui manet, in Deo manet, quia Deus charitas eſt.*

Matth. 9. Luc. 5. Marci. 12. 1. Cor. 13. 1. Joan. 4.

EPISTOLA

(*a*) Liutgarde] *Uxore Caroli Magni, de qua etiam epiſt. 25. & 47.* Can.

Digitized by Google

EPISTOLA LXIV.

SÆC. VIII. ANNO 790. Ed. Quer. CXIV.

Chariſſimo filio quem ſerò genui, & cito dimiſi.

NEc bene ablactatus raptus eſt ab uberibus meis. Inimicior, quàm noverca, tenera, de paterno gremio, per libidinum vortices, caro rapuit. Heu, proh dolor, quid faciam, niſi plangam pereuntem? Si fortè calidis lacrymarum fomentis reſuſcitari poſſit.

Væ carni, quæ non timet ſulphureos quinque urbium ignes, vel pœnæ infernalium tormentorum flammas. Stringe te ipſum, obſecro, hujus timoris catenis; & tenta, quomodo vel unam ardoris ſcintillam ſufferre poſſis: & cogita, quid ſit, ſi totum corpus æterno crucietur incendio. Reſpice tandem, & noli conſentire ei, qui tibi talia parat incendia: ſed magis caſtiga teipſum; & paternis acquieſce obſecrationibus: & Dei oculis te ſemper præſentem eſſe cognoſce, & ante ſanctorum angelorum aſpectus. Geneſ. 19.

Erubeſce in conſpectu illorum facere, quæ horreſcis in conſpectu cujuſlibet hominis perpetrare. Scio, quod judicium credis omnibus eſſe futurum: & te credis inter illos eſſe, qui talia egerunt, qualia tibi quotidie diabolus ſuadet. Ecce heri feciſti voluntatem carnis tuæ; hodie vadis in incendium ignis æterni.

EPISTOLA LXV.

Ed. Quer. CXV.

Dilecto amico ſalutem.

PLacuit caniciem veſtram parva ſalutationis chartula appellare: ſed non parvo charitatis officio: ut ſciatis, licet longè poſitum, veſtri tamen habere memoriam, & familiaritatis non obliviſci, quam præſentes ſuaviſſima dilectione & conſolatione nos inter habuimus, firmam ſemper inter nos permanere in Chriſto charitatem: nec quolibet vento falſiloquii deſtrui; ſed ſolida firmitate inter omnes hujus ſeculi adverſitates immobilem ſemper conſiſtere. Noſtri memor in orationibus tuis ſemper valeto, frater chariſſime.

EPISTOLA LXVI.

Ed. Quer. LXXXII.

Optimo Theophilo bis bini Evangelicæ veritatis diſcipuli, & ſanctarum quadrigæ virtutum, fidelium quadriga amicorum plena charitatis nave trans alpinas aquas dirigit ſalutem.

ACcepimus dignitatis veſtræ chartam, verè, ut agnovimus, charitatis floribus depictam, ac mellifluo ſpiritalis jocunditatis ſapore refertam. Unde & nos diſcipuli ſanctitatis veſtræ in abundantia roriflui nectaris, quod ex ejus gremio pleniter hauſimus, refecti, ſatiati, valde lætati ſumus: agnoſcentes cœleſtem charitatis theſaurum veſtro ſufficienter recondi in pectore: & affluenter inde per lata terrarum ſpatia, flumina ſalutiferæ doctrinæ emanare, & arida juſtitiæ fonte ſitientium corda irrigare: non ſeptigeno Niliaci fluminis gurgite, ſed ſeptiformi Sancti Spiritus inundantia viventis aquæ fluenta, in vitam ſalientia ſempiternam: unde & lucidiſſima Apoſtolicæ fidei

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790. pocula nobis propinare larga pietate ſtuduiſti: quæ cum omni charitatis aviditate accepimus, & cum magna gratiarum actione potavimus.

Nec unius parviſſimi, & variis motibus vibrantis in ſole ſpurcitiam atomi offendimus in eis, ſed cryſtallina puritate micantia, ita ut ſuperni ſolis radiis, noſtri cordis lychnos mirabiliter illuminaverit.

Hæc conſideravimus diligentius, & deſideravimus ardentiùs; legimus ſæpiùs, & elegimus ſemper: & lætificati laudavimus Dominum, qui ſolita pietate tale lumen noſtris conceſſit laboribus. Quapropter intentiùs precamur; luceat lux tibi à Deo datæ ſapientiæ, ex corde charitatis tuæ, per os veritatis tuæ; ut omnis auditor ædificetur, & ſolus omnium dator bonorum glorificetur in te, & per te.

Sæpiùs ad nos currat charta exhortationis tuæ: nec eam alpinum frigus, vel viarum aſperitas, vel exundatio fluminum ullatenus impediat. Charitas omnia ſuperat: de qua dulciſonum decantavit pſalta: *Aquæ multæ non potuerunt exſtinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Ex abundantia cordis dictando ſcribat, ut nos ex diligentia legendi ædificemur.

Cant. 8.

In calce verò chartulæ hujus obſecramus, quod in capite optamus, quatenus noſtræ navigium vitæ, ſanctitatis veſtræ orationibus gubernare digneris. Nam procelloſa ſecularium negotiorum tempeſtas huc illucque nos agitat, falſa nos tranquillitate in ſalo profundiſſimæ voraginis mergere quærens. Sed pius omnium gubernator, & humanæ ſemper amator ſalutis, tuis, pater venerande, exoratus lacrymis, nos, licet indignos, hujus fluctivagi pericula maris evadere faciat; & ad perpetuæ ſtabilitatis ſtationem proſpero curſu plenis mercedibus pervenire concedat.

Dextera te Chriſti ſemper defendat ubique,
Protegat, atque regat, felix tu vive, valeto.

EPISTOLA LXVII.

El. Querc. XLIII.

Literæ commendatitiæ ad amicos.

Fraternæ dilectionis amicis per diverſas nominum dignitates.

Albinus conſervus in Chriſto veſter ſalutem.

Licet terrarum longinquitas diverſas Chriſtianorum faciat habitationes: tamen ſanctæ charitatis ſocietas, ſub uno paſtore Chriſto, unum eos facit eſſe gregem. In cujus fiducia, veſtræ pietati per precatorias noſtræ parvitatis literas, hunc (*a*) miſſum nomine, illuſtriſſime diligentiſſimè commendo: ut dilectionis veſtræ juvamine ſuffultus, faciliùs ſanctæ peregrinationis viam peragat, & veſtræ bonitatis merces ante oculos omnipotentis Dei augeatur. Qui eſt *via, vita, & veritas,* vobis viam veſtræ ſalutis oſtendere, & requiem æternæ gloriæ tribuere, & beatiſſimam vitam concedere dignetur.

Joan. 14.

L. D. & B. Mariæ S. Virg.

(*a*) Apud Quercetanum pag. 1556. legitur *hunc Presbyterum Fordradum nomine.* BASN.

Digitized by Google

449

SÆC. VIII. ANNO 790.

JACOBI BASNAGII
AD SEQUENTEM
EPISTOLAM ALCUINI,
CUM VIRO CLARISSIMO
FONTANINI
Vindiciis primum editam,
OBSERVATIO.

EPistolis Alcuini tum a Caniſio, tum a Quercetano editis ſubjicimus alteram non ita dudum vulgatam a viro clariſſimo Juſto Fontanino in Appendice ad Vindicias antiquorum Diplomatum pag. 266. ea mente, ut ceteris Alcuini ſcriptis inſereretur in editione, quam apud Gallos parari inaudierat, ſed quæ nunquam hactenus viſa eſt. Nos primam, quæ ſe offert, arripimus occaſionem, viri docti conſilio reſpondendi, ea præcipue ratione, quod in illa Alcuinus non, ut ſæpius ſolet, impolitos verſus nobis protrudat, nec in myſticos numerorum ſenſus irruat, ſed Epiſcopi partes & munus diſcipulum ſuum Eanbaldum doceat. Adjecit notas criticas Abbas Dominicus Paſſioneus, vir ſpectatiſſimus, nunc Legatus ſummi Pontificis apud Helvetios, mihique olim in his oris frequenti colloquio, eruditione & ſingulari humanitate apprime notus. Do igitur ipſam Epiſtolam cum Fontanini Monito ad Lectorem, quem docet unde illam habuerit.

FONTANINI
PRÆFATIUNCULA.

QUum nuncium ad nos fuerit perlatum de nova editione operum Alcuini in Galliis adornanda poſt diſtracta exemplaria prioris illius, quam curaverat Andreas Quercetanus ſive Ducheſnius; nos quoque in id ſymbolam conferre decrevimus vulgando epiſtolam nondum editam Alcuini ad Eanbaldum II. Eboracenſem Archiepiſcopum, a rei diplomaticæ ſtilo minime abhorrentem, & non uno titulo inſignem; quam cum nævis fideliter exſcriptam nobiſcum humaniſſime communicavit V. C. Joſephus Maria Thomaſius, a nobis alibi laudandus. Eidem epiſtolæ ſubjecimus notas Abbatis Dominici Paſſionei, rerum eccleſiaſticarum ſtudiis mirifice dediti, qui nobis auctor fuit hujuſce qualiſcunque operis conſcribendi.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

ALCUINI EPISTOLA AD (a) EANBALDUM ARCHIEPISCOPUM,

Quam ex Cod. Manuſcripto edidit *Fontanini* in appendice ad Vindicias antiquorum Diplomatum. pag. 266.

ECce chariſſime fili omnia per Deum habes, quæ ſperare potuit homo etiam & plus quam noſtra (a) pravitas ſperare auderet. Modò verò viriliter fac, & fortiter opus Domini quod habes in manibus perfice, ad mercedem animæ noſtræ, & ad ſalutem multarum animarum. Non ceſſet lingua tua in prædicando: non pes tuus in circumiendo gregem ſibi commiſſum, non manus tua à laborando ut eleemoſinæ fiant, & ſancta Dei ubique exaltetur Eccleſia. Eſto forma ſalutis omnium: in te ſit ſolacium (b) mis verſationis ſanctiſſimæ: in te ſit ſolacium miſerorum: in te confortatio dubitantium: in te diſciplinæ rigor: in te veritatis fiducia: in te totius bonitatis ſpes. Non te ſeculi pompa exaltet, non ciborum luxus enervet: non veſtimentorum vanitas emolliat: non adulantium linguæ decipiant: non detrahentium adverſitas conturbet: non (c) triſtitia frangant: non læta elevent: non ſis harundo vento agitata: non flos aura tempeſtatis decidens: non paries (d) ruinoſa: non domus ſuper harenam poſita: ſed templum eſto Dei vivi ſupra firmam petram conſtructum: cujus ipſe ſit Spiritus paraclitus inhabitator. Quanti putas poſſunt eſſe tibi (e) Dei? Finge in animo quaſi quinquaginta annos. Et ecce hæc finem habent. Nec ad hoc pervenire putandum. Infirmitas corporis tui te fortem faciat in animo cum Apoſtolo: *Quando* (f) *infirmior, tunc fortior ſum.* Caſtigatio corporis profectus ſit animæ; mitem te & humilem ad meliores oſtende: durum & rigidum ad ſuperbos: omnia omnibus factus: ut omnes (g) lucri poſſis: habeas mel & abſinthium in manibus tuis: quid cui placeat edat ex illis. Cui de pia prædicatione veſci libeat: accipiat mel; qui (h) duram invectione indigeat: bibat ex abſinthio, ita tamen ut liceat ei mel, qui dura invectione (i) mel veniæ ſperare: ſi roſea confuſio pœnitentiæ præcedat. Omnia veſtra (k) honeſta cum ordine fiant. Tempus ſtatuatur lectioni,

(a) f. parvitas.
(b) converſationis.
(c) triſtia.
(d) ruinoſus.
(e) dies?
(f) infirmor. 2. *Cor.* 12. 10.
(g) lucrari.
(h) dura.
(i) indiget.
(k) honeſtè.

(a) „ Egberto Eboracenſi Archiepiſcopo anno DCCLXVII. „ ſucceſſit Ethelbertus ſive Adelbertus, quem & Albertum „ vocant, atque etiam Cœnam dictum oſtendit Michaël „ Alfordus in Annalibus Angloſaxonicis anno jam indicato „ num. I. Illum ſubſequutus eſt Eanbaldus I. cui ex Alfordo anno DCCLXXX. num. II. Eanbaldus junior ſucceſſit, quem ideo *tertio loco Egberti ſucceſſorem* appellat Willelmus Malmesburienſis de Geſtis Regum Anglorum libro primo capite tertio pag. 24. editionis Henrici Savilii, ubi Alcuini fragmentum epiſtolæ gratulatoriæ recitat, in qua „ eum *filium ſuum cariſſimum* vocat. Hinc procul dubio error irrepſit in eundem Malmesburienſem libro tertio de „ Pontificibus Anglorum pagina 269. ubi omiſſo Egberti „ ſucceſſore Ethelberto, uterque Eanbaldus in unum conflatur his verbis: Hujus, nempe Egberti, ſucceſſor ſenex ſubſtitutus eſt Eanbaldus, Alcuini diſcipulus induſtrius; „ quæ „ ſic emendanda ſunt: Hujus ſucceſſor fuit Ethelbertus, cui deinde ſenex ſubſtitutus eſt Eanbaldus: & eo mortuo Eanbaldus alter Alcuini diſcipulus induſtrius. „ Eanbaldus I. „ obtinuit pallium anno DCCLXXXI. per Alcuinum Romam miſſum, ex Alfordo ibidem num. I. Obiit verò anno DCCXCVI. IV. kal. Auguſtas anno ſeſſionis ſuæ XVII. „ ibidem num. X. cui ſtatim ſuffectus eſt Alcuini diſcipulus „ Eanbaldus II. qui ex urbe pallium accepit anno DCCXCVII. „ ex Alfordo ibid. num. XVI. Quare Alcuinus hanc inſignem epiſtolam ſcripſit ad Eanbaldum II. diſcipulum ſuum „ eodem anno DCCXCVI. ut eum de officio Epiſcopi doceret. PASSION.

Digitized by Google

(a) lectioni, & orationi. Suas habent horas: & Missarum solemnia proprio tempore conveniant: *Qui diem sapit: Domino sapit.* Sit modesta in conviviis lætitia. Sit curta in jejuniis lætitia: lavetur pœnitentia facies: ungatur oleo misericordiæ caput: ut omnia acceptabilia fiant Domino Deo, qui te elegit sibi sacerdotem: *Omnis namque Pontifex ab hominibus assumptus: pro hominibus constituitur in his qui sunt ad Deum.* Aaron stabat cum thuribulo dignitatis suæ inter vivos ac mortuos: ut ira Dei non ardesceret plus in populo. Sacerdos vero Dei & voluntatis illius prædicator debet esse in populum: & intercessor ad Deum pro populo, quasi mediator inter Deum & homines. Qui sublimem ascendit locum, cavere debet ne cadat: quia ruina altioris loci periculosior esse dinoscitur. Qui stat, videat ne cadat: qui jacet contendat, ut resurgat: & qui currit caveat ne offendat, nè bravium illius alter accipiat; *Omnes quidem stare nos oportet ante tribunal Christi,* ut referat unusquisque quicquid in corpore gessit. Tunc non erit tempus oleum emendi; & ideo ante provideamus, ne convacua vasa habeamus; sint modò lumbi præcincti & lucernæ ardentes in manibus prædicatoris: ut tunc fulgeat sicut sol in regno patris sui: & pro multiplicatione pecuniæ sibi commissæ laudetur à Domino suo & honoretur æterna gloria. Noli hominum dominum te putare sæculi: sed dispensatorem; non te numerus propinquorum avarum faciat: quasi illis in hæreditatem congregare debeas. Non deerit occasio congregandi: si cupiditas (a) qui est omnium radix malorum inardescet. Nullus heres melior est Christo: nemo tui thesauri fidelior custos est; nam manus pauperis gazophilacium est Christi. Quod ex tuis obtutibus illi commendare placeat: hoc per manus miserorum mitte. Dupplex fiat (b) elemosina tua: una in salvandis animabus: altera juvandis corporibus egentium. Ideo presbyteri dupplici honore juxta Apostolum digni habendi sunt: quia dupplici (b) probentur fungi ministerio: *Hilarem datorem diligit Deus; & qui seminat in benedictione: de benedictionibus metet;* & qui plus laborat plus mercedem accipiet. Sint tui socii (c) honestius moribus ornati, non vestimentorum vanitate notabiles: sed morum dignitate laudabiles; gloria patri: (d) filio sapiens. Non sint ebrietatis sectatores: sed sobrietatis amatores: ut ex illorum bonis exemplis edificentur plurimi. Non (e) in alioquium vel scurrilitas: sed sancta ex ore eorum audiatur psalmodia. Non per campos discurrentes, vulpes agitando, declament: sed tecum (c) equitando psalmos dulci modulamine decantent: nunquam sacræ (f) benedictio pallio induaris absque diaconorum adstantium ministerio; habeas & subdiaconos: ceterosque ordinatim gradus Ecclesiæ: quatinus septiformis in donis Sancti Spiritus Ecclesia, septiformi ecclesiasticorum graduum distinctione fulgeat: habeat unusquisque gradus dignitatis suæ locum & vestimentum: & si in conviviis ordo seniorum & dignitatum (g) servanda est, quanto magis in Ecclesia Christi? Sit Clerus in habitu honestatis: & vultu constantiæ: & in voce moderata cantantes; magis Deo placere nitentes quam hominibus. Exalta immoderatio vocis, jactantis signum est: sed omnia in humilitate & honestate fiant: & non despiciant (d) Romanos discere Ordines: quatinus

SÆC. VIII. ANNO 790.

Rom. 14. 6. Hebr. 5. 1. Num. 16. 48.

1. Cor. 10. 12. Rom. 14. 10.

2. Cor. 5. 10.

1. Tim. 5. 17.

2. Cor. 9. 7.

(a) quæ.

(b) probantur.

(c) honestis.

(d) filius.

(e) inaniloquium.

(f) benedictionis.

(g) servandus.

(a) Lectioni & Orationi.] „ Eadem habet Alcuinus cap. „ V. de Virtutibus & Vitiis: Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, & legere. „ Et epistola CI. Vices suas habeant lectio, & ratio. „ In vita sancti Odilo„ nis Abbatis Cluniacensis, qui floruit sæculo XI. apud „ Bollandum tomo primo Januarii pag. 167. col. 1. dicitur, „ quod lectioni oratio jugis succedebat. Concilium Remen„ se apud Labbeum tomo septimo col. 1256. canone XIV. „ mandat Episcopis, ut diligentius operam dent, lectionique divinæ incumbant, *id est*, canonicis libris, & opusculis Patrum; „ eadem mandat canone II. Concilium Turonen„ se III. ibidem col. 1261. PASSION.

(b) Duplex eleemosyna.] „ Quanquam Alcuinus in libro „ de Virtutibus & Vitiis cap XVII. eleemosynarum tria ge„ nera distinguit; in epistola tamen XXXII. hortatur Ædil„ bertum Episcopum ad peragenda suffragia, quæ prosint morientibus, *vel* ad veniam peccatorum, *vel* ad majoris gloriæ augmentum. „ Liber de divinis officiis Alcuino fal„ so tributus in capite de exsequiis mortuorum, eleemosynas, & jejunia statuit pro defunctis. „ Sic in fragmentis vi„ tæ sancti Gildæ Britanni, cognomine Sapientis, quæ edi„ dit Johannes a Bosco ex vetustissimis Floriacensibus mem„ branis pag. 458. parte prima suæ Bibliothecæ, mulier ac„ cepto nuncio de morte conjugis, venit ad sanctum Gil„ dam, eleemosynas pro anima viri sua factura. PASSION.

(c) Equitando psalmos.] „ Vide disquisitionem Mabillo„ nii de Cursu Gallicano pag. 443. & vitam sancti Epipha„ nii Episcopi Ticensis, quæ cum scriptis Ennodii habetur „ tomo primo operum Sirmondi col. 1666. His adde, quæ „ leguntur in capite quinquagesimo regulæ sancti Benedicti: Similiter qui in itinere directi sunt, non eos prætereant horæ constituæ, sed ut possunt, agant sibi, & servitutis pensum non negligant reddere. „ Hunc locum eruditissimis ad„ notationibus illustrat nuperus interpres ejusdem regulæ „ Edmundus Martene: quæ omnia confirmari possunt exem„ plo, quod nobis præbet vita sancti Adalhardi Abbatis „ Corbejensis, qui floruit sæculo IX. in parte prima Sæculi „ IV. Benedictini pag. 350. num. XX. & apud Bollandum „ tomo primo Januarii pag. 114. num. 20. Cumque etiam pro Ecclesiæ negotio itineraretur, non deserebat instituta regulæ, sed fletibus vacabat pro lectione; *& paullo post*: Ipse autem salebras itineris relevabat sibi psalmodiando. „ In „ Capitularibus Walterii Episcopi Aurelianensis editis a De„ lalande in Supplementis ad Concilia Galliæ pag. 182. ca„ none XVII. edicitur, ut presbyteri equitent religiose. „ Varia exempla Episcoporum, qui psallendo equitabant, „ congessit Thomasius præfatione in Psalterium secundæ „ editionis. PASSION.

(d) Romanos discere Ordines.] „ Testimonio sit hæc epi„ stola antiquitatis Ordinis Romani, de quo certe mentio „ nulla hoc gravior, aut antiquior hactenus allata est. Ma„ billonius in tomo altero Musei Italici n. II. pag. 8. com„ mentarii prævii ad Ordinem Romanum, in quem scripsit „ Amalarius non sæculi auctor, eundem Ordinem revocan„ dum existimat ad tempora vel Gelasii Pontificis, vel sal„ tem Gregorii: quæ sententia si vera est, ut quidem vide„ tur, lapsus fuit Jacobus Usserius, qui apud Gullielmum „ Cave in parte prima historiæ literariæ circa annum „ DCCXXX. collocavit auctorem *Ordinis Romani*; & sane „ in supplemento ad lib. IV. Amalarii de divinis officiis to„ mo II. Analectorum Mabillonii pag. 100. inter sectatores „ *Ordinis Romani* recensetur sanctus Gregorius. Unus erat „ Ordo Romanus, licet ob rituum varietatem plures in li„ bellos divisus esset. Amalarius, qui male ab Hittorpio „ pro Trevirensi accipitur, (Metensis enim est) de ordine „ Antiphonarii pag. 52. memorat scripturas, quæ contine„ bant per diversos libellos Ordinem Romanum. Eodem „ sæculo, quo scripsit Amalarius, hujus Ordinis mentio facta,

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

tinus caput ecclesiarum Christi secundùm facultatem virium (a) irritantes: benedictionem a beato Petro Principe Apostolorum: quem Dominus noster Jesus Christus caput electi sibi gregis statuit habere, mereantur æternam: sicut (b) apes sapientissima, omnia quæ honestatis sunt discendo probate: & quæ optima esse videntur elegendo retinete. Previde ad sancta, sollertia tua (a) Magistros pueris. (c) Cleros segregentur, separentur, more illorum, qui libros legant: qui canthilenæ inserviant: qui scribendi studio deputentur; habeas & singulis his ordinibus Magistros suos: ne vagantes otio vagi discurrant per loca: vel inanes exerceant ludos: vel aliis mancipentur ineptiis. Hæc omnia (d) sollerti simus fili carissime tua consideret providentia: quatinus in sede principali gentis nostræ totius bonitatis & eruditionis fons inveniatur: ut ex eo sitiens viator: vel ecclesiasticæ disciplinæ amator: quicquid desiderat anima sua haurire valeat: Consideret quoque tua (e) diligentissima in eleemosinis: ubi (f) xenochia: id est hospitalia, (b) fieri jubeat: in quibus sit quotidiana pauperum & peregrinorum susceptio. Omnipotens Dominus te semper hic & ubique protegat: regat: atque custodiat.

(a) imitantes.
(b) apis.
(c) Clerici.
(d) sollertissimè.
(e) diligentia.
(f) xenodochia.

„ eta est in Capitularibus Regum Francorum editionis Ba„ luzianæ tomo primo col. 1068. & in Canonibus Isaaci „ Episcopi Eingonensis ibidem col. 1249. PASSION.

(a) Magistros pueris.] „ Titulus epistolæ, seu potius „ opusculi de Confessione, quod Alcuinus scripsit ad pueros „ sancti Martini pagina 1162. ejus operum, ita se habet: Dilectissimis in Christo filiis, bonæque spei adolescentulis, qui in Ecclesia sancti Martini Domino Jesu deservire videntur, atque ab ecclesiasticis erudiuntur magistris. „ In epistola CII. cuidam filio suo præcepta tradit instruendi a„ dolescentulos: Ament, inquit, præ cæteris ecclesiastica officia. „ Epistola CVII. monet quendam his verbis: Sint tibi legentes juvenes, chorus canentium, & librorum exercitatio. „ Epistola CVIII. multa habet de sua educatione in „ Ecclesia Eboracensi; & epistola CXXXIV. scribit ad Cal„ vinum presbyterum, quærens, an scholam legentium habere possit. „ Canon CCVII. libri primi collectionis Re„ ginonis Prumiensis editæ a Baluzio, mandat presbytero, „ ut clericum habeat, qui possit scholam tenere. Morem „ instituendorum puerorum induxit in Angliam sanctus „ Augustinus, ut narrat Joannes Diaconus in vita sancti „ Gregorii Papæ libro secundo num. VII. qui etiam testa„ tur Vitellianum præsulem destinasse per Gallias in Bri„ tanniam discipulos Romanæ doctrinæ. PASSION.

(a) Xenodochia.] „ Quum Paulus hospitalitatem Episco„ pis commendaverit, hinc est quod Episcopi hospitibus & „ ægrotis Xenodochia exstruxerunt, quæ in singulis Episco„ piis habebantur. De his videndus Ludovicus Thomassinus „ in vetere & nova ecclesiæ disciplina parte prima, libro „ secundo, cap. LXXXIX. PASSION.

Digitized by Google

FLACCI ALCUINI EPISTOLA DE CONFESSIONE PECCATORUM FACIENDA. AD PUEROS S. MARTINI.

A Caniſio *primùm in lucem data*

Ex Manuſcriptis membranis Monaſterii S. Galli.

JACOBI BASNAGII IN HANC ALCUINI EPISTOLAM OBSERVATIO.

CAniſius illam epiſtolam eandem eſſe ac librum de *Auriculari Confeſſione*, quem inter Alcuini opera recenſet Balæus, & forſan merito. Conſtanter tamen titulum quem appoſuimus præferunt codices Manuſcripti: Sed decipi potuit Balæus, & epiſtolam de Confeſſione peccatorum in librum de *Auriculari Confeſſione* levi ſphalmate tranſmutare. SÆC. VIII. ANNO 790.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Edit. Quer. pag. 1162.

EPISTOLA ALCUINI AD PUEROS (a) S. MARTINI DE CONFESSIONE PECCATORUM.

DIlectiſſimis in Chriſto filiis bonæque ſpei adoleſcentulis qui in Eccleſia Summi Pontificis protectoriſque magni beati Martini Domino Jeſu deſervire videntur atque ab Eccleſiaſticis erudiuntur magiſtris in Domino Deo, ego Albinus bene cupiens ſalutis veſtræ æternæ, proſperitatis in Chriſto Domino ſalutem.

Deſiderans vos, filii Chariſſimi, in ſalutem animarum proficere veſtrarum, ideo aliquas paterno affectu vobis admonitiones dulci ſermone dirigere ſtudui, ut per eas præſentis vitæ proſperitatem, & futuræ, Deo miſerante, beatitudinem habere mereamini, & fragiles veſtræ ætatis annos in Dei ſervitio edocti ad perfectum ſenectutis diem adducere. Vos quoque ſancti patres, lumina hujus fraternæ congregationis, doctores & ductores in omni bonitate juventutis deprecor, ut ammoneatis eos, id eſt, diſcipulos veſtros, ut ſtudiosè *diſcant*, quæ Deo placent & ad ſalutem animarum pertinent ſuarum: quatenùs ex illorum profectu & proſperitate vos perpetuam apud Dominum habeatis mercedem. Exhortamini illos ſobriè, caſtè, pudicè, cum omni humilitate & obedientia Deo ſervire in bonis moribus, & ſancta converſatione, & religioſa caſtitate, & maximè de confeſſione peccatorum ſuorum: quia multæ ſunt contra adoleſcentulos Diabolicæ fraudis inſidiæ in deſiderio carnali & cæteris adoleſcentiæ vitiis. Sed nihil Deo donante, proficit in ſua Diabolus militia, ſi puram volunt juvenes facere confeſſionem, & fructus dignos pœnitentiæ agere, id eſt, ut vulneribus vulnera non ſuperadjiciant, & ſanata non reſaucient: ſiquidem pœnitentiæ eſt remedium, pœnitenda iterum non perficere. Scriptum eſt enim; *pœnitentibus Deus dedit partem juſtitiæ*. Age igitur pœnitens propria ſcelera confitere, pande per confeſſionem tuæ iniquitatis ſecretum. Nota ſunt Deo, quæ in occulto feciſti; quæ ſi non dixerit lingua; non poterit celare conſcientia. Fruſtra intra parietes tua æſtimes crimina abſcondi. Patet Deo omne, quod abſconditum putas: ſi hominis oculos in peccatis effugere valeas, nullatenus tamen Dei adſpectum latere poterit, quidquid in occulto geſſeris. Dic per confeſſionem peccata antequam judicis iracundiam ſentias. Crede mihi, totum veniale erit, quod peccaſti, ſi confiteri non erubeſces: & per pœnitentiam purgare (a) curaberis, dicente Pſalmographo: *Dixi adverſum me injuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*. Exſpectat Dominus à nobis confeſſionis ſacrificium, ut præſtet nobis delectabile indulgentiæ munus, qui vult omnes homines ſalvos fieri & neminem perire: eo dicente & in alio ſcripturæ loco: *In quacunque die peccator converſus fuerit, vita vivet, & non morietur*. O ſingulare clementiſſimi judicis beneficium: ô magnificum divinæ pietatis theſaurum. *Propter hoc à peccantibus vult confeſſionis munus accipere, ut*

Eccl. 17. 20. *vulg. viam juſtitiæ.* Confeſſio peccatorum minuit peccata.

(a) curabis. *Pſal.* 31. 5. *Dixi confitebor adverſum me.*

Ezech. 33. 12.

Ezech. 33. 15.

(a) Pueri Monaſterii dicuntur aliquando Symphoniaci; de iis multa habet Evrardus. *Jurisdictio puerorum communis erit, utrique communi conſilio recipient in choro pueros: uterque poterit ejicere delinquentem; ejectus ab uno non introducetur ab alio, niſi ejicientis ſatisfeceris arbitrio: præcentor audiet a Pueris id quod debent cantare.* At hic de Symphoniacis non agitur, ſed de *Pueris* aliis, qui ab ineunte ætate in Monaſterio verſabantur, vel ſaltem a prima juventute monaſticam vitam agere cœperant, ii cæteris, *converſis* ſcilicet, longe præferebantur, quod intemeratam inculpatamque vitam ſemper degiſſe viderentur; Duplexque eorum ordo; alii enim offerebantur juniores a Parentibus, ut tonderentur & vitæ monaſticæ conſecrarentur. Sufficiebat ſcilicet voluntas parentum, modo petitionem feciſſent & manum pueri cum petitione palla Altaris involviſſent. Alii vero erant *nutritii*, qui ſcilicet educabantur in monaſterio, vel quod eis pauperibus aut ſpem aliquam facientibus alimenta ſubminiſtrarentur. Vitam tamen monaſticam profiteri debuerunt, ubi ætatem attigerant. Ad illos ſcribit hic Alcuinus. BASN.

Evrat. apud Dach. Spic. t. 12. pag. 166.

Digitized by Google

ut non inveniat, quod ulciſci debeat. Non ſimus ingrati tantæ benevolentiæ redemptoris noſtri: qui magis vult ignoſcere, quàm punire; magis ſalvare, quam perdere. Adquiritur Domino, quod non punitur in ſervo: & multum confertur auctori, ſi deputatus pœnæ veniæ condonetur. Nec optat ulciſci, qui paratus eſt miſereri: ipſo de ſe per Prophetam dicente: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Ecce verus vitæ auctor, qui non vult peccantis mortem, ſed convertentis vitam: unde & in Evangelio ipſa ait veritas: *ſic erit gaudium in cœlo coram Patre veſtro & Angelis ejus ſuper uno peccatore pœnitentiam agente:* & in Propheta; *dic tu injuſtitias tuas prior, ut juſtificeris.* Ecce benignus eſt largitor veniæ, qui præbet pro lucro temporali æternitatis gaudium, ipſo dicente: *Beati qui lugent nunc, quoniam ipſi conſolabuntur:* & alio loco: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, ego reficiam vos:* ait enim, ut diximus, dic tu prior injuſtitias tuas, ut juſtificeris, & non condemneris: ut maneat in te præmium pœnitentiæ, non vindicta peccatorum. Nunquid quaſi neſcius Deus nos confiteri hortatur peccata, qui priuſquam geſta eſſent, præſciebat: cujus providentiæ omnia pateſcunt occulta? Tunc enim poteris perfectum conſequi beneficium medicinæ, ſi non celes medico tuæ vulnera conſcientiæ. Opinor enim, niſi interpelletur Medicus, non curatur ægrotus: confeſſio tua medicina eſt vulnerum tuorum, & ſalutis tuæ certiſſimum ſubſidium. Homo ægrotus à medico quærit medicinam; qui ſæpe incerto (a) laborare deſudat in ægroto. Deus verò ſine labore ſanat: ſine tarditate medicamenta veniæ præſtat, ſi devota lacrymis ſcripta in auribus pietatis ſuæ (b) legatur pœnitentiæ. Nemo te homo melius reficit, quàm qui fecit. Nec alius ſanat; niſi qui flagellat & curat: ſolus enim novit operis ſui fragilitatem, qui hoc tantum exſpectat, ut fatearis; mora non erit, ut ſaneris: qui per Prophetam Ezechielem ait: *cum converſus fueris & ingemueris, tunc ſalvaberis.* Datur nobis à benigniſſimo judice locus accuſandi noſmetipſos in peccatis noſtris coram Sacerdote Dei: ne iterum accuſet nos in eis Diabolus coram judice Chriſto: Vult ut ignoſcantur: ne puniantur in futuro. Igitur pius Pater, dum videt per pœnitentiam peccata noſtra à nobis damnari, gaudet miſereri, & proprium exercere munus miſericordiæ in pœnitentes optat, ſicut per Iſaiam teſtatur prophetam: *Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas*; & iterum: *convertimini ad Dominum Deum veſtrum, quoniam miſericors & pius eſt, patiens & multæ miſericordiæ.* Hoc ſciens beatus David ait: *Peccatum meum cognitum tibi feci, & injuſtitias meas non operui:* è contra ſi peccatum, quod fecerit homo (c) negatur, pœnæ reatus accumulatur; quia punitur contumacia ſceleris negatione. Sed dicis forſan: Me terret meorum magnitudo peccatorum: quinimo tanto magis inſiſtendum eſt tibi ô peccator, in medicina confeſſionis, ne pereas in putredine vulnerum, ſi medico erubeſcis aperire multiplices ulcerum dolores. Nullatenus divinæ abundantiam clementiæ numeroſitas tuorum ſuperare poterit peccatorum. *Ne tardes, de die in die*, dicit ſcriptura, *converti, quia neſcis quid ſuperventura pariat dies: quia qualem te ultimus invenerit dies, talis judicaris.* Nec te voluit Deus diem illum præſcire, ut ſemper paratus eſſes, qualem optas ante judicem te ſtare, talem te præpara, dum habes tempus operandi. Eſto negotiator devotus. Eme tibi regnum Dei pœnitentiæ lucris, memor Dominum dicentem: *Pœnitentiam agite, & adpropinquabit vobis regnum Dei.* Pro te igitur, ô juvenis, Deus homo factus eſt, ut te redimeret, & ſeipſum tradidit in mortem, ut te ſalvaret in vitam: quid tu jaces in morte ſcelerum? *Surge & dic: Pater peccavi in cœlum:* adduc tibi tuæ pœnitentiæ teſtem fidelem: Munda vis habere veſtimenta; quare non multo magis quæris mundam te habere animam? Sordidus procedere non vis in conſpectu hominum; quare non multo magis times ſordidum peccatis te procedere in conſpectu Dei? Lava te lacrymarum fonte; nequid in te ejus (d) oculus majeſtatis offendat. Quis, rogo, cadens non quærit ſurgere? Quis infirmatur, & non deſiderat convaleſcere? Quis periclitatur, & non optat evadere? Pœnitebit te poſtmodum tarditatis, ſi non cogitaveris quid animæ tuæ proficiat ad ſalutem. Exſurge fili, exſurge, placare Patrem pœnitentia, quem offendiſti ſcelere. Confitere culpam, ut ſaneris à Medico. Eſto in tua ſollicitus ſalute. Si tu ipſe tui ipſius non habes curam, quis tibi ad ſalutem prodeſſe poterit, vel quis tibi fidelis erit, ſi tu ipſe tibimet infidelis eſſe probaberis? Infidelitas eſt magna non curare de ſalute tua te moriente in peccatis, non reſuſcitare per pœnitentiam. Quanto longius receſſiſti pro ſcelerum magnitudine à Deo, tanto fortius per pœnitentiam appropinquare ſtudeas. Clemens Pater paratus eſt te accipere, ſi tu non tardaveris revertere. Aſpera tibi videtur converſio, carnalia relinquere deſideria; ſed multo durior conditio, æternis te ardere flammis, & pro modica temporis luxuria pœnis tradi perpetuis. Quanti modò infernalibus deputati tormentis converti voluiſſent, ſi ſpacium illis daretur convertendi! Omnia quidem hujus ſeculi dura in comparatione tormentorum infernalium levia & quodammodo jocunda videntur. Serviſti Diabolo in luxuria, (e) ſervire Chriſto in caſtitate, utriuſque rei finem attende.

Sæc. VIII. Anno 790.

Ezech. 33. 11.

Luc. 15. 7.

Eſai. 43. 26.

Narra ſi quid habes, ut juſtificeris.

Matt. 5. 5. Matth. 11. 28.

(a) f. laborare.

(b) f. legantur.

Ezech. 33.

Eſai. 43. 25. Joel. 2. 13. Pſal. 31. 5.

(c) negatur.

Eccl. 5. 8.

Matth. 3.

Luc. 15.

(d) oculos.

Pœnitentia dura: ſed neceſſaria.

(e) ſervi.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Illa ſiquidem (a) idem luxuria hominem mittit in flammas. Caſtitas charitati conjuncta nos deducit in regnum Dei. Revertere in viam de qua aberraſti. Jejuniis corpus afficitur, ſed pulchritudo animæ paritur. Vilis ſit corporis cultus ; ſed ipſe præcipuus eſt ſanctitatis ornatus. Vigiliarum aſſiduitas in orationibus & in laude Dei Angelicæ eſt imitatio vitæ, Parcus cibus, paſtus eſt animæ. Si habes unde, pauperibus porrige manum, quia manus pauperis gazophylacium eſt Chriſti Nec de opere miſericordiæ te juſtè excuſare poteris, dum calix aquæ frigidæ mercede remunerabitur perpetua : viſitare infirmos, mærentes conſolari, hoſpitibus occurrere, fame vel ſiti laborantes reficere, poſſeſſio eſt regni Dei in cœlis: ſicut in Evangelio legitur. *In talium, ô fili, operum exſecutione, peccatorum remiſſio adhibetur ; inſuper & perpetuæ beatitudinis præſtat ingreſſum.* Noli degeneris animi eſſe. Dei filius in baptiſmo conſecratus es: ſed tam excellens nobilitas, non niſi morum dignitate conſervari poterit. Cœleſtis Pater, immo omnium Dominus peccatis ſubditos dedignatur habere filios. Excute de collo tuo jugum captivitatis Diabolicæ. Recurre ad pietatem paternæ dilectionis. Revertere ad Dominum, fili, revertere, & ex mortuo reviviſce, & ex perdito reparare. *Quærit ovem bonus paſtor errantem*, & amplius de inventa, quam non perdita gratulatus, humeris ſuis inter Angelicos revehit cœtus; Animadverte clementiſſimam Dominicæ pietatis ſententiam dicentis: *Non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores in pœnitentiam.* Vocat ergo Dominus ad pœnitentiam peccatores, quia magis optat ſalvare, quam damnare, & plus cum ſanctis nos gaudere, quam cum Diabolo punire. Vocat nos per ſeipſum : Vocat per ſcripturas ſanctas : Vocat etiam per Doctores Catholicos, ut revertamur ad eum; qui paratus eſt nos accipere, ſi nos non erimus pigri ad eum venire. Audiamus beatum Joannem Evangeliſtam ad pœnitentiam nos exhortantem. Dicit enim in Epiſtola ſua. *Si dixerimus, quia peccata non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt :* ſi autem confeſſi fuerimus peccata noſtra ; fidelis & juſtus eſt Deus, ut nobis peccata noſtra dimittat, & mundet ab omni iniquitate. Si nullus eſt ſine peccato, quis eſt qui pœnitentia non indigeat? Quæ ſine confeſſione vix fructuoſa fieri valet. Conſideremus beati Jacobi Apoſtoli præceptum dicentis. *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* Recordemur, quod redemptor noſter publicanum peccatorum ſe confitentem Phariſæo ſe in ſua laudanti juſtitia prætulerit. Scit enim conditor noſter fragilitatem naturæ noſtræ. Ideo medicamenta pœnitentiæ vulneribus noſtris perdonavit. Dicamus cum Propheta: *Sana me Domine, & ſanabor.* Item: *Domine ſana animam meam, quia peccavi tibi.* Idcirco chariſſimi filii feſtinate ad confeſſionis medicamentum. Aperite vulnera in confeſſione, ut medicamenta ſalutis proficere valeant in vobis. Tranſeunt hujus vitæ dies, & incerta eſt hora unicuique noſtrum qua revertatur pulvis in pulverem & ſpiritus redeat ad Dominum, qui dedit illum, ut judicetur ſecundum opera ſua. Auditura erit tunc anima quidquid hic copulata carne geſſit in occulto. Si nunc erubeſcit confiteri peccata ſua, & per pœnitentiam emundari, ſtabit accuſator malignus contra eam, qui quondam ſuggeſſit illi ut peccaret, ſi nos neglexerimus prævenire faciem judicis in confeſſionibus. Quæcunque enim humiliter confitemur in noſtris peccatis, nihil horum diabolus habet poteſtatem nobis objicere in illo tremendo judicio noſtræ vitæ. Agite nunc juvenes, adoleſcentes & pueri, liberate voſmetipſos de Diabolica ſervitute. Concurrite per pœnitentiam ad clementiſſimam omnipotentis Dei pietatem. Nolite per deſideria carnis veſtræ perdere gaudia cœleſtia, & æterni regni inter Angelicos cœtus beatitudinem, ſed confortate voſmetipſos, & viriliter pugnate cum adverſario veſtro, ut fideliter mereamini coronari cum ſanctis Dei, & perpetuam cum illis poſſidere gloriam. Et vos ſanctiſſimi hujus familiæ magiſtri & patres, docete filios veſtros piè, ſobrie, & caſtè vivere, coram Deo in omni humilitate, obedientia, & ſanctitate, & puram facere ſacerdotibus Chriſti confeſſionem peccatorum ſuorum & pœnitentiæ lacrymis abluere ſordes luxuriæ carnis, nec eas iterum repetere, quia poſteriora vulnera peiora ſunt prioribus: ſcientes voſmetipſos ſalutis filiorum veſtrorum æternam habere apud Dominum remunerationem, quatenus quorum miniſteriis utemini in terris, eorum proſperitatis mercedem habeatis perpetuam in cœlis.

(a) eadem.

Matth. 25.

Luc. 15.

Matth. 9. 13.

1. Joan. 1. 8.

Jac. 5. 16.

Jer. 17. 14.

Pſal. 40. 5.

Finis Epiſtolæ Alcuini.

HOMILIA

Digitized by Google

HOMILIA
FLACCI ALBINI SEU ALCUNI
IN
NATALEM
S. WILLIBRORDI
ARCHIEPISCOPI.

Ejuſdem Alcuini Liber

DE VITA ET REBUS GESTIS
S. WILLIBRORDI

Carmine conſcriptus;

ET

ELEGIA
IN
S. WILGISUM,
PARENTEM S. WILLIBRORDI.

OMNIA

A Caniſio *primum in lucem prolata.*

Ex Bibliotheca Monaſterii S. Galli.

Digitized by Google

CANISIUS

AD

LECTOREM.

Sæc. VIII. Anno 790.

EN rursus monumenta quædam Alcuini hactenus inedita. Dedimus nonnulla tomo I. & V. Quibus addimus nunc ejusdem librum de S. Willibrordo ligata oratione compositum: & Homiliam in Natalem S. Willibrordi, & Elegiam in Wilgisum parentem S. Willibrordi, de quibus omnibus, ipse Alcuinus Præfat. in librum primum de vita S. Willibrordi, soluta oratione scriptum, qui exstat apud Surium Tom. VI. Vestris orationibus divina donante gratia, & sanctissimo Patre Willibrordo intercedente, duos digessi libellos, unum prosaico sermone gradientem, &c. alterum pierio pede currentem, &c. unam quoque priori libello superaddidi Homiliam, &c. Item secundo adjeci sermoni Elegiacum carmen de viro venerabili Wilgiso, patre scilicet sanctissimi Pontificis Willibrordi, &c. *Quæ omnia, ut ab Alcuino enumerantur, invenimus in Manuscripto Codice S. Galli. Librum primum non exscripsimus, ne actum ageremus; jam enim à Surio vulgatus est. En igitur Homiliam in Natalem S. Willibrordi, quæ libro primo proximè subjicitur, & secundo anteponitur. Quod si quæ occurrent fortassis, in hoc Alcuini poëmate minus cum numeris & modulis syllabarum convenientia; Lector boni consulat, & in memoriam alios Poëtas revocet, quibus venia tribuitur ob numeros forsan magis innumeros.*

JACOBI

Digitized by Google

JACOBI BASNAGII DE WILLIBRORDO OBSERVATIO.

I. CElebris fuit *Willibrordus*, à Sergio Pontifice *Clemens* dictus, nonmodo Frisonum conversione, sed & Episcopatûs in Castello Trajectino erectione. Ex Britannia apud Gallos primum appulit. Paganos illis in regionibus adhuc degentes, si fides est Alcuino, curante Pipino Francorum Duce, Christiana religione imbuit. Romam missus Archiepiscopus ordinari debuit, cujus sedis, nos latet. Frisiam ingressus Idolorum altaria diruit, pleroscque incolas Christianos efficit. Opus jam ab aliis frustra tentatum. Episcopatu Trajectensi donatus est à *Pipino*, tum in mercedem tanti laboris, tum ut opus inceptum felicius persequeretur. An ibi Canonicos vel Benedictinos cœnobitas instituerit, Mabillonio disquirendum relinquimus. Obiit in pace Willibrordus an. 739. I. Vita Willibrordi.

II. Ejus vitam prosa primum scripsit Alcuinus, quam hic edere noluit Canisius, ne actum ageret; habebatur enim jam apud Surium. Hanc illustravit Mabillonius, ejusque seriem reperias in *Batavia* sacra pag. 36. cum Bedæ annotationibus. Homilia, seu potius Willibrordi laudes in ejus *solemni die decantatæ* ab Alcuino hic proferuntur. In ea Panegyricâ oratione observari potest, Thebæos Milites velut Martyres apud Agaunienses tum temporis indicto die celebrari: Fanum Sancti Dyonisii Parisiis esse constructum in suburbio, non in urbe, ut voluerat Launoius. II. Homilia Alcuini.

III. Versus qui sequuntur, castigatione multis in locis egerent; quippe in metri leges sæpius peccavit Alcuinus: id parcendum declinantis ævi in quo vexit Barbariei, nec omnia apud poëtas octavi sæculi ad severas prosodiæ leges revocanda; in Græcis præcipue quantitatem evertit. Idolum, verbi gratia, prioribus syllabis correptis, quæ produci debebant, dixit:

Hoc cernens Idoli custos succensus in ira.

Sed hoc Latinis condonandum.

HOMILIA

SÆC. VIII. ANNO 790.

HOMILIA
FLACCI ALBINI SEU ALCUINI
DE
NATALI
S. WILLIBRORDI
ARCHIEPISCOPI.

(a) Apud Quercetanum. pag. 1448.

LIcet per totius orbis Eccleſias conveniat (a) omni populo Chriſtiano ſanctorum feſta celebrare, victorias laudare, & quia in omnem teram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: in omni terra conſona cunctorum viventium voce laudandi ſunt, tamen locis in ſingulis propter familiaritatem cohabitationis cujuslibet illorum, & propter præſentiam ſanctarum reliquiarum, quæ in ſolatium illis vel illis condonatæ ſunt habitatoribus, ſpeciali quadam veneratione apud cives ſuos familiarius honorantur. Igitur Roma urbs, orbis caput, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſpecialius quodammodo glorioſiſſimis lætatur triumphis. Unde ad eandem & gentes & populi, cum devoto pectoris officio, quotidie concurrunt, ut majori quique apud beatos Apoſtolos fidei compunctione, vel ſua defleant crimina, vel cœleſtis vitæ abundantiori ſpe, ſibi aditum aperiri depoſcant. Mediolana olim civitas Imperialis S. Ambroſio gaudet defenſore. Alpes (b) Acunumiæ ſanctorum Thebæorum felicius ſanguine, quàm in proceritate exaltantur. Beatius fœcunda Pictavia beati Hilarii Pontificis reliquiis exultat, quam venditionum & emptionum alteratione, in quibus ſæpe verſatur iniquitas. Quid de Turonica civitate loquar? muris quidem parvula & deſpectibilis, ſed ſancti Martini Patrociniis magna & laudabilis: Quis propter te, adierit te? nonne propter illius certiſſima ſuffragia, turbæ ad te confluunt Chriſtianorum? Omnia Pariſiacæ civitatis ſuburbana, ſancti Dionyſii vel ſancti Germani magnificis jocundantur auxiliis, & feſtivos illorum dies majori populorum celebrant frequentia. Tota Campania populis ſuis propter Remigium venerabilem prædicatorem, ad Rhemenſem feſtinat urbem, apud eam quaſi præſenti patrono, ſua vota ferentes. Sic divina clementia toti conſuluit mundo, dans ſingulis provinciis vel populis, quo ſpeciali gauderent patrono.

(b) Agauniæ.

Nobis vero ſanctiſſimi Willibrordi non infima perdonavit auxilia, ſed præclara & glorioſa contulit ſuffragia. Gaudeamus, dilectiſſimi fratres in Domino, & ſpirituali jocunditate lætemur, qui nobis talem vitæ perdonavit doctorem, Juſtitiæ præceptorem, unanimitatis noſtræ auctorem, qui nos in hoc ſacratiſſimum ovile congregavit, & pietatis magiſterio erudivit. Gaudeat & nobiſcum omnis populus, qui ad natalicia ſanctiſſimi patris hodie concurrit, & vigiliis Apoſtolici viri, pia devotione intereſſe ſtuduit, & in præſentia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctorum Angelorum, & beatiſſimi Pontificis ſtare ſatagebant. Nullus obſecro dubitet in fide, nec de veniæ largitione hæſitet, nec de piæ petitionis fructu & effectu, qui nobis talem conceſſit patronum. Illius nos precibus concedit exaudiri, quia quantò fiducialius deprecamur, tanto citius exaudimur. Fide enim omnia impetrantur, ſicuti hujus viri ſanctiſſimi, cujus hodie feſtivum celebramus diem, certiſſima ante oculos habemus exempla, qui mox ab infantia ſua, per fidem Deo placere contendit. Nam patriam, cognationem & amicos, fervente fide, pro amore Dei dereliquit, terrena contempſit ut cœleſtia adquireret. Idcirco magnum laboris ſui fructum invenit, & multas populorum turbas ad Chriſtum convertit: Et plurimos paganorum, ab erroris iniquitate avertit, & divina cooperante gratia, filios iræ, filios fecit eſſe miſericordiæ. Inferna concluſit, cœlum aperit. Plurimas peragravit gentes, ut omnes in viam veritatis adduceret, nec ſibi ipſe pepercit, populos adivit feroces, ſi forte purpureas martyrii coronas inveniret, quem Deus ob multorum ſervavit ſalutem. Quatenus majori prædicationis gloria

Digitized by Google

gloria honoraretur, quam si solus martyrio coronaretur; in pace quievit, quia in spe laboravit. Vitam invenit æternam, quia temporalem reliquit, nobis ablatus, angelis sociatus. SÆC. VIII. ANNO 790.

O beatissime Christi sacerdos, ne nos derelinquas laborantes in terris, sed precibus tuis de cœlis adjuvare non cesses. Vita tua apud homines, semper probata fuit pro Deo, sint preces tuæ apud Deum semper intentæ pro hominibus. Meditatio tua fuit in lege Domini die ac nocte. Ideo sicut palma floruisti in domo Domini, sicut cedrus Libani multiplicasti filios tuos, qui ad te tota mentis intentione clamant, tu illos pia intercessione adjuvare digneris. Sentiamus tuum nobis clementissime auxilium, qui tuis devotissime instamus officiis. O felix anima, quæ seculi labores dereliquisti & cœlestem cum multiplicis sudoris tui fructu requiem intrasti: Talenta tibi commissa multiplicasti, præmia promissa accepisti, in pauca fidelis fuisti in terris, supra multa constitutus gloriaris in cœlis. Gaudia Domini Dei tui, quæ semper optasti, semper habere cœpisti. Te continuis, ô pater, prosequimur laudibus, tu nobis assiduis auxiliare precibus. Credimus te in præsentia Domini Dei tui, omnia posse impetrare, quæ poscis, dum tanta potuisti in præsentia nostra per ejus gratiam efficere miracula. Tu modo civis Angelorum, tu socius sanctorum, tu lætus cum illis canticum novum cantabis: Sicut audivimus, ita & vidimus: *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in seculum seculi laudabunt te.* Et, *videbitur Deus Deorum in Sion:* Cujus beata visio plena est felicitas, sicut ipsa veritas in Evangelio testatur dicens: *Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* In cujus dulcissima dilectione iste sanctus vixit in mundo, ideo in ejus aspectu lætatur in cœlo.

Videte, fratres charissimi, quanta gloria est Deum sequi. Iste pro amore Christi patriam contempsit, peregrinationem elegit, divitias sæculi parvi pendebat, paupertatem voluntariè amavit. Et cognovimus qualem honorem postea habuit inter homines, sed melior est gloria, quam æternaliter posidet inter Angelos: Hujus sanctissimi doctoris nos exempla de ignaviæ torpore suscitent, ut quod in illo prædicamus, impleamus in nobis. Agones illius laboris laudamus, vias nostras in vestigia ejus corrigamus. Quatenus qui sanctitatis ejus sequimur exempla, beatitudinis sortiamur & præmia per eum, qui illum coronavit, & nos adjuvabit, Jesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in gloria sempiterna. Amen.

CANISIUS
AD
LECTOREM.

IN Cod. Manuscripto S. Galli hæc verba subjungebantur Homiliæ: Explicit liber primus prosaico gradiens sermone, de vita ac virtutibus, obituque Sancti Willibrordi Archiepiscopi: *nam primus liber, ut supra dictum, quem inter & secundum Homilia interjicitur, exstat in iisdem membranis S. Galli; sed quia jam opera Surii prodiit, ideo à nobis omissus est; retinuimus tamen Codicis calamo exarati numeros, atque eum, qui sequitur, secundum appellavimus; quia verè secundus est, tametsi, hoc quidem loco, à primo avulsus.*

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

I. *Quod beatus Willibrordus, de Brittannia vel Hibernia Franciam veniſſet.*

(a) In oppidis prædicando profeciſſet.

II. *Qualiter idem vir Dei (a) inopem prædicanti profeciſſet rem.*

III. *Quomodo Pippinus dux Franchorum eundem famulum Chriſti Romam direxiſſet, ut Archiepiſcopus ordinaretur.*

IV. *Quod beatiſſimo Apoſtolico Sergio Papæ in viſione oſtendebatur beatum Willibrordum Romam veniſſe, & ut cum omni honore illum debuiſſet ſuſcipere.*

V. *Quomodo illum idem beatus Papa honorifice tractavit, & ordinato nomen impoſuit Clemens, & donis ditaſſet.*

VI. *Quod vir Dei remeavit in Franciam, & inſtanter cunctis Evangelium Chriſti prædicavit.*

VII. *Quod Freſonibus & Danais prædicare temptabat.*

VIII. *Quod aliquos baptiſavit, & illis in via, & aliquid ſignorum faciens reverſus eſt Franciam.*

IX. *Quod Carolus Franchorum dux gentem Freſonum ſibi ſubjecit.*

X. *Quod Willibrordus Freſonibus prædicare reverſus eſt, eoſque ad fidem Chriſti convertit.*

XI. *Quod ei ſedes Epiſcopalis in Trajecto caſtello data eſt, & quod per loca Preſbyteros diſpoſuit.*

XII. *Quod devotiſſime verbum Dei per omnia loca prædicare feſtinabat.*

XIII. *Quod non omnia quæ idem Pontifex fecit, verſu enarranda eſſent.*

XIV. *Quod confringenti famulo Dei fanum quoddam, gladio à quodam in caput percuſſus, ſed Deo defendente nil læſura ictu ferientis ſenſit.*

XV. *Quod quidam, qui ſervo Dei maledixerat, die poſtera periit.*

XVI. *Qualiter fontem orando de arida tellure produxerat.*

XVII. *Quomodo ex ejus benedictione flaſcona vini in duodecim pauperes ſufficeret.*

XVIII. *Item qualiter ex ejus benedictione vinum in cupa creſceret.*

XIX. *Item qualiter ex benedictione ejuſdem vir Dei quadraginta viri ex quatuor flaſconibus modicis bibiſſent uſque ad ſatietatem.*

XX. *De quodam protervo divite, qui cum famulo Dei bibere renuit, & poſt volens, non potuit, donec ab eo abſolutus eſſet.*

XXI. *Quomodo in Treveris civitate orando peſtem imminentem ab ancillis Chriſti amoviſſet.*

XXII. *Quod totam domum cujuſdam patris familias à duriſſima dæmonis temptatione liberarit.*

XXIII. *Quod vir Dei Caroli Ducis Franchorum filium Pippinum baptizavit, & futurum ei prædixerat Regnum.*

XXIV. *De moribus & obitu ſancti Patris.*

XXV. *Quod fratres patrem ſepelientes in ſarcofagum, quod brevius fuerat corpori ejus, ſubito ad aptam menſuram protelatur.*

XXVI. *Et quod miri odoris fragrantia totam aſperſerit Eccleſiam.*

XXVII. *Quod Deo operante ſigna huc uſque ſoleant fieri, ubi ſanctus vir corpore requieſcit.*

XXVIII. *Quod lumen ſæpe cernitur ſupra lectulum ubi ſanctus Willibrordus obiit.*

XXIX. *Quod ibi quoque miri odoris fragrantia per vices ſentitur.*

XXX. *Quod quædam mulier paralytica ad ſancti viri corpus orans ſubito ſanata eſt.*

XXXI. *Quod quidam juvenis à peſſimo languore ſanatus eſt ad ejus corpus.*

XXXII. *De quodam diacono qui miſera morte periit propter furtum quod fecerat in Eccleſia viri Dei.*

XXXIII. *De Wilgiſo patre Willibrordi Epiſcopi, & ejus honeſta vita in ſæculari habitu.*

XXXIV. *Et quomodo uxor ejus ſomnia vidiſſet, & qualiter ille ſæculum dimiſiſſet, & quod in ſolitaria vita conſenuiſſet, & ubi corpore requieſcat.*

Expliciunt capitula.

INCIPIT

Digitized by Google

INCIPIT PRÆFATIO LIBRI SECUNDI.

Præfatio.

Ecce tuis parvi votis venerande Sacerdos,
Cor quia de vero fervet amore mihi.
Pontificis magni Willibrordi & Præsulis almi,
- - - - - - - - - - - - - - -
Sit licet inferior strepitans cum murmurare rauco,
Illius egregiis sermo meus meritis.
Protulit ad templum Christi Willibror de Sacerdos
Nostra fides vestrum parva minuta tamen.
Quæ rogo suscipias clementer mente benigna,
Criminibusque meis posce precor veniam.
Non sunt digna tuis meritis mea munera Præsul,
Qui regnas summi dives in arce poli.
Ni pius in templo Deus æra minuta ferentem
Laudasset viduam, quæ sua vota dedit.
Æra minuta duo diversi ponderis ista,
Sancte pater supplex in tua templa fero.
Sed prius hæc (a) *retinet planis nummisma figuris;*
Posterius sed jam pierium rutilat.
Sunt qui in lege sacra pilos pellesque caprarum,
Ad pia tecta Dei ferre jubenter onus.
Non tamen hos sperni jussit lex sancta tonantis,
Sed grate accipere mens pia quæ tulerit.
Sic non magniloquas quæris pater optime gazas;
Sed vero calidum pectus amore meum.

(a) Æs. Hanck. n. mt.

Explicit Præfatio Libri secundi.

INCIPIT LIBER SECUNDUS DE VITA SANCTI WILLIBRORDI, ARCHIEPISCOPI.

Apud Quercet. P. 1453.

Opus Egregium Domini Albini Magistri Optimi Calliopiæ.

Venerat occiduis quidam de finibus (b) *orbis,*
Vir virtute potens divino plenus amore.
Ore sagax & mente vigil, & fervidus actu.
At te temporibus Pipini Francia felix,
Quem tibi jam genuit fecundi Britannia mater,
Doctaque nutrivit studiis, sed Hibernia sacris.
Nomine Willibrordus meritis vivacibus almus.
Qui peregrina petens Domini deductus amore,
Semina perpetuæ cupiens cœlestia vitæ
Spargere, quæ rarus fuerat prius accola verbi,
Quæ mox Pipinus Franchorum rector honestus
Suscipit,

I.
(b) In Britanniâ insulâ in Provincia Northanhumbranâ. Basn.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Suſcipit, atque illum ſitientia rura rigare
Per loca mandavit jam ſingula rore ſuperno,
Auxiliiſque Dei famulum firmavit honeſtis.

II.

Ille Deo plenus, lumen de lumine Chriſto,
Jam quaſcumque piis peragravit greſſibus urbes,
Vel caſtella, caſas, vel compita, ſemper ubique
Sparſit Evangelicæ radios per pectora lucis.
Multorum donec fidei pia flamma reluxit,
Et nox cæca procul illa deceſſit ab urbe,
Cottidieque ruunt idolorum fana profana,
Et populi Chriſtus reſonabat in ore fidelis.

III.

Creſcere Pipinus dum viderat inclytus auctor
Eccleſiam Chriſti fidei & venerabile donum,
Congaudens nimium tali doctore ſalutis,
Ac melius ratus, citius ſe mittere Romam
Præcipuum fidei præconem, quatenus illum
Paſtor Apoſtolicus firmaret in ordine primo,
Eſſet ut Eccleſiæ Præſul, ſummuſque Sacerdos.

IV. An. 696.

Pontificalis apex Petro digniſſimus hæres
Sanctus Apoſtolicam tenuit tunc Sergius aulam,
Vir bonus & prudens, nulli pietate ſecundus,
Ante diem quartam facta eſt cui viſio nocte,
Quam vir veniſſet Romam præclarus ad illum.
Angelus è cœlo veniens prædixerat illi:
Ecce Deo & carus properat hanc hoſpes ad urbem
A Duce Franchorum miſſus ſub munere largo,
Hunc tu mente pia ſaltem tractare memento,
Et mox Pontificem ſummo ſacratis (a) honore.
A te quæ cupiet, capiat quoque dona Sacerdos.
Iſte Deo ſociat populorum millia multa.
Angelus his dictis cœli remeavit ad aulam.

(a) Sacrabis Hanck. n. ms.

V.

Annuit Angelicis monitis mox Papa beatus,
Atque etiam famulum taactavit mente benigna,
Ut fuerat juſſus, compleverat omnia promptus,
Pontificemque illum magno ſacravit honore,
Nomine Clementem patria juſſitque vocari,
Et quæcumque petiit ſanctus ſibi, tradidit illi,
Plurima ſanctorum præſtant ei dona piorum.

VI.

His actis Domini famulus remeavit ad orbem
Franchorum veniens, firmatus munera ſummo
Et totus gaudens, populus tunc accipit illum,
Flumina melliflua cupiens haurire ſalutis,
Quæ pater egregius cunctis impenderat ultro,
Rore rigans ſupero cunctorum pectora Chriſti,
Et quocumque pius veniebat forte Sacerdos,
Auxiliante Deo fructus carpebat amænos.

VII.

Nec his contentus Franchorum finibus, ultra
Spargere ſed temptans divini ſemina verbi,
Gentibus antiquo captis errore Freſonum
Vel Danis, multum populo per ſecla feroci,
Quos tunc haud potuit, reges (a) quia fortè ſceleſtos
Illi habuere quidem, ad fidei convertere donum.

VIII.

Sed Deus omnipotens animas donaverat illi,
Gentibus ex ipſis aliquas, & mira peregit,

Perque

(a) Alcuinus illum Danorum Regem in vita profaicâ vocat *Ungendum* hominem omni ferâ crudeliorem omni lapide duriorem. Sed hic Rex Danis ipſis notus non eſt, nec ullus apparet hujus nominis inter eos qui ante Godefrethum Carolo Magno coævum & inimicum vixerit. B ASN.

Digitized by Google

Perque ſuum ſervum quendam, qui in pace reverſus
Ad populum Domini ſpectans regionibus illis,
Janua perpetuæ Chriſto pandente ſalutis
Dum eſſet aperta piis monitis, ſed ſemper ubique
Firmabat cunctos, Pipinus tempora vitæ
Præſentis complens Carolo ſua Regna relinquit. SÆC. VIII. ANNO 790.

Qui mox nobiliter regales rexit habenas, IX.
Amplificans fines, gentes ſuperando triumphis
Externas etiam bello. vicitque Freſones,
Et ferrata ſuper illos carpenta ſubegit.
De manibus tulerat horum quoque frena tributi.

Tunc vir Evangelicus remeans Willibrordus, & illis X.
Verba ferens vitæ, ſacro & Baptiſmate tinxit,
Quos fidei donis primo ſacer imbuit almis.
Et lux orta fuit reſidenti mortis in umbra.
Jamque diu populo verus ſol Chriſtus ubique
Eluxit, ſubito tenebris cedentibus atris.

Tunc data Pontifici eſt Trajecto (a) ſedes in urbe. XI.
Et gens tota ſimul Freſonum ſubditur illi,
Diſceret ut magno fidei documenta miniſtro,
Mox conſtructa Deo viguerunt templa perenni,
Per loca ſunt poſiti & doctores multa fideles,
Qui regerent populum, vitæ qui verba docerent.
Qui baptiſma darent, cœli qui pane cibarent,
Ne plebs eſuriens à ſe jejuna rediret,
Sed cunctis Chriſtus potus, cibus eſſet abundans.

Hoc opus hoc fuerat præclaro Præſule ſemper, XII.
Plurima quod ferret animarum lucra Tonanti,
Et Domino ad ſervos remeanti occurreret ultro,
Multiplicata ferens manibus utriſque talenta.
Circuit idcirco vigil hoc tutamine Mandras,
Nominibus meritis ut Chriſti augeret ovile,
Et quocumque pius perrexit præco ſalutis,
Gratia celſithroni ſemper prævenit euntem,
Effectum tribuens factis verbiſque docentis.

Plurima perque ſuum fecit miracula ſervum XIII.
Quæ nunc non libuit verſu percurrere cuncta,
Sed ſtrictim quædam properanti tangere plectro,
Et geſtis titulos paucis præfigere muſis,
Ad proſamque meum lectorem mittere (b) primam,
Illic inveniet jam plenius omnia geſta:
Pontificis magni ſtudium, documenta magiſtri,
Progeniem, vitam, mores menteſque benignas.
Devotumque Deo ſemqer cor omnibus horis,
Legibus in ſacris meditans nocteſque dieſque.

Ecce Deo carus Præſul jam tempore quodam XIV.
Temptabat per ſe quoddam confringere fanum,
Hoc cernens idoli cuſtos, ſuccenſus in ira,
Pontificiſque caput gladio percuſſit acuto.
Sed vir præcipuus nec ſenſit, nec leve vulnus,
(c) Quem voluere ſui comites occidere ſtatim,
Hunc tamen eripuit mitis de morte Sacerdos,

Qui

(a) à Pipino ſcilicet, ut habet Beda: ſi tamen Alcuino credas, jam Pipino defuncto a Carolo Martello Wilfrido fuit conceſſus Trajectenſis Epiſcopatus. BASN.

(b) Monuimus ſcilicet Alcuinum proſâ ſcripſiſſe vitam Willibrordi, precibus Beornredi Abbatis Eſternacenſis tertii. Eam vitam poſſis legere tum in editione Quercetana t. III. p. 1431. tum apud Mabillon. Sæc. Ben. III. pag. 1. part. 603. BASN.

(c) Hanckius n. ms. credidit deeſſe verſum; ſed planus eſt ſenſus. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Qui luit arreptus miſeras mox denuo pœnas,
Poſtque dies ternas vitam finivit amaram.
Sicque ſuos ſanctos Chriſtus ulciſcitur ultro.

XV.

Egit iter quondam venerandus forte viator.
Quà ſe per ſegetes propior jam ſemita duxit
Cum ſociis etiam, tenuit quas dives avarus,
Cui ſegetum cuſtos callem prohibere volebat,
Plurima conclamans ſancto convitia verbis,
Nec non augebat factis opprobria diris.
Qui divertit iter, qua ſe via publica monſtrat:
Mox perit infelix eluſor luce ſecunda.
Tam quia non timuit ſervo maledicere Chriſti.

XVI.

Dum divina pius cœleſtis ſemina vitæ
Spargere per multas properaverat accola terras,
Pervenit qua nil ſteriles niſi gignit arenas.
Infœcunda ſoli ſpecies prope littora ponti,
Qua nec dulcis aquæ inventa eſt ſitientibus unda.
Vir cupiens ſanctis ſociis ſuccurrere feſſis,
Juſſerat ut facerent intra tectoria foſſam.
Quo facto, Præſul ſolum ſe clauſerat intus,
Et genibus fixis lacrimas fundebat amaras,
Ante Deum, dulcem quo mox meruere ſed undam,
Produxit ſubito fontem prius arida tellus,
De quo portabant ſocii ſecumque ferebant,
Indiguit quantum ſteriles via cepta per agros.

XVII.

Occurrere Dei famulo ter forte quaterni
Panniculis miſeri veſtiti & panis egeni,
Quos pius ut vidit, motus pietate Sacerdos
Ferte meam dixit flaſconem, ferte miniſtri,
Et miſcete viris illam, benedictio Chriſti
Sufficere in totos faciat largiſſime credo.
Turba bibebat ovans quantum ſibi quiſque volebat,
Flaſco tamen fuerat meliori plena falerno.

XVIII.

Venerat ad quandam cellam venerabilis hoſpes
Omnibus Eccleſiæ rebus jam rite peractis,
Fratribus & ſolito mandata more ſalute,
Omnia perſpiciens ſacræ ſedilia cellæ,
Ingrediens etiam ſociis cellaria paucis,
In qua ſola parum vini vix tunna tenebat,
Quam Chriſti famulus baculo benedixit honeſto,
Quem manibus ſemper ſanctus portare ſolebat.
Nocte ſequente merum ſed mox, mirabile dictu,
Solus in æde manens ſervator, creſcere vidit,
Donec mellifluo completa eſt nectare tunna.
Hoc lætus retulit venerando patre ſilente,
Cui pius Antiſtes dederat præcepta tacendi,
Uſque diem mortis nolens ſibi quærere laudem.

XIX.

Vir fuit in populo largus pro gentibus hoſpes,
Sæpius hoſpicium cujus intrare ſolebat
Egregius Præſul, partes dum venit in illas.
Ecce die quadam veniens, nil præſcius ejus
Vir fuit adventus, qua propter pocula vini
Non habuit caro veniente repente magiſtro,
Hoc pater agnoſcens, juſſit ſibi ferre quaternas
Per loca quas pueri ſecum portare ſolebant
Flaſcones pariter modicas, benedixit & inquit:
Nunc miſcete quidem nobis, benedictio Chriſti
Augebit vinum, credo, pietate benigna.
Sic fuit & factum jam bis ſimul ecce viceni

Namque

Digitized by Google

Namque fuere viri convivæ vina bibentes.
Sufficit his Chriſti per donum potio cunctis.

SÆC. VIII. ANNO 790. XX.

Laſſus iter Domini famulus faciebat amatum,
Imbribus æthereis cupiens ſata lata rigare,
Prata pius Præſul cujuſdam divitis intrat.
Cum ſociis modicum laſſis requieſcere tempus.
Cædere cœpit equos virgis & abigere pratis.
Quem pius alloquitur blando ſermone Sacerdos:
Deſine quæſo tuis nos nunc depellere pratis,
Sed magis ad noſtras epulas conviva venito,
Et bibe nobiſcum, ſimus quoque ſemper amici.
Reſpondit dives furioſa mente ſuperbus:
Nolo tuas epulas, tecum potare recuſo.
Mox rapuit Præſul verbum de voce loquentis:
Si potare negas mecum modo, non bibe quæſo.
His dictis Domini famulus perrexerat ultro,
Atque domum dives propriam repedavit iniquus,
Quem ſitis inflammat nimio fervore repente,
Qui miſcere furens famulos ſibi vina rogabat,
Accipiens calicem, ſed nil ſorbere valebat.
Ardebat ſitiens ſtomachus, ſed pocula Bacchi
Reſpuit, & totus flammis ardebat anhelis.
Nec valuit quiſquam medicus relevare laborem,
Donec ipſe miſer culpam cognovit iniquam,
Atque Dei famuli ex dicto tormenta luiſſet.
Optabat reditum quapropter Præſulis almi.
Venerat ipſe ſenex, alter dum venerat annus.
Cui miſer occurrit, pœnam confeſſus amaram,
Cui pius indulſit quidquid commiſerat in ſe,
Atque manu propria potum porrexerat ipſe.
Qui mox ſanatus, faſtidia longa relinquens,
Accipiens calicem pleno ſe proluit ore.

XXI.

Eſt antiqua, potens muris & turribus ampla
Urbs Treveris, nec non ſacris circundata cellis,
In quibus unatim populorum turba piorum
Laudibus invigilant Domini nocteque dieque.
Has inter fuerat ſacrarum cella ſororum,
Qui ſubito nimium quaſſavit peſtis acerba,
Ex vita hac rapuit per quam mors ultima multas,
Semineces quædam longo jacuere dolore.
Terror mortis erat nimius, ſed & omnibus idem.
Spes fuit in famulo Chriſti, vocatus & ille
Cum lacrimis citius feſſis ſuccurrere rebus.
At pius ille pater complevit vota ſororum,
Adveniens illas jam nec ſpes alma fefellit,
Sed precibus ſancti mox peſtis acerba receſſit,
Et Domino laudem reddunt pro ſoſpite vita.

XXII.

Tecta domus patris cujuſdam tempore multo
Sæpius incurſu nexantur dæmonis atri
Spiritus, & variis dirus terroribus illam
Torquebat, vano nec jam phantaſmate tantum,
Sed nocuit multum manifeſtis publice geſtis.
Multoties manibus raptas veſteſque ciboſque
Injiciens flammis, infantem nocte jacentem
Amplexus inter tulerat vis dira parentum,
Viſus in ardentem plorantem mittere pyram,
Sed vix ereptus manibus de morte ſuorum.
Hanc peſtem nullus potuit ſanare Sacerdos,
Donec ipſe Dei famulus à patre rogatus
Hanc precibus peſtem ſanctis purgavit, & illi
Nomine ſub Chriſti benedictam miſerat undam,

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Præſcius & rerum Præſul prædixerat illi,
Quod domus illa vetus flammis ab hoſte fuiſſet
Conſumenda prius, ne te rogo terreat ignis,
Conſtruis optatæ melius tibi tecta ſalutis
Quæ munire cito benedicto fonte memento.
Poſt donante Deo ſerpentis peſte carebis,
Et tua tota domus tecum gaudebit amata.
Omnia mox patris complentur in ordine dicta,
Et hinc nulla domum tetigit temptatio talis,
Sed bene ſecurus manſit habitator in illa.

XXIII.

Iſte Dei ſanctus prædixerat ante futura,
Quæ poſt eventus rerum modo vera probabat.
Namque ducis Carli Pipini nomine natum
Ut pater optavit ſacra baptiſmate tinxit,
De quo diſcipulis prædixit talia vates:
Omnibus iſte aliis fuerit ſublimior infans
Francorum Ducibus, quos ſecula longa tulerunt.
Hic reget imperium felix feliciter iſtud,
Dilatans fines magnis hinc inde triumphis.
Non opus eſt noſtris illud monſtrare camœnis,
Quod toto veris celebratur in orbe loquelis.

XXIV.

Vir fuit iſte Dei patiens, moderatus honeſtus,
Moribus egregius, & in omni ſtrenuus actu,
Corde pius, humili mitis, rigiduſque ſuperbo,
Solator miſeris, & inops ſibi, dives egenis,
Qui poſtquam vitæ meritis perfectus in annis
(*a*) Bis octena pius complevit luſtra ſacerdos,
Ter quater & menſes, menſis jamjamque Novembris
Idibus (*b*) octenis, cœli migravit ad aulam.
Cœtibus angelicis junctus, cœleſtibus hymnis
Conlaudans Chriſtum ſemper ſine fine beatus.

XXV.

Quem fratres ſtudio curarunt condere ſancto
Pſalmodiis, hymnis, magno cum laudis honore.
Sarcofagum brevius fuerat ſed corpore patris,
In quo tunc fratres voluerunt condere corpus.
Effecti nimium triſtes, mirabile dictu,
Ecce repente lapis ſe protelare locelli
Cœpit, & ad formam ſe aptavit corporis almi.

XXVI.

Inter & exequias miri fragrantia odoris
Ambroſio Eccleſiam perfundit nectare totam,
Perſpicue Angelicam monſtrans veniſſe catervam
Ad patris officium lætis concentibus almi.

XXVII.

Iſte pater ſanctus, Paſtor, Patriarcha, Sacerdos
In propria pauſat felix Aſternaco cella,
In laudem Domini, quam jam conſtruxerat ipſe,
In qua ſigna Deus faciet nunc uſque ſalutis.
Ex olei tactu multi ſanantur ægroti,
Quod ſolet ad corpus magni lucere patroni.
Vincula rumpuntur per ſe properantibus illuc,
Qui ſua cum lacrimis veniunt mala crimina flere,
Et læti redeunt Chriſto donante ſoluti.

XXVIII.

Inque loco ſancti quo ſtant ſacra lectula patris,
Sæpius ætherium lumen veniſſe videtur,

Hic

(*a*) Vixit igitur an. 81. annos quinquaginta apud Friſios prædicavit, transmigravit apud illos an. 696. obiiſſe debuit igitur an. 739. Bedæ ſuperſtes, qui illum adhuc vivum in Catalogo Sanctorum non potuit reponere. BASN.

(*b*) Ex eo loco definitur dies obitus Willibrordi. Uſuardus & Adso VII. Idus Novembres aſſignant, ſed levi diſcrimine Alcuinus in diem ſequentem ejus vitam ſeu mortem profert; nec ab interpolatore ſubſtitui potuit vox octenis pro ſeptenis; id enim non ſinunt metri leges; dici tamen poſſet ab altera parte Alcuinum vi legum metricarum coactum diem obitus Willibrordi immutaſſe, id enim parum referebat, nec poëtæ ſæpius metri quam veri legibus tenentur. BASN.

Digitized by Google

Hic quia Pontificis linquens ergaſtula carnis
Spiritus aſtra petit meritis vivacibus alta,
Cum Chriſto & ſanctis fruiturus luce perenni,
Quod lux demonſtrat, crebrò quæ cernitur iſtic. SÆC. VIII. ANNO 790.

In quo multoties cœleſti nectare dulcis XXIX.
Fragrat odor verè pigmento dulcior omni,
Teſtibus à multis fieri quæ vera probantur,
Quorum vita fidem certabat caſta relatu.
Quam requiem ſperas animam habuiſſe beatam,
Talia dum terris per ſanctas ſigna geruntur
Reliquias, tanti meritis digniſſima patris?
Qui noſtris poterit precibus relevare dolores,
Si jam corde pio lachrimas effundimus illic,
Quo patet egregius ſacrato corpore pauſat.

Interea mulier totis paralytica membris, XXX.
Continuis ſemper ſeptenis languit annis.
Talia nec valuit quicquam ſibi membra movere.
Ultima vix moriens ſuſpiria corde trahebat,
Ante Dei ſancti corpus portata jacebat,
Effundens lachrimas feſſa cum voce tepentes.
Sola fides viguit poſſe ſperare ſalutem
Per famulum Chriſti, nec ſe ſpes ipſa fefellit.
Ecce repente ſalus leviter per membra cucurrit,
Igneus atque color venas afflavit apertas,
Oſſibus & nervis virtus redit inclyta cunctis.
Surrexit mulier toto mox corpore ſoſpes,
Atque domum propriis gaudens ſe currere plantis
Quæ prius alterius languens portatur ab ulnis.

Et quidam juvenis valido languore per annos XXXI.
Heu multos doluit: nervi vix oſſibus hærent,
Intremuêre ſimul vexati corporis artus.
Ceu caput avulſum vidiſſes vertice ſummo:
Sic huc ſic illuc dextra lævaque rotatam.
Sæpe etiam jacuit multam moriturus in horam.
Iſte miſer talis fidei cum pectore firmo
Venit in Eccleſiam manibus deductus amicis.
In qua Pontificis magni pia membra quieſcunt,
Proque ſalute ſua lachrimas fundebat amaras.
Quem mox audivit miſerantis gratia Chriſti,
Et rediviva ſalus per membra recurrit ubique:
Convaluitque viro nervorum flexilis ordo,
Inrepit oſſa vigor totis virtuſque medullis.
Aſtanti populo cunctis cernentibus ille eſt
Incolumis ſubitò factus, ac robore fortis,
Perrexit ſanus quo ſe ſua vota ferebant,
Omnipotenti Deo grates ob dona ſalutis
Semper agens Chriſto, Chriſto laus, gloria ſemper.

Altaris juvenis corrupta mente miniſter XXXII.
Clam rapuit quædam ſancti donaria templi.
Tollitur ac ſævo quædam crux aurea furto,
Quam Chriſti famulus ſecum portare ſolebat,
Dum pius egit iter Chriſto comitante viator,
Reliquias propter multas quas condit in illa.
Mox tormenta luit celeris præſumptor iniquus,
Ultio conſequitur peccatum juſta nefandum,
Et perit infelix crudeli peſte peremptus:
Mortis in articulo pandit tamen impia furta,
Et quo quæ tulerat latuiſſent omnia monſtrat.
Quo pereunte tremor crevit cum laudibus ingens
Fratribus & populo, cernentes omnia Chriſto
Quæque ſui ſervi fuerant, ſervante tueri.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

ELEGIA ALCUINI DE S. WILGISO PARENTE S. WILLIBRORDI.

XXXIII.

NObilis iſte fuit magna de gente Sacerdos.
Sed magnis multo nobilior meritis.
Ut dudum cecini, fœcunda Britannia mater
Patria Scottorum clara magiſtra fuit.
Francia ſed felix rapuit, veneratur, habebat,
Illius atque hodie membra ſepulta tenet.
Hunc Wilgils genuit proprio pater inclytus ævo:
Vir ſanctus ſapiens ac pietate probus.
De quo verſifico liceat me ludere plectro,
Lector ut agnoſcas qualis & ipſe fuit,
Et de qua ſancta generis radice parentum
Iſte Dei famulus progenitus fuerit.
Vir fuit in populo dignus cognomine Wilgils
(a) Intrans (a) Humbrana nobis degente degens.
Moribus egregiis populo peramabilis omni,
Vita fuit cui cum conjuge caſta ſatis,
Quæ (b) jam mente pia fuerat ſubjecta marito
Ut quondam proprio ſacra viro fuerat.

(a) *Verſus corruptiſſimus.* CAN.

(b) tam. Hanck.

XXXIV.

Hæc revelante Deo cernebat mente futura,
In ſtratis recubans ſomnia vera videns.
Namque novam ſeſe Lunam vidiſſe putabat,
Cornibus erectis ut ſolet eſſe nova.
Creſcere paulatimque implere & cornua cœpit
Donec ei pleno lumen in orbe micat.
Illius hæc ſubito ſorbentis (c) in ore ruebat,
Viſcera perradians luce micante ſibi.
Evigilans ſomno mulier hæc mente retractat.
Quid ſibi quod cernit ſignificare queat,
Atque Sacerdoti cuidam hæc omnia pandit,
Cujus in Eccleſia vita probata fuit.
Hæc ubi penſabat, prædictus corde Sacerdos
Conjicit ex rebus viſa ſuperna novis.
Reſpondit tandem mulieri talia vates,
Inſpirante Deo famine veridico:
Tu mulier Lunam vidiſti creſcere parvam,
Et tota impleri cornua luce nova.
Illa nocte viro forſan commixta fuiſti,
Quæ generas (d) toto lumen in orbe novum.
Parvulus ex utero mulier tibi naſcitur infans,
Qui meritis magnus creſcit honorificis.
Iſte erit eximius Doctor Præſulque futurus,
Splendeſcet noſtro lucifer orbe novus.
Et quos cæca prius populos caligo tenebat,

(c) ſtertente, id.

(d) Generat. id. ſed retineri debet prior lectio. B.

Irradiat

(a) Northumbranam provinciam voluit dicere, codex Uticenſis habet: *in Transhumbranâ gente degens validâ.* ſed felicius omnino Mabillonius hunc emendat verſum. *In transumbranâ nobili gente degens.* Sic & Hanckius in n. ms. Obſervat idem ultimam vocem ſæpius tum corripi. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Irradiat ſummi luce poli ſupera.
Omnia vatidici complentur in ordine dicta
Et rerum eventus ſomnia vera probat.
Naſcitur atque puer matri, & baptiſmate loto
Impoſuit Wilbrod nomen habere pater.
Cujus vita, fides, mores, doctrina, Camænis
Olim quippe fuit prætitulatus eis.
Mox pater egregius linquens mala gaudia mundi,
Et ſervire Deo mente manu cupiens:
Cœleſtem rapiens tota dulcedine vitam,
Et ſe cœnobio tradidit ipſe ſacro.
Fratribus adjunctus vixit ſine crimine frater,
Jam patiens humilis promptus in omne bonum.
Poſthæc mente ſacer famulus majora ſequutus,
Theoricam cupiens ſolus adire viam:
Incipit undiſoni inter promontoria ponti,
Qua loca reperiens congrua corde ſuo:
In quibus ætherios poſſit decerpere flores,
Et mundi curis liber abeſſe malis:
Totius hic ſolus tranſegit tempora vitæ,
Nocte die magnis proficiens meritis.
Plurima perpeſſus ſerpentis bella nefandi,
Qui ſolet in ſanctos arma movere ſua.
Sed Deus omnipotens ſanctos qui jure triumphat,
Trophea conceſſit clara ſuo famulo.
Efficit & quædam miſerantis gratia Chriſti
Per famulum vere ſigna ſtupenda ſuum.
Nec decuit modio abſcondi tam clara lucerna,
Nec thalamos ſubter ſubjicienda fuit.
Sed ponenda magis ſuper faſtigia tecti,
Spargeret ut lucem altius illa piam.
Quæ tamen haud libuit currenti tangere plectro,
Inclyta vel muſis ſigna aperire meis.
Sufficit hocque tamen.... cognoſcere patris,
Quod placet altithrono ſemper ubique magis.
Vita Dei famuli multis exempla ſalutis
Præbuit, & teſtis pectoris omnis erat.
Huic famulo Chriſti Reges famulantur, & illum
Per patriam populus totus amore colit.
Vir fuit iſte Dei patiens, moderatus, honeſtus,
Moribus egregius, mitis & ore pius.
Plurima qui poſtquam perfecto dona labore
Commeruit Chriſto perficiente ſibi:
Mox meritis, annis, tota & pietate repletus,
Tranquilla tandem in pace quievit ovans.
Spiritus ætheriam lætus migravit ad aulam,
Gaudia cum ſanctis jam ſine fine tenens.
Corpus in Eccleſia curarunt condere fratres,
Quæ conſtructa maris ſtat propè littoribus.
Atque ſacrata Dei genitrix clariſſima Chriſti
Nomine vulgeſcit virgo Maria tuo.
In quo te noſtris bene credimus eſſe futuram
Auxilio precibus, ſemper honore potens.
Tu mundi vitam, totis tu gaudia ſæclis
Tu Regem cœli, tu Dominum atque Deum:
Ventris in hoſpitio genuiſti virgo perennis.
Tu nobis precibus auxiliare tuis.
Carmiger indoctus cecinit hos Alchuin verſus,
Cui rogo quiſque legas dic miſerere Deus.

FINIS.

Digitized by Google

472

CARMINA INCERTI AUCTORIS DE CAROLO MAGNO, ET LEONIS PONTIFICIS MAXIMI

Ad eundem Carolum adventu.

Ex Bibliotheca celeberrimi Monaſterii S. Galli.

CANISIUS AD LECTOREM.

SÆC. VIII. ANNO 790.

QUis ſit auctor hujus poëmatis, definire non audeo. Codex unde exſcriptum, habet in extrema pagina hos verſus antecedente hæc ſigna: fer helperc. *Unde recentior conjecit & adſcripſit quoque hæc verba* Ferius Helpericus Auctor ſequentis carminis. *Ego hæreo, & magis ad Alcuinum inclino, non propter notas illas; quas ad hoc poëma non pertinere exiſtimo, ſed quia conſtat Alcuinum de rebus geſtis Caroli Magni ſcripſiſſe; id enim teſtantur cum alii, tum Hæreticus Balæus in catalogo ſcriptorum Britanniæ. Forſan autem hoc poëma vel pars vel fragmentum eſt grandioris illius operis; non enim credam totum opus eſſe. Nec ſtylus & genus orationis abludit à vena Alcuini; ut notum illis quibus Alcuini carmina nota. Quid, quod aliquoties vocat Carolum* Davidem? *Quæ appellatio Alcuino tam familiaris fuit, ut ſcribens ad Carolum Caroli nomen ſæpius omitteret; Davidemque Regem nuncuparet. Nec ratio temporum repugnat. Venit enim Leo III. Pontifex ad Carolum anno Chriſti 799. quo adhuc vivebat Alcuinus, quippe qui demum anno 804. obierit. Et ipſe initio ſignificat ſe jam feſſum ad ſcribendum accedere, & ſæpius fortunam expertum eſſe; hic tamen, occaſione tam præclari argumenti, denuò ſcriptionis aleam ſubeundam fuiſſe. Et certè tam piè & religiosè adventum Pontificis ad Carolum & Francos deſcribit, & tam enu-*

cleatè

Digitized by Google

cleatè honores Pontifici habitos percenſet; ut vel ob hoc indicium ex religioſiſſima Alcuini officina poëma hoc non improbabiliter profectum credi queat. Accedit demum, quod Auctor hujus poëmatis omnia quæ ſcribit, præſens ſpectaſſe videtur. Quare nihil etiam cauſſæ relinquitur, cur quis fortaſſe referre velit ad illum Helpericum, de quo hæc Trithem. in lib. de viris illuſt. Germaniæ Helpericus Monachus cœnobii S. Galli. Ord. D. Patris Benedicti, vir & ipſe in divinis ſcripturis multum eruditus, atque in ſæcularibus litteris doctiſſimus, Philoſophus, Aſtronomus & Poëta celeberrimus, ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, nec minus vita, quàm eruditione inſignis. Scripſit tam metro quam proſa multa præclara opuſcula, ſed pauca eorum ad manus noſtras pervenerunt. Vidi enim duntaxat & legi librum clariſſimum, quem de computo Eccleſiaſtico edidit. Et alium de Muſica prænotatum, ſed & quædam carmina: claruit eodem tempore, quo Hermannus Contractus Anno Domini MXL. SÆC. VIII. ANNO 790.

JACOBI BASNAGII

IN HÆC

CARMINA

OBSERVATIO.

HOc Carmen non eſt *Helperici*, ut monet *Caniſius*, cum autor oculatus debuerit eſſe teſtis & præſens vidiſſe quæ narrat. Sed eadem ratione non eſt *Alcuini*. Quippe & ex ejus epiſtolis patet, jam ſenio confectum Imperatorem in Germaniam ſequi noluiſſe, ad eumque excuſatorias ea de re ſcripſiſſe litteras. Deinde vero illud Carmen idem eſſe non poteſt cum *Alcuini* libro *de Geſtis Caroli Magni*, quem memorat *Balæus*. Nihil enim aliud continent hi verſus præter venationis deſcriptionem; & Imperatoris cum Leone III. Congreſſum. Mutilum tamen non videtur illud opuſculum, ſed partibus ſuis conſtans. Dein non carmine, ſed proſa ſcripſiſſe Alcuinum Geſta Caroli Magni Balæus innuit. In eo tantum conveniunt Alcuinus & hujus poëmatis aurhor, quod ſint coævi, Carolo Magno addictiſſimi, & uterque adverſus proſodiam ſæpius peccaverit.

Digitized by Google

CARMINA INCERTI AUCTORIS DE CAROLO MAGNO ET LEONIS PAPÆ

Ad eundem adventu.

SÆC. VIII. ANNO 790.

RUrſus in ambiguos gravis admonet anchora calles
Vela dare incertis claſſem concredere ventis,
Languida quæ geminas ſuperarunt membra procellas,
Ad nova bella jubet laſſos reparare lacertos,
Victricemque manum gravidis conſurgere remis,
Quo vocat aura levis placidis ſuperare profundum
Flatibus æquoreas tentando claſſibus undas,
Tendere ad ignotas celerique per æquora terras
Curſu, & præcipites ſcopulos pulſare natatu
Vela movet placidus tremulis cita flatibus Eurus
Cogens me rapido nunc tendere in ardua greſſu
Europæ quo celſa Pharus cum luce coruſcat.
Spargit ad aſtra ſuum Carolus Rex nomen opimum,
Sol nitet ecce ſuis radiis, ſic denique David
Inluſtrat magno pietatis numine terras
Res tamen una duos variando ſeparat iſtos
Et vice disjuncti mutata ſæpe feruntur,
Illum aliquando tegunt nimboſo nubila tractu
Hunc ullæ nunquam poſſunt variare procellæ,
Ille caret proprio biſſenis lumine horis:
Iſte ſuam æterno conſervat ſidere lucem,
Pace nitet læta pariter pietate redundans
Neſcit habere pio lapſurum lumine caſum.
Vultu hilari, ore nitet, ſemper quoque fronte ſerena
Fulget, ab æterno pietatis lumine Phœbum
Vincit, ab occaſu diſpergens nomen in ortum
Armipotens Carolus victor pius atque triumphans,
Rex cunctos ſuperat reges bonitate per orbem
Juſtior eſt cunctis, cunctisque potentior exſtat,
Ille Duces magno & Comites illuſtrat amore
Blandus adeſt juſtis, hilarem ſe præbet ad omnes,
Juſtitiæ cultor cultores diligit omnes,
Juſtus in exemplum cunctis ſe donat habendum,
Ingreditur prior ipſe ſequi quo ſe cupit omnes.
Tentat iter facilè cuncti quo jure ſequantur.
Injuſtos merito duris conſtringit habenis,
Atque jugum imponet gravidum cervice ſuperbis
Diſcere juſtitiam divinis admonet actis

Impia

Digitized by Google

Impia colla premit rigidis conſtricta catenis
Et docet altithroni præcepta implere tonantis,
Quod mens leva vetat ſuadendo animuſque ſiniſter,
Hoc ſaltem cupiant implere timore coacti
Quod non ſponte prius miſeri fecere rebelles,
Exercere ſtudent avide inſtimulante timore,
Qui prius eſſe fero jam dudum more repugnat
Fitque timore pio pius impius ille coactus,
Erigit hinc humiles, humileſque extollit in altum
Prona colit relevans ad celſa cacumina colla.
Ora trahit ſummiſſa gradus Rex juſtus ad altos,
Colla ſuprema premit ſubdens excelſa petentes,
Et quantum miſeri conantur ſurgere ad altum
Rurſus ad ima facit merito deſcendere tantum
Strenuus ingenio Carolus ſapiensque modeſtus,
Inſignis ſtudio reſplendens mente ſagaci
Nomen & hoc merito Carolus ſortitur in orbe,
Hæc cara eſt populis lux & ſapientia terris,
Omne decus pariter famulis ornatus & omnis
Exſtat honor populi & plebis ſpes gloria ſumma
Nominis. hunc olim terris promiſit origo
Tam clarum ingenio, meritis quam clarus opimis.
Fulget in orbe potens prudens, gnaruſque modeſtus
Inluſter, facilis, doctus, bonus, aptus, honeſtus,
Mitis, præcipuus, juſtus, pius, inclitus, Heros,
Rex, rector, venerandus, apex, Auguſtus opimus
Arbiter inſignis, Judex, miſerator egenum,
Pacificus, largus, ſolers, hilarisque venuſtus
Grammaticæ doctor conſtat prælucidus artis.
Nullo unquam fuerat tam clarus tempore lector,
Rethoricæ inſignis vegetat præceptor in arte,
Summus apex regum, ſummus quoque in orbe ſophiſta.
Exſtat & orator facundo famine pollens,
Inclyta nam ſuperat præclari dicta Catonis
Vincit & eloquii magnum dulcedine Marcum
Atque ſuis dictis facundus cedit Homerus,
Et priſcos ſuperat dialectica in arte Magiſtros.
Quatuor aſt alias artes quæ jure ſequuntur,
Diſcernit ſimili rerum ratione magiſtra
Doctus in his etiamque modo Rex floret eodem,
Solus iter meruit doctrinæ adipiſcier omne,
Occultas penetrare vias myſteria cuncta
Noſſe Deo ſeriem revelante ab origine rerum,
Omnem quippe viam doctrinæ invenit & omnem
(a) Aroſopacum aditum ſecretaque clancula verba
Omnia, ſolus enim meruit pius ille talenta
Suſcipere & cunctis præfertur in arte Magiſtris.
Scilicet imperii ut quantum Rex culmine Reges
Excellit, tantum cunctis præponitur arte.
Quis poterit tanti præconia promere Regis
Quiſvé putat ſermone rudis ſe principis acta
Poſſe referre: ſenes cum vincant omnia vates
Exſuperatque meum ingenium juſtiſſimis actis
Rex Carolus, caput orbis, amor populique decusque
Europæ venerandus apex, pater optimus, Heros,
Auguſtus, ſed & urbe potens, ubi Roma ſecunda
Flore novo ingenti magna conſurgit ad alta
Moletholis (a) muro præcelſis ſidera tangens

(a) Artis.

Stat

(a) Diſtinguendum hoc verbum & legendum proculdubiò Mole tholis. Tholus eſt faſtigium templi vel tecti, eo ſenſu dixit Sedulius Paſchalis operis lib. I.

Radians ubi Regia fulvis
Emicat aula tholis,

Alcuinus ipſe paulo inferius:

Fundamenta tholis includunt atria celſis.

Ibi ſemper *tholi celſi* dicuntur.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Stat pius arce procul Carolus loca ſingula ſignans
Altaque diſponens venturæ mœnia Romæ.
Hic jubet eſſe forum, ſanctum quoque jure ſenatum,
Jus populi & leges, ubi ſacraque juſſa capeſſant.
Inſiſtitque operoſa cohors, pars apta columnis
Saxa ſecat rigidis arcem molitur in altum,
Aſt alii rupes manibus ſubvolvere certant,
Effodiunt portus ſtatuuntque profunda theatri
Fundamenta tholis includunt atria celſis.
Hic alii thermas calidas reperire laborant,
Balnea ſponte ſua ferventia mole recludunt
Marmoreis gradibus ſpecioſa ſedilia pangunt,
Fons nimio bullentis aquæ fervore calore
Non ceſſat partes rivos deducit in omnes
Urbis & æterni hic alii benè regis amœnum
Conſtruere ingenti templum molimine certant.
Scandit ad aſtra domus muris ſacrata politis
Pars ſuper in ſummis populi procul arcibus ardens
Saxa locat ſolidè conjungens marmora nexu,
Altera ſtat gradibus portantum ſorte receptans.
Pars onera atque avidis manibus prædura miniſtrat,
Saxa alii ſubeunt volvunt ad mœnia rupes,
Ingentes paſſim faſces, cervice reflexa
Deponunt humeris valido ſub pondere feſſi
Plauſtraque dant ſonitum, vaſtus fragor æthera pulſat.
Fit ſtrepitus, magna conſurgit ſtridor in urbe,
Itque reditque operoſa cohors diffuſa per urbem
Materiam Romæ certatim congregat altæ.
Hic alii arma parant acuentes utile ferrum,
Marmora quo poſſunt ſculpi, & quo ſaxa ſecari
Fervet opus velutique ſolent æſtate futuræ
Pulchra hyemis non immemores alimenta ciborùm
Cum (a) facere ore legunt carpentes floſcula apeſque
Per latices per thyma volant ſtridentibus alis,
Floribus inſidunt aliæ, prædaque redire
Accepta ſtudeant redolentia caſtra reviſant.
Aut fœtus aliæ certant educere adultos
Aut cum nectareas componunt ordine cellas
Roſcida ſtipantes ſinuoſo poplite mella:
Haud aliter lata Franci ſpatiantur in urbe.
Non procul excelſa nemus eſt & amœna virecta
Lucus ab urbe virens & prata recentia rivis
Obtinet in medio multis circumſita muris.
Hic amnem circumvolitat genus omne volucrum
In ripis reſident rimantes paſcua roſtris
Non procul in medio ſummergunt flumine ſeſe,
Nunc quoque præcipiti properant ad littora curſu,
Hoſque toros juxta cervorum paſcitur agmen
Riparum in longa per amœnaque paſcua valle
Huc illuc timido diſcurrit damula greſſu
Fronde retecta vacat, paſſim genus omne ferarum
His latet in ſilvis, etenim nemora inter opaca.
Hic pater aſſidue Carolus venerabilis Heros
Exercere ſolet gratos per gramina ludos,
Atque agitare feras canibus, tremuliſque ſagittis
Sternere cornigeram nigraque ſub arbore turbam.
Exoritur radiis cum primum Phœbus honeſtis, (a)

Et

(a) locus corrupt.

(a) Hic deſcribitur *Maicampus* Caroli Magni tempore ſæculisque ſequentibus celeberrimus; quippe menſe Majo convocabantur Regni proceres non modo venationis cauſâ, ſed ut Regno conſulerent, qui mos apud plurimas gentes fuit uſitatus: fuit & apud Romanos Majuma celebratiſſima, quæ forſan a Majo menſe dicebatur; quamquam obſtent rigidiores Critici, qui a Majuma Pago Gazæ vicino & a Majim, ſcilicet aquis, appellatam volunt. fuit Majuma Paganorum Veneri conſecrata choreis, ſaltationibus, epulis & genio indulgebatur; ſed præcipue aderant ſcorta & ritus ad excitandam libidinem excogitati; ideo Arcadius qui Majumam iterum celebrari juſſit, a Sacrificiis Venereiſque voluptatibus abſtineri voluit. BASN.

Digitized by Google

Et jubar ignicomo perluſtrat lumine montes
Præcipites ſcopulos & ſumma cacumina tangens
Silvarum thalamo properat dilecta juventus
Regali parte ex omni collecta reſiſtit,
Nobilium manus expectans in limine primo.
Fit ſtrepitus, clamor conſurgit vaſtus in urbe,
Deſuper ex alto reſpondent culmine tecta
Aerea, præcipuus (a) conſiderat ſtridor in auras,
Hinnit equuſque ad equum, conclamat turba pedeſtris
Inque vicem proprio revocatur pignore quiſque
Ad Dominum famuluſque ſuum ſequiturque vocantem.
Hic phaleratus equus gravidis auroque metallis
Terga recepturus Regem in ſua gaudet opimum,
Stans (b) monet care caput, montes cupit ire per altos
Egreditur tandem circumſtipante caterva
Europæ veneranda Pharus ſe prodit ad auram,
Enitet eximio vultu facieque coruſcat.
Nobile namque caput precioſo amplectitur auro
Rex Carolus cunctos humeris ſupereminet altis,
Lata ferunt juvenes ferro venabula acuto
Retia quadruplici injunctaque linea limbo
Atque canes avidos ducunt per colla revinctos
Ad prædam faciles furioſoque ore moloſſos.
Jam pater excelſi Carolus ſacra limina templi
Deſeruit, mox caſtra ducum comiteſque priores
Movere, altæ urbis panduntur claſſica portæ,
Cornua concrepitant, fragor ingens atria complet,
Præcipitique ruunt juvenes ad littora curſu.
Hinc thalamo cunctata diu regina ſuperbo
Procedit multa circum comitante caterva
Luitgardis (a) Caroli pulcherrima nomine conjux
Fulgida colla nitent roſeo ſimulata colore
Cedit opimum & enim redimitis crinibus oſtrum
Candida purpureis cinguntur tempora vittis
Aurea fila ligant chlamydem, capitique (c) byrillus
Inſeritur, radians claro diadema metallo.
Enitet & veſtis biſcocco purpura byſſo,
Ornantur variis radiantia colla lapillis,
Agmina ſejungit pulchris ſtipata puellis
Magnanimos inter proceres regina ſuperbo
Gaudet equo & juvenum circum magna emicat ardens.
Cætera regalem pubes pulcherrima prolem
Expectat foribus, turmis comitatus opimis,
More Patri & vultu ſimilis procedere tandem
Tentat item Carolus genitoris nomine pollens,
Terga ferocis equi ſolito de more fatigat.
Hinc Pipinus avi ſequitur de nomine dictus,
Reſtaurat proprii qui publica geſta parentis
Bellipotens, animoſus heros, fortiſſimus armis
Sequè ſuos inter famulos fert ductor opimum
Cœtibus innumeris circumdatus enitet alto,
Vectus equo eximio vultu facieque coruſcans
Tempora cui rutilo cinguntur pulchra metallo
Circumfuſa ruit comitantum turba rotatu
Per patulas portas certatim exire ſenatus
Conatur, magno cum murmuris inde tumultu
Cornua rauca ſonant, avido latratibus auras
Complent ore canes, fragor ignea ſidera pulſat:
Inde puellarum ſequitur mox ordo coruſcus
Rhodrud (b) ante alias, rapidoque invecta puellas

(a) f. conſidit.

(b) locus corrupt. f. movet aëre.

(c) berillus.

Fulget

(a) Quam filiam ſuam aliquando vocat Alcuinus. BASN.
(b) Filia Caroli Magni Conſtantino Græcorum Imperatori deſponſata, ſed Irenes artibus decepta obiit virgo an. 810. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Fulget equo & placidum prior occupat ordine greſſum
Immixta eſt niveis ametyſtina vitta capillis
Ordinibus variis gemmarum luce coruſcans
Namque corona caput precioſis aurea gemmis
Implicat, & pulchrum ſubnectit fibula amictum
Virgineos interque choros, turbamque ſequentem
Proxima Berta (*a*) nitet multis ſociata puellis,
Voce virili, animo, habitu, vultuque coruſco,
Os, mores oculos imitantia pectora patris
Fert, caput aurato diademate cingitur almum,
Aurea ſe niveis commiſcent fila capillis,
Lactea quippe ferunt precioſam colla murinam,
Ornatur veſtis variis ſpecioſa lapillis
Ordine gemmarum numeroſa luce coruſcat.
(*a*) Bratea Chryſolithis ornantur tegmina gemmis.
(*b*) Giſala poſt iſtas ſequitur candore coruſcans
Virgineo comitata choro, micat aurea proles,
Tecta melocineo fulgeſcit femina amictu,
Mollia purpureis rutilant velamina filis,
Vox, facies, crines radianti luce coruſcant,
Splendida colla nitent roſeo inflammata rubore
Argento ſtat facta manus, frons aurea fulget
Et magnum vincunt oculorum lumina Phœbum
Læta ſuper rapidum conſcendit virgo caballum,
Frena ſuperbus equus ſpumantia dente volutat,
Hinc comitata viris, illinc ſtipata puellis
Innumeris circum circumſtrepit agmen equorum.
His cumulata bonis præcelſa ſolaria linquens
Virgo pudica pii ſequitur veſtigia regis.
(*c*) Rhodaid inde micat multis ornata metallis
Agmen ovans rapido præcedit femina greſſu,
Pectora, colla, comæ lucent variata lapillis
Serica & ex humeris dependent pallia pulchris
Inſeritur capiti nitido gemmata corona
Stringit acus chlamydem gemmatis aurea bullis
Pulchra vehetur equo Rhodhaidis virgo ſuperbo:
Quo latitare ſolent hirſuto tergore cervi.
Interea ingreditur vultu (*d*) Theodrada coruſco.
Fronte venuſta nitens & cedit crinibus aurum,
Pulchra peregrinis conlucent colla Smaragdis,
Pes, manus, ora, genæ, cervix radiata niteſcit,
Clara ſerenatis fulgeſcunt lumina flammis,
Pallia permixtis lucent Hiacynthina talpis,
Clara Sophocleoque ornatur virgo cothurno,
Turba puellarum circumſtrepit agmine denſo,
Atque venuſta cohors procerum nitet ordine longo,
Et ſedet in niveo pulcherrima virgo caballo,
Acri fertur equo Caroli pia filia Regis,
In nemus ire parat ſacrata palatia linquens.
Agminis extremam partem ſibi vindicat (*e*) Hildrud,
Illi ſorte datur, dehinc ultimus ordo (*b*) ſenatum.
Ipſa autem medio fulgeſcit in agmine virgo,
Temperat expoſitum ſpatii moderamine greſſum,
Litorei juxta ora (*c*) ſoli plens inclita tendit
Venandi ſtudio, regique exercitus omnis
Jam ſociatur, adeſt, mox ferrea vincta rapacum
Cuncta cadunt reſoluta canum; luſtra alta ferarum
Nare ſagace petunt quærentes rite rapinam
Et luſtrant avidi condenſa frutecta moloſſi,
Diffuſi errantes in opacis ſaltibus omnes,

(*a*) Bractea

(*b*) f. Senatus.

(*c*) f. ſoli pleni. *leg.* gens.

Sangui-

(*a*) Altera Caroli Magni filia Angilberto nupta. BASN.
(*b*) Tertia ex Hildegarde Caroli filia, quæ Monaſticam vitam eſt profeſſa. BASN.
(*c*) Inter adulterinas Caroli Magni filias recenſetur. BASN.
(*d*) Ex Falſtrada conjuge Caroli Magni nata. BASN.
(*e*) Altera filia Caroli, quam ex Falſtrade habuit. BASN.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

Sanguineam ſilvis prædam reperire laborat,
Cingit eques ſaltum, fugitivis obvia turbis
Turba paratur, aper fulvus ſit valle repertus,
Mox nemus inſiliunt equites & voce ſequuntur,
Prædam agiles certant fugitivam agitare moloſſi,
Et ſparſi currunt per opaca ſilentia ſilvæ.
Iſte tacendo volat celerem poſt rite rapinam
Ille autem vacuas complet latratibus auras.
Errat hic umbroſis deluſus odore frutectis
Alter in alterius hinc ſaltibus inde rotatur.
(a) Ille vidit, hic prædam ſentit odore fugacem
Fit ſtrepitus ſilvis, conſurgit ſtridor in imis
Et tuba magna (b) nimos incendit ad (c) acra moloſſos
Prœlia; dirus aper quo ſe fert dente minaci,
Arboribusque excuſſa cadunt folia undique in altis
Per loca vaſta fugit, rapidoque per invia curſu
Tendit iter frendens (d) teret alta cacumina montis,
Curſibus exhauſtus laſſo pede conſtat anhelus.
Jam parat arma necis canibus turbamque ſequacem
Sternit & horrendo rapidos rotat ore moloſſos.
Mox Carolus pater ipſe volat, mediumque per agmen
Ocior aligeris avibus forat enſe ferinum
Pectus, & intinguens gelidum in præcordia ferrum;
Corruit ille vomens vitam cum ſanguine mixto
In flava moriens ſeſeque volutat harena,
Regalis monte hæc proles ſpeculatur ab alto
Mox aliam Carolus prædam jubet inde movere,
Et ſocios verbis claris ita fatur amicis:
Hanc fortuna diem nobis deducere lætam
Annuit auguriis & noſtra incepta ſecundat,
Ergo favete omnes iſtum exercendo laborem
Venandi ſtudio, curamque adhibete benignam.
Vix hæc dixit Heros ſubitò fremit agmen ab alto
Monte nemus repetunt proceres hinc inde ruentes
Præceleres agitare feras, pater inclitus ipſe
Ante volans Carolus manibus fert miſſile ferrum
Sternit & innumeras porcorum ſtrage catervas
Corpora multa cadunt paſſim proſtrata ferarum.
Tunc Carolus prædam proceres partitur in omnes,
Et ſpoliis onerat gravidis ſocioſque ſequaces,
Inde reflectit iter campum repetenſque priorem
Frondoſum lucum patulis, fonteſque recentes
Ramis prætextos & opacam frigoris umbram,
Aurea hic terris paſſim tentoria fixa,
Stant pompoſa ducum hinc inde & caſtra niteſcunt.
Læta parat Carolus ſociis convivia, lætus
Convocat huc omnes longævos ordine patres,
Maturum populum natum melioribus annis.
Impubem pariter plebem, caſtaſque puellas
Conlocat, inde jubet menſis donare falerna.
Sol fugit interea lucem nox occupat umbris,
Membra ſed exoptant placidum defeſſa ſoporem.
Portentum Rex triſte videt monſtrumque nefandum
In ſomnis ſummum Romanæ adſtare Leonem (a)
Urbis Pontificem mæſtoſque effundere fletus;
Squalentes oculos maculatum ſanguine vultum,
Truncatam linguam horrendaque multa gerentem
Vulnera. ſolicitos gelidus pavor occupat artus
Auguſti, rapidos Romana ad mœnia miſſos
Tres jubet ire, foret ſi ſanus paſtor opimus,
Explorare gregis, quid triſtia ſomnia ſignent

(a) ita cod. M. S.

(b) ita cod. M. S.

(c) pro acria

(d) f. terit, aut tenet.

Miratur-

(a) Tertium ſcilicet hujus nominis, qui a familia Adriani miris modis vexatus eſt. Pontificatum inierat an. 795. Bass.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Miraturque; piam curam gerit ille fidelem.
Feſtinant rapidis legati paſſibus, ipſe
Saxoniam repetit cum multis millibus Heros,
Agmina conveniunt diverſis partibus orbis
Cognatæque acies properant ſuper ardua Rheni
Littora Saxonum populum domitare rebellem,
Et ſævam gelido gentem reſcindere ferro.
Culmina jam cernunt urbis procul ardua Romæ.
Optatique vident Legati à monte theatrum,
Triſtior occurrit vulgataque fama repente
Lumen Apoſtolicum crudeli funere plagis
Occubuiſſe feris, nam ſerpens ſævus & atrox
Qui ſolet unanimes bello committere fratres
Semina peſtiferi jactare nocenda veneni
Suaſit in innocuum cæcatis mentibus omnes
Sævire, & famulos dominum trucidare potentem.
Dira animis inlapſa lues & ſenſibus hæſit,
Virus peſtiferum concepit pectus anhelum.
Inſidias poſuere viro mortemque parabant
Inſonti, triſtemque necem plebs impia telis
Paſtorem in proprium ſeſeque armavit iniquis,
Dum ſolitum tranſiſſet iter Leo papa benignus
Et ſacra Laurenti peteret pede limina ſancti
Plebs demens populuſque (a) vecthros mala ſana juventus
Fuſtibus & gladiis nudatis enſibus omnis
Inruit in ſummum paſtorem turba tumultu,
Cæca furens, ſubito diris commota procellis,
Sacra ſacerdotis torquebat membra flagellis,
Unius in caſum multorum ſævit hiatus,
Carnifices geminas traxerunt fronte feneſtras,
Et celerem abſcindunt lacerato corpore linguam,
Pontificem tantum ſeſe extinxiſſe putabat
Plebs pietate carens atriſque infecta venenis,
Sed manus alma patris oculis medicamina ademptis
Obtulit atque novo reparavit lumine vultum.
Ora peregrinos ſtupuerunt pallida viſus.
Explicat & celerem truncataque lingua loquelam.
Cum ſociis magnus paucis fugit inde ſacerdos
Clam petere auxilium Spolitinam tendit ad urbem,
A Duce cum magno ſit hic ſuſceptus honore
Winigiſo, & multis cumulatus in ordine donis.
Audit Italiam miſſos veniſſe fideles
Francorum, & ſolitam Romanis ferre ſalutem
Non voluiſſe, ſuum quoniam ſine culpa potentem
Suppliciis dominum cruciaſſent, mox manifeſtos
Ille venire viros ad ſe jubet, atque ita fari
Incipit, & truncata brevi infra lingua palatum
Curſu erat placidam depromens voce loquelam:
Vos ego per caram Caroli conjuro ſalutem
Regis ut ejectum me (b) defendetis in armis
Finibus à propriis & ſedis honore repulſum.
Me quoque vobiſcum ad veſtrum ducetis opimum
Regem, & præcipui licèat mihi principis ora
Cernere, qui juſto noſtros examinet actus
Judicio, & vindex ſæviſſima verba noſtra
Vindicet inſignis luctus gemitumque meumque
Allevet, addendo noſtræ ſolatia vitæ.
Ergo agite, & veſtra ſi nunc mihi gratia certa eſt,
Eripite his terris, David me obtutibus almis
Præſentate viri, jam nos mora nulla tenendo
Impediat, gelidas ſuperemus curſibus alpes.
Hæc Leo Papa, cohors Francorum mixta Latinis
Obſtupuit Domino grates laudeſque rependens
Qui nova Pontifici reddebat lumina ſummo

(a) vecors, nec refert quod ratio quantitatis repugnat, quam iſte non adeo religioſe obſervat.

(b) defendatis.

Et

Et desperatam condebat in ore loquelam.
At Germar contra breviter sic vocibus usus,
Lux, decus egregium populorum, lumen amœnum,
Pastor Apostolicus venerandus in orbe sacerdos
Te mandare decet quidcumque in corde volutas,
Nos parere tuis fas est, pater optime, jussis.
Inde iter incipiunt læti rapidisque metiri
Passibus, Augusti juvat ire ad limina magni
Difficiles temptare vias, calleinque severum
Vincere certatim diversa per oppida pergunt.
Innumeræ occurrunt passim ad spectacula turbæ,
Pontificis sacras gaudentes lambere plantas,
Multaque præterea cumulantes munera portant
Et capite in veteri visus cernendo novellos
(a) Obstipeant, linguamque loqui mirantur ademptam
Jam dudum & celerem recreantem voce loquelam.
Rex pius interea gelidum transnavigat amnem
David spumosi superans vaga cerula Rheni,
Armatas acies inter primosque coruscat
Arduus arma tenens, equitatus vertice toto
Exsuperat comites fulgentes ære catervæ,
Undique collectæ properant atque agmina jungunt,
Cum fremitu vario, sese & stupet inscia tellus
Loricas, enses, galeas, tot scuta virorum
Ac concussa (b) tremet sub tanto pondere ferri
Vastus ad astra frequens conscendit clamor, & echo
Rupibus è gelidis saxoso à monte resultat.
Est locus insignis quo Patra & Lippa fluentant
Altus & in nudo campo jacet undique largo
Vestitus spacio celso de colle videri
Namque potest legio omnis, & hinc exercitus omnis,
Castra Ducum & Comitum radiantiaque arma virorum.
Huc Carolus multis stipatus millibus Heros
Advenit, & tandem juvat hic succedere tectis.
Missus Apostolici regalem tendit ad aulam
Interea & summum manifestat quippe venire
Pontificem expulsum Romana à Sede Leonem
Civibus à propriis & tot toleraſse recenset
Verbera, commemorans extinctum lumine vultum,
Narrat & abscissam liquido de gutture linguam
Nunc medicante Deo sanatum, & ab omnibus istis
Esse malis, animis stupet ipse exercitus omnis
Audita, & Carolus recolendo somnia retro
Prætèriti indicio agnoscens vestigia visus,
Hoc fore non dubitat quod tristes fundere fletus
Pontificem in somnis jam dudum vidit eundem.
Hinc jubet extemplo Pipinum occurrere magno
Pastori, pacem & placidam portare salutem
Obvius ire parat genitoris jussa facessens.
Pipinus centum lætus cum milibus (c) ibit.
Ipse sedet solio Carolus Rex justus in alto
Dans leges patriis, & regni fœdera firmat
Utque videt patulo adversum se tendere campo
Pastor Apostolicus centum cum milibus altum
Pipinum, geminas extendit ad æthera palmas,
Pro populoque preces effundens pectore largas.
Ante Sacerdotem ter summum exercitus omnis
Sternitur, & supplex vulgus ter fusus adorat.
Mox Leo Papa solo Pipinum more benigno
Excipit & sacris circumdans colla lacertis
Hæret in amplexu diu que placida oscula (d) libens.
It Comes, & supra se confert vertice toto
Pipinus, varias miscent sermone loquelas

(a) f. obstupeant.
(b) tremit.
(c) ivit.
(d) libans.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Inquè vicem diverſa levant pro..... (a)
Rex pius interea ſolium conſcendit, & omnem
Alloquitur populum Carolus venerabilis heros:
Ergo agite ô proceres, inquit, quibus induiti arma
Ire eſtis ſoliti ad bellum Martemque ſeverum
Temptare, & crudo voſmet confidere pugno,
Pontifici celeri curſu occurremus opimo,
Vix hæc dixit heros, fremit undique turba tumultu,
Tela manu glomerat, mox loricaſque trilices
Et latos clypeos, galeaſque & ſpicula peltæ
Aeratæ reſonant, acies hinc inde videntur
Ire equitum, ſparſo nigreſcunt pulvere nubes
Et tuba lugubri medio ſtrepit aggere voce,
Claſſica ſigna ſonant, campi denſantur aperti
Agmine, criſtatus fulgetque exercitus omnis,
Tela micant pariter vexilla levata coruſcant
Armati incedunt juvenes & freta juventus
Gaudet equis, ſiccus ferveſcit in oſſibus ardor
Audiendi, ac Carolus medio micat agmine lætus
Aurea criſta tegit frontem, & conſpectus in armis
Fulget, equo ingenti portatur ductor opimus,
Ante Sacerdotum porrò caſtra agmina ternis
Stant diviſa choris in longis veſtibus almæ
Sacra crucis vexilla levant, & Præſulis omnis
Adventum expectat Cleruſque & candida plebes.
Jam pater in campo Carolus vidit agmina aperto
Pipinum & ſummum Paſtorem tendere contrà
Conſtat, & inque modum populum exſpectare coronæ
Præcipit, atque aciem hinc dividit urbis ad inſtar
Ipſe autem medio conſiſtere in orbe beatus
Præſulis adventum expectans & vertice toto
Altior eſt ſociis populum ſupereminet omnem.
Jam Leo Papa ſubitque externo ſe agmine miſcet.
Quam varias habitu linguas tam veſtis & armis,
Miratur gentes diverſis partibus orbis.
Extemplo properans Carolus veneranter adorat,
Pontificem amplectens magnum & placida oſcula libat
Inque vicem dextras jungunt pariterque feruntur,
Greſſibus, & multò miſcentes verba favore,
Ante (b) Sacerdotem ter ſummum exercitus omnis
Sternitur & ſupplex vulgus ter fuſus adorat,
Pro populoque preces ter fündit pectore Præſul,
Rex pater Europæ, & ſummus Leo paſtor in orbe
Congreſſi, inque vicem vario ſermone fruuntur,
Exquirit Carolus caſus auditque laborum
Diverſos ſceleris, populi impia facta ſtupeſcit,
Miratur geminas jam dudum luce feneſtras
Extinctas, & nunc reparatum lumine vultum,
Truncatamque loqui mirantur forcipe linguam
Alter in alterius configunt lumina vultus.
Et (c) parali ſedes tendunt ad culmina greſſu,
Ante Sacerdotes ſacri ſtant oſtia templi
Alternis vicibus modulantes carmina laudum
Atque creatori grates laudeſque frequentant.
Qui nova Pontifici reddebat lumina ſummo,
Et deſperatam condebat in ore loquelam
Exoritur clamor, vox ardua pulſat Olympum,
Intrat Apoſtolicus Carolo ducente beato,
Templa creatoris ſolito ſolemnia more
Concelebrare, pio Miſſarum ſacra favore.
Ex hinc officiis divinis ritè peractis
Invitat Carolus celſa intra tecta Leonem.
Clara intus pictis conlucet veſtibus aula

(a) Cod. M. S. probleps innata umbo. fort. leg. problemata verbo.

(b) Hæc dicta paulo ſuperius repetuntur.

(c) f. parili.

Auro

Digitized by Google

Auro, oſtro ornantur hinc inde ſedilia multo,
Ad menſas reſident læti variiſque fruuntur
Deliciis, medio celebrant convivia tecto,
Aurea namque tument per menſas vaſa falerno.
Rex Carolus ſimul & ſummus Leo Præſul in orbe
Veſcitur atque bibunt pateris ſpumantia vina
Poſt lætas epulas & dulcia pocula Bacchi
Multa pius magno Carolus dat dona Leoni.
Hinc lætus repetens aulæ ſecreta reviſat
Rex & Apoſtolicus repetit quoque caſtra ſuorum.
Cum tali à Carolo Leo ſit ſuſceptus honore,
Romanos fugiens propriis repulſus ab oris.

FINIS.

FLACCI

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

FLACCI ALBINI SEU ALCUINI DIALECTICA, ET GRAMMATICA,

A Caniſio *ex membranis celeberrimi Monaſterii S. Galli evulgatæ.*

CANISIUS AD LECTOREM.

Alcuini opera varia.

EX monumentis Alcuini, quorum non pauca poſteris reliquit, nonnulla jam typis excuſa ſunt; nonnulla aut penitus perierunt, aut adhuc bibliothecarum vinculis conſtricta, opem eruditorum exſpectant, ut immeritis illis pedicis manicisque exſolvantur, quò tandem in luce verſari, & per ora doctorum libere volitare queant. Et quidem tertio Tomo bibliothecæ SS. Patrum exſtant Alcuini *Quæſtiones in Geneſin. Commentaria in Eccleſiaſten. Epiſtola ad Oduinum presbyterum, de Baptiſmi cæremoniis. Epiſtola ad Carolum Magnum, de ratione Septuageſimæ, Sexageſimæ & Quinquageſimæ.* Et ejuſdem argumenti *altera Epiſtola ipſius Caroli ad Alcuinum. Liber de divinis officiis. Epiſtola de animæ ratione ad Eulaliam. Epiſtola ad Davidem,* hoc eſt, Carolum Magnum, *de diſcrimine inter æternum & ſempiternum &c. Liber de virtutibus & vitiis ad Guidonem Comitem. Liber de 8. vitiis principalibus. Quæſtiones ad Fredegiſum de S. Trinitate. Libri tres de fide ſanctæ & individuæ Trinitatis ad Carolum Magnum.*

Præter hæc alibi exſtant eodem Alcuino auctore ſequentia opera. Vita S. Willibrordi apud Surium Tom. 6. ſoluta oratione. (Eadem verſibus conſcripta aſſervatur in bibliotheca S. Galli) Vita S. Vedaſti apud Surium Tom. I. Commentarii in Evangelium S. Joannis, excuſi Argentinæ 1527. teſte

Digitized by Google

teſte Epitome Geſneriana. Manuſcriptos reperire eſt in bibliotheca S. Galli, Cod. memb. eleganti charactere. Commentarii in ſeptem Pſalmos pœnitentiales, & in Pſal. 118. Pariſiis editi 1547. Homiliæ in Evangelia tam Dominicalia, quàm ſanctorum ex variis Doctoribus collectæ Diſputatio cum Carolo Magno de Rhetorica & virtutibus anno 1539. impreſſa; quæ nuper etiam Pariſis prodiit hoc titulo. *Alcuini ſive Albini de arte Rhetorica Dialogus.* Interlocutorum partibus funguntur Carolus Magnus & Albinus. In cod. m. ſ. S. Galli hic titulus præfigitur. *Diſputatio de Rhetorica, & de virtutibus, ſapientiſſimi Regis Caroli, & Albini Magiſtri.* Titulum præeunt iſti verſus, neſcio num à manu Alcuini; SÆC. VIII. ANNO 790.

Qui rogo civiles cupiat cognoſcere mores,
Hæc præcepta legat, quæ liber iſte tenet.
Scripſerat hæc inter curas Rex Carolus aulæ,
Albinuſque ſimul, hic dedit, ille probat.
Unum opus amborum, diſpar ſi cauſa duorum,
Ille pater mundi, hic habitator inops.
Non temnas modico lector pro corpore librum,
Corpore præ modico mel tibi portat apis.

Nos etiam tomo primo Antiquæ lectionis volumen Epiſtolarum Alcuini luce donavimus: cui nunc in hoc tomo quinto addidimus inſignem ejuſdem Alcuini epiſtolam de confeſſione; ipſiuſque Dialecticam, vel Logicam; Dialogi forma itidem conſcriptam; & demum Alcuini Grammaticam, dignam profecto, quæ inter cætera ejus opera ſedem inveniat. Si enim Grammatica S. Auguſtini, & venerabilis Bedæ locum habet inter libros S. Auguſtini & Bedæ; ſi quæ Caſſiodorus de Grammatica, de Orthographia, de tropis & ſchematibus ſcripſit, meritò veneramur & amplectimur, cur par honor non haberetur Grammaticæ Alcuini, ob reverentiam, partim vetuſtatis, partim tanti ſcriptoris; qui more S. Auguſtini, Bedæ & Caſſiodori omnibus omnia factus eſt; Theologis Theologus, Dialecticis Dialecticus, Muſicus Muſicis; Rhetor Rhetoribus, Grammaticis Grammaticus, atque adeò puer pueris, ut omnes lucrifaceret. Nec dubito, quin Alcuinus ad exemplum S. Auguſtini & Bedæ ſeſe conformare voluerit; ut ſicut illi de omnium liberalium diſciplinarum genere præceptiones tradiderunt, ita & ipſe nihil litterarum religioſo viro dignum intactum relinqueret. Alcuini Grammatica.

Cæterum præter hæc multa alia ſcripſiſſe fertur Alcuinus. Trithemius enumerat ſequentia: *In Cantica Canticorum. In epiſtolas S. Pauli lib.* 14. *In Apocalypſin Joannis lib.* 1. *De adoptione filiorum Dei librum* 1. *Speculum parvulorum lib.* 1. *De eccleſiaſticis dogmatibus lib.* 1. *De nominum Dei proprietate lib.* 1. *Enchiridion in quoſdam Pſalmos. De artibus liberalibus lib.* 1. *Ad diſcipulos Dialogum.* Longè plura Alcuini opera percenſet Hæreticus Balæus Centuria ſecunda ſcriptorum Britanniæ, qui Grammaticam, quàm modò publicamus, citat hoc titulo. *De octo partibus lib.* 1. *Audivimus te doctiſſime &c.* Utinam exſiſteret, qui Alcuini omnia monumenta in lucem erueret; vel ſaltem illa, quæ jam ſunt eruta, unum in volumen colligeret, collectaque ſimul vulgaret; ne temporis ſucceſſu de- Alia Alcuini opera.

SÆC. VIII. ANNO 790.

nuò diſpergantur, ita ut vix amplius reperiri, & in unum conduci queant. Caveat autem, quiſquis hoc laboris ſuſceperit, ne inſcriptione deceptus, opuſcula quædam noſtro Alcuino attribuat, quæ ex officina Pſeudo Alcuini profecta ſunt. Et quis ille ſuppoſititius Alcuinus? Calvinus, ſi neſcis. Is enim exigua litterarum metatheſi nomen Alcuini initiò per ſummam fraudem & impoſturam uſurpavit, & tractatulis quibuſdam ſuis fallaciſſimè præſcripſit. Sed deprehenſa jam dudum eſt vafra illa vulpecula. Porrò Dialogo de Dialectica (qui num unquam uſpiam typis deſcriptus fuerit, explorare non potui) præponuntur in Codice S. Galli iſti verſus, & quidem cum hac epigraphe:

VERSUS ALBINI.

Me lege, qui veterum cupias cognoſcere ſenſus,
Me quicunque capit ruſticitate caret.
Nolo meus lector ſegnis ſit, nolo ſuperbus.
Devoti & humilis pectoris antra colo,
Has rogo divitias Sophiæ non temnat amator.
Navita quas pelagi portat ab orbe ſuo.

Etſi fortaſſe verſus iſti referendi ſunt ad Rhetoricam diſputationem Alcuini, quæ in codice S. Galli proximè antecedit: Nam ſequentes verſus, qui ibidem leguntur, ad Dialogum de Rhetorica pertinere, luce clarius eſt, ubi ſignum K denotat Carolum Regem, L. Alcuinum, Alternis enim loquuntur Carolus & Alcuinus.

L. *O vos eſt ætas juvenes, quibus apta legendo,*
Diſcite, eunt anni more fluentis aquæ.
Atque dies dociles vacuis non perdite rebus,
Nec redit unda fluens, nec redit hora ruens:
Floreat in ſtudiis virtutum prima juventus.
Fulgeat ut magno laudis honore ſenex.
K *Utere, quiſque legas librum, felicibus annis*
Auctorumque memor dic miſerere Deus.
L *Si noſtram lector feſtucam tollere quæras,*
Robora de proprio lumine tolle prius.
K *Diſce tuas juvenis, ut agas facundia cauſſas,*
Ut ſis defenſor, cura, ſaluſque tuis.
L *Diſce precor juvenis motus, moreſque vetuſtos,*
Laudetur toto ut nomen in orbe tuum.

Digitized by Google

JACOBI BASNAGII
IN
DIALECTICAM ALCUINI OBSERVATIO.

VErebatur Canisius ne aliquis exiguâ litterarum transpositione deceptus opera *Calvini* sub *Alcuini* venerando nomine legeret, ea potissimum ratione, quod *Calvinus nomen Alcuini operibus suis aliquando apposuerit.* Verum est, Spondanum eam falsitatis dicam Calvino dicere; notavit scilicet Apamiensis Episcopus Calvinum transpositis *litteris Alcuinum sese nominasse in Institutionis suæ editione Argentorati an.* 1539. nomen æmulatus *illius Alcuini, qui Caroli Magni Præceptor fuit & Parisiensem Academiam instituit.* Verum est etiam in Indice expurgatorio vetari, ne legatur *Alcuinus, sive potius Calvinus, seu ejus Commentarii in libros de Trinitate.* Unde conjiciat lector, Calvinum libros de Trinitate sub Alcuini nomine, quod falso titulo sibi adscripserat, exarasse. Res tamen dubia nisi falsa omnino videtur. I. Nulli sunt genuini Commentarii de Trinitate inter opera Calvini: Errant igitur expurgatores, qui illud opusculum Calvino tribuant, ipsumque sub alieno nomine delituisse confidenter asserant. II. Fuit ipse Alcuinus, qui libros tres de fide Trinitatis scripsit ad Carolum Magnum. Non ergo hic Calvinus, sed Alcuinus virgâ censoria notandus. III. Errat etiam Spondanus, qui Alcuinum Academiæ Parisiensis institutorem dicit; sed cum vulgari præjudicio peccaverit, illi facile condonandus est error. At aliud hic cubat mendum. IV. Ediderat Calvinus *Institutionem* jam an. 1535. eamque Francisco primo Galliarum Regi dicaverat; atqui non fit verisimile ut Institutio jam suo nomine à Calvino vulgata, quæ per annos quatuor ubique distracta transvolaverat, in posteriori editione sub alieno nomine ederetur. Quomodo sub Alcuini nomine delitescere poterat Calvinus, jam apud Helvetios, Germanos, Gallosque proprio nomine notissimus? Aliud observandum occurrit: Quomodo Alcuini, Magni illius Caroli præceptoris nomen conciliare potuisset Calvinus cum Francisci primi temporibus, cujus nomen præferebat epistola dedicatoria, quæ tamen in fronte operis legebatur? An fraudem omnibus obviam in fronte operis primo obtuitu animadvertendam commisisset vir ille? Donec igitur incidamus in Argentoratensem editionem, de qua Spondanus, crediderim facile tum expurgatores tum Spondanum, tum etiam Canisium hac in re vulgari quodam rumore deceptos fuisse, utpote quæ res verosimilis nullo modo videatur.

SÆC. VIII. ANNO 790.

Spond. ann. Eccl. an. 1534. n. 9. tom. II. p. 423.

Index exp. p. 36.

SÆC. VIII. ANNO 790.

(a) DIALECTICA ALCUINI

DIALOGO CONSCRIPTA.

Interlocutoribus

KAROLO MAGNO ET ALCUINO.

CAPUT I.

Etymon Philoſophiæ.

KAROLUS.

A. Alcuinum. K. Karolum Magnum denotat.

QUia mentionem Philoſophiæ in priore diſputationis noſtræ ſermone fecimus, videtur condignum, Magiſter, ut aliquando latiore indagatione de ea diſputare incipiamus.

A. Faciamus ſicuti tuæ videatur ſapientiæ condignum.

K. Primo omnium dic unde dicta ſit Philoſophia?

A. Ab amore ſapientiæ. Græci *philon* amorem, *ſophiam* ſapientiam vocant.

K. Dic ejus quoque definitionem.

A. Philoſophia eſt naturarum inquiſitio, rerum humanarum, divinarumque cognitio; quantum homini poſſibile eſt æſtimare. Eſt quoque Philoſophia honeſtitas vitæ, ſtudium benè vivendi, meditatio mortis, contemptus ſæculi, quod magis convenit Chriſtianis, qui ſeculi ambitione calcata diſciplinabili ſimilitudine futuræ patriæ vivunt.

K. Ex qua materia conſtat?

A. Scientia & opinione.

K. Scientia quid eſt?

A. Scientia eſt, cum res aliqua certa ratione percipitur ut: Eclipſis ſolis lunaris corporis objectu eſt.

K. Opinio quid eſt?

A. Opinio eſt, cum incerta res latet, & nulla firma ratione diffiniri poteſt, ut magnitudo cœli, vel profunditas terræ.

K. In quot partes dividitur Philoſophia?

A. In tres. Phyſicam, Ethicam, Logicam.

K. Hæc quoque latino ore exprome.

A. Phyſica eſt naturalis. Ethica moralis. Logica rationalis.

K. Officia

(a) Alia Dialectica ſive alius eſt de Categoriis Liber ex Ariſtotele ab Alcuino tranſlatus apud me m. s. quem Carolo Magno hoc titulo & carmine inſcribit:

ALCUINUS MAGISTER A PARTIBUS SCYTHIÆ DEVENIENS HAS CATEGORIAS AB ARISTOTELE GRÆCO SERMONE EDITAS, ET POST AB AUGUSTINO LATINIS LITTERIS ELUCIDATAS KAROLO REGI FRANCORUM CUM HIS VERSIBUS DESTINAVIT.

Continet iſte decem naturæ verba Libellus
Quæ jam verba tenent rerum ratione ſtupenda
Omne quod in noſtrum poterit decurrere ſenſum.
Qui leget ingenium veterum mirabile laudet
Atque ſuum ſtudeat tali exercere labore
Exornans titulis vitæ data tempora honeſtis.
Hunc Auguſtino placuit transferre Magiſtro
De veterum Gazis Græcorum clave Latina
Quem tibi Rex, magnus Sophiæ ſectator, amator
Munere qui tali gaudes modo, mitte legendum.

Incipiunt Categoriæ Ariſtotelis ab Auguſtino tranſlatæ: *Cum omnis ſcientia diſciplinaque artium diverſarum &c.* Hæc autem Dialectica Grammaticæ poſtponi debet, ſi ſervetur ordo rerum. Scriverius not. m. s. in Ant. Lect. Caniſii. Sed ipſe decipiebatur; quippe categoriæ ille decem, quas ex Ariſtotele vel Latinas feciſſe vel excerpſiſſe Auguſtinum aſſerunt multi, non ipſi debent tribui. Et revera Benedictini acutiſſimæ naris in diſtinguendis genuinis Auguſtini operibus, in ea præſtantiſſima quam curarunt editione nonmodo Dialecticam & Categorias ex Ariſtotele deſumptas, ſed & Grammaticam ut & Rethoricam Auguſtino abjudicarunt & in appendicem cum cæteris operibus ſpuriis rejecerunt. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

K. Officia ſingularum ſpecierum pande.

A. In Phyſica igitur cauſa quærendi. In Ethica ordo vivendi. In logica ratio intelligendi verſatur.

K. In quot ſpecies Phyſica dividitur?

A. In quatuor. Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, Aſtronomiam.

K. In quot partes dividitur Ethica?

A. In quatuor quoque. Prudentiam, Juſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam.

K. Logica in quot ſpecies dividitur?

A. In duas, in Dialecticam, & Rhetoricam; in his quippe generibus tribus Philoſophiæ, etiam eloquia divina conſiſtunt.

K. Quomodo?

A. Nam aut de natura diſputare ſolent, ut in Geneſi, & in (a) Eccleſiaſten; aut de moribus, ut in Proverbiis, & in omnibus ſparſim libris; aut de Logica, pro qua noſtra Theologicam ſibi vendicant, ut in Cantico Canticorum & ſancto Evangelio.

(a) f. Eccleſiaſte.

K. Theologica quid eſt?

A. Theologica eſt, quæ Latine inſpectiva dicitur, qua ſupergreſſi viſibilia, de divinis & cœleſtibus aliquid mente ſolum contemplamur. Nam in has quoque duas partes Philoſophia vera dividitur, id eſt, inſpectivam, & actualem.

K. Actualis quæ eſt?

A. Actualis eſt, quæ in operationibus huic vitæ mortali neceſſariis conſiſtit. Per hanc igitur mos honeſtus vivendi appetitur, & inſtituta ad virtutes tendentia exercentur; per illam verò Deus amatur, ſpe & fide colitur.

K. Quis eſt qui (b) Philoſophiam detrahere audeat?

(b) f. Philoſophiæ.

A. Nullus ſapiens.

K. Verè nullus ſapiens. Sed pergamus ad Dialecticæ artis inquiſitionem, & primum dic, quid ſit Dialectica.

A. Dialectica eſt diſciplina rationalis, quærendi, diffiniendi, & diſſerendi etiam, & vera à falſis diſcernendi potens.

K. Unde dicta eſt Dialectica?

A. Dicta eſt Dialectica, qui in ea de dictis diſputatur: nam *lecton* dictio dicitur. λέξις.

K. Quid eſt inter Dialecticam & Rhetoricam?

A. Dialectica eſt & Rhetorica, quod in manu hominis pugnus adſtrictus, & palma diſtenſa. Illa brevi oratione argumenta concludit. Iſta facundiæ campos ſermone copioſo diſcurrit. Illa verba contrahit, iſta diſtendit. Dialectica ſiquidem ad inveniendas res acutior. Rhetorica ad inventas dicenda facundior; Illa raros & ſtudioſos requirit; hæc frequenter procedit in turbas.

CAPUT II.

De ſpeciebus Dialecticæ.

Dialecticæ ſpecies.

K. QUot ſunt ſpecies Dialecticæ?

A. Quinque principales. (a) Iſagoge, Categoriæ, Syllogiſmorum formulæ & diffinitiones, Topyca, Periermeniæ.

CAPUT III.

De Iſagogis.

Iſagogæ.

K. QUæ ſunt Iſagogæ?

A. Iſagoga quippe latinè introductio dicitur

K. Quid ſignificat introductio?

A. Introductio eſt, quæ ſenſum noſtrum per varias diviſiones rerum communium ad proprietatem cujuslibet rei introducit.

K. Quæ ſunt partes ejus?

A. Videlicet, genus, ſpecies, differentia, accidens, proprium.

K. Genus quid eſt?

A. Genus eſt propriè, quod ſpeciebus differt; Et quid ſit ea ſubſtantia, de qua quæris, communi vocabulo oſtendit. Ut animal: Per ſingulas enim ſpecies, id eſt, hominis, equi, bovis, leonis, & cæterorum, Genus eſt animal, & æqualiter de omnibus prædicatur.

K. Quid

(a) Hæc erant ſupraſcripta: Introductiones, Prædicamenta, Analytica prima, id eſt: reſolutoria, Analytica ſecunda, Sedes ſubaudi argumentorum. De Interpretatione. CAN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

K Quid eſt ſpecies?

A. Species eſt, quod de pluribus & differentibus numero, non ſpecie, in eo quod quid ſit prædicetur. Nam de Socrate, Platone, & Cicerone æqualiter homo prædicatur. Una ſpecies hominum eſt ſecundum naturam, ſed multi ſecundum numerum.

K. Quid eſt differentia?

A. Differentia eſt, quæ quale ſit hoc vel illud animal oſtendit. Ut ſi quæratur, qualis ſit homo, dicimus, animal rationale & mortale. In his enim duobus, ab omnibus aliis animantibus ſecernitur. In eo quod dicit rationale, ſegregatur ab omnibus ratione non utentibus, dum dicit mortale, in eo ab Angelis differt; Angeli enim rationales & immortales ſunt; animalia verò & cætera mortalia ſunt & non rationalia; homo autem ſolus ex utriſque conſtat: hoc habens cum Angelis commune, illud cum cæteris animantibus. O mirum animal, una parte cœleſte, & altera terrenum!

K. Quid eſt proprium?

A. Proprium eſt, quando una quælibet ſpecies naturaliter aliquo certo additamento deſignari poteſt, & ab omni aliarum ſpecierum communione ſeparari. Ut ſolius hominis proprietas eſt, (a) riſibilis eſſe. Et ſciendum eſt, quod ſingulare proprium ſemper circumverti poſſe neceſſe eſt. Ut puta: quidquid homo eſt, riſibile eſt. Et, quicquid riſibile eſt, homo eſt. Et hæc circumverſio neceſſaria dicitur. Nec ita rationale (b) circum poteſt. Dicere verò poſſumus, quidquid homo eſt, rationale eſt; nec tamen converſo ordine rectè dicere poſſumus; Quicquid rationale eſt, homo eſt. Quia Angeli rationales ſunt, non tamen homines ſunt.

(a) f. riſibilem eſſe.

(b) f. circumverti.

K. Quid eſt accidens?

A. Accidens eſt, quicquid accidit vel recedit præter ſubſtantiæ corruptionem, ut color candidus, vel niger, ſtare vel jacere; eſurire vel ſatiari, & cætera talia. Sunt quoque accidentia, quæ ſic accidunt, ut penitus non recedant, ut proceritas vel brevitas in corpore, & cætera, quæ in ſingulis quoque membris inſeparabiliter aliquotiens accidunt, ut curvitas naſi, latitudo vel anguſtia oris, jocunditas oculorum, æqualitas ſuperciliorum, & alia multa.

K. Has quinque partes uno quolibet exemplo conjunge.

A. Genus eſt, ut animal: Eſt enim vocabulum generale, commune omnium animam habentium. Species eſt, ut homo; ſua enim quadam ſpecie ſeparatur à cæteris animantibus, & genus eſt totum, ut puta, tota viventia animalia dicimus; ſpecies quidem pars eſt, ut homo: pars quædam animalium homo eſt. Differentia, rationalis mortalis; his enim duobus, ut ſuperius diximus, differt homo à cæteris animantibus. Proprium eſt, quia ridere præter hominem nullius naturaliter animalis eſt. Accidens eſt, ut color in corpore, doctrina in animo; hæc enim temporum varietate & accidunt, & mutantur.

K. Quomodo ex his quinque partibus oratio plenæ ſententiæ conjungi debet?

A. Itaque homo eſt animal rationale, mortale, riſibile, boni malique capax; Sic etiam in omni oratione ſubſtantiali tam diu interponere debemus ſpecies & differentias, quamdiu ſecluſis omnibus, quæ idem eſſe poſſunt, quod inquiris, & ad id perveniatur, ut proprietas ejus ſubſtantiæ certa teneatur, quam diffinire cœpiſti; Hæc enim commentatio ſermone de Iſagogis Porphyrii dicta ſufficiant. Nunc ordo poſtulat ad Ariſtotelis categorias nos tranſire.

CAPUT IV.

De Categoriis.

Categoriæ.

K. SEquamur ordinem & ejus nobis nominis primo pande Etymologiam?

A. Categoriæ græcè, latinè prædicamenta dicuntur.

K. Quid ſignificas, dum dicis prædicamenta?

A. Dum de qualibet re loquor, tum de ea prædico, ſicut Philoſophi voluerunt intelligi.

K. Quot modis fit illa prædicatio, quam locutionem, ut mihi videtur nominare poſſumus?

A. Rectè tibi videtur. Duobus modis fit locutio noſtra, aut de ſubſtantia, aut de accidentibus.

K. Unde dicitur ſubſtantia?

A. Subſtantia dicitur, quia ſubſiſtit, ut eſt unaquæque natura, in ſua proprietate.

K. Quot ſunt accidentia?

A. Corporalibus naturis IX.

K. Quæ?

A. Quantitas, ad aliquid, qualitas, facere, pati, ſitus, ubi, quando, habere.

CAPUT

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

CAPUT V.

De IX. Accidentibus.

K. His IX. junctis ad ſubſtantiam, quam Græci vocant uſian, fiunt X. Categoriæ. Et inter hæc X. verba quicquid homo loquitur, inevitabiliter invenitur. Accidentia.

A. Sed priuſquam de his ſingulis diſputare incipiamus, omonymorum legem, quæ categoriarum ſunt inſtrumenta, videamus.

K. Fiat, & primum pande interpretationes nominum, de illis tribus ſpeciebus, quas in Grammatica legebamus, id eſt, omonyma, ſynonyma, polyonyma.

A. Omonyma, æquivoca, ſynonyma, univoca, polyonyma, plurivoca latinè dici poſſunt.

K. Eorum quoque differentiam audire expecto.

A. Omonyma ſunt, cum duæ res commune accipiunt nomen, rei verò interpretatione ſeparantur, ut homo pictus, & homo verus; In his namque unum nomen eſt, ratio vero vel interpretatio diverſa: cum enim dixeris, verum hominem animal eſſe, quod movetur, & cibum capiat, & ratione vigeat, cum nihil horum de picto potes dicere; neceſſariò videantur diſparia. Synonyma verò ſunt, quæ & nomine, & ſui interpretatione junguntur, ut animal eſt, quod cibum capit, ſpirat, movetur, & mortale eſt: hæc omnia de homine, de equo, & de bove ſimiliter dici poſſunt. Polyonyma ſunt, quando nomina multa unam rem ſignificant; neque ulla differentia vel ratio redditur nominum, cur unam rem tot nomina ſignificent. Ut enſis, mucro, gladius, his quoque junguntur Heteronyma, æquè nominibus res ſingulas ſignificantia, ſed in his ratio diverſitatem nominum diſcernit, velut homo mortalis, terrenus. Homo ab humanitate, mortalis à neceſſitate mortis, terrenus à terra, in qua cuncta gignuntur.

K. Ad quam ſpeciem propria nomina pertinent?

A. Regulariter ſcire debemus, omnia propria nomina communia eſſe poſſe, & omonyma vocari; ut Cicero non unus, ſed plures; ſed ſignis & proprietate quadam diſcernendi ſunt; Quis ſit ille, & quis alius, & quis tertius Cicero, ut alium craſſum dicas, alterum tenuem, vel longus dicatur alius, alter brevis, candido colore quis, alter nigro.

K. Omonyma quot modis fiunt?

A. Duobus, aut fortuito fiunt, aut hominum voluntate naſcuntur.

K. Fortuito quomodo?

A. Cum quodam caſu ſimile quis alteri accipiat nomen.

K. Quomodo voluntate?

A. Cum ſimilitudo nominis & induſtria imponentis (a) adfligitur.

(a) f adfigitur.

K. Si hæ partes plus poſſunt dividi?

A. Horum autem quæ & induſtria vel voluntate naſcuntur, quatuor ſunt genera: (b) *Icon*, *Catanalogiam*, *ap œnos*, *pros ena*.

(b) εἰκών, κατ' ἀναλογίαν, ἀφ' ἑνὸς, πρὸς ἕν.

K. (c) Latina ore hæc (d) aperit.

(c) lege Latino.

A. Similitudo, pro parte, ab uno, ad unum.

(d) f. aperi.

K. Exemplis confirma.

A. Similitudo, ut homo pictus, & verus, ſola in ſimilitudine copulantur: pro parte, ut quo pacto principium animalis cor dicimus, ita principium aquæ fontem dicimus: pro parte quadam utrique rei ſimilitudo nominis videtur adjuncta; ab uno, cum dicimus, medicinale ferrum, medicinale præceptum, medicinalis ſcientia, medicinalis uſus; Ab uno in cuncta deſcendunt: ad unum eſt, ille medicus ſalubris eſt, illa herba ſalubris eſt, ut illa potio ſalubris eſt. Hæc enim conjuncta unum, id eſt, ſalutem videntur attingere.

K. Quia mihi perſpicuè nominum varietatem dixiſti, ſupereſt, ut quæſtionum rationem exponas. Quas non niſi nominibus & verbis conſtare poſſe æſtimo: Ideo has duas partes principales eſſe, natura nos docet: nomen namque ſubſtantiam oſtendit; verbum, quid quiſque faciat, quidve patiatur.

A. Tribus ex fontibus omnes profluunt quæſtiones; aut ab his quæ ſunt, aut ab his, quæ percipiuntur, aut de his, quæ dicuntur. Una eſt ſubſtantiarum; quia ſunt omnes res, quas natura peperit; altera ſenſuum, quia ſenſu percipi non poſſunt, niſi hæ res, quæ ſunt, & quarum imagines animo formamus, & condimus; tertia dictionum: id namque quod quis concipit animo, lingua proſequenti demonſtrat: ergo quanquam ſeparatim hæc tria nominentur, mixtam tamen de tribus diſputationem debemus accipere. Nam de præceptis, qui loquitur, & originem rerum trahit, & præſidia orationis implorat. Sunt igitur illa, quæ aut percipimus ſenſibus corporis, aut mente & cogitatione colligimus; ſenſibus tenemus, quæ aut videndo, aut contrectando, aut audiendo, aut guſtando, aut adorando percipimus; mente cognoſcimus tum

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

tum quodlibet corpus, ut puta hominis vel animalis multis conſtare ex partibus intelligimus, etiam vel creſcere, vel ſeneſcere, modo angi curis, modo ſecuro pectore conquieſcere, ſanitate alias frui, alias dolores perpeti, peritum ex imperito, ex indocto doctum.

K. Fortè hæc ſapientes propriis nominibus diſcernere voluerunt?

A. Etiam; nam id quod corporali ſenſu diſcernitur, uſian, id eſt, ſubſtantiam dici juſſerunt; Illud autem quod animi tractatu ſolum colligitur, aut ſæpe mutatur, ſymbebicos, id eſt, accidens nominari maluerunt, uſian quoque ypocimenon, id eſt, ſubjacens appellare voluerunt. Illa vero quæ accidunt, enypocimeno, id eſt, in ſubjacenti dixerunt. Neceſſe eſt verò accidentia in qualibet eſſe ſubſtantia: ideo illa ſubſtantia ſubjacens dicitur; illa vero accidentia, in ſubjacenti ſubſtantia, utpote diſciplina in animo, color in corpore, aut de illis novem accidentibus quodlibet, quæ ſuperius nominavimus.

(a) οὐσία

K. Debemus tamen ipſa accidentia, vel in ipſa *uſia*, vel extra (a) *uſian* dicere eſſe?

A. Alia in ipſa, alia extra: intra uſian ſunt qualitas, quantitas, & ſitus. Hæc non ſine ipſa eſſe non poſſunt. Mox enim ut hominem vel equum dixeris, adverti neceſſe eſt bipedalem, aut quadrupedalem, album aut nigrum, ſtantem aut jacentem. Extra uſian vero ſunt locus, tempus, & habitus. Nam in loco vel tempore eſſe aliquem, veſtiri, vel armari, ab uſia ſeparata ſunt: alia ſunt communia, id eſt, intra & extra uſian, ut relatio, facere, & pati; Majus verò & minus unum in ſe habent, aliud extra ſe. Item facere & extra, & intra, ut cædere quiſque dici non poteſt, niſi alterum cædat: ſimiliter pati; cædi enim vel uri nullus poteſt, niſi ab altero patiatur. (b)

(b) m. s. patitur.

K. Eſt ne alia horum accidentium differentia?

A. Eſt. Ea enim, quæ inſunt cuique aut in ſolo, & in omni, aut in ſolo, & non in omni, aut in omni & non in ſolo, aut nec in ſolo, nec in omni eſſe neceſſe eſt. Et has quatuor ſpecies Græci vocant, Enmonocepanti; enmonoceupanti, expanti, ceumono, ceute enmono, utipanti.

K. Ut hæc exemplis planiora facias velim.

A. Ut ſi hominem quis definire volens, dicat, riſus eſſe capacem, hoc & in ſolo homine eſt, & in omni, ſolus namque homo ridet, & cunctis ridere naturale eſt. In ſolo & non in omni, ut ſi quis diffiniens hominem, capacem diſciplinæ dicat eſſe: hoc in ſolo quidem homine inveniri poteſt, non tamen in omni: neque enim omnes diſciplinas didicerunt aliquas; In omni, & non in ſolo, ut ſi quis hominem diffiniens dicat, id eſſe hominem quod ſpirat, quod cibum capiat: hoc in omni quidem eſt homine, non tamen in ſolo. Nam & pecudes cibum capiunt, & feræ ſpirant. Nec in ſolo, nec in omni; ut ſi quis in hominis diffinitione id eſſe dicat hominem, quod album eſt, nec in ſolo, nec in omni eſt, neque enim aut homo ſolus candidus invenitur, & non bos aut equus, aut omnis homo albus eſt.

K. Quæ ex iſtis ſpeciebus certiorem in uſia faciunt diffinitionem?

A. Duæ, in ſolo & in omni, altera quæ in ſolo, non in omni, ut hominem eſſe riſibilem, diſciplinæque capacem, hæ duæ ſpecies ad inveſtigandum uſian, de qua inquiris, viam monſtrant. Et duæ aliæ certum aliquid ſignificare non poſſunt.

CAPUT VI.

De Quantitate.

Quantitas.

K. DEcurſis igitur breviter partibus, quibus uſia poſſit intelligi, reſtat nunc ſermo de ſingulis uſiæ accidentibus inquirere; & quantitatem, quam primam poſuiſti, primum expone.

A. Nec ſine cauſſa illa prima poſita eſt; Nam cum aliquod corpus viderimus, id quantum ſit, æſtimare licebit.

K. Quomodo Quantitas æſtimari ſolet?

A. In menſura longitudinis, latitudinis & altitudinis; quia hæc tria corpus quodlibet habere neceſſe eſt. Hiſque ſingulis duæ ſpecies adjacent; longitudini, ante & retro; latitudini, dextrum & ſiniſtrum; altitudini, ſurſum & deorſum. His enim VI. partibus omne corpus circumſcribitur.

K. Quid ſi aliquis ſolam longitudinem metitur?

A. Longitudo ſola ſine latitudine menſurata gramme dicitur, id eſt, linialis menſura.

K. Quid ſi longitudini latitudinem metiendo quiſquis adjecerit?

A. Cum emenſa erit latitudo cum longitudine, epiſania dicitur, id eſt, ſuperficialis menſura.

K. Quid ſi his duobus altitudinem adjungit?

A. Cuncta hæc tria menſuræ ſociata ſolidum corpus perficiunt, cum VI. ſuis partibus

Digitized by Google

tibus præscriptis, hisque adscribitur secundum positionem longè vel juxta. Nam aliud quod mihi à dextris vel sinistris, antè vel retrò juxta est; aliud quod longè: Verbi gratia; Hic paries prope est, & ille vel ille mons longe. Sæc. VIII. Anno 790.

K. Potest ita de infra & supra intelligi?

A. Potest. Sed sciendum aliud esse naturale super & subter, aliud verò quod circa nos est.

K. Quod est naturale, & quod circa nos est?

A. Naturaliter enim cœlum supra est & terra infra, quod migratione nostra punctari non potest. Nostrum autem super & subter migratione commutatur, ut si quis cum inferioribus fuerit, ad superiora conscendit, aut è superioribus ad inferiora descendat.

K. Num omnia ad quantitatem pertinentia his VI. partibus includuntur?

A. Non omnia has circumpositiones habent. Tempus verò, & numerus, & oratio, licet ad quantitatem pertineant, his tamen non subjacent claustris; unum verò & decem & centum cùm dicimus, ipsum numerum solum dicentes, non aliquid corporaliter numerantes, non repperimus in illis dextrum aliquid vel sinistrum: similiter & in tempore aut sermone; maximè cùm hæc citissimè labuntur. Nam tempus in stabili motu semper decurrit, in tantum, ut diligentius considerantibus pœnè nihil præsens esse videatur. Ita & sermo cùm nondum dictus fuerit, non apparet: manifestum est igitur hæc tria positionem diversarum partium non habere.

K. Si magis aut minus, quod Græci *molon ceuton dicunt*, quantitas habere potest?

A. Non potest: magis bipedale, vel minus dici non potest; nec magis tres aut minus nominare licet, similiter tempus & oratio magis aut minus non habent, sed omnia quantitatis paria aut imparia nuncupanda sunt.

K. Quid si magis longum aut minus dicamus?

A. Tunc ad aliquid categoria erit, nam magis simile & minus simile solemus dicere, simile verò cuilibet simili simile est.

CAPUT VII.

De ad aliquid.

Ad aliquid.

K. VErum quia mentionem categoriæ ad aliquid fecisti, illius proprietates pande.

A. Faciam, licet extraordinariè: nam post quantitatem qualitas ponebatur in ordine. Ad aliquid ergò categoriam vocamus, qua id quod est dicitur ex altero, & sine cujus societate esse non possit, & cujus vis omnis ex alterius conjunctione descendit, ut duplum simpli dicitur duplum, & majus minori dicitur majus. Et simile simili dicitur simile. Et hoc claret ad aliquid non sua vi, sed alterius conjunctione consistere.

K. Sed si alio modo possit diffiniri profer.

A. Tunc ergò & verè & propriè ad aliquid dicitur. Cum sub uno ortu atque occasu, & id quod jungitur, & id cui jungitur, invenitur, ut puta servus & dominus utrumque vel simul est, vel simul non est. Etenim cùm dominum dixeris, necessariò existet & servus; cùm verò dominum tuleris, nec servus apparet; similiter duplum & simplum alterutrum se vel interimunt vel ostendunt. Apparente enim duplo nascitur simplum, duplum pereunte nec simplum poterit permanere, similiterque si simplum non sit, nec duplum est. At si simplum fuerit, & duplum necessario apparebit.

K. Quo numero, vel quibus casibus hæ conjunctiones nominum solent esse?

A. Sæpius singulari numero, ut simplum dupli, pater filii, sed & alia hujusmodi genitivo casui, alia dativo, pleraque ablativo copulari solent. Genitivo quidem, ut servus domini, duplum simpli; dativo, simile simili, par pari; ablativo verò, sensibile sensu sensibile.

K. Si huic categoriæ alterna conversio accidere potest?

A. Etiam; nam utrumque rationabiliter dici potest. Et servus domini, & dominus servi, & simplum dupli, & duplum simpli; Et sciendum est, quod semper relativa, vel simul nasci, vel simul extingui oportet. Ut subtracto servo dominus non est, remoto domino, nec servus apparet. Ita de patre & filio; ac ideò secundum hanc categoriæ regulam, miranda est Arii, vel magis miseranda, & ejus quoque sociorum stulta cœcitas; Asserentes filium secundum tempus patri esse posteriorem; dum omninò constat secundum Dialecticam, simul consempiternum esse filium cum patre. Et si Deus pater, quod nec illorum impietas audebat negare, æternus est, utique & filius æternus est, secundum Dialecticæ rationis necessitatem.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

CAPUT VIII.

De qualitate.

Qualitas.

K. NUnc qualitatis rationem expone, & primùm dic, quid ſit inter qualitatem & quale.

A. Qualitatem namque dicimus, dulcedinem, auſteritatem, albedinem, nigredinem; quale verò intelligitur, quoties album aliquid dicimus, dulce vel auſterum.

K. Videtur enim qualitatem magnam habere communionem cum cæteris categoriis.

A. Incurrit namque in cæteras omnes, & ideò difficilior eſt, ut puta in uſia invenitur, cùm dicimus, homo Grammaticus; in quanto, alba vel nigra epifania: In ad aliquid, prudens pater, optimus filius; in facere, durè ſaltat. In pati, fert fortiter vulnera: In loco, obſcurus locus; in tempore, calidus menſis aut frigidus; in jacere, pronus aut ſupinus jacet. In habere, decenter armatur.

K. Quot habet hæc categoria ſpecies?

A. Quatuor: quas Ariſtoteles genera vocat. Primum genus eſt habitus & affectio, ſecundum potentia naturalis, tertium paſſivæ qualitates ſive paſſiones. Quartum formæ ac figuræ.

K. Habitus vel affectio quid eſt?

A. Habitus eſt, quod animus longè habet tempore, ut virtus & diſciplina. Affectio eſt mutabilis mentis impulſio, ut repentina cupiditas vel iracundia.

K. Quid eſt inter virtutem & diſciplinam?

A. Hoc profecto, quod diſciplina in ea parte animæ, quæ rationabilis dicitur, tantummodo verſatur. Virtus verò, omnes animæ partes amplectitur, omnemque animam ſuo imperio gubernat, & regit. Ut & iracundiam domet, & cupiditates amoveat. Quod diſciplina haud facere valet.

K. Quot ſunt partes animæ?

A. Tres: rationabilis, iraſcibilis, concupiſcibilis. Sed hæc aliàs, nunc cœptum iter pergamus: videtur vel poſſe vel non poſſe.

K. Potentia naturalis quid eſt?

A. Quoties quis videtur vel poſſe, vel non poſſe ſe aliquid facere per naturam; ut verbi gratia, viſis corporibus puerorum, dicamus eos in futuro vel curſores vel pugillatores fore. Non quod adhuc hac arte teneantur, ſed videntur per naturalem potentiam eam poſſe habere, ſimiliter de ſalute & infirmitate ex corporis qualitate ſæpè ſolent Medici prædicere.

K. Paſſive qualitates vel paſſiones quæ ſunt?

A. Paſſivæ autem qualitates ſunt, aut albedo, aut nigredo, & eorum media, rubor & pallor; hæc enim non niſi vel animæ vel corporis paſſione naſcuntur. Ut enim nigreſcat aliquid, corporis paſſio eſt; ut palleſcat, vel rubeſcat, animæ. Quæ cum turpitudinis verecundiam ferre nequiverit, quaſi ad defenſionem ſui copiam ſanguinis in exteriores partes corporis fundit; Eoque fit, ut pudore nimio rubeſcamus; pallor quoque ſimili animæ paſſione conſiſtit. Cum perculſa metu nimio ad cordis ulteriora confugit, eam ſanguis inſequitur, ut deſertum ſanguine, quod eſt in conſpectu corpus albeſcat: hæ igitur qualitates, ſi diu perſeverant, paſſivæ qualitates dicendæ ſunt; ſi verò ad breve tempus extiterint, ita ut citò diſcedant, paſſiones eas potius nominamus.

K. Nunc quartam ediſſere ſpeciem, & primò quid ſit inter formas & figuras explana.

A. Figuræ inanimalibus tribuuntur, ut puta trigonus, vel tetragonus; formæ autem animalibus, in quibus formoſos aliquos, vel deformes aſſerimus. In eodem quoque qualitatis genere curvitas & rectitudo, aſperitas & lenitudo, raritas, & denſitas inveniuntur.

K. Si qualitas contrarietatem recipit?

A. Quædam recipit, & quædam non recipit. Quis enim dubitat, ſalvo contrarium eſſe languorem? Juſtitiæ injuſtitiam? malo bonum? E contra verò fuſco vel pallido, triangulo vel tetragono contrarium nihil eſt.

K. Si magis aut minus recipit?

A. Recipit omninò, ſed non omnis, nam magis album, vel magis nigrum dicere poſſumus, ſed magis trigonum, vel magis tetragonum dici non poteſt.

K. Si enim hæ quatuor prædictæ categoriæ proprium aliquid per ſe ſingulæ habeant, velim exponas.

A. Habent: nam Uſiæ proprium eſt, ut ſit ſingularis, atque una numero, & contraria in ſe ſuſcipiat, utputa homo ſingularis uſia eſt atque unius numeri, & ſuſceptibilis contrarietatis. Itaque modò ſanitatem, modò ægritudinem ſuſcipere poteſt; quantitati verò proprium eſt, ut ejus omnia paria vel imparia dicantur; ut iſte homo illi homini par vel impar eſt magnitudine. Ad aliquid verò proprietatem habet, ut in ſe con-

Digitized by Google

convertantur, ſicuti eſt ſervus domini, & dominus ſervi. Qualitatis verò ſingulare eſt, ut cuncta ejus ſecundum qualitatem ſimilia aut diſſimilia nominentur. Ut dulce enim dulci, albo album, calido calidum, aut ſimile aut diſſimile nuncupari ſolet. SÆC. VIII. ANNO 790.

CAPUT IX.

Facere & pati.

De facere & pati.

K. SUpereſt ut facere & pati, in quibus maximè verborum ratio conſtat, quia pariter neceſſe eſt, pariter reſpondeas.

A. Hæc duo ex qualitatis fonte videntur deſcendere. Id namque quod calidum facit, calidum ſit neceſſe eſt. Calidum verò quod eſſe cognoſcimus? ſimiliter quod calidum fit, à paſſione qualitatis accipit calorem, & qui docet, cùm docet doctor eſt & diſcipulum facit; Utrunque autem ſive doctor ſive diſcipulus, qualis eſt, & cætera his ſimilia.

K. Num in his categoriis contraria inveniuntur?

A. Solent enim genere eſſe ſimilia, contraria qualitate; etenim calidum quod frigido præſtat calorem ſui, ſub eodem genere eſt. Similiter quod dulce eſt, dulce non facit, niſi id quod dulce non fuerit. Nam ſi id, quod patitur, dulce fuerit per naturam ſui, alterius dulcedinem, quam recipiat, non habet. Neceſſe eſt ergò dulce non eſſe id quod patitur, ut dulcedinem recipiat alienam. Et contraria ſunt in qualitate, dulce & amarum.

K. Quid eſt quod dixiſti genere eſſe ſimilia?

A. Ignis non poteſt à melle accipere dulcedinem; Aqua verò poteſt; quia quandam ſimilitudinem habet in genere.

K. An magis an minus admittunt?

A. Etiam; poſſumus enim dicere, magis vel minus docet Magiſter, & magis vel minus doctus eſt diſcipulus.

CAPUT X.

Jacere.

De jacere.

K. QUid de jacere habemus intelligere?

A. Quid aliud niſi ſitum & poſitionem corporis? ſi jacet, ſtet, vel ſedeat quislibet, neceſſe enim, omne corpus quod in partibus, ut prædiximus, includitur, in quolibet eſſe loco, & quolibet modo in loco eſſe. Ut aut per longitudinem extendatur, aut per latitudinem diffundatur, aut per altitudinem erigatur. Et hæc omnia ad ſitum pertinent corporis; ſitus verò ipſe localis eſſe neceſſe eſt.

CAPUT XI.

Ubi & quando.

De ubi & quando.

K. QUid habes de ubi & quando dicere?

A. Quid aliud niſi quod ubi in loco & quando in tempore ſignificant; nam omne corpus neceſſe eſt locum aliquem in quolibet tempore occupare. Ut Romæ in ſenatu fui ante horam tertiam, poſt Martium menſem; Hæc in loco & tempore eſſe debent, non locus & tempus.

CAPUT XII.

Habere.

De habere.

K. REſtat ut de habere incipias dicere, & quot modis habere dicamur aliquid.

A. Octo habendi ſunt ſpecies; prima eſt, quoties animo aliquid habemus, ut juſtitiam, diſciplinas, virtutes, vel vitia. Secunda, quoties in corpore habere aliquid dicimur, ut albedinem, nigredinem, varietatem, vel cætera, quæ per qualitatem corpori inſidunt. Tertia de quantitate deſcendit, quoties quatuor vel quinque pedum habere dicimur longitudinem. Quarta cùm non in toto corpore, ſed in parte corporis aliquid habere firmamur, ut digito anulum, in pede calceos vel coturnos. Quinta

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

ſpecies eſt, cùm non in corpore ſed circa corpus habere aliquid dicimur, ut veſtis, atque indumenta omnia. Sexta, quoties ipſas corporis partes habere narramur, ut manus, pedes, caput, aut reliqua, quæ ſunt in compage membrorum. Septimus vel rò locus eſt, quoties far vel vinum vas aliquod habere dicitur. Octavus habendi gradus eſt, qui poſſeſſionem noſtram vel dominium videtur oſtendere, cum ædes, vel rus quis habere dicitur.

K. Nunquid non licet nobis dicere mulierem habere maritum, vel, vir uxorem habet, pater filium, vel filius genitorem?

A. Sanè ita dici Doctores reſpuunt, atque impropriè conferre confirmant. Propterea quod aſſerunt, non haberi poſſe, quod habeat habentem, ſed rectius dici autumant, eſſe mulieri virum, vel uxorem viro eſſe, patrem filio eſſe, famulis dominum eſſe, ſiquidem verbi hujus vim in hoc eſſe contendunt, ut ſignificare non poſſit, & habere aliquem & haberi.

K. Ex his omnibus decem prædicamentis unam mihi conjunge orationem.

A. Plena enim oratio de his ita conjungi poteſt: Auguſtinus, magnus orator; Filius illius, ſtans, in templo, hodie (a) infolatur, diſputando, fatigatur; Auguſtinus, uſia eſt; magnus, quantitas; orator, qualitas; Filius illius, ad aliquid; ſtans, ſitus; in templo, locus; hodie, tempus; (b) infolatur, habitus; diſputando, agere; fatigatur, pati.

(a) f. infulatur.

(b) l. infulatur.

K. Et eſt prima uſia his IX. accidentibus ſubjacens?

A. Nam neceſſe eſt magnitudinem vel qualitatem in quolibet corpore inveniri. Et patrem & filium inter duas uſias verſari. Similiter & in loco & in tempore eſſe, cujuſlibet corporis eſt, veſtri verò, & ſtare, & aliquid agere, vel pati, quis non agnoſcit, in quolibet corpore eſſe conſideranda? & hæc accidentia non niſi in qualibet ſubjecta ſubſtantia inveniuntur.

CAPUT XIII.

Contraria oppoſita.

De contrariis oppoſitis.

K. DUm ſæpius in noſtra diſputatione de contrariis introduxiſti, contrariorum vel oppoſitorum velim rationem exponas.

ἀντικείμενα.

A. Contrariorum verò genera quatuor ſunt, quæ Ariſtoteles Anticimena, id eſt, oppoſita vocat. Primum genus eſt, quod diverſum vocatur, ut ſapientia, ſtultitia, quod genus in tres dividitur ſpecies. Nam ſunt quædam ex eis quæ medium habent, ut candidum & nigrum medium habent colorem pallidum vel fuſcum. Sunt quædam quæ ſine medio ſunt, ut ſalus, ægritudo; horum nihil eſt medium; quia neceſſe eſt unum è duobus ineſſe corpori. Et ſunt quædam, quæ medium habent, ſed ſine nomine eſt medietas eorum, niſi huic oppoſitorum negatione formetur nomen, ut juſtum & injuſtum habent quiddam medium, ut eſt ſputa ſcreare, aures purgare, quæ vocabulum non habent, niſi dicamus, nec juſtum nec injuſtum. Secundum genus contrarietatis eſt relativorum, quæ ita ſibi opponuntur, ut ad ſe conferantur, ſicut duplum & ſimplum, magis & minus; & hoc ſolum genus oppoſitorum conferatur. Tertium genus eſt, quæ per habitum vel privationem fiunt; in his namque obſervari oportet, ut ſint utraque in eodem negotio, in eodem loco, in oportuno tempore; In eodem negotio ſunt cœcitas & viſus; in videndo enim & non videndo conſiſtunt. Hæc & in eodem loco ſunt; utrique namque cœcitati & viſioni in oculis locus; in tempore congruo, ut calvum non dicere, niſi eo tempore, quo capillos habere debuerat, non habeat; capillos verò habere, vel non habere, ſibi oppoſitum eſt. Quartum verò genus contrarietatis, ex adfirmatione & negatione, ut Homerus diſputat, Homerus non diſputat. Macharius currit, Macharius non currit. Quod genus apud Dialecticos omnes quæſtiones pænè generare ſolet.

K. Si aliquando mala malis opponuntur?

A. Etiam ſecundum Philoſophos, qui virtutes ſemper medias eſſe dixerunt; & ex utraque parte habere vitia. Et hoc reor Apoſtolum ſignificaſſe, dum dicit: Via Regia nobis gradiendum, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram declinandum, ut plus juſtum & minus juſtum.

K. Quomodo plus juſtum?

A. Plus juſtum eſt ſeveritas, minus juſto adulatio. Inter quæ duo mala mediam juſtitiam locaverunt. Similiter inter verſutiam hebetudinemque, prudentiam poſuerunt. Inter libidinem inſenſibilitatemque, temperantia conſtituta eſt; inter timiditatem & audaciam fortitudo regnat.

K. Quot modis prius dicimus?

A. Quin-

Digitized by Google

A. Quinque modis aliud altero prius dicitur. Primus eſt, cùm aliquem dicimus tempore priorem, id eſt, ſeniorem. Secundus modus eſt numero, dum dicimus, unum eſſe prius quàm duo, quia duo ex uno naſcuntur, non unum ex duobus; & uno pereunte, duo eſſe non poſſunt: duobus autem pereuntibus, unum tamen permanet. Tertius modus eſt ordinis, ut in diſciplinis, prius eſt ſingularium diſcere formas, & nomina litterarum, de hinc ſyllabarum conjunctiones cognoſcere, tunc verborum ſumere notitiam. Poſtremus nobis eſt rationis uſus adſumendus, propter quem cuncta quaſi præcurrentia membra prius diſcimus. Quartus modus eſt, dum fœliciores vel meliores priores vulgus adſolet dicere. Quintum genus eſt, quando illud prius eſt, quod ex ſe alterum facit, ut exempli gratia, ſi homo eſt, rectè eum dicimus animal rationale, mortale, riſus capax; ſed hoc genus prioris in ſe converti poteſt. SÆC. VIII. ANNO 790.

K. Quomodo?

A. Nam quidquid homo eſt, animal eſt, mortale, rationale, riſus capax. Item quidquid animal eſt, mortale, rationale, riſus capax, hominem eſſe neceſſe eſt. Sed tamen hominem neceſſe eſt prius eſſe; & ſic tandem iſta definitio vel converſio vera eſſe poterit.

K. Modos quoque, quibus aliquid ſimul eſſe dicamus, voluiſſem audire.

A. Tribus modis aliquid ſimul eſſe dicimus, aut tempore, aut natura, aut genere.

K. Da exempla.

A. Tempore, ut duos homines uno tempore ſimul eſſe dicimus, verbi gratia, Albinus & Homerus. Natura, ut ſimplum & duplum. Genere, ut animalia, quæ ſpecie diſcernuntur. Aliud pedeſtre, aliud volatile, aliud aquatile: quibus omnibus æqualiter animal genus eſt.

K. Quot modis fit differentia?

A. Materia, aut opere, aut utroque.

K. Pone exemplum.

A. Materia, ſi ſint anuli ſimiles duo; unus aureus, alter argenteus: opere, ſi ex auro diſſimiles anuli fabricentur; utroque, ut ſi anulus ſit aureus & ſtilus argenteus.

CAPUT XIV.

Argumenta.

De argumentis.

K. ARgumentorum rationem diverſitateſque voluiſſem ut enodares mihi. Et primùm, ut dicas, quid ſit argumentum flagito.

A. Argumentum eſt rei dubiæ affirmatio. Et conſtat ex (a) annunciatione.

K. Annunciatio quid eſt?

A. Oratio verum (b) ut falſum ſignificans, in nominativo caſu, cum eſt, & non eſt. Ut homo eſt, homo non eſt

(a) f. enunciatione.
(b) f. vel.

K. Quid in aliis caſibus?

A. Nihil verum ſignificat, addito eſt, non eſt, niſi addantur aliæ partes, ut hominis eſt, ut mortalis ſit & rationalis, vel non eſt. Item homini eſt riſus proprietas accidens. Ita & cæteris caſibus.

K. Scio, cùm dico, Homo eſt, vel, homo non eſt, verum eſſe vel falſum; ſed cùm dico, Homo vel non homo, Homo enim nomen eſt, ſed quid ſit non homo, velim ut dicas.

A. Homo, nomen eſt, ut dicis; non homo, indefinitum nomen eſt; hominem enim negas, nec tamen quid ſit, oſtendis.

K. Argumentorum rationes proſequere, & quo modo proponantur, ediſſere.

A. Aliæ igitur ſunt propoſitiones argumentorum univerſales, aliæ particulares, aliæ ſingulares, aliæ indefinitæ.

K. Harum ſingularum exempla profer.

A. Univerſales ſunt, ut omnis homo juſtus eſt, vel omnis homo injuſtus eſt: particulares, ut quidam homo juſtus eſt, quidam homo injuſtus eſt. Singulares, ut Homerus juſtus eſt, vel Homerus injuſtus. Indiffinitæ, ut homo juſtus eſt, vel homo injuſtus eſt.

K. Quomodo hæ appellantur propoſitiones argumentorum?

A. Hæ enim ſunt ſimplices, & appellantur categoricæ, id eſt, prædicativæ.

K. Unde dicuntur prædicativæ?

A. Quia homo ſubſtantia eſt; juſtitia accidens, & prædicatur de homine.

K. Quid eſt inter hominem & juſtum? nonne ſunt duo nomina?

A. Sunt enim duo nomina, & duo termini, & terminus major de termino minori prædicatur.

K. Quomodo?

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

A. Juſtitia enim de homine prædicatur, & homo eſt minor terminus. Non enim de ſolo homine, ſed de Deo & Angelis juſtitia prædicatur; & ideò major terminus juſtitiæ eſt, quàm homo, quia latius patet, & homo ſubjectus eſt juſtitiæ, & minor terminus ſubjectus dicitur, major quia latius vadit, prædicatus terminus dicitur.

K. Mirum mihi eſt, quomodo accidens major ſit, quàm ſubſtantia.

A. Quid enim candela vel lux, quæ de candela emicat, major, vel melior?

K. Utique lux.

A. Nonne lux accidens eſt candelæ, & candela ſubſtantia eſt?

K. Eſt, & agnoſco in eo accidens poſſe eſſe ſubſtantiâ melius vel majus. Sed proſequere cætera.

A. Sunt enim aliæ propoſitiones argumentorum hypotheticæ, id eſt, conditionales.

K. Quomodo conditionales?

A. Quibus conditio aliqua ſupponitur. Et ſunt duplices hoc modo, ut omnis homo, ſi bonus eſt, juſtus eſt, ita tandem juſtus eſt homo, ſi bonitatem habet. Item: cœlum, ſi rotundum eſt, volubile eſt; ita tandem volubile eſt, ſi rotundum eſt.

K. An neceſſe eſt, ut priora repetam, unum terminum majorem eſſe, alterum minorem?

A. Non: quia ſæpe accidit, æquales eſſe terminos, ut homo riſibilis eſt. Nam alia natura riſibilis non eſt, niſi homo, nec latius, riſibilis, vadit, niſi ad hominem ſolum.

K. Quomodo diſcerni poſſunt, qui ſint æquales vel inæquales.

A. Quod æquales æqualiter circumverti poſſunt. Hoc modo; quicquid homo eſt, riſibile eſt, & quicquid riſibile eſt, homo eſt. Nec ſic inæquales circumverti poſſunt, ut quicquid homo ſit, juſtum ſit, vel quicquid juſtum ſit, homo ſit.

K. Quomodo quælibet res his argumentis confirmari poteſt, aut deſtrui?

A. Hoc modo, ſi omni homini rectè loqui bonum eſt, tum Grammatica bona eſt. Nulli dubium eſt, quin rectè loqui bonum eſt: utique Grammatica bona eſt; quia rectiloquium ſine Grammatica eſſe non poteſt. Item: Si ruſticitas mala eſt, utique Grammaticam non legere malum, quia omnis homo abſque Grammatica ruſticus eſt. Item: ſi omnis ſapientia bona eſt, utique Philoſophia bona eſt, quia philoſophia ſumma ſapientia eſt, & hi ſunt ſyllogiſmi conditionales.

K. Et qui ſunt prædicativi?

A. Qui ſimpliciter vadunt, hoc modo. Ut omne juſtum honeſtum, omne honeſtum bonum, omne igitur juſtum bonum. Hæc univerſalia confirmativa dicuntur, quia univerſaliter concludit, omne juſtum bonum eſſe. Item omne juſtum honeſtum, nullum honeſtum turpe, nullum igitur juſtum turpe; hic enim ex univerſali adfirmatione tranſit ad univerſalem negationem & confirmat: Nullum juſtum eſſe turpe. Item, quoddam juſtum honeſtum. Omne honeſtum utile, quoddam igitur juſtum utile. Hic particulariter adfirmat, quoddam juſtum utile eſſe. Item, quoddam juſtum honeſtum, nullum honeſtum turpe, quoddam igitur juſtum non eſt turpe. Hic quoque particulariter per negationem adfirmat, quoddam juſtum non eſſe turpe, horum enim ſyllogismorum multæ ſunt ſpecies: ſed hæ ad præſens ſufficiant, ad cognoſcendum univerſales & particulares concluſiones in adfirmando & negando.

K. Qualiter ſyllogismus confici debet?

A. Ex tribus ſæpiſſimè membris. Ita ut ex duabus primis propoſitionibus tertia conficiatur concluſio, ut ſi quæratur, an caſtitas utilis ſit, dicamus. Omnis virtus utilis eſt, Caſtitas autem virtus eſt, Caſtitas igitur utilis eſt. Ex utilitate igitur & virtute quoddam tertium colligitur, & neceſſariò concluditur, ut Caſtitas utilis ſit.

CAPUT XV.

De modo diffinitionum.

Definitiones.

K. MOdo enim velim, ut diffinitionum modos & diviſiones (a) enucleas mihi, & primum dicito, quid ſit diffinitio.

(a) f. enuclees.

A. Diffinitio eſt oratio brevis & lucida ejus rei, de qua quæritur, naturam ab aliis rebus diviſam propria ſignificatione concludens.

K. Quomodo hæc incipere debet diffiniri?

A. Primum enim hanc per immenſum tendi oportet, incipientem à genere, dehinc paulatim currendo per partes devenire debet ad id, in quo ſolum eſt id, quod diffinitum eſt; ut hi, qui ſigna formant, primò immenſum ſibi deligunt lapidem, dehinc paulatim minuendo, & abſcindendo ſuperflua ad formandos vultus, & membra perveniunt. Sic diffinitio à genere incipiens, depulſa paulatim generalitate verborum, ad proprium demonſtrandæ rei cubile tendit accedere.

K. Da exemplum.

A. Homo eſt ſubſtantia, animata, rationalis, mortalis, riſus capax: à latitudine ſubſtantiæ

Digitized by Google

ſtantiæ primò hæc incipit diffinitio; Quia quicquid naturarum eſt, ſubſtantia dici poteſt, deinde dicit hominem ſubſtantiam animatam. In eo quod dicit animata, ſecernit eum ab his, quæ animam, id eſt, vitam non habent. In eo, quod dicit, rationalis, ſegregat eum ab omnibus rationem non habentibus. In eo, quod dicit mortalis, dividit eum ab Angelis, qui non moriuntur, Et ſic pervenit ad proprietatem hominis, id eſt, riſus capax, quod ſolius eſt hominis. SÆC. VIII. ANNO 790.

CAPUT XVI.

De ſpecie diffinitionum.

Species diffinitionum.

K. QUot ſpecies ſunt diffinitionum?

A. Quindecim: ſed aliæ ex his ad Dialecticos pertinent, aliæ ad Rhetores.

K. Illas maximè velim audire, quæ magis ad Dialecticos pertinent.

A. Eſt enim principalis diffinitio, quæ ſubſtantiam cujuslibet naturæ propriæ demonſtrat. Qua maximè Philoſophi utuntur. Ut, homo eſt animal rationale, mortale, ſenſus diſciplinæque capax. Hæc enim diffinitio per ſpecies & differentias deſcendens venit ad proprium, & deſignat pleniſſimè quod ſit homo. Item eſt ſpecies diffinitionis, quæ à notitia dicitur, & rem aliquam per actum ſignificat; non per ſubſtantiam; ut homo eſt quid rationale conceptione, & exercitatione naturali, præeſt animalibus cunctis. Hic enim actum hominis ſignificat, non ſubſtantiam. Item in Pſalmis *Beatus vir qui in lege Domini meditabitur die ac nocte:* Hic enim per actum ſignificatur quid agat beatus vir. Item eſt ſpecies diffinitionis, quæ qualitativa dicitur, quæ quamlibet perſonam per qualitatem deſignat. Ut ſi quæratur qualis ſit homo, reſpondetur: Homo eſt, qui ingenio valet, artibus pollet, inter bonum malumque diſcernit. Item in Pſalmis Propheta oſtendit, qualis ſit Chriſtus dicendo: *ſpecioſus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis.* Item, diffinitio eſt per differentiam. Ut ſi quæratur, quid inter Regem & Tyrannum ſit, adjecta differentia, quid uterque ſit, diffinitur hoc modo: Rex eſt pius & modeſtus; Tyrannus verò impius & immitis. Et in Pſalmo: Mutuatur peccator, & non ſolvit: *Juſtus autem miſeretur, & tribuit.* Item ſit diffinitio quædam per privantiam. Ut ſi quæratur, quid ſit ſubſtantia, dicatur: ſubſtantia eſt, quod neque qualitas eſt, neque quantitas, neque aliquod accidens. Hoc enim genere diffinitionis & Deus utcunque intelligi poteſt. Dum enim quid ſit Deus, nullo modo comprehendere valeamus, id eſt, naturam ejus, ut eſt, nullus effari poteſt, ſed ex eo quod non eſt, ſecundum Philoſophos definiendus eſt. Ut ſi dicamus, Deus neque corpus eſt, neque animal, neque ullum elementum, neque ſenſus noſter, neque intellectus, neque aliquid, quod ex his capi poſſit. Item quædam diffinitio eſt per indigentiam pleni, in eodem genere. Ut ſi quæratur quid ſit quadrans, reſpondetur cui dodrans deeſt, ut ſit aſſis. Item quædam diffinitio eſt per laudem, ut dux eſt animus, & diſciplina civitatis, & in Pſalmo, *Lex Domini irreprehenſibiils, convertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans parvulis.* Item quædam diffinitio eſt quaſi juxta rationem, id eſt, cum majoris rei nomine minor res oſtenditur: ut homo eſt minor mundus. Et edictum eſt lex annua.

K. Cui enim parti Dialecticæ artis hæ diffinitiones maximè jungendæ ſunt?

A. Topicis.

K. Quæ ſunt topica?

A. Argumentorum ſedes, fontes ſenſuum, origines dictionum.

K. In quot ſpecies dividuntur topicorum argumentationes?

A. Topicorum, id eſt, localium argumentatio triplex eſt, quia ſunt argumenta, aut in ipſo negotio, de quo agitur, aut ex rebus aliis tracta naſcuntur, aut certè extrinſecus adſumuntur.

K. Primam expone ſpeciem.

A. Tribus modis ab ipſo negotio ſecundum Dialecticos ſumuntur argumenta: A toto, à partibus, à fine.

K. Exemplis confirma.

A. Totum duobus modis dici ſolet, aut à genere, ut ſi quæratur, an juſtitia utilis ſit, fiat hujuſmodi ſyllogismus: Omnis virtus utilis eſt. Juſtitia autem eſt virtus, ergo juſtitia utilis eſt. Hic autem à toto, id eſt, à genere, virtute ſcilicet, quæ juſtitiæ genus eſt, comprobatur, Juſtitiam utilem eſſe. Item totum eſt, quod ex multis partibus integrum conſtat, ut mundi integritas ex multis conficitur partibus, cujus quædam pars homines ſunt. At ſi quæratur, ſi humanæ res divina providentia regantur, fiat hujusmodi ſyllogismus: Si mundus Dei providentia regitur, homines autem pars mundi ſunt, humanæ igitur res divina providentia reguntur: hic neceſſe eſt intelligi, id parti congruere, quod toto evenit. Item à partibus argumenta dicuntur. Ut ſi quæſtio

ſit

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

sit, an sit utilis medicina, dicatur: si depelli morbos, salutemque servari, mederique vulneribus utile est, quæ sunt partes Medicinæ. Utilis est igitur Medicina. Item à fine, quem quidam notam vocant, fit argumentum. Ut si quæratur, an justitia bona sit, fiat syllogismus talis: si beatum esse bonum est, & justitia bona est: hic est enim justitiæ finis, ut qui secundum justitiam vivat, ad beatitudinem perveniat. Et necesse est eam rem bonam esse, cujus finis bonus est.

K. Illa argumenta, quæ aliunde attrahuntur quot species habent?

A. Tredecim, alia à conjugatis fiunt, alia à genere, alia à specie, alia à similitudine, alia à differentia, alia à contrariis, alia à consequente, alia ab antecedentibus; alia ab adjunctis, alia à repugnantibus, alia à caussis, alia ab effectis, alia à comparatione.

K. Hoc quoque exemplis lucidius aperi.

A. Faciam.

CAPUT XVII.

Conjugata.

A Conjugatis.

PRimum à conjugatis dicitur argumentum hoc modo; Cum ex conjugatione, id est, derivatione nominis vel verbi fiat conjectura, ut si scripsit, scriptor est: si conpascuus ager est, jus est compascere. Compascuus enim, & compascere, inter se juncta sunt, & Terentius: Homo sum, humani à me nihil alienum æstimo. Et Cicero Verrem dixit everrisse provinciam.

Genus.

CAPUT XVIII.

A Genere.

A Genere argumentum est, quando à re generali ad speciem aliquam descenditur. Ut mulierum genus avarum est. Nam (a) Euripila auro vitam viri vendidit, & item, si libidinosus & adulter, si avarus & fur.

Species.

CAPUT XIX.

A Specie.

A Specie. Ut cum probare crudelem volumus, quædam ab eo crudeliter facta doceamus. Item illud Virgilii: An non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor, Ledeamque Helenam Trojanas vexit ad urbes? Nam Phrygius pastor species est. Etsi istud ille unus fecit, & illi hoc Trojani generaliter facere possunt. Species enim semper subest generi, ut homo subest animali, ac ideo genus totum dicitur, species pars: ut cupiditas genus est omnium libidinum: pars etiam quædam cupiditatis, id est, species avaritia.

CAPUT XX.

Similitudo.

A Similitudine.

A Similitudine argumentum est, quando rebus aliquibus similia proferuntur, ut ex eo, quod certum circa rem similem acciderit, id quoque quod dubium est, & in quæstionem venit, conprobetur. Inspicitur sæpe similitudo in contrariis, ut si his, qui imprudentes læserunt, ignosci convenit, his qui necessario profuerunt, gratiam habere non oportet. Hic contraria sunt, prodesse & nocere, similitudo autem animorum est. quodque neque ille voluit obesse, neque hic prodesse. Fit & per paria, cum non ex contrariis rebus, sed ex simillimis per naturam probabile colligimus argumentum. Nam ut locus in mari sine portu navibus intutus est; sic animus, qui sine fide est, amicis non potest esse portuosus. Fit & in his rebus, quæ sub eandem rationem cadunt, dum ex unius ei ratione, alterius quoque ratio comprobatur. Ut puta, qui filium vendidit, iniquam rem fecerit. Et qui emit, iniquè fecerit.

CAPUT XXI.

Differentia.

A Differentia.

A Differentia fit argumentum, quando per differentiam aliquæ res separantur. Ut Virgilius: *Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis.* Fit quoque differentia, cum in eodem genere species ab alia specie secernitur, ut Marcus Tullius: Qualis in urbana provincia fuerit Verres, talem in provinciali esse.

CAPUT

(a) Leg. Erephila, aut Eriphiphila: ut observavit D. Caperonier Prof. Regius Græcarum Litterarum Parisiis.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

A Contrariis.

Contraria.

A Contrariis ſumitur argumentum, quando res ſibimet diſcrepantes opponuntur, ut Virgilius: O genitrix, quo fata vocas, aut quod petis iſtis? Mortali-ne manu factæ immortale carinæ fas habeant, certuſque incerta pericula luſtret. Æneas Jovis. Ad Berecynthiam fertur dixiſſe. Et ſi deſertor appellandus eſt, qui hoſtem vitat ac fugit, is certè, qui non vitavit, nec fugit, ſed ultrò adpetit, deſertor nullo modo dici poteſt. Et ſi honeſtum eſt aliquid, turpe non eſt. Et ſi jure factum eſt aliquid, non poteſt pro injuria vindicari.

CAPUT XXIII.

A Conſequente.

Conſequens.

A Conſequente, quando poſitam rem aliquid inevitabiliter conſequitur. Ut Virgilius: Non nos aut ferro Lybicos populare penates venimus, aut raptas ad littora vertere prædas. Non ea vis animis. Et reliqua: & ut mulier peperit, cum viro concubuit, peperit igitur: conſequens ſit neceſſe eſt, quia concubuit cum viro.

CAPUT XXIV.

Ab Antecedentibus.

Antecedens.

AB Antecedentibus argumentum eſt, quando ex his, quæ prius geſta ſunt, conſequentia approbantur. Ut Marcus Tullius pro Milone: Cumque ante diem tertium prædixerit Clodius, Milonem periturum, cum ille non dubitaverit aperire, quid eſſet facturus, vos poteſtis dubitare quid fecerit? præceſſit enim prædicatio, & ſecutum eſt factum, & reliqua.

CAPUT XXV.

Adjuncta.

Ab Adjunctis.

AB Adjunctis argumenti fides ſumitur, cum probabiliter oſtenditur, quid ſit ex re quaque venturum, ut Virgilius: Nos ſi pellant, nihil abfore credant, quin omnem Heſperiam ſua ſub juga mittant. Omnis enim res habet aliquid præcedens, aliquid ſimul, aliquid ſubſequens; & ideo ex his omnibus argumenta colligimus. In adjunctis etiam, ut Cicero voluit, maximè qværitur, quid ante rem, quid cum re, quid poſt rem evenerit. Qui locus magis ad conjecturam pertinet. Ante rem apparatus, colloquia. In re, ſtrepitus pedum: poſtremo pallor, rubor, & ſi quæ ſunt ſimilia. Locus ab antecedentibus, & conſequentibus, & repugnantibus eo differt à conjunctis ſive adjunctis. Conjuncta non ſemper eveniunt, conſequentia vero ſemper. Ea igitur ſunt conſequentia, quæ rem neceſſariò conſequuntur; ut ſi dies eſt, lucet. Item antecedentia & repugnantia. Quicquid enim conſequitur quamque rem, id cohæret cum re neceſſariò. Et quicquid repugnat, ejusmodi eſt, ut cohærere nunquam poſſit.

CAPUT XXVI.

A Repugnantibus.

Repugnantia.

A Repugnantibus argumentum eſt, quando illud quod objicitur reo, aliqua contrarietate deſtruitur. Ut Cicero dicit. Is igitur non modo à te periculo liberatus, ſed etiam ampliſſimo honore ditatus arguitur domi ſuæ te interficere voluiſſe. Item ſi qua die cædes iſta Romæ facta eſt, ego Athenis fui, in cæde intereſſe non potui.

CAPUT XXVII.

A Cauſis.

Cauſæ.

A Cauſſis argumentum ducitur, quando ex conſuetudine communi res quæ tractatur, fieri potuiſſe convincitur, ut Terentius: Ego non nihil veritus ſum dudum abs te cavere, ne faceres, quod vulgus ſervorum ſollicitat, dolis ut me deluderes. Fit quoque hoc modo à cauſa argumentum, dum cauſam adulterii libidinem eſſe dicimus;

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

sive parricidii avaritiam; sed & tum latius disputandum est de vi caussæ, id est, avaritiæ, sive libidinis. Quatenus si caussa turpis videatur, res quoque inhonesta videatur: ut qui lucri caussa faciendi venit in templum, sacrilegus est. Non enim res maleficium facit, sed caussa faciendi. Nec exitu, sed conatu malefacta existimantur.

Effecta.

CAPUT XXVIII.

Ab Effectis.

AB effectis argumentum est, cum ex his, quæ facta sunt, aliquid adprobatur: ut Virgilius. Degeneres animos timor ostendit: nam timor est caussa, ut degener sit animus, quod timoris est effectivum. Efficientia sunt, quæ vel vi sua aliquid conficiunt, ut ignis incendium, vel sine quibus effici non potest aliqua res; ut naves sine trabibus. Efficientia alia sunt necessaria, alia non. Huic loco efficientium causarum junctus locus est, effectus è caussis, id est, eventus. Ut enim causa quid sit effectum indicat, sic effectus, quæ fuerit causa, demonstrat, ut fumus ignem, & ideo Cicero loco efficientiæ caussam posuit, eventum verò loco effectorum: ut siquidem insolentem probaveris, dicas etiam arrogantem futurum; Ita per eventum, id est per effectum insolentiæ, arrogantiam probas. Arrogantiæ verò caussam, id est, efficientia insolentiam.

CAPUT XXIX.

Comparatio.

A Comparatione.

AComparatione argumentum ducitur, quando per collationem personarum sive caussarum sententiæ ratio confirmatur, & semper augendæ rei studet comparatio. Fitque tribus modis, à majore, à minore, à pari; à majori hoc modo, ut Virgilius: Tu potes unanimos armare in prælia fratres; ergo qui cum fratribus hoc potes, quanto magis in aliis. Item à majore. Si adulterum occidere licet, licet & loris cædere. A minorum comparatione, ut si furem nocturnum occidere licet, quidni latronem? Item à minore: Si exiguæ pecuniæ caussa peccare non dubitavit, quid cum illi majus esset propositum lucrum? Certè non abstinuit. A parium comparatione, ut Virgilius. *Tu potes Æneam manibus subducere Graium. Nos aliquid contra Rutilos juvisse nefandum est.* Item à pari, Si quis neget cædem à se esse factam, eò quod non ipse percusserit, dicitur ei, nihilum interesse, utrum auctor quis fuisset cædis, an ipse percusserit, quia ex utroque in eundem exitum scelus venerit.

K. Si Evangeliстæ similitudines pertinent, an non, ad istas species, ubi dixisti à similitudine vel à contrario argumenta esse ducenda?

A. Pertinent utique.

K. Quonam modo?

A. Quædam enim similitudines à pari dicuntur, quædam à contrario; quæ vero à paribus, his verbis jungi possunt, sicut istud, sic & illud. Sicut de servo qui dimissus à domino suo, suffocavit conservum, dici potest. Sicut dominus huic servo nequam non dimittenti conservo suo fecit, sic pater vester cœlestis faciet vobis: & reliqua, Item de fœneratore, qui cum duobus debitoribus donavit quod debebant, ab eo plus dilectus est, cui plus donavit: Et de homine qui habebat duos filios, majorem in agro sibi propinquantem, minorem in longinquo luxuriantem: & innumerabilia hujusmodi. De his enim, quantum similia sunt, ducitur intellectus ejus rei, cui adhibentur insinuandæ. Quæ sunt à contrario his verbis jungi possunt, si istud, quanto magis & illud. Ut ille, qui non propter amicitiam, sed ut tædio careret, jam dormiens excitatur, ut tres panes accommodet amico suo: si enim ille molestia compulsus dedit: quanto magis Deus, qui suos servos diligens hortatur, ut petamus, dabit bona petentibus se. Item iniquitatis villicus, qui falsatis chirographis providebat sibi, & laudatus est à domino suo, hoc argumento concludendus est. Si laudari potuit ille à domino, qui fraudem faciebat, quanto amplius placeant Domino Deo, qui præcepta instituta fideliter agunt: sicut etiam de judice iniquitatis, qui interpellabatur à vidua, comparationem duxit ad judicem Deum, cui nulla ex parte judex iniquus conferendus est.

CAPUT XXX.

Perihermeniæ.

De Perihermeniis.

K. PErihermeniarum subtilitates à te audire desidero, de quibus (*a*) dictum, Aristotelem in mente tinxisse calamum, dum eas scriptitabat. A. Sub-

(*a*) Hoc dictum Caroli Magni est etiam in epistolis Alcuini epist. 58. ubi notas vide. Περιερμηνεία interpretatio, explicatio. B.

Digitized by Google

A. Subtilitas earum nimia est, sed angustia nostræ disputationis pauca de eis tangere habet. Et tantummodo, quo illæ spectant aperiendum videtur. SÆC. VIII. ANNO 790.

K. Illius nominis interpretationem primum expone.

A. Perihermeniæ dicuntur, quasi de interpretatione.

K. Quomodo de interpretatione?

A. Omnis quippe res, quæ una est, & uno significari sermone poterit, aut per nomen, aut per verbum demonstratur.

K. Quomodo demonstratur vel hoc vel illud?

A. Per nomen substantia omnium rerum significatur, ut homo: per verbum, actio, vel passio cujuslibet rei ostenditur, ut homo currit, homo uritur. Quæ duæ partes orationis interpretantur totum, quicquid mens conceperit ad eloquendum.

K. Quid est conceperit?

A. Conceperit est intellexerit, omnis enim elocutio mentis interpres; quia quod mens intelligit, elocutio interpretatur per catafasin vel apofasin. κατάφασιν. ἀπόφασιν.

K. Hæc duo nomina quæ induxisti latino ore profer.

A. Catafasis est adfirmatio: ut homo currit. Apofasis est negatio: ut homo non currit.

K. Quot species sunt perihermeniarum?

A. In septem species prædictus Philosophus eas dividit, id est, nomen, & verbum, orationem, enunciationem, adfirmationem, negationem, contradictionem.

K. Num me iterum per Grammaticam ducere disponis?

A. Dispono, sed excelsiore gradu, & si interrogas, videbis, quantum distat Dialectica subtilitas à Grammatica simplicitate.

CAPUT XXXI. Nomen.

Definitio nominis.

K. NOmen quid est?

A. Vox significativa secundum placitum, sine tempore diffinitum aliquid significans, in nominativo casu, cum est, &, non est, in obliquis casibus nihil, cujus nulla pars est significativa separata, ut Socrates.

K. Lucidius hanc philosophicam diffinitionem explana.

A. Nomen est vox significativa; nam omne nomen aliquid significat visibile vel invisibile.

K. Substantiale vel accidens?

A. Omnis enim natura quæ est, substantia dici potest, ut homo; & omni igitur naturæ præter Dei solius aliquid accidit, ut homini in corpore color, in animo disciplina.

K. Nunquid non Deo accidit bonitas, justitia & cæteræ virtutes?

A. Non accidit ei bonitas & justitia, sed ipse est bonitas & justitia; ita & de aliis virtutibus sentiendum est.

K. Quid est secundum placitum?

A. Id est, secundum compositionem singularum gentium, nam res eædem omnibus gentibus sunt. Nomina verò diversa, & secundum placitum imponentium composita, ut auri eadem natura est apud Græcos & Latinos, dum illi hoc Krysson nominant, isti aurum.

K. Quomodo sine tempore?

A. Quia nomen tempus non attrahit, sicut verba faciunt.

K. Quid est: diffinitum aliquid significant?

A. Omne enim nomen in nominativo casu cum verbo substantiale *sum* aliquid certum significat, in adfirmatione vel negatione, ut homo sum, homo es, homo est. Arbor non sum, non es, non est. In obliquis verò casibus nihil certum significat, nisi additis aliis partibus ad plenam significationem, ut hominis istius est liber iste. Ut huic homini da hunc librum. Ut hunc hominem legere fac librum istum. Ut ab hoc homine librum istum didici.

K. Quid est: cujus nulla pars est significativa separata?

A. Nam Socrates trisyllabum nomen est, separatis verò singulis syllabis, nil enim per se significat, nec So, nec cra, nec tes.

K. Num non domus si dividitur in duas syllabas, id est, do & mus, significat tamen aliquid, & talia innumerabilia?

A. Significat enim, sed nihil ad prioris nominis significationem pertinet secundi nominis significatio. Nam mus animal est per se; & do, verbum aliquid actionis significans, sed utrorumque significatio nil ad domum significandam pertinet.

K. Qualiter in compositis nominibus, ut est hircocervus, quod græcè tragelaphus dicitur? num non ideò hircocervus videtur dici, quia quandam similitudinem habet cervi, quandam hirci?

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

A. Fortè fieri poteſt, ut ideò dicatur. Sed ſi hirco cervum nomino, quod animal tunc intelligis me ſignificare, vel hircum vel cervum?

K. Nec hircum nec cervum, ſed illud animal quod eo ſolet nomine ſignificari.

A. Et ideò nihil illud nomen ſeparatum ſignificat, quod ad primam naturam pertineat, quam primò ſignificare incipiebat.

CAPUT XXXII.

Definitio verbi.

Verbum.

K. VErbum quid eſt?

A. Vox ſignificativa ſecundum placitum cum tempore diffinitum aliquid ſignificans & accidens.

K. Intelligo enim ex prioris diffinitionis interpretatione, quid eſt vox ſignificativa, & quid ſecundum placitum. Et fortè quid ſit cum tempore video, quia verbum ſolet ſecum tempus attrahere, ſed pone quid ſit diffinitum aliquid ſignificans & accidens.

A. Nam omne verbum certam ſignificat actionem & paſſionem, ut video vel videor. Et cuilibet ſubſtantiæ illa actio vel paſſio ſolet accidere, ut puta homini videre, vel videri.

K. Si omnia actionem vel paſſionem ſignificant, unde aliqua dicuntur neutralia?

A. Non ideò quod unam ex his non habeant ſignificationem, ſed quia uniformiter ſemper proferuntur, id eſt, vel actum ſolum, ut manduco, curro; vel paſſionem, ut vapulo, veneo; ſed hæc aliàs.

CAPUT XXXIII.

Definitio orationis.

Oratio.

K. ORatio quid eſt?

A. Congrua partium ordinatio perfectam ſententiam demonſtrans, cujus partium aliquid ſeparatum ſignificativum eſt.

K. Quomodo ſeparatum ſignificativum?

A. Plena oratio: Virgilius Æneadas cecinit. Virgilius igitur & Æneadas & cecinit, hæc tria ſeparata aliquid per ſe ſignificant, Virgilius, hominem, Æneadas gentem, cecinit.....

CAPUT XXXIV.

Definitio enunciationis.

Enunciatio.

K. QUid eſt enunciatio?

A. Enunciatio eſt oratio veri vel falſi ſignificativa.

K. Quomodo veri vel falſi ſignificativa?

A. Principales ſunt ſpecies orationis, ſecundum Dialecticos quinque, ſed hæc ſola, id eſt, enuntiativa verum aliquid vel falſum ſignificat; ut homo eſt, vel homo non eſt, Socrates diſputat, Socrates non diſputat; horum enim unum verum eſſe neceſſe eſt, id eſt, aut Socratem diſputare, aut Socratem non diſputare. Et in hac ſola ſpecie Philoſophi qui de veritate rerum vel de falſitate diſputaverunt, omnes ſuas poſuerunt controverſias.

K. Num & illæ aliæ ſpecies quatuor ad Dialecticos non pertinent?

A. Non pertinent ad Dialecticos, ſed ad Grammaticos.

K. Tamen illarum nomina cum exemplis dicito.

CAPUT XXXV.

Interrogativa.

Interrogatio.

A. ESt enim quædam ſpecies orationis interrogativa, ut, *Quo te Mœri pedes? an qua via ducit in urbem?*

CAPUT XXXVI.

Imperativa.

Imperativa.

ESt quoque quædam ſpecies orationis imperativa. Vade, age, nata, voca Zephyros, & labere pennis.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

CAPUT XXXVII.

Deprecativa.

Deprecativa.

EST etiam quædam orationis ſpecies deprecativa, ut: Jupiter eſto pius, precibus ſi flecteris ullis.

CAPUT XXXVIII.

Vocativa.

Vocativa.

EST etiam ſpecies quædam orationis vocativa, ut hæc: Ades ô Melibœe. Sed nulla harum ſpecierum aliquid verum vel falſum ſignificare poteſt. Sed ſola enuntiativa aliquid veritatis vel falſitatis oſtendit.

CAPUT XXXIX.

Definitio adfirmationis.

Affirmatio.

K. ADfirmatio quid?

A. Adfirmatio eſt enuntiatio alicujus de aliquo, ut: Socrates eſt: vel alicujus de aliqua re, ut: Cœlum volubile eſt.

CAPUT XL.

Item diffinitio contradictionis & negationis.

Contradictio & negatio.

K. NEgatio quid eſt?

A. Negatio eſt alicujus ab aliquo, ut: Socrates non eſt, vel alicujus de aliqua re, ut cœlum volubile non eſt.

K. Contradictio quid eſt?

A. Contradictio eſt adfirmationis & negationis oppoſitio, ut Socrates diſputat, Socrates non diſputat.

In fine repræſentat Cod. S. Galli hanc figuram.



Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

DN. ALBINI ALIAS ALCUINI, CAROLI MAGNI, IMPERATORIS, MAGISTRI, GRAMMATICA. (a)

(a) Apud Quercetanum pag. 1255.

Discipuli, Magister.

D. Udivimus, ô doctissime Magister, sæpius dicentem, quod Philosophia esset omnium virtutum magistra, & hæc sola fuisset, quæ inter omnes seculi divitias, nunquam miserum se possidentem reliquisset. Incitasti nos, ut verè fatemur, his dictis, ad tàm excellentis felicitatis indagationem: scire cupientes, quæ esset hujus magisterii summa: vel quibus gradibus ascendi potuisset ad eam.

Ætas igitur nostra tenera est; & te non dante dexteram, sola surgere, satis infirma est. Animi verò nostri naturam esse intelligimus in corde, ceu oculorum in capite: Oculi itaque si splendore solis, vel alia qualibet lucis præsentia asperguntur, perspicacissimè quidquid obtutibus occurrit, discernere valent. Cæterum sine lucis accessu, in tenebris manere notissimum est. Sic animi vigor acceptabilis est sapientiæ, si erit, qui eum illustrare incipiat.

Joan. 1. M. Benè siquidem filii comparationem oculorum, & animi protulistis. Sed *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, illuminet mentes vestras: ut in ea proficere valeatis Philosophia, quæ nunquam, ut dixistis, deserit possidentem.

D. Scimus Magister: scimus certissimè, quod ab eo postulandum est, qui dat affluenter, & nulli improperat: nos tamen (b) morulis quibusdam instruendi sumus, & quasi infirmi, tardiore gressu dicendi, quo usque aliquid fortitudinis adcrescat in nobis. Ignem siquidem silex naturaliter habet in se, qui solet exire ad ictus. Naturale itaque est mentibus humanis scientiæ lumen: sed nisi crebra doctoris intentione excutiatur, in se, quasi scintilla in silice latet.

(b) Sic M.s. fortè legendum, regulis.

M. Est equidem facilè viam vobis demonstrare sapientiæ, si eam tantummodo propter Deum, propter puritatem animæ, propter veritatem cognoscendam, etiam, & propter se ipsam diligatis, & non propter humanam laudem, vel honores seculi, vel etiam divitiarum fallaces voluptates, quæ omnia quanto plus amantur, tanto longius aberrare faciunt à vero scientiæ lumine, ista quærentem, velut ebrius domum, quo tramite revertatur, ignorat.

D. Fatemur scilicet, nos beatitudinem amasse: sed, si quæ possit in hoc seculo esse, ignoramus.

Summum bonum:

M. Est enim mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas: sed ad falsa quædam plurimos eorum, devius error abducit: quorum quidem alii, maximam felicitatem divitiis abundare (c) credunt: alii honoribus gaudent: alii potentia congratulantur: alii voluptatibus delectantur: alii laudibus inhiant. Quæ diligentius considerata, tantis implicantur calamitatibus, ut vix aliquid beatitudinis habere videantur: hæc enim sibi somniantes, veram aliqui felicitatem fore existimant: &, dum eos, ad verum bonum naturalis ducit intentio; multiplex tamen error, propter ignorantiam abducit.

(c) m. s. credentes mendosè.

D. Quis sanum (d) sapiens, hæc esse transitoria ignorat? tamen hujus vitæ viatorem horum abundantiam adjuvare quis nesciat?

(d) Hellenismo oratio propior: est σὐφρονῶν.

M. Moderatus eorum usus adjuvat, nimius gravat, unde & philosophicum illud valet elogium; Ne quid nimis.

D. Notum est, omnia nimia nocere. Sed usque ad quem finem eorum est, quam paulo ante numerasti, abundantia petenda?

M. Quantum necessitas corporis exigit: & quantum sapientiæ expostulat studium.

(e) fort. cursus legend.

D. Perfectorum esse arbitramur hujus rationis frenis, animarum (e) currus coërcere.

M. Ad

Digitized by Google

M. Ad hanc ſcilicet perfectionem, dum ætas floret, dum animus viget, vos filii, cohortor. SÆC. VIII. ANNO 790.

D. Duc age, & reduc per divinæ vias rationis, & ad hujus cacumen perfectionis transfer. Nam licet impari greſſu te ductorem ſequimur.

M. Quid homo, rationale animal, meliore parte immortalis, tui conditoris imago: quid propria perdis? quid alinea petis? cur infima quæris, & ſumma relinquis?

D. Quæ ſunt propria, vel quæ aliena?.

M. Aliena ſunt, quæ extra quæruntur, ut divitiarum congregatio. (a) Intra, ſapientiæ decus. Igitur, tu, ô homo, ſi ipſius compos eris, poſſidebis, quod nec unquam amittere dolebis, nec ulla tibi fortuna auferre valebit. Quid igitur ô mortales extra petitur, dum intra habetis, quod quæritis? (a) Interiora fortè leg.

D. Felicitatem quærimus.

M. Benè quæritis, ſi manentem quæritis, & non fugientem. Videtis, quàm multis amaritudinibus terrena felicitas adſperſa eſt; quæ nulli, vel tota proveniet, vel fida permanet, quia non mutabile præſentis vitæ inveniri poteſt. Quid pulcrius luce? & hæc, tenebris ſuccedentibus obfuſcatur. Quid floribus venuſtius æſtatis? tamen hiemalibus frigoribus pereunt? quid ſalute corporis ſuavius? & quis hanc perpetuam habere confidit? quid tranquilla pace jucundius? & (b) tamen ſæpè hæc triſti diſcordiarum fomite irritatur. Animæ felicitas quærenda. (b) m. s. quum mendosè.

D. Hæc omnia ſic ſe habere, ſicut dicis, non dubitamus: ſed quorſum iſta?

M. Ut ex majoribus minora (c) cognoſcitis. (c) fortè leg. cognoſcatis.

D. Quonam modo?

M. Si cœlum, terraque ſuis ſemper viciſſitudinibus mutantur generalis omnium pulcritudo, & (d) utilitas: quanto magis cujuslibet rei ſpecialis, delectationem tranſitoriam eſſe neceſſe eſt. Et cur ea amari debent, quæ permanere nequeunt? Quid vos homines de nominis laude? de honoris dignitate? de divitiarum congregatione cogitatis? Legiſtis Crœſi divitias, Alexandri famam, Pompei honorem? Et quid hæc perituris proderunt? dum quiſque illorum immatura morte, cum magno quæſitam labore, citò perdidit gloriam, minuit quodammodo propriæ integritatem ſcientiæ, qui ex alienis ſibi ſermunculis laudem quærit. Quid de divitiis congregandis ſtudetis, quæ vel deſerunt, vel deſeruntur? quæ effundendo, quàm ſervando melius ditant. Siquidem avaritia odioſos; claros, largitas facit: quarum abundantia, non niſi ex aliorum indigentia congeritur. Quid honores, fomenta ſuperbiæ, quæritis? Nonne unus eſt omnium pater? Et cur injuriam facitis conditori veſtro, pejora amando, & meliora amittendo? Ille, genus humanum terrenis omnibus præſtare voluit. Vos, dignitatem veſtram intra infima quæque detruditis: quanto melius eſt, interius ornari, quàm exterius animam perpetuam, ſplendore polire. (d) m. s. fugaci atro.

D. Quæ ſunt animæ ornamenta?

M. Primò omnium ſapientia, cui vos maximè ſtudere cohortor.

D. Unde ſcimus ſapientiam eſſe perpetuam? Et, ſi hæc omnia, quæ antè numeraſti tranſitoria ſunt, cur non & harum ſcientia pertranſit?

M. Animam putatis eſſe perpetuam?

D. Non ſolùm putamus, ſed etiam certiſſimè ſcimus.

M. Eſtne ſapientia decus, & dignitas animæ?

D. Eſt verè. (a)

M. - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - -

D. Conſequens videtur utranque eſſe perpetuam, animam ſcilicet & ſapientiam.

M. Videtisne quolibet caſu ſæpiſſimè divitias habentem deſerere, & omnes ſeculi honores multoties minui?

D. Videmus itaque uti ne regni quidem potentia perduret.

M. Quid divitiæ ſine ſapientia?

D. Quod corpus ſine anima: Salomone dicente: *Quid proſunt divitiæ ſtulto, cum ſapientiam emere non poſſit.*

M. Nonne hæc eſt, quæ humilem exaltat, & erigit de ſtercore pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat?

D. Eſt quidem, ſed quàm ſpecioſa in habendo, tam laborioſa in adquirendo.

M. Quis miles ſine certamine coronabitur? quis agricola ſine labore abundat panibus? Nonne vetus proverbium, radices literarum eſſe amaras, fructus autem dulces, Igitur & noſter orator in Epiſt. ad Heb. idem probat. Omnis quidem diſciplina in præſenti non videtur eſſe gaudii, ſed mœroris; poſtea pacatiſſimum fructum exercitatis in ea adfert juſtitiæ.

D. Duc

(a) Hic propè tres verſus eraſi: nova manus, ſed mendoſa inducta, lacuna igitur eſto, dum m. s. alius reſtituat auctorem nitori priſtino, *Can.* Quercetanus in editione ſua lacunam reliquit. BASN.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

D. Duc age, quo libeat, ſequimur libenter: quia ſpes præmii ſolet laborem relevare. Omnis quippe, qui arat, in ſpe arat percipiendi fructus. Fertur itaque (a) dum Diogenes magnus ille Philoſophus, omnes ſuos à ſe expulit diſcipulos dicens: Ite, quærite vobis magiſtrum, ego verò mihi. Cui ſolus Plato adhærens, (b) quadam die lutulentis pedibus ſuper exſtructum Magiſtri lectulum cucurrit, adſidere doctori, quem Diogenes baculo ferire, minabatur, cui puer inclinato capite reſpondit. Nullus eſt tam durus baculus, qui me à tuo ſegregare poſſit latere. At ſi ille, amore ſecularis ſapientiæ flagrans, cœleſtis verò, quæ ad vitam ducit perpetuam, ignarus, ſic ardenter Magiſtrum ſequi perſiſtebat, quanto magis nos, tua Magiſter, ingredientem vel egredientem, veſtigia ſequi debemus, qui non ſolum literario nos liberalium ſtudiorum itinere ducere noſti, ſed etiam meliore ſophiæ via, quæ ad vitam ducit æternam, (c).... poteris.

(a) cum. f. leg.

(b) in m. s. & inculcatur truſtra; Diog. Laert. habet, de Antiſthene.

(c) in m. s. hæc corrupta.

M. Divina nos præcedat gratia, & in theſauros ſpiritalis deducat ſapientiæ, in qua divinæ ubertatis fonte inebriati, ut ſit in vobis fons aquæ ſalientis in vitam æternam: ſed quia Apoſtolo præcipiente legimus: Omnia veſtra honeſta cum ordine fiant, vos per quosdam eruditionis gradus, ab inferioribus ad ſuperiora eſſe ducendos reor, donec pennæ virtutum paulatim adcreſcant, quibus ad altiora puri ætheris ſpectamina volantes, dicere valeatis: Introduxit nos rex in cellaria ſua, exultabimus & lætabimur in eis.

Joan. 4.

Cant. 6.

D. Da dexteram Magiſter, & nos ab humo imperitiæ eleva: & in gradus ſophiæ nos tecum conſtitue, in quibus te ex morum dignitate, ex verborum veritate ſæpius conſiſtere agnovimus. Quo te rerum ratio pulcherrima ab ineunte, ut audivimus, ætate, perduxit; &, ſi Poëticis licet aures accommodare fabulis, nobis non incongruum videtur, quod aſſerunt, epulas Deorum eſſe rationes.

Rationes epulæ Deorum.

M. Verius, ô filii, dicere poteſtis, rationes eſſe Angelorum cibum, animarum decorem, quàm epulas Deorum.

D. Quoquo modo hæc dici debeant, primos precamur nobis ſapientiæ (d) oſtendi gradus, ut Deo donante, & te docente, ab inferioribus ad ſuperiora pervenire valeamus.

(d) M. s. oſtendere, mendosè: niſi prætermiſſum ſit, te.

M. Legimus, Salomone dicente, per quem ipſa ſe cecinit: ſapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem: quæ ſententia licet ad divinam pertineat ſapientiam, quæ ſibi in utero virginali domum, id eſt, corpus ædificavit, hanc & ſeptem donis S. Spiritus confirmavit; vel Eccleſiam, quæ eſt domus Dei, eisdem donis illuminavit; tamen ſapientia liberalium literarum ſeptem columnis confirmatur: nec aliter ad perfectam quemlibet deducit ſcientiam; niſi his ſeptem columnis vel etiam gradibus exaltetur.

Prov. 7.

D. Tandem aliquando pande, quod promiſiſti, & propter fragilitatem noſtræ ætatis nos mollioribus incipe lactare, ut ad ſolidiora, creſcente ætate, facilius perveniamus.

M. Divina præveniente etiam, & perficiente (e) gratia faciam quod rogaſtis, vobiſque ad videndum oſtendam ſeptem Philoſophiæ gradus. Per eos denique Deo donante, & vita comite, pro noſtrarum portione virium, penes temporis, & ætatis opportunitatem ad ſublimiora ſpeculativæ ſcientiæ deduxero.

(e) Deſideratur in m. s.

D. Duc etiam, duc, & tandem aliquando de nidulo ignaviæ, in ramos tibi à Deo datæ ſapientiæ compone: unde aliquod veritatis lumen cernere valeamus: & quos toties promiſiſti, ſeptenos theoraſticæ diſciplinæ gradus nobis oſtende.

M. Sunt igitur gradus, quos quæritis; & utinam tam ardentes ſitis ſemper ad diſcendum, quàm curioſi modò eſtis ad videndum: Grammatica: Rhetorica: Arithmetica: Geometria: Muſica: & Aſtrologia. Per hos enim Philoſophi ſua contriverunt otia, atque negotia. Iis namque conſulibus clariores effecti: iis regibus celebriores: iis videlicet æterna memoria laudabiles: iis quoque Sancti, & Catholici noſtræ fidei Doctores, & defenſores, omnibus hæreſiarchis, in contentionibus publicis ſemper ſuperiores exſtiterunt.

Per has verò, filii chariſſimi, ſemitas, veſtra quotidiè currat adoleſcentia, donec perfectior ætas, & animus, ſenſu robuſtior, ad culmina ſanctarum ſcripturarum perveniat: quatenus hinc, inde armati veræ fidei defenſores, & veritatis adſertores omnimodis invincibiles efficiamini.

SAXO;

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

SAXO, FRANCO, DISCIPULI, MAGISTER.

FUerunt in ſchola Albini Magiſtri duo pueri: Unus Franco, alter Saxo, qui nuperrimè ſpineta Grammaticæ denſitatis irruperunt. Quapropter placuit illis, paucas literalis ſcientiæ regulas memoriæ cauſa, per interrogationes, & reſponſiones excerpere.

At prior illorum Franco dixit Saxoni. Eja Saxo, me interrogante, reſponde, quia tu majoris ætatis. Ego XIV. annorum: tu, ut reor, XV. Ad hæc Saxo reſpondit, faciam. Ita tamen, ut ſi quid altius ſit interrogandum, vel ex Philoſophica diſciplina proferendum, liceat Magiſtrum interrogare.

Ad hæc Magiſter: Placet filii propoſitio veſtra: & libens annuo veſtræ ſagacitati: & primum dicite, unde veſtram convenientius diſputationem eſſe arbitramini incipiendam?

D. Unde, domine Magiſter, niſi à litera? Litteræ.

M. Bene arbitraremini, ſi non Philoſophiæ memoriam paulò prius feciſſetis. Unde à voce, cujus cauſa literæ ſunt inventæ, inchoandam diſputationem conſtat, vel magis, primo omnium interrogandum eſt, quibus modis conſtet diſputatio.

D. Et à te, Magiſter, ſuppliciter rogamus exponi. Nam nos neſcire confitemur, quibus modis conſtet diſputatio.

M. Tria ſunt, quibus omnis collocutio, diſputatioque perficitur: RES, INTELLECTUS, VOCES. Res ſunt, quæ animi ratione percipimus. Intellectus, quibus res ſpſas addiſcimus. Voces, quibus res intellectas proferimus; cujus cauſſa, ut diximus, literæ inventæ ſunt.

D. Sed quia diſputationis modos dixiſti; vocis differentias, ut exponas, precamur.

M. Quatuor ſunt differentiæ vocis. Articulata: inarticulata: literata: illiterata. Articulata eſt, quæ copulata atque coarctata cum ſenſu profertur: ut, Arma, virumque cano — Inarticulata, quæ à nullo ſenſu proficiſcitur, ut crepitus, mugitus. Literata, quæ ſcribi poteſt. Illiterata, quæ ſcribi non poteſt.

D. Unde dicta vox eſt?

M. A vocando. Ecce habetis, quæ interrogaſtis. Nunc à litera incipite filii.

F. Dic Saxo prior, unde litera ſit dicta?

S. Ut reor, litera, eſt quaſi legitera: quia legentibus iter præbet.

F. Da definitionem quoque.

S. Litera, eſt pars minima vocis articulatæ.

D. Habet &, Magiſter, alteram definitionem litera?

M. Habet: ſed in eundem cadentem ſenſum. Litera eſt individua, quia ſententias, in partes: partes in ſyllabas: ſyllabas in literas dividimus. Literæ verò indiviſibiles ſunt.

D. Unde literæ elementa dicuntur?

M. Quia ſicut elementa coëuntia corpus perficiunt; ſic hæ conglutinatæ literalem vocem componunt.

F. Da collega diviſionem literarum.

S. Sunt aut vocales, aut conſonantes. Item conſonantes dividuntur in ſemivocales & mutas. Vocales & conſonantes.

F. Rationem pone ſingulis diviſionibus.

S. Vocales per ſe proferuntur, & per ſe ſyllabam faciunt. Conſonantes nec per ſe edici poſſunt, nec per ſe ſyllabam facere.

D. Habentne, Magiſter, alteram rationem, cur ſic dividantur?

M. Habent. Vocales ſunt ſicut animæ: conſonantes ſicut corpora. Anima verò & ſe movet, & corpus. Corpus verò immobile eſt ſine anima: ſic ſunt conſonantes ſine vocalibus. Nam ſcribi poſſunt per ſe, edici verò, vel poteſtatem habere, ſine vocalibus nequeunt.

F. Unde dictæ ſunt vocales, vel conſonantes?

S. Vocales dictæ ſunt, quia per ſe vocem implent, nulla adhærente conſonante. Conſonantes vocatæ ſunt, quia per ſe non ſonant, ſed vocalibus conſonant.

F. Quæ eſt differentia inter ſemivocales & mutas?

S. Quantum enim à vocalibus ſuperantur ſemivocales; tantum ſemivocales ſuperant mutas. Nam à vocalibus incipiunt, & in ſe deſinunt: & majori euphonia ſonant, & ſæpius dictiones ſemivocalibus, quàm mutis, propter euphoniam, id eſt, ſonoritatem finiuntur. Mutæ verò à ſe incipiunt, & in vocales deſinunt, & deformius ſonant.

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

F. Ut reor, in Donato legimus, tria accidiſſe literis: Nomen, figuram, poteſtatem. De nominibus, & figuris non eſt opus dicere; ſed de poteſtate velim dicas, & primo vocalium.

S. Vocales ſunt apud Latinos V. Nam y literam ſextam vocalem, cauſa Græcorum nominum aſſumpſêre Latini: ſicuti & Z conſonantem. Itaque vocales & per ſe, ut dictum eſt, faciunt ſyllabas: plenas quoque ſolæ poſitæ, explent partes,

A; ut, *A mihi non teneras glacies ſecet aſpera plantas.*

E. ut, — *ſitiens ſimul ebibit amnem.*

O. ut *O ſi Gallorum victor remeaſſet in urbem.*

I. quoque verbum eſt: *I, decus, i noſtrum, melioribus utere fatis.*

Sed I & V. tranſeunt in conſonantium poteſtatem, cum in principio ſyllabæ aliis vocalibus junguntur: ut janua, vates, jecur, veritas, Jonas, votum. Vel ſi ſibi ipſis ante ponuntur, ut Juno, virgo. Fiunt quoque hæ ipſæ mediæ quando y Græcæ vocalis ſonum habent: quando poſt V loco conſonantis poſitæ, ſequente d, vel m. vel r, vel t. vel x. video, vim, virtus, vitium, vix. V. eundem habet ſonum, id eſt, y, cum inter q. & aliam vocalem, vel poſt g, & aliam vocalem in eadem ſyllaba: ut quiſque, pingue, lingua. Eſt quoque ubi I pro duabus ponitur conſonantibus, ubi inter duas vocales ponitur, ut Troja; Maja. V quoque loco duplicis digammæ in quibusdam locis accipitur, ut cupii, brevis i, cupivi, longa: & ubicunque v loco conſonantis ponitur, ſemper pro digamma habenda eſt.

F. Habentne aliquæ ex conſonantibus aliquas ſingulares poteſtates?

S. Habent. Primò, quod unaquæque ſuam habet poteſtatem ſicut & nomen & figuram. Sunt aliquæ ex illis liquidæ, quæ & vim conſonantium amittunt. Accentus quoque ſæpe in proſa mutant.

F. Quæ ſunt illæ?

S. L. R. M: N. ſed & S. quoque ſingularis eſt poteſtatis: h. quoque aſpirationis nota. x verò & z duplices ſunt; ſed has rationes metricæ ſubtilitatis eſſe reor, in quibus necdum eruditi ſumus. Ideo noli me de illis plus interrogare, ſed feſtinemus ad ſyllabas.

Syllabæ. *Incipit de Syllaba.*

F. SYllaba quid eſt?

S. Vox literalis ſub uno accentu, & uno ſpiritu prolata.

F. Quot literis fiunt ſyllabæ?

S. Ab una incipiens uſque ad ſex. A, Ab, abs, Mars, ſtans, ſtirps.

F. Habet ſyllaba ſenſum per ſe?

S. Non habet, & niſi plena dictio per unam ſyllabam conſtet, ut ars, do, dic, & alia.

S. Syllabæ quot (a) accidunt?

(a) M. s. accedunt, ſcribit.

S. Quatuor. Tenor, ſpiritus, tempus, numerus. Accentus, acutus, gravis, circumflexus. In dictione, certus: abſque dictione, incertus. Non poteſt tamen ſine eo eſſe.

Spiritus aſper, vel lenis.

Tempus I. vel II.

Numerus literarum.

F. Quomodo habet ſyllba unum tempus, vel duo?

S. Brevis ſyllaba unum habet, longa, duo.

F. Quomodo fiunt breves vel longæ?

S. Breves fiunt natura & poteſtate.

Brevis eſt natura, dum raptim vocalis enunciatur, ut pater.

Longa, dum moratur vox, ut mater: vel dum duæ vocales in unam concurrunt ſyllabam, quod diphthongon vocant.

Et ſunt tales compoſitiones quinque, æ, œ, au, eu, ei.

(b) M. s. diptongon mend.

F. Unde dicitur (b) diphthongos?

(c) Similiter mend. m. s.

S. Quaſi dualis vox. Nam quoties duarum vocalium voces in unam ſyllabam, & in unam vocem coëunt; (c) diphthongos dicitur.

F. Quot modis fiunt ſyllabæ poſitione longæ?

S. Sex. Cum correpta vocalis in duas deſinit conſonantes, ut aſt. Aut in unam duplicem, ut dux: aut in unam deſinit conſonantem, & excipitur ab altera, ut arca: aut excipitur ab x. duplici, ut axis, aut j loco conſonantis poſita, ut Troja: aut deſinit in conſonantem, excipitur ab i vel u, loco conſonantis poſitæ, ut advena, adjutor.

(d) *pro* num *vel* an.

F. (d) Si neceſſe eſt unamquamque ſyllabam longam eſſe vel brevem.

S. Sunt ſyllabæ communes, quæ ad votum Poëtarum poſſunt vel breves, vel longæ eſſe. Sed hæc quia ad metricos pertinent, relinquamus.

F. Magis interrogemus Magiſtrum, ne ignari ſimus hujus quoque rationis.

D. Dic nobis, Magiſter, qua ratione, vel quibus modis, communes poſſunt eſſe ſyllabæ.

M. Novem

Digitized by Google

M. Novem modis fiunt ſyllabæ communes. Communes ſunt, cum correpta vocalis in medio verbo excipitur à duabus conſonantibus, quarum prior muta quælibet eſt, vel f. ſemivocalis: poſterior liquida, ut tenebræ, pharetra, refluit. Aut, cum correpta vocalis in conſonantem deſinit, excipitur ab h, ut vir humilis. Aut cum aliqua ſyllaba in brevem deſinit vocalem: & excipitur à duabus conſonantibus, quarum prior eſt ſ. ut alba ſmaragdus: aut cum poſt pedem quemlibet, una brevis remanſerit ſyllaba, de verbo: ut, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Aut cum pars aliqua in diphthongon deſinit, & excipitur à vocali ſequentis verbi, ut Inſulæ Jonio — Aut cum productam vocalem in eodem verbo mox alterius ſyllabæ ſequitur vocalis, ut fidei. Aut cum pronomen c. litera terminatum eſt, & à vocali ſequentis verbi accipitur, ut hoc eſt. Aut cum correptam vocalem in una parte z. duplex ſequitur, ut gaza. Item noviſſima ſyllaba in metro, ſemper indifferens eſt, & voluntati Poetæ ſubjecta eſt. Eſt quoque quando in tribus conſonantibus fit communis ſyllaba, dum in brevem vocalem deſinit ſyllaba, & excipitur ab ſ. ſequente muta, & liquida, ut Horat:

Linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ.

Plenius hæc, vita comite, in metrica ratione, vobis, filii, monſtravero. (a)

(a) Nota hic tractatum de metrica ratione promitti ab Alcuino. Scriver. not. m. s. in Canis.

D. Quid vis, Magiſter? an de pedibus, & accentibus, ordinem Donati Magiſtri ſequentes interrogamus?

M. Amplius hæc quoque in illa metrorum ſubtilitate intelligetis: quia pedes vel accentus, niſi ex brevibus, longiſque ſyllabis nequeunt intelligi. Unde ad partes vos convertite.

D. Prius, ſi placeat, Magiſter, unde Grammatica ſit dicta, vel quod ſit ejus officium, pande nobis.

M. Grammatica eſt literalis ſcientia: & eſt cuſtos rectè loquendi & ſcribendi: quæ conſtat natura, ratione, auctoritate, conſuetudine. Grammatica.

D. In quot ſpecies dividitur Grammatica??

M. In XXVI. In vocem: in literas: ſyllabas: partes: dictiones: orationes: definitiones: pedes: accentus: poſituras: notas: orthographiæ: analogiæ: etymologiæ: gloſſas; differentias: barbariſmum: ſolœciſmum: vitia: metaplaſmum: ſchemata: tropos: proſam, metra: fabulas: hiſtorias.

D. De iſtis ſingulis ſpeciebus, antequam ad partium tendamus diſputationem, aliquam cognitionem ediſſere nobis, Magiſter, per ſingula currens.

M. Nam de voce, litera, & ſyllaba in ſuperioribus habuiſtis.

Dictio, pars minima eſt vocis conſtructæ, plenumque ſenſum habentis.

Oratio eſt ordinatio dictionum, congruam ſententiam, perfectamque demonſtrans: & eſt oratio dicta, quaſi oris ratio.

Definitio, eſt brevis oratio, unamquamque rem propria ſignificatione concludens, ut homo, animal eſt mortale, rationale, riſus capax.

Scire igitur debetis, quod definitio ad omnes diſciplinas, & res pertinet.

Pes, eſt ſyllabarum compoſitio, & temporum certa dimenſio. Pedes dicti, eo quod ipſis metra ambulent

Accentus, eſt certa lex & regula ad levandam & comprimendam ſyllabam.

Poſituræ, ſunt puncti, ad diſtinguendos ſenſus.

Notæ, ſunt figuræ quædam, vel ad brevanda verba inventæ: vel ſenſus expr mendos: vel ob diverſas cauſſas conſtitutæ, ut in ſcriptura ſacra (b) obelus, vel aſteriſcus.

(b) M. s. obolus mendosè.

Orthographia, eſt recta ſcriptura, ut puta, ad, præpoſitio, d. accipiat.

Analogia, eſt ſimilium comparatio, ut incerta certis probentur.

Etymologia eſt origo, & ratio vocabulorum, ut à regendo rex, & ab humo homo dicitur.

Gloſſa, eſt unius verbi, vel nominis interpretatio, ut catus i. e. doctus.

Differentia eſt diſtinctio duarum rerum, cum interpretatione, ut Rex dicitur, quia modeſtus eſt; Tyrannus, quia crudelis.

Barbariſmus eſt, una pars vitioſè dicta. Vulgare proverbium eſt; malæ arboris nodo, malus cuneus quærendus eſt.

Solœciſmus, eſt oratio vitioſè compoſita.

Vitia ſunt, quæ in eloquiis cavere debemus & ſunt VII.

Metaplaſmus, eſt metrica licentia, vel neceſſitate immutata regula loquutionis.

Schemata ſunt ornamenta eloquii & habitus, quibus ſententiæ veſtiuntur.

Tropus, eſt dictio translata à propria ſignificatione, ad non propriam ſimilitudinem, ornatus, neceſſitatisve cauſſa.

Proſa, eſt recta locutio, abſque metro, vel verſu compoſita.

Metra vocata ſunt, quia certis pedum menſuris terminantur.

Fabulæ, res fictæ, ludendi cauſa, vel cujuslibet ſignificationis.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Hiſtoria, eſt narratio rei geſtæ.

Ecce habetis definitiones breves ſingularum ſpecierum. Nunc ad partes convertite vos.

D. Faciemus, ut jubes. Attamen ſingularum partium proprietates prius breviter, ut pandas nobis, flagitamus.

M. Veſtra curioſitas modum non habet: ideoque modum (a) manualis libelli excedere vultis.

(a) M.s. manuelis mendosè.

Proprium nominis eſt ſubſtantiam, vel qualitatem, vel quantitatem ſignificare.

Et proprium eſt Pronominis pro nomine poni proprio, & certas ſignificare perſonas.

Verbi verò proprium eſt, actionem, vel paſſionem, ſive utrumque cum modis, & temporibus ſignificare.

Proprium Adverbii eſt, cum verbo poni: & ſine eo perfectam ſignificationem non habere, ut benè lego.

Participii proprium eſt, tempus habere, & caſus; ideò à quibuſdam verbum caſuale dicitur.

Proprium Conjunctionis eſt, cum omnibus partibus modò præpoſita, modò poſtpoſita jungi, & conjungere partes

Proprium præpoſitionis eſt, anteponi caſualibus ſemper ſeparatim.

Nomen.

De nomine.

F. EJa, agè Saxo, ingrediamur diſputationem nominis per ordinem: & primùm dic, quid ſit nomen?

S. Nomen eſt pars orationis ſecundum Grammaticos, quæ unicuique corpori, vel rei communem vel propriam qualitatem diſtribuit; & eſt nomen dictum, quaſi notamen, eò quod hoc notamus ſingulas ſubſtantias, vel res communes: ut homo, diſciplina.

Proprias, ut Virgilius, Arithmetica.

Interrogemus tamen ô France, Magiſtrum, Philoſophicam definitionem nominis.

M. Nomen, vox ſignificativa, ſecundum placitum, ſine tempore definitum, aliquid ſignificans in nominativo cum eſt, aut non eſt: ut homo eſt, homo non eſt.

In caſibus licet addas eſt, vel non eſt, nihil tamen certum ſignificat, ſi non apponas quid ſit, vel quid non ſit: ut hominis eſt, hominis non eſt.

Secundum placitum, id eſt, compoſitionem ſingularum gentium.

Sunt nomina compoſita, ut quod latinè dicis, aurum, hoc græcè χρυσὸς dicitur. Una eſt ſubſtantia: ſed diverſa nomina.

F. Quot accidunt nomini?

S. Sex, ſecundum Donatum. Qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, caſus.

Secundum Priſcianum quinque: quia ille qualitatem, & comparationem ſimul ſpecies nominavit: quia ſunt omnia nomina propriæ ſpeciei, vel appellativæ: principalis, vel derivativæ. Propriæ, ut Julius. Appellativæ, ut mons. Principalis, ut Julius, mons. Derivativæ, ut Julianus, montanus. In quibus, id eſt, derivativis, comparationes nominum impoſuit.

F. Propriorum nominum ſpecies quot ſunt?

S. Quatuor. Prænomen, nomen, cognomen, agnomen.

Prænomina ſunt, quæ dignitatis vel differentiæ cauſa propriis nominibus præponuntur, ut Anicius Boetius. Anicius à nobilitate, & libertate generis dicitur. Differentiæ, ut, Lucius Cornelius, & (b) Publius Cornelius. Notanturque Prænomina, vel ſingulis literis, vel binis, vel ternis. Singulis, ut M. Marcus. Binis, ut (c) Cn. Cneus. Ternis, ut Sex. Sextus.

(b) M.s. Puplius.

(c) GN. GNEUS, m.s. mend.

Nomen, eſt uniuſcujuſque proprium, ut Paulus.

Cognomen eſt cognationis, vel familiæ commune nomen, ut Scipio. Nam ab ejus nomine, omnis cognatio illa ſic dicebatur.

Agnomen, quod ab aliquo eventu ſic dicitur, ut Africanus; quia Africam (d) vincebat.

(d) vicerat fortè leg.

F. Appellativorum ſpecies quot ſunt?

S. Multæ ſunt. Alia corporalia, ut homo, terra, mare.

Alia incorporalia, ut pietas, dignitas, juſtitia.

Alia principalia, ut mons, ſchola.

Alia derivativa, ut montanus, ſcholaſticus.

Alia comparativa, ut fortior, fortiſſimus.

Alia denominativa, ut ſanctus, ſanctitas, ſapiens, ſapientia.

Alia diminutiva, ut Rex, regulus

Alia homonyma, ut nepos, acies.

Alia ſynonyma, ut gladius, enſis, mucro.

Alia adjectiva, quæ poſſunt in laude, vel vituperatione poni, ut juſtus homo, injuſtus homo.

Alia

Digitized by Google

Alia in medio posita, ut magnus: dicimus magnus Imperator: magnus latro.
Hæc & accidentia sæpè fiunt: ut niger corvus, altum mare.
Alia, ad aliud, ut filius, servus: dicendo filium, & servum, patrem significamus; & dominum.
Alia sunt, quasi ad aliquid: ut dies, nox: dextera, sinistra: nam quamvis unum horum intereat, potest tamen alterum manere: non sic de filio, & servo.
Alia sunt gentem significantia, ut Græcus, Hispanus.
Alia, patriam, ut Romanus, Thebanus.
Alia interrogativa, ut, qualis, quantus, quot? cum suos servant accentus.
Alia relativa, ut tantus, talis, tot.
Alia collectiva, quæ in singulari numero multa significant, ut populus, plebs.
Alia, dividua, ut bini, terni, centeni.
Alia factitia, id est de sono facta, ut tintinnabulum, turtur, (a) clangor.
Alia sunt generalia, quæ in diversas species possunt dividi, ut animal, arbor.
Alia specialia, ut homo, vitis.
Alia ordinalia, ut primus, secundus.
Alia numeralia, ut unum, duo, tres.
Alia absoluta, ut Deus, ratio.
Alia temporalia, ut mensis, annus.
Alia localia, ut propinquus, longinquus.
Alia patronymica, ut Scipiades, à Scipione, Thesides, à Theseo, Hæc sæpe ab avis fiunt, & à Conditoribus, ut Iliades, Æneades.

(a) M.s. clangler, mendosè.

Sunt alia possessiva, quæ aliquid ex his significant, quæ possidentur, ut Evandrius ensis, & regius honor: hæc cum genitivo principali interpretantur, ut, Evandri ensis, & regis honor.

Sunt & aliæ species, quas Donatus ponit, sed illæ in his reperiuntur, ut qualitas quantitas, in Adjectivis, & accidentibus inveniuntur, bonus, magnus, mediæ sunt (b) significationis.

(b) Significationes, mendosè, in m.s.

F. Comparationes nominum unde veniunt?

S. A nominibus adjectivis, & accidentibus alicujus substantiæ, qualitatem, vel quantitatem animi significantibus, vel corporis: quæ possunt vel incrementa, vel detrimenta sumere. Homo, vel lapis, substantia est. Homo prudens, & prudentior: lapis magnus, & major dicitur.

Et semper Comparativus communis est generis, ut hic & hæc prudentior. Et neutrum in ius, ut, Hoc prudentius, facit.

Invenitur & Comparativus pro Positivo poni, ut Virgil. —— comites senioris Acestæ, pro senis. Est, quando minus Positivo singulari significat, & nulli comparatur: ut Virgil. Tristior, atque oculos lacrimis suffusa nitentes. Tristior, hîc ex parte significat tristem.

Fiunt & à comparativis diminutiva, ut majusculus, minusculus. Sed non (c) absolutè, ut cæteræ diminutiones, sed ad aliquid respiciunt: ut Terent. Ut Thais paulò quàm ego sum majuscula est.

(c) M.s. absolutæ,

F. Cujus generis Superlativus fit?

S. Superlativus mobilis est per tria genera. Prudentissimus, a, um.

F. Superlativorum quot sunt species?

S. Octo. Simus, rimus; in quas pleraque desinunt Superlativa. Limus, ximus, timus, tremus, imus, nimus. Sanctissimus, pulcherrimus, similimus, maximus, ultimus, extremus, minimus.

E longa; dum ubique i penultima corripitur: præter primus, imus.

F. Comparativus, & Superlativus, quibus junguntur casibus?

S. Ablativo utriusque numeri jungitur Comparativus: ut Hector, fortior Diomede fuit, & audacior Trojanis. Superlativus genitivo plurali, ut, Hector fortissimus Trojanorum fuit.

Invenitur quoque & singulari jungi (d) generi, cùm ipsum singulare nomen multitudinem significat: ut, Hector fortissimus est Trojanæ gentis.

(d) M.s. genere mendosè,

Est, quando Superlativus per se ponitur, & nulli comparatur. Sed tum pro valdè Adverbio accipiendo est, ut Fortissimus fuit Hercules, id est, valdè fortis.

F. Memini te, Saxo, dixisse; qupd aliqua nomina appellativa, essent diminutiva: num à propriis Nominibus possint fieri diminutiva?

S. Possunt, ut, à Sergio, Sergiolus: ab Antonio, Antoniaster.

F. Quot modis diminutiva fiunt?

S. Tribus modis: aut necessitatis causa: ut, à rege, regulus, hoc est, parvus rex: ut Salust. Postquam reguli coiere in unum. Aut, urbanitatis causa: Juvenalis, —— malim

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

(*) malim fraterculus esse gigantum. Aut adulantis causa, ut pueris Sergiolis.

F. Formæ igitur diminutivorum quot sunt?

S. Masculini generis, XI. culus, ulus, olus, ellus, xillus, illus, ulus, cio, aster; ut, agniculus, tantulus, crapreolus, agnellus, pauxillus, codicillus, homulus, homuncio, parasitaster, aculeus, nepotulus.

(*) M. s. turbido, turbatoque ordine vitioseque: malim esse fraterculus gigantum.

Feminini generis VII. cula, ula, ola, ella, xilla, illa, ulla; ut, agnicula, sylvula, unicola, capella, maxilla, anguilla, ulla.

Neutrorum, VII. sunt formæ: culum, ulum, olum, ellum, illum, xillum, ullum; ut, corpusculum, capitulum, lauriolum, lucellum, villum, vexillum, ullum.

Fiunt & diminutivorum diminutiva tertio, vel quarto gradu: ut, Paulus, Paululus, & pauxillus, & pauxillulus, homo, homuncio, homunculus, homulus, homullulus.

Ecce, France, de Appellativis speciebus, habes abundè, ut reor, licet nullus tuæ aviditati possit satisfacere.

F. Non sum tàm avidus, quàm tu invidus: qui nulla vis aperire, nisi interrogatione coactus.

S. Interroga quæ vis: ego non ero segnis respondere.

Genera.

De Generibus.

F. NUnc, ut æstimo, ordo accidentium nominis poscit à generibus inquirere: unde, genera dicta sint, primò velim scire.

S. Genera dicta sunt à generando: quapropter propriè genera sunt, quæ generare possunt: id est, masculinum, femininum. Nam neutrum, & commune, modò vocis qualitate, quàm natura dinoscuntur. Epicœna, promiscua sunt: & sub una voce masculinum profertur, & femininum.

F. Quid est inter commune, & epicœnum?

S. Quod commune modò masculino, modò fœminino articulo, prout constructio orationis eget, jungitur. Epicœnon semper uno articulo profertur, & utriusque naturæ animalia una voce, & uno articulo significat.

F. Num omnia nomina certi sunt generis?

S. Nequaquam.

F. Unde sunt dubii generis nomina? fortè differentiæ causa?

S. Non differentiæ; nec aliqua necessitatis causa, sed sola auctoritate veterum: ut hic, & hæc finis, cortex, silex, margo, cardo, fornax, frutex, frons, vesper, humus, arcus, limus, latex, hic, & hoc sal. Cato; ex sale, qui apud (b) Carthaginenses fit. Africanus quod loquitur, sal (c) verum est.

(b) M. s. Carthaginensis.

(c) Glossema notat, pura sapientia.

F. Quæ sunt fixa nomina?

S. Quæ, in alterum genus transire non possunt, ut pater, mater.

F. Quæ sunt mobilia?

S. Quæ moveri possunt, & in aliud transire genus. Alia, ex propriis, ut Marcius, Marcia. Alia, ex appellativis, ut Bonus, bona, bonum.

F. Quot literis mascula finiuntur nomina?

S. Septem, A, O, L, N, R, S, X, ut Scriba, Cicero, sol, flumen, Cæsar, bonus, rex.

(d) M. s. femina mendosè.

F. (d) Feminina quot?

S. Eisdem: ut Romana, virgo, Tanaquil, siren, mater, civitas, pax.

F. Neutra, quot?

(e) M. s. cummi. mendosè.

S. Duodecim: a. e. i. u. l. m. n. r. s. c. t. d; ut poëma, mare, (e) gummi, cornu, mel, regnum, numen, tuber, sidus, lac, caput, aliquid.

F. Quomodo possum scire, cujus generis sit nominum quodlibet?

S. Singulæ verò terminationes habent regulas præfixas: quot genera possint eis esse. Sed longum est hoc, & huic nostræ puerili disputationi onerosum edicere.

F. Hoc est, quod pridem dixi.

S. Quid nam?

F. Quid, nisi quod invides meæ peritiæ.

S. Nequaquam frater; sed tuæ avaritiæ modum imponere volui.

F. Modum meæ avaritiæ, & non tuæ tenacitati imponere vis.

S. Eja, perge quò velis, sequor te.

F. Pergam interrogando: tu sequere respondendo. Et primum dic, in quo sit maxima nominis difficultas.

S. In Generibus & declinationibus.

F. Declinatio, in quo agnoscitur.

(f) M. s. genetivi.

S. In terminatione (f) genitivi casus.

F. Quot

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

F. Quot ſunt terminationes genitivi caſus?
S. Quinque: atque ideo quinque ſunt nominum declinationes.
F. Dic ſingulas.
S. Prima in æ; ut hic poëta, hujus poëtæ.
Secunda in i: ut, hic doctus, hujus docti.
Tertia in is brevem; ut hic pater, hujus patris.
Quarta, in us productam, ut hic ſenatus, hujus ſenatus.
Quinta, in eï, diviſas: ſic dies, hujus diei.
F. Nomina in a. cujus generis, vel declinationis ſunt?
S. Omnia, ſi latina ſunt, primæ, & trium generum: maſculini, feminini, communis.
F. Diſcerne quæ pertineant ad hoc vel illud genus.
S. Hominum nomina in a. deſinentia, maſculini ſunt generis; ut, Sylla, Seneca. Aliarum verò rerum propria, feminina ſunt, ut Roma, Ilia, curia. Et omnia appellativa feminini ſunt generis, ut regina, juſtitia: niſi hæc, quæ ad officia virorum pertinent, ut lixa, ſcriba, collega: & quæ à Græcis ſumpſimus, mutatione S. finalis in a, ut poëtes, cithariſtes, nos poëta, citharista dicimus. Et quæ à verbis compoſita ſunt, vel derivativa, communia ſunt, ut hic, & hæc agricola, rurigena: advena, parricida, conviva: & ſimilia.
F. Aliarum (a) proſequere vocalium regulas.
S. Faciam. In e. omnia tertiæ declinationis, & neutri generis, ut hoc (b) monile.
In i. neutrum, hoc gummi.
O. finita omnia tertiæ ſunt declinationis: ſed diverſi generis. E, antecedente o. maſculina propria ſunt, ut labeo, ganeo, aleo. I. antecedente o. quando ſunt verbalia, feminina ſunt, ut oratio, actio, conjugatio, &c. G. vel d. præpoſitis o. ſi mutatur o. in i. in obliquis caſibus, feminina ſunt, Virgo, uligo, dulcedo, cupido: quod & maſculinum eſt, quando proprium eſt. Excipiuntur, hic ordo, cardo, mango, margo, prædo, cudo, ſpado: & communia, homo, latro. Item, duo, ambo, octo, pondo communia: & Juno, & caro feminina. Alia omnia maſculina ſunt, ut ſtellio, cicero, carbo, ſermo. In u neutra ſunt, & quartæ declinationis, ut cornu, genu, gelu: & ſunt aptôta in ſingulari numero.
F. Placet, quod dicis, licet (c) III. dicas. Sed conſonantium regulas pande per te, me tacente & probante.
S. Fiat. in c. neutra duo, lac, alec.
In d. neutra; quid, quod, aliud: quæ nomina eſſe multis modis ratio probat.
In l. ſi Latina, neutra ſunt: tribunal, & ſal: quod maſculinum, & neutrum invenitur.
Si barbara fiunt, maſculina ſunt, ut Hannibal, &c.
In el neutra, mel, fel.
In il unum maſculinum, pugil. Unum femininum, Tanaquil: unum commune, vigil: unum neutrum, nihil, indeclinabile.
In ol unum maſculinum, ſol.
Ul finita, duo maſculina, conſul, præſul: unum commune, exul.
In am, unum commune, ut hic, & hæc, & hoc nequam.
Et omnia hæc juxta tertium flectuntur ordinem.
In um, omnia neutra ſunt, & ſecundæ declinationis, ut templum, templi.
In en, novem ſunt maſculina; lien, ren, flamen, pecten, tibicen, fidicen, liticen, tubicen, cornicen: cætera omnia neutra ſunt, ut carmen, flumen, & omnia tertiæ declinationis.
Ar finita ſunt tertiæ declinationis, ut neutralia: ut torcular, pulvinar. Exceptis, hic Cæſar, lar, & Nar fluvii nomen, & communis generis hic, & hæc, & hoc par; & quæ ex eo compoſita ſunt, impar, diſpar, compar.
Er finita, exceptis hæc mater, hæc mulier: & neutris his, ſuber, papaver, cadaver, laſer, ſiler, iter, cicer, ſiſer: & communibus his, pauper, uber, celer: alia omnia maſculini ſunt generis. Alia ſecundæ; alia, tertiæ declinationis: quorum declinatio facilè ex obliquis caſibus intelligi poteſt. Ideò de declinationum diverſitate minimè laborandum cenſeo.
F. Fac, ſicut placet. Ex me enim poſſum declinationes, ut dixi, (d) experiri.
In ir, unum maſculinum, hic vir, & ex eo compoſita, ſemivir, duumvir, (e) levir, & unum neutrum, hoc ir indeclinabile: & ſunt ſecundæ declinationis.
S. In or deſinentia tertiæ formam ſequuntur declinationis: & ſunt maſculina propria, vel appellativa: ut, Hector, orator, furor, doctor; exceptis tribus femininis, ſoror, uxor, arbor: & neutris his, ador, marmor, æquor, ebor, olor, femor, cor; & commune, hic, & hæc auctor, diſcolor, concolor, memor, & immemor; & omnia comparativa or finita, communis ſunt generis, ut hic, & hæc doctior, melior, excepto uno, hic ſenior. In ur, unum ſecundæ invenitur: hic ſatur, & facit ſatura feminino.

(a) ſic puto legendum pro mendoſo m. s. ſequere.
(b) M. s. munile, fortè, melius, ad analogiam veterem veterum.
(c) in m. s. requirebatur.
(d) M. s. experire mendosè.
(e) M. s. lævir.

SÆC. VIII. ANNO 790.

nino. Masculina verò hic Astur, turtur, vultur: commune, hic, & hæc augur, & fur. Alia omnia neutra sunt, ut guttur, sulphur, murmur, jecur, & tertiæ declinationis.

As, syllaba terminata, feminini sunt generis; ut, hæc dignitas, pietas, exceptis hic as assis, mas maris, vas vadis, & hoc vas vasis; & hoc fas, nefas, & omnis generis, nugas, & omnia tertiæ declinationis sunt. Sed inveniuntur propria primæ declinationis, hic Æneas, Lysias. Et tertiæ quoque, patriæ nomina, hic Mycenas, Capenas, Arpinas.

In es, correptam terminata, si naturaliter de mare, & femina significatio potest esse, communia fiant, ut hic & hæc hebes, id est, tardus: sic teres, comes, dives, sospes, hospes, præses, deses, obses, superstes, quadrupes, sonipes. Alia verò omnia, id est, quæ nullam naturalem communionem cum feminis habent, masculina sunt, ut stipes, limes, fomes, cespes: Exceptis in ges, syllabam desinentibus, e, in genitivo servantibus, ut hæc seges, segetis, teges, & abies; & omnia tertiæ sunt declinationis. Alia, in es, productam desinentia, si propria fiunt, masculina erunt: ut Hercules, Ulixes, & verres appellativum, cum porcum significat: & commune, ut hæres, locuples. Alia verò omnia feminina sunt: quædam tertiæ, ut cædes, strages, vulpes, apes: quædam verò quintæ, ut facies, effigies, spes, res, fides, & omnia in es purum finita, quintæ fiunt declinationis, præter quies, abies, paries, & omnia, consonante præcedente, tertiæ sunt declinationis, præter spes, & fides, res.

In is omnia tertiæ declinationis sunt, sed in is terminata, si n vel c ante is habent, vel si una syllaba supercresunt in genitivo, omnia masculina sunt, ut hic panis, piscis, hic lapis, lapidis: exceptis hæc bipennis, & hæc cuspis, cassis, cassidis, hic & hæc canis. Inveniuntur quoque pauca, licet his regulis non subjacent, masculina, ut hic fustis, ensis, postis, anguis, unguis, collis, follis, corbis vectis, mensis, torquis, axis, orbis. Si fiunt verò adjectiva, vel derivativa, vel ad homines solos pertinentia, semper communia fiunt: ut hic & hæc fortis, suavis, dulcis, exanguis, exanimis, civis, hostis, ædilis: alia omnia feminina sunt; hæc avis, classis, cutis, & tertii ordinis cuncta.

In OS feminina tria, cos, dos, glos: communia quinque, custos, sacerdos, bos, compos, impos. Neutra duo: os oris, os ossis. Alia omnia masculina, mos, flos, ros, nepos, lepos: & tertiæ declinationis omnia.

US. tam multiplex est in generibus, & declinationibus, ut nullatenus tibi, ô France, sub angustia hujus nostri (a) lusus, ejus possim pandere diversitates. Nam trium declinationum est, secundæ, tertiæ, & quartæ, Generis quoque masculini, feminini, & neutri, communis, & omnis, & epicœni.

(a) M. s. ludus mendosè.

F. Pande tamen aliquas de eo regulas, sæpè, dum solem non habemus, ad effugandas nocturnas tenebras, (b) laternis utimur.

(b) M. s. laternis utamur mendosè.

S. Ergò in US. masculini generis propria, vel appellativa, mobilia, vel fixa, secundæ sunt declinationis. Propria: ut Terentius Terentii, Marcus (c) Marci: *mobilia*: ut bonus boni, sanctus sancti: fixa, campus campi, hortus horti, fumus fumi. Et *tria feminina* secundæ: hæc colus, alvus, humus. Item feminina arborum nomina, secundæ sunt: hæc prius, prunus, pinus, fagus fagi, &c. Item neutra tria: hoc vulgus, virus, pelagus. Alia neutra in US finita, omnia tertiæ sunt declinationis: ut jus juris, munus, pondus, corpus, pectus. In US productum feminina omnia tertiæ sunt, & una syllaba in genitivo accrescunt: ut salus salutis, tellus, telluris, U producta, in obliquis, excepto palus paludis. Venus Veneris. Unum omnis generis, ut hic, & hæc, & hoc vetus veteris, & communis generis pauca, hic & hæc Ligus Liguris, grus, gruis, sus suis, & epicœna, mus muris, & unum masculinum, lepus leporis. Igitur quartæ declinationis feminina hæc tantum sunt: (d) annus, manus, porticus, tribus, domus, nurus, socrus, quercus. Quæ vero à verbis, vel nominibus (e) particibalibus, masculina sunt, & quartæ declinationis: ut hic status, hujus statis: status, à sto. ductus, à duco: consulatus, à consule. Tribunatus à Tribuno. Item S. vel, T, vel X. antecedentibus us, masculina, & quartæ declinationis sunt, ut risus, metus, sexus. Item penus, & specus, tam masculini, quam feminini, & neutrius. Invenitur etiam secundæ, tertiæ, & quartæ declinationis, (f) acus, & hæc acus. Invenitur in usu, & hoc acus, aceris, purgamentum frumenti. Pus, & virus, indeclinabilia sunt.

(c) M. s. Marcii mendosè.

(d) M. s. mendosè legen. anus.

(e) sic m. s.

(f) M. s. sacus, monstruosè.

In X. literam quacunque vocali, vel consonante antecedente eam, omnia tertiæ sunt declinationis, sed diversorum generum. Ut tamen breviter dicam: Omnia accidentia X. litera finita, communia sunt, ut hic, & hæc, & hoc audax, aurifex, velox. Item appellativa, ad utrumque sexum hominum pertinentia, communia sunt: ut hic, & hæc, & hoc conjux, dux: quæ verò ad solos mares pertinent, masculina sunt, ut rex: & quæ, ad solas feminas, feminina sunt, ut hæc (g) pellex. Propria masculina sunt, ut hic Ajax, Pollux: Item, quæ una syllaba accrescunt in genitivo, masculina sunt,

(g) M. s. palex, mendose.

Digitized by Google

sunt, ut hic vertex, apex, latex, cortex, codex, pollex: calix, fornix, (a) natrix & reliqua. Feminina verò hæc sunt; fornax, silex, ilex, carex, salix, radix, cornix, felix, meretrix, cicatrix, celox. Item omnia verbalia feminina sunt, ut victrix, genetrix, nutrix. Item, monosyllaba omnia feminina sunt, ut pax, lex, pix, nox, lux, arx, falx; excepto rex, & hic grex, & hic, & hæc dux.

(a) Narix m. s. mendose.

T. finitum unum invenitur neutrum, caput: & ex eo composita sunt, sinciput, occiput.

Quæ nomina in duas desinunt consonantes, si sint accidentia, trium generum omnia; ut hic, & hæc, & hoc expers, prudens, inops, celebs, princeps, parens. Pauca masculina, Mavors, Aruns. Pauca feminina, hiems, cohors, adeps. Monosyllaba in duas desinentia consonantes, maximè feminina sunt; ut ars, fors, gens, mors, lens, frons, pars, sors, scrobs, stips, trabs, urbs, puls: exceptis, hic mons, pons, dens, Mars.

In aus. feminina, laus, fraus.

In æs. masculinum præs, prædis. Neutra æs æris. Vix aliquando fœnore me solvebam gravissimo.

F. Sed gratissimo, quapropter ad numeros transeamus.

S. Fiat.

De Numero.

Numeri.

F. NUmerus quid est?

S. Dictionis forma, discretio quantitatis.

F. Numeri nominum quot sunt?

S. Duo: singularis ut homo: pluralis, ut homines. Sed singularis numerus finitus est: pluralis, infinitus est. Cum dico, homo, certum est unum me significasse. Cum homines dico, incertum est, de quot, nisi addam, decem, centum, mille vel quot libet: Nam à duobus, ad innumerabiles extenditur significatio.

F. Quæ dictiones habent numeros?

S. Quæ personas habent: id est, nomina, pronomina, verba, participia: ut vir, viri: ego lego, nos legimus: hic legens, hi legentes. Ideo infinita verba, & impersonalia carent numero, quia non habent personas.

F. Numquid adverbia non habent numeros?

S. Habent: sed inter accidentia adverbii numerus non ponitur: & indeclinabiles sunt numeri adverbiorum: & ad singularem, & pluralem dictionem (b) æquè ponitur, ut ter feci, & ter fecimus.

(b) M. s. aquæ, mendosissimè.

F. Quid tum interest inter numerorum nomina indeclinabilia, & inter adverbia.

S. Quod adverbia & singularibus, & pluralibus similiter junguntur: ut millies dixi. & millies diximus. Nomina verò non nisi pluralibus, ut mille homines diximus.

F. Sunt ne aliqua nomina, quæ una literatura utrosque habent numeros?

S. Sunt. Nam in prima declinatione, generis (c) dativi singularis una voce cum nominativo & vocativo plurali proferuntur: ut hujus, & huic poëtæ; & in omnibus hoc idem invenies declinationibus sæpissimè. Secunda, ut hujus docti, & hi docti. Tertia, hæc cædes, & hæ cædes. Quarta, hic fluctus, hujus fluctus: hi, & hos, & ô fluctus: us. productam in omnibus his casibus. Quinta, hæc res, & ô res: hæ, & has, & ô res.

(c) In m. s. lacuna. leg. Genitivi &,

In Pronominibus quoque, & participiis invenies voce communia, ut illi, isti, ipsi, dativi singularis, & nominativi pluralis. In participiis mobilia omnia in eâdem voce habent feminina in singulari nominativo, & neutralia in plurali, ut hæc victura femina, & hæc victura animalia. In verbis verò nulla vox est, quæ eadem possit esse in singulari numero, & plurali.

F. Unde aliqua nomin. sicut in Donato legi, semper singularia sunt & aliqua semper pluralia?

S. Natura, vel usu. Natura, ut propria, quæ naturaliter individua sunt, ut Hector, Achilles, sol, luna, Italia, Sicilia. Usu, ut sanguis, pulvis, lux, vita. Item, quæ ad pondus vel mensuram pertinent, singularia sunt, ut aurum, triticum, &c. similiter natura, vel usu quædam sunt semper pluralia: Natura, ut gemini, pisces in cœlo. Usu, ut arma, mœnia, nundinæ, Kalendæ. Nam per omnia genera invenies: quædam semper singularia, quædam semper pluralia, quæ studio brevitatis nobis prætermittenda esse reor.

De Figuris.

F. FIat, ut vis, etsi non libens, tamen consentio: sed de figuris disputemus. Et primo dic, quid sit inter figuratas dictiones, & (d) derivatas.

(d) M. s. mutilus.

S. Quod figuratæ dictiones, aut simplices sunt, ut magnus, aut compositæ, ut ma-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

gnanimus. Derivativa autem à ſimplici nomine derivantur, ut à pio, pietas; aut à compoſito, ut à magnanimo, magnanimitas, quæ decompoſita dicuntur. Compoſita intelligibilia ſemper ſolubilia debent eſſe. In integras dictiones, ſive ex integris, ſive ex corruptis componantur, ut reſpublica: ex duobus corruptis, ut parricida, ex parente, nomine, & cædere, verbo. Magnanimus ſi dico, à magno & animitate eſſe compoſitum, non poteſt eſſe: quia animitas intelligibile non eſt. Ideo neceſſe eſt, ut à compoſito, id eſt, magnanimo ſit derivatum magnanimitas.

F. Quot modis componuntur nomina?

S. Quatuor. Ex duobus integris, ut jusjurandum, ex duobus corruptis: ut parricida. Ex integro & corrupto, ut inimicus: ex corrupto & integro, ut efferus.

F. Cum quibus partibus componuntur nomina?

S. Cum omnibus, præter Interjectionem. Cum nominibus, ut paterfamilias: cum pronomine: ut illiuſmodi. Cum verbo, ut Lucifer. Cum adverbio, ut ſatisfactio. Cum participio, ut plebisſcitum. Cum conjunctione, ut uterque. Cum præpoſitione, ut perfidus.

F. A quot dictionibus componuntur nomina?

S. A duabus: ut ſeptentrio. A tribus, ut inexpugnabilis: vel à compluribus, ut cujuſcunque modi.

F. Quomodo declinantur compoſita nomina?

S. Si ex nominativo, & obliquo caſu componuntur, ea parte, qua nominativus caſus eſt, declinantur, ut hic tribunusplebis, hujus tribuniplebis, huic tribunoplebis, & reliqua. Si ex duobus nominibus, utrinque declinantur, ut hoc jusjurandum, hujus jusjurandi, huic jurijurando. Sin ex duobus obliquis componuntur, manent indeclinabilia, ut hujusmodi, ejusmodi. Componuntur quoque ſingularia cum pluralibus, ut orbisterræ, orbisterrarum. Poſſunt tamen hæc eadem compoſita etiam ſeparata eſſe, ſi diverſos accentus his dederis, ut reſpublica: vel ſi conjunctionem interponas, ut tribunuſque plebis.

F. Accentus compoſitæ figuræ quomodo fiunt?

S. Per omnes caſus, & per omnes compoſitiones, ſemper ſub uno accentu proferuntur, ut jusjurandum, jurisjurandi, cujuscunque modi.

Verte te France ad caſus, quia de figuris habes, quod quæſiſti.

F. Vertam, & lætus vertam, quia placitas mihimet rationes protuliſti de figuris.

De Caſibus.

ET primo mihi explana, unde caſus dicatur?

S. Caſus utique à cadendo dicitur: quia ab hoc ſenſu cadit in illum: vel ab hac terminatione cadit in illam.

F. Scio ſex eſſe caſus: ſex ſingulorum interpretationes velim pandere te, ô Saxo.

S. Bene vis. Primus nominativus, quia per ipſum nominatio fit. Iſte dicitur & rectus, quia primus à natura naſcitur: & ab eo facta inflexione naſcuntur alii. Deinde genitivus, quia per ipſum genus ſignificamus: ut genus eſt Priami Hector. Iſte quoque appellatur poſſeſſivus, eo quod poſſeſſionem ſemper per eum ſignificamus, ut Priami regnum. Poſt hunc dativus eſt, qui à dando dicitur, ſignificans aliquid nos dare: ut do tibi illam rem, qui & mandativus dicitur, ut commendo homini illam rem. Quarto loco eſt accuſativus, qui & cauſativus, ut accuſo hominem. Tum vocativus, qui & ſalutativus vocatur, ut ô Ænea; & ſalve, Ænea. Noviſſimè Ablativus ponitur, qui & comparativus, ſignificans aliquid abſumi, vel comparari: ut aufero ab Hectore gladium; & fortior Hectore Achilles eſt.

F. Ordinem quoque cur ſic poſiti ſint, profer?

S. Nominativus primum ſibi locum uſurpat: quia primum natura hunc protulit. Genitivus ſecundum, quia naturale vinculum generis poſſedit: omneſque obliquos generat. Dativus tertium: quia magis amicis convenit. Accuſativus quartum: qui ad inimicos ſæpius profertur. Deinde vocativus; quia imperfectior eſt aliis ſenſu: & ad ſecundam ſolummodo pertinet perſonam, dum alii caſus ad omnes perſonas junguntur: ut ego homo ſum, tu homo es, ille homo eſt: mei, tui, illius hominis eſt: mihi, tibi, illi homini da: me, te, illum hominem accuſo: à me à te, ab illo homine hoc protuli. Solus vocativus dicit, ô homo veni; ſed ablativus, quia noviſſimè repertus eſt, noviſſimè ponitur.

F. Num omnia nomina per omnes caſus declinari poſſunt?

S. Non poſſunt: quia ſunt nomina, quæ nominativum ſolum habent, & dicuntur aptota. ut fas, git, pus, ir. Sunt quæ Nominativum non habent, ut Jovis, Jovi, Jovem, à Jove. Alia, in quibus tres tantum obliqui inveniuntur; frugi; frugem, à fruge. Alia, in quibus duo: ut vicem, à vice. Alia, in quibus unus, ut ſponte, cœpe.

F. Quot

Digitized by Google

F. Quot formæ casuales sunt? SÆC. VIII. ANNO 790.

S. Sex sunt nomina monoptota: quæ una terminatione pro omni casu funguntur, ut gummi, nequam: sub qua regula sunt etiam nomina literarum, & numerorum à quatuor usque ad centum. Diptota sunt, quæ duos casus diversos habent, ut fors à forte: Vel omnes duabus tantum diversitatibus discretos, ut cornu: omnes casus habet in brevem u. Alia triptota, qualia sunt neutra in secunda declinatione, quæ tres diversitates casuum habent, ut templum, templi, templo, & omnia neutra pluralia per omnes declinationes: sidera, siderum, sideribus. Alia tetraptota: qualia sunt omnia in r desinentia, secundæ declinationis, ut puer, pueri, puero, puerum. Alia pentaptota; qualia sunt masculina secundæ declinationis in us finita: ut doctus, docti, docto, doctum, doctæ. Hexaptota sunt, quæ sex diversos habent casus: ut est unus, unius, uni, unum, une, ab uno.

F. Ne sit tibi oneroſum singulorum casuum terminationes per omnes quinque declinationes mihi exponere.

S. Longiorem me facis multis interrogationibus.

F. Quid si utiliorem in necessariis regulis?

S. Prima declinatio Genitivum & Dativum in Æ diphthongon. Accusativum in AM. Vocativum & Ablativum in A. desinunt. Ut, hic Poeta: Genitivo hujus Poetæ. D. huic Poetæ, hunc Poetam, ô Poeta, ab hoc Poeta. Nominativus & Vocativus pluralis in Æ. Genitivus in arum. Dativus & Ablativus in is. nisi sit discernendi generis caussa, ut deabus, filiabus, natabus, equabus. Accusativus in as. Hi Poetæ, horum Poetarum, his Poetis, hos Poetas, ô Poetæ, ab his Poetis.

Secundæ Declinationis Genitivus in I. desinit. Dativus & Ablativus in O productam. Accusativus in um. nisi sint neutra, quorum accusativus ubique sequitur suum Nominativum, seu in singulari numero, seu in plurali. Vocativus similis est Nominativo. in illis omnibus, quæ in m. vel r desinunt: si verò in ius nomina desinunt propria, Vocativus in I. ut Virgilius, Virgili. Si Nominativus in US. Vocativus in E. desinit. Ut hic magnus, magni, magno, magnum, magne, magno. Nominativus & Vocativus Pluralis, nisi in neutro, per I. finitur. Genitivus in orum. Dativus & Ablativus in IS. Accusativus in OS. hi magni, magnorum, magnis, magnos, magni, magnis.

Tertiæ Declinationis Genitivus in IS. Dativus in I. Accusativus in EM. In paucis in IM, ut turrim, sitim. Vocativus similis est Nominativo. Ablativus in quibusdam per E. correptam, ut à patre. In quibusdam per I. ut liberi. In quibusdam per E, & I, ut à felice & felici. Hic Rex, Regis, Regi, Regem, Rex, à Rege. Nominativus & Accusativus Plurales in ES productam. In paucis Accusativus in IS, ut turris. Genitivus in VM. In quibusdam in IVM, turrium. Dativus & Ablativus in BUS. Hi Reges, Regum, Regibus, Reges, Reges, à Regibus.

Quartæ Declinationis Genitivus singularis in US productam, Dativus in UI. Accusativus in UM. Vocativus similis est Nominativo. Ablativus U. productam: Ut hic senatus, hujus senatus, huic senatui, hunc senatum, ô senatus, ab hoc senatu. Nominativus pluralis, & Accusativus, & Vocativus in US productam. Genitivus in UUM. Dativus & Ablativus BUS. Ut hi senatus, horum senatuum, senatibus, senatus, ô senatus, à senatibus.

Quintæ Declinationis Genitivus & Dativus singularis in EI. divisas. Accusativus in EM. Vocativus similis est Nominativo. Ablativus in E profertur. Ut hæc res, hujus rei, rei, rem, res, à re. Nominativus, & Accusativus, & Vocativus pluralis in ES, Genitivus in UM. Dativus, & Ablativus in bus. ut hæ res, rerum, rebus, res, ô res, à rebus.

Num France adhuc sat habes de nomine?

F. Sat habuissem, Saxo, si non ciniphes, quæ sunt in domo Magistri, aures mihi quæstiunculis suis implessent. Tamen, si placet, transeamus ad alia. Illas, quoque modo excutiam.

S. Transi, quo velis, sequar te, quo vadis.

Incipit de Pronomine. Pronomen.

F. PRonomen quid est?

S. Pars orationis, cum casu positum nominis vice: ne sæpius iteratum nomen fastidium faciat audienti, vel legenti: & finitas recipit personas.

F. Pronomini quot (a) accidunt? (a) M.s. ubique accedunt.

S. Sex. Species, persona, genus, numerus, figura, casus.

F. Species pronominum quot sunt?

S. Duæ: quia sunt pronomina aut primitiva, aut derivativa.

F. Primitiva quot sunt?

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

S. Octo. Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is.

F. Derivativa quot ſunt?

S. Septem: Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

F. Unde hæc derivantur?

S. A genitivis primitivorum. A mei, meus, à tui, tuus à ſui, ſuus: à noſtrum, noſter, & noſtras: à veſtrum, veſter & veſtras. Hæc ſunt quindecim pronomina, in quibus nulla dubitatio eſt.

F. Perſonæ pronominum quot ſunt?

S. Tres. Sed prima perſona, & ſecunda ſingulas habent voces, quia præſentes ſemper ſunt inter ſe, ut ego, tu. Tertia verò ſex habet voces: quia tertiarum perſonarum plurimæ ſunt diverſitates: ut ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is. Et tertia perſona modò præſens eſt, ut iſte: modo abſens, ut ille.

Genus Pronominum.

De Generibus Pronominum.

F. GEnera Pronominum quot ſunt?

S. Quinque. Maſculinum, ut hic, femininum ut hæc: neutrum ut hoc: commune: noſtras, veſtras. Trium generum, ego, tu. Et omnia pronomina neceſſe eſt tria genera habere, vel in una voce confuſa, ut ego, tu: vel in diverſis diſtincta terminationibus, ut meus, mea, meum: quia pro uniuscujuſque rei propriis accipiuntur nominibus.

Figuræ.

De Figuris.

P. FIguram Pronominum dic?

S. Sunt Pronomina ſimplicia, ut iſte, hic. Sunt compoſita, ut iſtic: quod ex iſto, & hic componitur. Idem componitur ex is Pronomine, & demum Adverbio, & eſt numero commune: ut idem vir, & idem viri. In maſculino i producta, in neutro i correpta: & ejus femininum, eadem. Geminatur quoque ejus compoſitio in neutro, & dicitur idem, id eſt, idem & idem.

Componuntur pronomina cum Adverbiis, ut eccum, id eſt, ecce eum, ellum, ecce illum. Et cum præpoſitione, ſed per anaſtrophem, ut mecum, tecum, ſecum: & cum nomine, ut hujusmodi, iſtiusmodi.

(a) M.s. Vede, ē, mendosè.

(a) Unde illa compoſitio, egomet, & hujuſce, non eſt compoſitio, ſed paragoge, id eſt, adjectio ſyllabæ. Et ſunt quatuor ejusmodi adjectiones, me, ce, te, pte: ut egomet, tute, meapte, hujuſce, illice: quod per apocopen profertur, illîc, ultima circumflexa.

Numerus.

De Numero.

F. NUmeri pronominum quot ſunt?

(b) In m.s. deſiderabatur, ut paſſim perſonarum diſcretio.

S. (b) Duo. Singularis ut iſte. Pluralis, ut iſti.

Sunt & numero communia: ut ſui, ſibi, ſe, à ſe: quod nominativo caret, differentiæ cauſa: quia, ſi eſſet hi, vel ſi, nominativus dubitationem feciſſet inter hi, aliud pronomen, & ſi, conjunctionem. Vel quia tranſitio, vel reciprocatio perſonæ in nomine non poteſt eſſe: quod ſui ſemper habet (c) reciprocationem: ut, ſui meminit. Tranſitio, ut ſuo ſervo loquitur.

(c) M.s. reciprocatio mend.

Caſus.

De Caſibus.

(d) M.s. profert, mend.

F. CAſus pronominum (d) profer?

S. Caſus Pronominum ſunt, ut Nominum. Niſi quod prima perſona, & tertia, plus quinque caſibus habere non poſſunt: quia vocativus in eis fieri non poteſt: qui proprius eſt ſecundæ perſonæ, excepto meus, poſſeſſivum, quod mi facit vocativo: (e) duas ee. breves in i longum euphoniæ cauſa convertens: cujus pluralis quoque vocativum habet, ò noſter.

(e) M.s. duæ mendosè.

F. Quot formæ caſuales fiunt in pronomine?

S. Sunt pronomina, monoptota: ut eccum, ellum, mecum, tecum. Alia triptota: ut ſui, ſibi, ſe, mecum, tecum, ſecum. Alia tetraptota: tuus, ſuus, illud, iſtud. Alia pentaptota. Ille, ipſe, iſte. Nam ſexaptota non inveniuntur pronomina.

F. Dum pronomina caſus habent, & numeros neceſſe eſt eos habere & declinationes, quarum regulas, ut ediſſeras, flagito.

S. (f) En, probus es ſcrutator.

F. Qui tu, tenax es largitor.

(f) M.s. In, mend. per Sueviſmum librarii.

S. Quatuor ſunt declinationes pronominum.

Prima eſt, quæ in tribus primitivorum perſonis cernitur. Cujus Genitivus & Dativus in I. Accuſativus & Ablativus in E. productam, ut ego, mei, mihi, me, à me. Tu,

Digitized by Google

Tu, tui, tibi, te, à te. Sui, ſibi, ſe, à ſe. Primæ & ſecundæ perſonæ plurales, Nominativum, & Accuſativum in os. Genitivum in um. vel in i. Dativ. & Ablat. in is. ut nos, noſtrum, vel noſtri, nobis, nos, à nobis, ſimiliter & vos. Tertia perſona non habet nominativum, & per cæteros caſus communis eſt numeri, ſui. SÆC. VIII. ANNO 790.

F. Unde perſonæ intelliguntur pronominum?

S. In primis ſyllabis: in extremis caſus, & numeri.

Secunda declinatio eſt in reliquis quinque primitivis quorum genitivus in ius, dativus in i. deſinit, per tria genera: præter huic ſolum: ne, hui, interjectio putetur. Accuſativus autem & Ablativus ſingularis, & omnes caſus plurales in maſculino, & neutro ſecundæ declinationis Nominum terminationes ſervant. In feminino primæ, ut ille, illius, illi, illum, ab illo. Et pluraliter: Illi, illorum, illis, illos, ab illis. Illa, illius, illi, illam, ab illa. Illæ, illarum, illis, illas, ab illis. Illud, illius, illi, illud, ab illo. Illa, illorum, illis, illa, ab illis. Sic & (a) reliqui quatuor declinantur. Niſi hic, & hæc, & hoc, c. per omnes ſingulares caſus aſſumit, præter Genitivum.

(a) Reliqua fort. leg.

Tertia declinatio eſt pronominum, in quinque derivatis, quæ ſecundum regulam nominum mobilium in utroque numero declinantur. In maſculino & neutro, ſecundam: in feminino primam ſequens declinationem. Et ſunt hæc: meus, tuus, ſuus, noſter, veſter.

Quarta declinatio eſt communium: & declinantur ſicut in duobus reliquis, quæ ſequuntur tertiæ declinationis nomina; ut hic & hæc noſtras, veſtras: & hoc noſtrate, veſtrate; noſtratis veſtratis. Ecce habes, quæ vi extorſiſti.

F. Melius eſt vi extorquere, quàm non habere. Dic tamen de ô. qui Vocativo caſui in nominibus, & pronominibus, & participiis jungitur, eſt pronomen, an non?

S. Non eſt pronomen, ſed Adverbium vocandi, vel optandi; ejusdem ſignificationis. Dum dicis, heus juvenis, & ô juvenis. Et nulli alii perſonæ poteſt jungi, niſi ſecundæ.

F. Memor eſto, dixiſſe te, XV. Pronomina eſſe. Sed quid eſt, quod Donatus inter Pronomina poſuit, quis, talis, quot, quot, quotus, totus?

S. Memini me dixiſſe, XV. eſſe Pronomina: in quibus nulla dubitatio eſſet. De iſtis enim, quæ ponis, dubitatio eſt, an ſint Pronomina, vel nomina. Priſcianus, latinæ eloquentiæ decus, nomina interrogativa, vel relativa, vel redditiva ſubſtantiæ ea omnino dicit: & Pronomina negat eſſe poſſe: quia finitas perſonas non habent, quod proprium eſt pronominis cum caſu juncti, ſicut & alia novem nomina mobilia, quidam errore ſeducti, pronomina dicunt eſſe, quia pronominum Declinationem habent: Id eſt unus, ullus, nullus, ſolus, totus, alius, alter, uter, neuter; quos multæ lectionis ratio revincit.

An meus, tuus, ſuus, Nomina dicenda ſunt: quia per omnes caſus Nominum ſequuntur Declinationem, quantum ad puerilem noſtram diſputationem pertinere viſum eſt. De Pronomine habes ſufficienter.

F. Sed totum te transfer ad Verbum.

S. Placet quod habeo: licet plus (b) indigiſſem.

(b) Sic m. s. fort. legend. indiguiſſem temporis.

F. Attamen totum me, ut ſuades, transferam ad inquiſitiones verbi: Tute ad reſponſiones para.

S. Faciam.

De Verbo.

Verbum.

F. PRimò omnium Verbi definitionem dic mihi?

S. Magis interrogemus Magiſtrum quæ ſit Verbi definitio ſecundum Philoſophiam.

D. An habet, Magiſter, juxta Philoſophiæ rationem, hæc tam principalis pars definitionem propriam, veluti nomen?

M. Habet ſubtilem definitionem, & nobilem: & eſt hujusmodi.

Verbum eſt vox ſignificativa ſecundum placitum, cum tempore definitum, aliquid ſignificans, & (c) accedens.

(c) Sic m. s. habet, leg. accidens, ut infra mox patet.

D. Expone, pater, hanc nobis definitionem.

M. Dum dico, *lego*, actum ſignifico legentis: quem actum alia Græcus ſignificat voce: & ideo Verbum ſecundum placitum eſt. Tempusque adtrahit definitum, id eſt, certum aliquid ſignificat. Et accidens. Accidit enim actio, vel paſſio homini. Sed veſtram vos intrate diſputationem: hæc aliàs.

F. Fiat, ut jubes.

F. Profer, Saxo, proprietatem (d) Verbi.

(d) M. s. vebi, blæſe & mendosè.

S. Verbum eſt pars orationis cum temporibus, & modis, ſine caſu, agendi, vel patiendi ſignificativum.

F. Si verba actum, vel paſſionem ſignificant, unde dicuntur neutra?

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

S. Non ideo, quod actum, vel passionem (a) ne significent: sed ideo, quia unum horum significant. Nam Activa, in nostro actu alterius passionem significant. Nam, dico, Amo te, patiaris actum meum, id est, quod amo te. Et, dum dico, amor à te, patiar ego actum tuum, id est, quod tu me amas. Neutra verò uniformiter significant, vel agentem, ut ambulo, curro, prandeo: vel patientem, ut ardeo, veneo, vapulo. Sed & casus non egent, quibus Activa, vel passiva egent. Nam Activa, Accusativo casui junguntur: ut amo te: sæpe & genitivum, ut memor sum tui. Et, dativum; ut, dico tibi. Passiva, ablativo junguntur, ut, amor à te. Neutra Absoluta sunt, & per se sensum significant, ut vivo, spiro, pergo.

(a) Non, forte leg.

F. Verbo quot accidunt?

S. Septem: significatio, quæ & genus dicitur: tempus, modus, species, figura, persona, numerus.

Significatio verborum propriè in actione, vel in passione est: quæ secundum analogiam duabus terminantur literis, o. & r. In o. activa, & neutralia. In r. passiva, deponentia, communia. Et hæc sunt genera verborum quinque.

Activa sunt, quæ semper actum significant, ut amo te. Tamen, si quis altius consideres in Activis verbis passionem; & in passivis, actionem, sicut supra diximus, inveniet. Neutra uniformiter semper proferuntur, id est, aut actum solum, aut passionem solum significant. Actum, ut manduco, curro: passionem, ut vapulo, à te; sunt quoque neutralia, intrinsecus in seipsis habentia passionem: & non ab alio extrinsecus, ut rubeo, ferveo, caleo, ægroto, ruo. Deponentia quoque unam semper habent significationem: aut Activam, ut sequor te, (b) præstolor te. Vel sine adjectione casus, luctor, loquor. Aut Passivam, ut nascor à te, patior à te, mereor à te. Communia duas habent in una voce significationes agentis, & patientis, ut osculor te, osculor à te.

(b) M. præstulor.

F. Quot modis declinantur verba?

S. Duobus modis. Nam neutra Activorum, Deponentia, & communia Passivorum regulam in Declinatione maximè sequuntur: sunt præterea neutra Passiva, quæ in præterito perfecto, & plusquam perfecto, passivi declinationem habent. Et sunt hæc sola: audeo, ausus sum: fido, (c) fisus sum: fio, factus sum: & si qua ex his componuntur: sunt alia passivoneutra superiori contraria, (d) comperior, mereor, (e) divertor, faciunt enim præteritum comperii, merui, diverti.

(c) M.s. fidem mendosè.
(d) M.s. compereor mendosè.
(e) M.s. devertor. fortè non malè.

F. Nunquid certas habent semper verba significationes?

S. Nequaquam semper certas. Sed alia sunt, quæ una voce vel conjugatione diversas habent significationes: ut colo, pro diligo, & habito, & aro accipitur. Committo, pro credo, & commendo. Condo, pro ædifico, & celo: gratulor pro gaudeo, & gratias ago ponitur. Sunt alia, quæ cum conjugatione mutant significationem. Hæc, in secunda persona discernuntur: ut, mando, mandas, à mando: mando, mandis, à manduco: fundo, fundas, à fundando: fundo, fundis, à fundendo: volo, volas, à volando: volo, vis, à voluntate: fero, feras, feravi: fero, feris, fevi: lego, legas, & lego, legis: dico, dicas, brevis: dico, dicis longa: appello, & compello, compellas, id est, (f) clamo: appello, appellis, id est, (g) applico: repello, compello, id est, cogo.

(f) Acclamo fortè.
(g) Desiderabatur in m. s.

Hæc, France, de varia verborum significatione dicta sufficiant; nunc ad tempora curro.

F. Fiat. Primò, dic mihi unde dictum sit tempus?

S. A temperamento: quia omnia mortalia tempus habent.

F. Tempora quot sunt?

S. Tria, secundum naturam, præteritum, ut legi: præsens, ut lego: & futurum ut legam: quadam tamen necessitate, præteritum tempus in tres dividitur distantias: quia quædam sunt, quæ multo ante dicimus transacta: ut legeram. Aliquando quædam, quæ paulo antè, ut legi heri. Quædam inchoata sunt, sed nondum perfecta, ut legebam. Et ideo quinque tempora adnumerabimus in verbis.

F. Quod horum tempus in verbis principalem inter cætera tenet locum?

S. Præsens: quia in ipso sumus, dum loquimur. De præterito, & futuro, & à præsenti, dicuntur præteritum & futurum: quamvis itaque præsens tempus instabili motu naturaliter exolvatur, & pars ejus jam prætereat, parsque sequatur, tamen ad ornationem diversorum gestorum tempora dividimus.

F. Num in omnibus modis omnia tempora inveniuntur?

S. Nequaquam. Nam imperativus naturaliter (b) necessitate non habet præteritum: quia ea sola imperamus, quæ in præsenti sunt, vel in futuro. Cæterum indicativus, & subjunctivus per omnia tempora currunt: Optativus quoque, & Infinitivus, licet confusa voce, in quibusdam tamen omnia habent tempora: ut, utinam legerem nunc & heri, & utinam legissem, ante, & ante quinquaginta annnos. Item, legere me volo, & volebam: & legisse me volui, & volueram.

(b) Necessarium fortasse.

F. An in omnibus Verbis hæc quinaria temporum divisio invenitur?

S. Non:

Digitized by Google

S. Non: quia ſunt Verba, quæ rationem temporum non ſervant, ut inchoativa verba in omni præterito perfecto, & pluſquamperfecto deficiunt. Item omnia impersonalia, quæ à ſe naſcuntur; in futuro Infinitivi deficiunt, ut (a) pœnituere, penituiſſe: & pleraque neutra in futuro Infinitivi deficiunt, ut horreo, horrere, horruiſſe. Nam pœnitum ire non dicimus, &c. SÆC. VIII. ANNO 790.

(a) pœnitere f. leg.

Sunt quoque verba, quæ præteritum tempus non habent, niſi ex aliis ſumantur verbis, ut percutio, percuſſi. Ferio non habet præteritum, niſi dicas, percuſſi, ſic ſtatuo, ſtatui: ſiſto, ſtatui: (b) ſuſtollo, ſuſtuli: & ſuffero, ſuſtuli: tollo, tuli, & fero, fers, fert, tuli facit: inſania, inſanivi: & fureo, inſanivi: cerno, crevi, & creſco crevi facit. Item quoque inchoativa & meditativa, non ſolum in præterito: ſed etiam in futuro infinitivi deficiunt: tepeſcere, parturire. Item verbis in or. deſinentibus deſunt tempora præterita perfecta, & futurum Conjunctivi: ſed per participia & verbum ſubſtantivum ſum, declinantur, ut amatus ſum, amatus fueram, amatus ero, &c.

(b) M.s. ſuſtulo, mend.

De Modis Verborum.

Modi Verborum.

F. MOdi Verborum quid ſunt?

S. Modi ſunt diverſæ inclinationes animi, varios ejus affectus demonſtrantes. Et ſunt quinque, Indicativus, qui & diffinitivus, quo indicamus vel definimus, quid agatur, vel (c) patiatur à nobis, qui ideo primus ponitur, quia perfectus eſt perſonis & temporibus: Et alii ex eo modi regulam ſumunt. Vel, quod ex eo participia, vel nomina, vel verba derivantur: ut à duco, ducens: à duxi, ductus, & dux: ferveo, fervens, ferveſco, fervor.

(c) Solœcophanes indulgend. ſeculo illi.

Imperativus eſt, quo imperamus aliis, ut faciant, vel patiantur. Et eſt per ſe abſolutus, nec alterius indiget partis ad ſignificandum: & ideo ſecundum tenet locum in modis. Et hoc, orantes ſæpiſſimè utimur; ut Muſa mihi cauſas memora ——

Deinde Optativus, per quem optamus: qui ideo tertius in ordine ponitur, quia inferior eſt qui optat, quam qui imperat: Et adverbio optandi indiget ad complendum ſenſum: ut utinam legerem.

Quarto loco Subjunctivus ponitur: & jure. Eget enim non modò Adverbio, vel Conjunctione: verum etiam altero verbo, ut perfectum ſignificet ſenſum. Unde & ſubjunctivus dicitur: ut Virgilius: Cum faciam vitula, pro frugibus ipſa venito. Et omnibus aliis modis ſociari poteſt; ut, dum legerem, ſcripſi; & dum legam, ſcribe. Et dum legerem, utinam ſcriberem.

Infinitivus eſt, qui & perſonis innumeris deficit, & eget uno, ex ſupradictis quatuor modis, ut plenum aliquid ſignificet: ut legere propero: legere propera: utinam legere properarem: cum legere properarem.

Impersonale verbum à neutris activæ ſignificationis, vel ab activis naſcitur: ut, curritur, vivitur, legitur, amatur. Et per omnes modos, & perſonas, & tempora, & numeros, junctis pronominibus ritè declinantur: Curritur à me, à te, ab illo, à nobis, à vobis, ab illis. Præterito imperfecto, legebatur. Præterito perfecto, lectum eſt. Præterito pluſquamperfecto, lectum erat. Futurum, legetur: ſic & per alios modos.

F. Quid eſt inter impersonale, & infinitivum?

S. Infinitiva verbis junguntur: ut legere volo. Impersonalia Pronominibus: ut legitur à me.

F. Quot formæ ſunt Impersonalium?

S. Quatuor. Aut in tur, aut in at, aut in it, aut in et, exeunt: ut ſtatur, reſtat, contingit, pudet, ſed quæ in et exeunt, alia à verbis veniunt, ut miſeret: Alia à ſe oriuntur, ut pudet, pœnitet, decet.

F. Quæ ſunt ſupina, vel (d) participalia?

(d) participialia f. leg.

S. Quinque ſunt ejusmodi voces: ut legendi, legendo, legendum, lectum, lectu. Quas Priſcianus omnino nomina vult eſſe: quia temporibus carent: & perſonas non diſcernunt: & Præpoſitionibus ſeparatis junguntur: ut, ad legendum vado, vel, legendo venio.

F. Intentus ſum de ſpecierum ratione audire maximè; quia hoc accidens verbi Donatus dimiſit.

S. Non dimiſit: ſed in formis attigit. Nam ſpecies verborum duæ ſunt: Una principalis, quam Donatus perfectam formam nominat: ut lego. Altera, derivativa, quam ille meditativam, frequentativam, vel inchoativam dicere voluit: ut à lego, lecturio, & lectito, Et à ferveo, ferveſco. Et hæc, id eſt, inchoativa, ſemper in ſco deſinunt, & tertiæ ſunt Conjugationis: ut, caleſco, caleſcis, veſperaſco, veſperaſcis. Et præteritum non habent tempus: nec participia futuri temporis.

Frequentativa, primæ ſunt conjugationis, & in tito, vel to; vel ſo, vel xo, deſinunt, ut lectito, as: dicto, as: merſo, as: nexo, as: & fiunt ſemper neutra, ut inchoativa.

Medita-

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 796.

Meditativa in urio desinunt, & quartæ tantum conjugationis sunt, ut lecturio, is: esurio, is: quod ab edo derivatur.

Sunt aliæ quoque species derivativorum: ut à video, viso; id est, cupio videre; à facio, facesso: à capio, capesso: à lacero, lacesso; ab arceo, arcesso: ab acceo, accesso: quæ frequentativa non esse, conjugatio ostendit. Sunt quoque alia per diminutionem derivativa, ut à sorbeo, sorbillo, à garrio garrulo: à calvo, calvillo. Item à nominibus derivativa fiunt: ut à patre, patrisso: à græco, græcisso. Impersonalia quoque penè omnia ab adjectivis, vel neutralibus (a) derivativa sunt, ut à lego, legitur; à sto, statur. Inveniuntur quoque & ab adverbiis verba derivari: ut perendiè, perendino: & à cras, ut procrastino: & ab intus, intro, intras.

(a) derivata fortè.

De Figuris Verborum.

Figuræ Verborum.

F. Figuratas verborum compositiones expone precor.

S. Sunt verba simplicia, ut cupio, taceo, sed & composita, concupio, conticeo. Sunt & decomposita, id est, à compositis derivata, ut concupisco, conticesco. Sunt & ex tribus partibus composita, ut perterrifico. Sunt & quæ mutant in compositione Conjugationem: ut do, das, facit reddo, reddis: facio, facis, amplifico, as. Sunt composita, quorum simplicia in usu non sunt, ut offendo, aspicio, aperio, refragor. Fendo, & spicio, & perio, & fragor non reperi. Sunt, quæ genus mutant in compositione, sperno, spernis, Activum: aspernor, aspernaris Deponens: sedeo, sedes, neutrum: insidior, insidiaris, deponens: obsideo verò, & adsideo: activa sunt eo, & facio, neutra sunt: adeo, subeo, perficio, conficio, & ex eis composita, activa sunt: faciunt, adeor, subeor, perficior, conficior. Ex facio quoque neutro, versificor, versificaris: & à gratificor, gratificaris, deponentia nascuntur. Complecto, activum: amplector, deponens. Componuntur verba cum nominibus, ut ab amplo, & facio, amplifico. Ex quo participium, amplificans. Et, cum altero verbo, ut calefacio, id est, calere facio: vel cum adverbio, ut benedico: vel cum præpositione, ut indico, subeo. Sed præpositionibus per compositionem junguntur semper, sicut nominativo (b) casui: cujus vim ubique per omnes personas verba obtinent: ut facio ego, facis tu, facit ille, nisi imperativa secundæ personæ vocem adsciscunt, ut scribe (c) Virgili, lege Terenti.

(b) M. s. casu.

(c) M. s. mendosè. Virgilii Terentii.

De Conjugatione Verborum.

Conjugationes Verborum.

F. Ecce de figuris habeo: sed Conjugationum distantias dic mihi. Et primum unde dicta sit conjugatio expone.

S. Conjugatio dicta est, quod in unam declinationis rationem plurima conjungit verba.

F. Conjugationes quot sunt?

S. Apud Græcos (e) decem. Apud Latinos quatuor. Et eorum, quæ in O. prima definit persona, si secunda in as, finitur, ut, amo, amas, è sto, stas: hæc prima dicitur. Et secunda in es, ut moneo, mones. Tertia in is brevem, ut lego, legis. Quarta in is longum, ut, munio, munis. Eorum verborum, quæ in or, prima persona finitur, & in aris secunda, prima est conjugatio, ut amor, amaris: criminor, criminaris: luctor, luctaris. Secunda in eris, producta (f) penultima, doceor, doceris: reor, reris. Tertia in eris, correpta penultima: legor, legeris: sequor, sequeris. Quarta in iris, producta penultima, munior, muniris: molior, moliris. Nam singula verba certas habent conjugationes. Sunt verba in prima persona confusa: in secunda verò sensu, & conjugatione discernuntur, ut dico dicis, & dico dicas: volo, volas, volo vis, fundo fundas, fundo fundis, mundo mundas, mundo mundis. Sunt quædam è contrario unius significationis, sed diversæ conjugationis, ut denso densas, & denseo denses, strideo strides & strido stridis, ferveo ferves, ferveſco, cis: fervo fervis; cieo cies; cio cis; dureo dures, unde duresco; & duro duras; tueor tueris; tuor tueris, correpta penultima: fulgeo fulges, fulgo fulgis; excelleo excelles; excello excellis; sono sonas, sono sonis: uno unas; unio unis.

(e) M. s. decim, non malè: sed antiquè: unde undecim, & porrò.

(f) M. s. penè ultima.

F. Quot modis declinantur verba?

S. Quorum rationabiliter prima persona in o, definit, tribus modis declinantur, absque præterito perfecto indicativi, & imperativo, & infinitivo. Nam juxta præsens tempus trium conjugationum per omnes modos & tempora declinari solent verba, nisi præscriptis. Præteritum verò imperfectum, & Plusquamperfectum primæ Conjugationis. Item secundæ & tertiæ, & quartæ Optativi. Futurum, præsens (g) subjunctivi, secundum primæ præsens tempus in ultimis literis semper declinantur: ut amo, amas, amat: amamus, amatis, amant: amabam, amabas, amabat: amabamus, amabatis,

(g) M. s. subjunctiva.

Digitized by Google

tis, amabant. Amaveram, amaveras, amaverat, amaveramus, amaveratis, amaverant. Optativi futurum, & præſens Subjunctivi: doceam, doceas, doceat, doceamus, atis, ant. Secundum præſens tempus, ſecundam Conjugationem futuri indicat. In tertia & quarta omne præſens, & præteritum optat: & (a) ſubjunctativum præteritum imperfectum, longam in penultima: & pluſquamperfectum. In omni Conjugatione primæ quoque optativi futurum, & ſubjunctivi præſens, ut legam. es. et. emus. etis. ent. Doceo, ces. cet. cemus. cetis. cent. ſic declinanda ſunt, amarem amares, amaret. remus. retis. rent. amaviſſem, ſes. ſet. emus. etis. ent. quæ ſunt ſubjunctivo, & optativo communia, SÆC. VIII. ANNO 790.

(a) Sic m. ſ. vid. ſup.

Item optativi futurum, & ſubjunctativi præſens, amem, ames, et. emus. etis. ent. Secundum tertiæ conjugationis præſens, & indicativi futurum primæ, & ſecundæ, & quartæ, in eo, deſinentis, & ſubjunctivi præteritum perfectum, & futurum: niſi in tertia perſona plurali, U. mutant in I. ut lego, legis, legit: legimus, legitis, legunt: amabo, is, it: imus, itis, unt: docebo, bis, bit: bimus, bitis, bunt, Subjunctivi præteritum perfectum; amaverim, is, it; imus, itis, int. Item, amavero; is, it; imus, itis, int. Et quartæ: ibo, ibis, ibit; ibimus, itis, ibunt. Horum autem omnium verborum, quæ bina diſtinctione à ſecunda perſona declinantur, prima perſona aut in O, aut in AM, aut in EM, aut in IM. deſinit.

F. Quomodo Præteritum perfectum, & Imperativus declinanda ſunt?

S. Omne præteritum perfectum, ſi juxta rationem declinantur, in I. mittit primam perſonam. In ſecunda, ſti ſyllabam: tertiam in it. & pluralem numerum in imus, in iſtis, in erunt, vel êre, longa E mittit.

F. Imperativi finales literas deprome?

S. Omne Imperativum ſingulare, primam, natura abdicante perſonam non habet, & Vocativo caſui jungitur, quia præſenti imperat in ſecunda perſona, quæ in prima Conjugatione A longa finitur, ut ama. In ſecunda E. quoque longa, ut ave. In tertia E, brevis, ut lege. In quarta I. longa: ut audi: quæ ubique in verbis vel nominibus I. in fine poſita, producitur. Tertia perſona in prima conjugatione in ET. In cæteris Conjugationibus in AT. ut amet, habeat, legat, audiat. Prima perſona in numero plurali in MUS, & ſecunda in TE. Tertia in ENT, in prima Conjugatione. In cæteris ANT. ut amemus, amate, ament: doceamus, docete, doceant, &c. ubique peneultima primæ perſonæ, & ſecundæ longa; abſque tertiæ Conjugationis ſecunda perſona, quod eſt legite. Futurum Imperativi in TO, ſecunda perſona, ut amato, habeto, legito, audito, longa penultima abſque tertiæ conjugationis tertia perſona futuri ſimilis eſt ubique præſenti, tertia perſona, & prima pluralis numeri ſimilis quoque eſt pluralis præſentis ſecunda perſona pluralis in TOTE. ut amatote, habetote, legitote, auditote. Tertia finit in NTO. ut amanto, docento, legunto, audiunto.

F. De Infinitivis dic?

S. Omne Infinitivum præſens RE. & præteritum in SE, & futurum in IRE, vel ESSE in omni Conjugatione deſinit, ut amare, amaſſe, amatum ire vel amaturum eſſe.

F. Quid de quinque (b) Gerundiis ſentiendum eſt?

(b) M. s. Garendivis.

S. Quid aliud, niſi, ut prius dixi, quod omninò ſecundum Priſcianum nomina ſunt. Nam præpoſitiones ſeparatas, Accuſativos caſus, & Ablativos accipiunt: ut, amandum, in amando, quod verbo non poteſt (c) accidere.

F. Quid tamen diſtat inter amandum, amando, & amatum, amatu?

(c) M. s. ubique accedere.

S. Quod amandum neceſſitatem amoris ſignificat: amatum, initium amoris. Similiter amando, in ipſo amore: amatu, pro amatione, id eſt, pro ipſa re accipitur.

F. Paſſim regulas pande mihi.

S. Pandam breviter, ne prolixior ſim: quàm (d) huic puerili ludo deceat. Omne paſſivum ex activo fit ubique per omnes Conjugationes O finita, vel M. In Activis tempore præſenti, & præteriti imperfecti, & futuri aſſumunt R. in paſſivis, amabo, amabor: amato, amator: amanto, amantor: amabam, amabar: amarem, amarer: amem, amer: legam, legar, &c. cæteras perſonas, ſecundum prædictas regulas trium Conjugationum præſentis temporis declinantur. Nam ſecunda perſona in RIS, vel in re. deſinit. Tertia in tur, Et prima in plurali in mur. ſecunda in mini. tertia in ntur. Omnium modorum, præter perfectum & pluſquamperfectum, & ſubjunctivi futurum per participium præteriti temporis; & ſum ſubjectivum verbum declinatur: ut amatus ſum, vel fui: amatus eram, vel fueram. Optativus, amatus eſſem, vel fuiſſem. Subjunctivus, amatus ſim, vel fuerim, eſſem, vel fuiſſem. Futurum, amatus ero, vel fuero. Paſſiva imperativa ſecunda perſona præſentis in omni conjugatione, ſimiles activis infinitivis, ut amare, docere, legere, audire, peneultima longa, niſi tertia conjugatione. (e) Tertia verò in tur exit: prima pluralis in mur, ſecunda in mini: quod Imperativus & Infinitivus ſimiliter proferuntur in prima conjugatione;

(d) Sic m. s.

(e) Pleraque indiſtincta in m. s.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

tertia pluralis in prima in entur: aliis in antur, & futuri temporis ſecunda perſona in tor, & tertia in tur. & pluralis prima in ur: & ſecunda in minor. & tertia in ntor: ut, amare, ametur; amemur, amaminor, amentor. Ametor, ametur; amemur, ameminor, amentor. Infinitiva paſſiva ſemper in i. præſentis temporis, ut amari, doceri, legi, audiri. Et præteritum, per participium neutrale, & eſſe, vel fuiſſe: ut, doctum eſſe, vel fuiſſe: & futurum per iri; ut amatum iri. Ecce habes France, quod quæſiſti: ſed tua curioſitas te facit non amatum iri.

F. Nec tua te invidia gratum iri.

S. Cautè: ne audiat, qui flagellare ſolet. Sed proſequere cætera.

F. Ut reor ordo accidentium depoſcit perſonas verborum inveſtigare.

(a) M.s. tria perperam.

S. Perſonæ verborum (a) tres ſunt. Prima eſt, quæ de ſeipſa loquitur, & alias oſtendit. Secunda ad quam loquitur. Tertia, de qua loquitur: niſi enim ſit prima, quæ profert ſermonem, aliæ eſſe non poſſunt. Et primæ quidem, & ſecundæ verborum perſonæ finitæ ſunt. Præſentis enim demonſtrant. Tertia verò infinita eſt. Itaque eget plerunque pronomine, ut definiatur. Et prima quidem poteſt ſibi & ſecundam, & tertiam conjungere: ut ego, tu, & nos facimus: ego & ille facimus, Secunda verò conjungere ſibi non niſi tertiam, ut tu & ille facitis. Tertia verò nec primam, nec ſecundam, ſed alteram tertiam, ut iſte & ille faciunt. In Imperativis prima perſona ſingularis non poteſt eſſe, quia naturaliter imperans ab eo, cui imperat, dividitur. Infinita quoque, & impersonalia, & gerundia carent perſonis naturaliter.

Numerus Verborum.

De Numero.

F. NUmerum verbis accedentem pande?

S. Numerus ſingularis, ut lege: pluralis, ut legimus: accedit verbo veluti omnibus partibus caſualibus: ſed in verbo ſub una voce nunquam ſingularis, & pluralis invenitur numerus, ſicut in cæteris partibus. Ut dies, res, Nominativus ſingularis, & pluralis. Iſti, illi, dativus ſingularis, & Nominativus pluralis. Sciendum quoque eſt tibi, quod quæcunque verba perſonis deficiunt ſemper & numero Defectiva fiunt, ut Impersonalia, & Infinitiva. Ideo pronominibus additis adſumunt perſonas, & numeros, ut legitur à me, à nobis: legere te volo, & legere vos volo.

F. Sed quia Defectiva eſſe verba introduxiſti ſubitò Defectiva per ſingula Accidentia, opus habeo, ut pandas mihi maximè, quia Donatus Magiſter noſter hæc valde obſcurè, & breviter tetigit.

S. Non ſum tibi debitor irrationabilium, ſed rationabilium: & eorum, quæ regulis ſubjaceant. Attamen, uti ſcias, non me invidioſum eſſe in te: ſicut nec te faſtidioſum intelligo, pandam aliqua ex illis. Tribus enim modis verba, vel aliæ partes ſunt defectivæ. Aut natura Neceſſitatis, aut Fortunæ caſu: vel Differentiæ cauſa. Naturæ neceſſitate, ut ſi velimus maſculinum ab eo dicere, quod nupta, nuptus, vel à puerpera puerperus, repugnat ipſa rerum natura, vel in conſonantium cauſa, ut, ſi velimus, à curſor, curſtrix facere femininum: ſicut à victor, victrix, inconſonum. In fortunæ caſu, inuſitata, & turpia vitantur, & quibus auctores non utuntur. Quomodo a do dor ſecundum regulam dici potuit: ſed quia in auctoribus non invenitur, recuſamus dicere. Differentiæ quoque cauſa plurima vitantur: ut fero, fers, fert, per ſyncopam ſine i. litera, in ſecunda, & tertia perſona profertur: ne, ſi feris, ferit dicas, à ferio putetur venire: ſic edo, es eſt: &, Volo, vis, vult, differentiæ cauſa anomalam habent literaturam. Et volo naturaliter Imperativo modo caret: quia, Imperata neceſſitatis ſunt, non voluntatis: ſic fac, duc, dic, fer; placuit auctoribus per apocopam proferri differentiæ cauſa; ne ſi, face, duce, dice, fere diceremus, aliud ſignificare putaremur. Item multa non dicuntur: quia in auctoribus non inveniuntur, de quibus per ſingula Accidentalia, aliqua tuæ pandam aviditati.

(b) M.s. qua eſſe re, mendosè fortè.

Nam *quæſo*, non habet alios modos, niſi Indicativum; perſonam primam in utroque Numero, & (b) infinitivum. Item, *ovat*, & *infit* non habent niſi tertiam perſonam: & ovans Participium. Item *auſim*, id eſt, auctoritatem habeam; & *inquam*, contrà morem, in prima perſona proferuntur, ut *ſalve*, & *ſalvete*. Imperativa tantùm ſecundam perſonam habent. Item *cedo*, pro da, cete, pro date. Terentius: cete patri meo, id eſt date. Et *ave*, pro gaude: & avete, pro gaudete: ſecundæ perſonæ ſunt. Item *faxo*, pro faciam, futuri temporis eſt tantum, Indicativi modi, & facit, faxo, faxis, faxit; faximus, faxiſtis, faxunt, id eſt, facient. Item *faceſſo*, & *capeſſo*, & *viſo*, Deſiderativa ſunt, non frequentativa: quia primæ non ſunt Conjugationis. Faceſſo, id eſt, deſidero facere: capeſſo, deſidero capere: viſo, id eſt deſidero videre. Item, *ſis*, id eſt, ſi vis: & *ſodes*, id eſt, ſi audes, ſecundæ perſonæ ſunt. Item *foret*, pro eſſet, & forent, pro eſſent: & fore, pro eſſe, invenitur. Item *aio*, & *meio*, in multis deficiunt. Nam aio, ais, ait; & aitis, aiunt, facit. In prima

Digitized by Google

ma plurali deficit. Et, *ait*, præteritum perfectum: ſicut præſens *meio* Infinitivum meiere facit: ſunt, quæ idem habent præſens, & præteritum Imperfectum, hæc ſola; *odi*, *novi*, *memini*, *cœpi*, *pepigi*, hæc in imperfecto deficiunt, præter memini, quod memento, & mementote facit, & in futuro, & Infinitivo modo, & in ſupinis, nec non in Participii utriſque temporibus deficiunt: præter odi, quod duo participia facit exoſus & peroſus. Sunt Paſſiva quoque, & Deponentia, quæ in præterito deficiunt: niſi aliunde, ad ſupplementum declinationis ſumatur præteritum, ut *feror*, *ferior*, *tollor*, *poſcor*, *urgeor*, faciunt enim præteritum latus ſum, ictus ſum, ſublatus ſum, poſtulatus ſum, convictus ſum. Item deponentia *veſcor*, *fruor*, *medeor*, *liquor*, *remuneror*, faciunt paſtus ſum, potitus ſum, medicatus ſum, liquefactus ſum, recordatus ſum.

SÆC. VIII. ANNO 790.

Sum verbum, quod inæqualem habet declinationem, ſive in ſimplici Participio, ſive in Compoſitis præſentis temporis deficit: niſi in duobus ab eo compoſitis, id eſt, *abſum*, & *præſum*: quod facit abſens, & præſens. *Poſſum*, potes, poteſt mutat ſ. in t. euphoniæ cauſa. Et, proſum, prodes, prodeſt; adſumit d. hiatus cauſa devitandæ. *Volo*, verô, & *malo*, & ex eo Compoſitum: id eſt magis volo, naturali neceſſitate Imperativo carent: quia imperata neceſſitatis ſunt, non voluntatis: quod tamen in alio ſuo compoſito habet, id eſt, *nolo*. Facit enim noli, & nolite.

F. Pleniorem tamen declinationem horum quatuor Verborum, ut reddas mihi, depoſco: id eſt *ſum*, *fero*, *edo*, *volo*.

S. Inſinuata eſt multis locis illorum declinatio. Attamen ut in magiſtrorum exemplis eorum reperitur ratio, pandam.

Sum Verbum neutrale eſt, quod declinabitur ſic: Sum, es, eſt: Plural. Sumus, eſtis, ſunt.

Præterit. Imperfect. Eram, eras, erat: Plural. Eramus, eratis, erant.

Præteritum perfect. Fui, fuiſti, fuit: Plural. fuimus, fuiſtis, fuerunt, vel fuêre.

Præterit. pluſquamperf. Fueram, fueras, fuerat: Plural. Fueramus, fueratis, fuerant. Futuro: Ero, eris, erit: Plural. Erimus, eritis, erunt.

Imperativo modo, tempore præſenti, ad ſecundam, & tertiam perſonam: Sis, vel es, ſit: Plural. Simus, ſitis, ſint.

Futurum eſto, vel ſis, ſit: Plural. ſimus, eſtote, vel ſitis, ſint, & ſunto, & ſuntote.

Optativo modo tempus præſens, & præterit. imperf. utinam Eſſem, eſſes, eſſet: Plural. Eſſemus, eſſetis, eſſent. Præteritum perfectum, & pluſquamperf. Fuiſſem, fuiſſes, fuiſſet: Plural. fuiſſemus, fuiſſetis, fuiſſent. Futurum: Sim, ſis, ſit: Plural. Simus, ſitis, ſint.

Conjunctivo modo tempore præſenti: Cum Sim, ſis, ſit: Plural. Simus, ſitis, ſint.

Imperfecto, Eſſem, eſſes, eſſet: Plural. Eſſemus, eſſetis, eſſent.

Perfectum: Fuerim, fueris, fuerit: Plural. fuerimus, fueritis, fuerint.

Pluſquamperfectum: Cum fuiſſem, fuiſſes, fuiſſet: Plural. Fuiſſemus, fuiſſetis, fuiſſent.

Futurum: Fuero, fueris, fuerit: Plural. Fuerimus, fueritis, fuerint.

Infinitivo modo, Numero, & perſonis Tempore præſenti, eſſe. Præteritum: fuiſſe. Futurum, eſſe, & ire, & fore.

Cujus præſens participium veteres, ens proferebant. Unde componitur potens. Nam futurum magis à fio verbo videtur naſci. Poteſt tamen & à fui, eſſe exiſtimari: ſic enim declinanda ſunt ex eo compoſita, *proſum*, *adſum*, *deſum*, *obſum*.

Interſum; & ex eis duo participia præſentis temporis, id eſt *præſens*, & *abſens*.

Fero Verbum, diſcretionis cauſa, per ſyncopen abjicit I. in ſecunda, & tertia perſona, propter ferio verbum, quod ferio, feris, ferit, facit.

Fero, fers, fert; Plurali: ferimus, fertis, ferunt.

Imperfectum: ferebam, ferebas, ferebat: Plur. ferebamus, ferebatis, ferebant.

Præteritum perfect. tuli, tuliſti, tulit: Plural. tulimus, tuliſtis, tulerunt, vel tulêre.

Præterit. pluſq. tuleram, tuleras, tulerat: Plural. tuleramus, tuleratis, tulerant.

Futurum: feram, feres, feret: Plural. feremus, feretis, ferent.

Imperativus: Fer, feras, ferat: Plural. feramus, ferte, ferant.

Futurum: Ferto, ferat: & Plural. feramus, fertote, ferant.

Optativus, ferrem, ferres, ferret: Plural. ferremus, ferretis, ferrent.

Pluſquamperf. tuliſſem, tuliſſes, tuliſſet: Plural. tuliſſemus, tuliſſetis, tuliſſent.

Futurum: feram, feras, ferat: Plural. feramus, feratis, ferant.

Conjunct. feram, feras, ferat: Plur. feramus, feratis, ferant.

Imperfect. ferrem, ferres, ferret: Plur. ferremus, ferretis, ferrent.

Perfectum: tulerim, tuleris, tulerit: Plural. tulerimus, tuleritis, tulerint.

Pluſquamperf. tuliſſem, tuliſſes, tuliſſet: Plur. tuliſſemus, tuliſſetis, tuliſſent.

Futurum: tulero, tuleris, tulerit: Plur. Tulerimus, tuleritis, tulerint.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

(*) Edo verbum inæquale, cujus ſecunda, & tertia perſona cauſa differentiæ per conciſionem profertur.

(*) Infinitivus, deſideratur.

Edo es eſt: Plural. edimus, eſtis, edunt.
Præteritum imperfect. Edebam, edebas, edebat: Plur. Edebamus, edebatis, edebant.
Præterit. perfect. Edi, ediſti, edit: Plural. Edimus, ediſtis, ederunt, vel edêre.
Pluſquamperf. Ederam, ederas, ederat: Plural. Ederamus, ederatis, ederant.
Futurum: Edam, edes, edet: Plural. Edemus, edetis, edent.
Imperativus: Es, edat: Plural. Edamus, eſte, edant.
Futurum: Eſto, edat: Plural. Edamus. eſtote, edant, vel edunto, & eduntote.
Optativus: eſſem, eſſes, eſſet: Plural. eſſemus, eſſetis, eſſent.
Ediſſem, ediſſes, ediſſet: Plural. ediſſemus, ediſſetis, ediſſent.
Conjunct. Edam, edas, edat: Plural. Edamus, edatis, edant.
Eſſem, eſſes, eſſet: Plural. eſſemus, eſſetis, eſſent.
Ederim, ederis, ederit: Plural. Ederimus, ederitis, ederint.
Ediſſem, ediſſes, ediſſet: Plural. Ediſſemus, ediſſetis, ediſſent.
Edero, ederis, ederit: Plural. ederimus, ederitis, ederint.
Infinitivi modo tempus præſens, eſſe: ſimiliter præteritum, eſſe.
Futurum: eſum iri. vel eſurum eſſe.
Imperſonale; eſtur. Edebatur: eſum eſt, vel fuit: eſum erat, vel fuerat. Futurum, edatur. Supina; edendi, edendo, edendum: (b) eſum, eſu.

(b) M.s. mendoſe, hîc & ſupra, eſſum eſſu.

Volo quoque verbum neutrale per ſyncopam prolatum, in ſecunda, & tertia perſona, & in Imperfecto defecit.
Volo, vis, vult: Plural. Volumus, vultis, volunt.
Volebam, volebas, volebat: Plural. Volebamus, volebatis, volebant.
Volui, voluiſti, voluit: Plural. Voluimus, voluiſtis, voluerunt, vel voluêre.
Volueram, volueras, voluerat: Plural. Volueramus, volueratis, voluerant.
Volam, voles, volet: Plural. Volemus, voletis, volent.
Vellem, velles, vellet: Plural. Vellemus, velletis, vellent.
Voluiſſem, voluiſſes, voluiſſet: Plural. voluiſſemus, voluiſſetis, voluiſſent.
Velim, velis, velit: Velimus, velitis, velint.
Vellem, velles, vellet: Plural. vellemus, velletis, vellent.
Voluerim, volueris, voluerit: Plur. Voluerimus, volueritis, voluerint.
Voluiſſem, voluiſſes, voluiſſet. Plur. Voluiſſemus, voluiſſetis, voluiſſent.
Voluero, volueris, voluerit. Plur. Voluerimus, volueritis, voluerint.
Infin. Præſens, Velle. Præteritum: voluiſſe. Participium præſens. Volens.
Sic declinandum eſt nolo: non vis, non vult: ſic niſi quod nolo Imperativum habet, ut, noli, nolite
Malo, mavis, mavult: & reliqua.
Immitis es in me France. Ecce quale onus impoſuiſti mihi, ducens me per aſpera, & ſpinoſa. Dimitte me tandem aliquando reſpirare.
F. Dimittam, & juxta Virgilium: Ego, hoc te faſce levabo.
S. Etſi hoc levas: timeo, ne aliud imponas.
F. Noli timidus eſſe: — labor omnia vincit Improbus —.
S. Vincit: quapropter eamus viæ quod reſtat.

Adverbia.

Incipit de Adverbio.

F. TAndem, Saxo, diu obſerata ora reclude: & hucuſque clauſas adverbiorum regulas enuclea mihi.
S. Faciam France. Adverbium eſt pars orationis ſemper verbo cohærens: & hoc agit verbis additum, quod adjectiva nomina, Appellativis adjuncta: ut prudens homo, prudenter agit: felix vir, feliciter vivit.
F. Adverbio quot accidunt?
S. Tria. Species: ſignificatio, figura.
F. Speciem pande.
S. Quia ſunt primitiva, aut derivativa.
Primitiva quidem ſunt, quæ à ſe naſcuntur, ut: non, ita, ceu.
Derivativa, quæ ab aliis Adverbiis naſcuntur, ut à clam, clanculum: a propè, propius: Et ab aliis partibus orationis. Ut à nomine latinus, latinè: Tullius, Tullianè. A verbo: à parco, parcius. A nomine, & verbo, à pede, & tento, pedetentim. A pronomine, ut à me, mecum; ab ille, & hic, illic. A præpoſitione: ut ab ex, extra.
F. Nunquid Adverbium per ſe poſitum, plenum poteſt habere ſenſum?
S. Non

Digitized by Google

S. Non poteſt: niſi Verbo, vel Participio legatur: ut benè lego, benè legens. SÆC. VIII. ANNO 790.

F. Poſſunt ne aliæ partes pro Adverbiis poni?

S. Poſſunt. Nam Nomina per diverſos caſus, pro Adverbiis ponuntur.

F. Da exemplum.

S. Genitivus pro Adverbio ponitur, ut Romæ; ut, Cicero Romæ ne ſit. Dativus, Veſperi, Sorti: Virgil. Sunt quibus ad portam cecidit cuſtodia ſorti. Accuſativus, Romam pergo, Athenas. Terent. quid tu indocte Athenas? Ablativus. Virgil. Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis.

F. Quomodo diſcerni poteſt, utrum nomina ſint ſic compoſita, an Adverbia?

S. Cum nomina loco Adverbiorum accipiuntur, manent indeclinabilia: licet diverſis jungantur caſibus, ut ſublime volans, ſublimè volantis, ſublimè volanti, &c. Si verò nomina ſunt, declinantur: ut, hoc ſublimè volans, hujus ſublimis volantis, huic ſublimi volanti, &c.

F. Num aliæ partes pro Adverbiis ponuntur?

S. Ponuntur. Nam vel Conjunctio, &, per & ex præpoſitiones pro valdè accipiuntur: ut Cicero; vel magnum bellum, pro valdè magnum: excelſus, pro valdè celſus.

F. Figuræ Adverbiorum quot ſunt?

S. Tres. Simplex, ut diu. Compoſita, interdiu.

Decompoſita, id eſt, quæ à Compoſitis derivantur, ut ab indocto, indoctè: â miſericorde, miſericorditer.

F. Significatio Adverbiorum quæ eſt?

S. Significatio Adverbiorum diverſas ſpecies habet.

Sunt autem Temporalia, ut pridem, nuper (a) nuduſtertius. (a) Sic m. s.

Sunt, quæ præſens tantùm tempus ſignificant, ut nunc, præſtò: ſunt, quæ præteritum, ut heri, heſternò. ſunt, quæ futurum, ut cras, perendiè: ſunt alia communia diverſorum temporum, ut olim, dudum, Præteriti: Horat. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Præſentis: verùm ac jam olim feras poſuit cum vinea frondes. Futurum: Idem, Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit. Dudum præteritum, Ego dudum nonnihil veritus ſum. Præſentis: verùm, jam dudum ſumite pœnas: quondam, præteritum: quondam fuit iſta, in hac republica Virtus. Præſens: Verum Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Futurum: Tempus erit quondam — ſimiliter ex eo compoſita: aliquando, nequando; quæ in penultimo accentum habent: ne duæ partes putentur: ſed quando, & quomodo, ubi, unde, qua, quo, Interrogativa acuuntur; Revelativa, gravantur: per omnes ſyllabas. Et ſunt differentiæ quatuor.

Ad locum, quò. In (b) locum, ubi. De loco, unde. Per locum; quà: quando quoque pro cauſali conjunctione accipitur. Virgil. Hic tibi, fabor enim, quando hæc te cura remordet: quando, pro quoniam poſuit: ſed & alia ſunt localia, quatuor differentias habentia. (b) loco, fortè.

Ad locum, huc, illuc. In loco: hîc, illic. De loco, hinc, illinc, inde: & ex eo compoſita, ſubinde, perinde, exinde, proinde: quæ omnia penultimam acuunt. Per locum, hac, illac: ſunt quoque à verſum, & nomine, & Pronomine compoſita; Ad locum, horſum, deorſum, ſurſum, ſiniſtrorſum, dextrorſum. Italiam verſum; & quorſum, id eſt, quò verſum. Alia Dehortativa: ut, ne quod, pro neque, & pro ne, & pro valdè accipitur. Cicero: Ne dici quidem opus eſt: pro, neque dici Terent. ne dicam dolo: pro, ne dicam. Item, ne ulla illum haud movit, pro valdè illa.

Alia, confirmativa; profectò, ſcilicet, quippe, videlicet, nempe. Inveniuntur quoque duæ partes pro his poni: ut, quidni, cur ne, ſic eſt, quid iſtic.

Alia, jurativa, ut Ædepol, Ædaſtor, medius (c) fidius. Per, quoque Præpoſitio pro his accipitur, ut Virgil. per te, per, qui te talem genuêre parentes. Eſt quoque per Confirmativum Terent. Tu quoque perparcè. Sic, quoque jurativum eſt: Virgil. ſic ſua (d) Cyrneas fugiant examina taxos. Alia optativa: ut, utinam: quod compoſitum eſt ex *uti*, & *enim*. o. &, ſi. Virg. adſis ô tandem. Idem: ſi nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat. (c) deſidebatur. (d) M. s. mendoſiſſimè, Gorinias.

Alia, hortativa: ut, eia, aie.

Alia, remiſſiva: pedetentim, paulatim, ſenſim.

Alia Congregativa loci & temporis communia, ut ſimul, una, in eodem loco, & in eodem tempore. Alia diſcretiva: ſeorſum, ſecus, ſeparatim, ſecretò, utrimque, ſingillatim, bifariam, omnifariam.

Alia ſimilitudinis, ut ceu, quaſi, velut, veluti, ſic, ſicut, ut, uti.

Alia ordinalia, ut deinde, continuo, protinus, præterea.

Alia, Intenſiva; ut, valdè, nimium, prorſus, penitus, omninò.

Alia Comparativa, ut magis, minus, ocyus, quod à Græco derivatur ὠκὺς.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

F. Nunquid, quæ ab aliis derivantur, primitivorum ſignificationem, vel qualitatem ſervant?

S. Servant utique, ut â Tullio, Tullianè, â corpore, corporaliter. Ab alio, aliter. A Græco, græcè; à viro viriliter.

F. Proſequere alia.

S. Sunt Numeralia, ut ab uno, ſemel; â duobus, bis: quæ ſola inæqualiter proferuntur. Cæteri verò Numeri à vocibus ſuis faciunt Adverbia à tres, ter, à quatuor, quater; & ſic decies.

Alia Demonſtrativa, en, ecce. Alia, Interrogativa, ut cur, quare, quamobrem. Alia negativa, ut non, (a) haud, minimè, nunquam. Eſt, quando duæ partes pro his accipiuntur ut, nullo modo, nulla tenus.

(a) M.s. huat, conſtanter & ſemper.

F. Nunquid Adverbia ſynonyma, vel polyonyma poſſunt eſſe?

S. Poſſunt, ſunt ſynonyma, id eſt, dum multæ voces unam rem ſignificant: ut en, ecce. & penè in omnibus ſignificationibus invenies polyonyma: ut, ubi, quò, quà, quomodo, quæ ſunt Infinitiva, & interrogativa, & revelativa.

O, quoque diverſas habet ſignificationes. Eſt Adverbium vocandi: Virg. O regina novam cui condere Jupiter urbem. Eſt admirandi: Juvenalis: O qualis facies! — Eſt indignandi, ut, ô tempora, ô mores. Eſt & optandi; Virg. Adſis ô tandem.

In aliis quoque multis Adverbiis invenies multas ſignificationes, in una eademque voce, quomodo etiam è contrario in diverſis vocibus, unam ſignificationem; ut quando, olim, dudum, citò, propè, celeriter, actutum.

F. An convenientius præponuntur Adverbia, vel ſupponuntur?

S. Manifeſtè aptius præponuntur: quomodo adjectiva nomina: ut bonus homo, benè agit: fortis Imperator fortiter pugnat. Tamen præpoſterè inveniuntur poni multa, præter monoſyllaba, ut, non, dum, en, cur. Demonſtrativa quoque, & interrogativa, & hortativa, & ſimilitudinis, vocativa Adverbia, & optativa Adverbia præponuntur, ut, en, ecce, cur, quare, eia, (b) age, ceu, quaſi, heus, utinam.

(b) M.s. aie, mend. à vitioſa pronunt.

Habes, France, de Adverbio ſatis.

F. Non ſatis: tamen pauſemus ad horam.

S. Pauſemus.

Incipit de Participio.

Participium.

F. SUrge, Saxo.

S. Quid vis, France.

F. Ut regulas Participiorum pandas mihi velim.

S. Pandam: ſed illa pars parum quid habet obſcuritatis. Tamen, ſi quid opus habeas, interroga.

F. Primo interrogandum reor, unde Participium dictum ſit.

S. Participium dictum eſt: quia partem Nominis, partemque Verbi tenet: & medium interea locum habet, & ſemper in derivatione eſt: quod nulla alia pars orationis habet: dum aliæ partes primitivas habent ſpecies, unde derivantur, ut à rege, regalis: à mei, meus, à ferveo, ferveſco: à propè, propius: ab ex, extra. Participia autem ſemper à Verbis derivantur, & comparationem non poſſunt habere. Si comparantur, tranſeunt in Nomina: ut amans, ab amo Verbo veniens. Si facis amans, amantior, amantiſſimus, Nomen eſt, carens tempore.

F. Sed unde agnoſco an Nomen ſit, vel Participium talis dictio?

S. Ex caſuum circumſtantia. Nam Participium caſum ſui Verbi ſequitur, ut amo illum, amans illum. Nomen verò ſi fiet, caſum (c) verbalis nominis ſequitur: ut amator illius; ſic dicimus amans illius. Vides, quod Participium Accuſativo, Nomen genitivo jungitur: ſed & Participia tempus ſignificant.

(c) M.s. verbialis.

F. Numquid non quædam nomina quoque tempus ſignificant: ut annus, menſis, dies, hora, & alia multa?

S. Significant: ſed intereſt: quod nomina illa nihil aliud ſignificant, niſi ipſum tempus per ſe: participia itaque actionem vel paſſionem in quolibet fieri tempore demonſtrant, non ipſum tempus. Et, quod participium exſequitur caſus, quos & verba, ex quibus naſcuntur. Et quod verborum ſignificationes habent, & quod pro verbo ponuntur. Unde quidam Participium, verbum caſuale nominant: quia quod verbo per ſe deeſt, id eſt caſus, poſſidet in Participio. Ideo in conſtructione per obliquos caſus, ubi verbum jungi non poteſt, Participium loco verbi ſubiit, ut bonus loquebatur, boni hominis loquentis orationem audivi, bono homini loquenti reſpondi, bonum hominem loquentem audivi: tu, bone homo loquere: à bono homine loquente didici. Ex eo Nominativus, & Vocativus recti caſus nominantur: quia per ſe verbis jungi poſſunt.

F. Quam utilitatem habet Participium in Nominativo & Vocativo, ſi ſic verbi loco obliquis jungatur?

S. Quod

Digitized by Google

S. Quod verba ſine conjunctione in Nominativo & Vocativo, conjungere potes. Nam diverſa verba ſine conjunctione recti jungi non poſſunt, ut lego, ſcribo, vel doceo, diſcis, non eſt dicendum, ſed lego, & ſcribo, doceo & diſcis: ſi participium loco prioris verbi ponas, benè ſine conjunctione profertur, ut legens ſcribo, docens diſcis. Igitur participium inventum eſt, ut in nominativo & vocativo, ſine conjunctione proferatur, cum alio verbo, ut legens doceo, pro lego, & doceo: & legens fac, pro lege & fac, quæ poſitio intranſitiva eſt, hoc eſt, ipſam in ſe oſtendit manere perſonam. Obliqui verò caſus Participiorum ad hæc ſunt utiles: quod non ſolum ſine conjunctione proferuntur, ſed etiam ad alias tranſeant perſonas: ut docentis potior, docenti reſpondeo, docentem audio; illo docente didici. SÆC. VIII. ANNO 790.

F. Quot (a) accidunt participio? (a) M. S. accedunt.

S. Sex. Genus, caſus, ex nomine: ſignificatio, tempus ex verbo: numerus, figura, ex utroque.

F. Quot genera habet?

S. Quatuor. Maſculinum, ut amatus: Femininum, ut amata: Neutrum, ut amatum: omnis generis, ut hic, & hæc, & hoc amans. Nam commune duum generum, & epicœnomena, in participio inveniri, natura ipſa prohibet. Cum enim verba, ex quibus naſcuntur Participia, pariter omnibus jungantur generibus, ut legit vir, legit femina, legit mancipium: neceſſario participium, quod ex eo proficiſcitur, eisdem generibus aſſociatur. Et; omne participium in ans, vel in ens, præſens, & præteritum imperfectum, ſive trium generum eſt; ut hic, & hæc, & hoc laudans, docens, legens, audiens. Si verò in us. finiuntur, præterita, vel futura: mobilia ſunt per tria genera, ut amatus, amata, amatum: amaturus, amatura, amaturum.

F. Caſus participiorum expone mihi.

S. Caſus Participiorum ſex ſunt, ſicut & nominum. Nec ſunt inventa Participia in aliquo caſu deficientia, ſicut nec nomina mobilia, vel in duas deſinentes conſonantes: Quæ enim deficiunt, fixa ſunt, ut fas, (*)..... tabo.

F. Quomodo declinantur Participia?

S. Ad ſimilitudinem nominum in ens. deſinentium, vel in us. mobilium.

F. Tempora Participiorum qualiter currunt?

S. Participia conjuncta habent, ſicut verba infinitiva, id eſt, præſentis temporis, & præteriti imperfecti. Item præteriti perfecti, & pluſquamperfecti pariter, ut legens ſcribo, & legens ſcribebam: lectus fui, lectus fueram.

F. An ex omni ſignificatione verborum omnia tempora inveniuntur in participiis?

S. Nequaquam. Nam, cum quinque ſint verborum ſignificationes: Activa, Neutra, Paſſiva, Communia, Deponentia. Participia ab Activis quidem, & Neutris, præſentis temporis inveniuntur, & futuri: ut, amans, amaturus, ſtans, ſtaturus: ſed præſentis participium, & ſubſtantivum verbum ſum, præteritum perfectum proferimus: ut amans fui, fuiſti, fuit: pro, amavi, amaviſti, amavit. Et ſic per omnes modos, in tempore præterito perfecto, & pluſquamperfecto. Itaque quod deeſt naturaliter, ſimplici dictione impletur, junctura ratione. Inveniuntur tamen in quibuſdam Neutris participia præterita; ut à cœno, cœnatus à prandeo, pranſus, à placeo, placitus, à nubo, nupta, à pateo, paſſus. Vir. Crinibus Iliades paſſis, id eſt, diſperſis. (b) Fit quoque à patior, paſſus, à juro, juratus: adſuefco, adſuetus: titubo, titubatus, & talia multa: ut diſceſſus, interitus, obitus, occaſus, potus, ſenectus: neutropaſſiva quoque quæ quinque ſunt, trium temporum habent participia: ut gaudeo, gaudens, gaviſus, gaviſurus: Audeo, audens, auſus, auſurus: ſoleo, ſolens, ſolitus, ſoliturus: fio, fiens, factus, futurus: differentiæ cauſa, ne, ſi facturus diceretur, à facio Verbo putaretur, quod vim activam habet: cujus Paſſivum fio eſt. Fido quoque fidens, fiſus, fiſurus facit. A paſſiva ſignificatione duo quoque veniunt Participia, Præteritum, & Futurum: ut amatus, amandus; pro cujus Præſenti ſæpè neceſſitatis cauſſa auctores Præterito uti inveniuntur. (b) M. S. Primeia, pro Priameia: eſt alius loci.

A Communi Verbo quatuor naſcuntur Participia, & non mirum; quia & Activam habet ſignificationem, & Paſſivam Commune Verbum: & ideo utriuſque ſignificationis habet Participia. Activæ, ut criminans, & criminaturus. Paſſivæ, ut criminatus, & criminandus, ſed criminatus in utraque invenitur ſignificatione.

Sciendum eſt tibi, ô France, quod omnia Participia in DUS. deſinentia, eadem poſſunt eſſe & Nomina.

F. Et quomodo poſſum, ô Saxo, ſcire, an ſint Nomina, vel Participia?

S. Dum Nomina ſunt, amittunt tempora, ut olim tibi dixi: ut, docendus ſum: Participium eſt: ad docendam Rhetoricam veni, Nomen eſt.

A Deponenti trium temporum veniunt Participia: Præſentis, & Preteriti imperfecti, ſequens: Præteriti perfecti, & Pluſquamperfecti, ſecutus. Futuri, ſecuturus. Sed apud antiquos ex hujuſcemodi Verbis Participia Præteriti temporis tam Activam, quàm

Digitized by Google

Sæc. VIII. Anno 790.

quàm Paſſivam ſignificationem habentia inveniuntur, ut meditatus, auxiliatus, amplexatus, adminiculatus, utriuſque ſignificationis poſſunt eſſe.

F. Numeros Participiorum profer.

S. Numeri Participiorum duo ſunt, Singularis, ut currens: Pluralis, ut currentes. Et, ſicut non deficiunt caſibus: ſic nec numeris defectiva invenies Participia.

F. Figuræ Participiorum unde veniunt?

S. A verbis ſemper, ut ab efficio, efficiens: ab intelligo, intelligens. Nam per ſe nunquam componitur Participium, niſi prius componatur ejus Verbum. Si enim ipſa componuntur per ſe, tranſeunt in Nominum vim: ut noceo, nocens, innocens nomen eſt, innocentior faciens: ſapio, ſapiens, inſipiens nomen eſt. Simplicia enim eorum poſſunt & Nomina & Participia eſſe. Compoſita verò tantum Nomina eſſe.

F. Memini te dixiſſe, omnia Participia eſſe derivativa à Verbis. Velim ſcire à quibus temporibus, vel modis ſint derivata.

S. Ab Indicativo modo præſentis temporis fiunt Participia præſentia, & ſemper in ans: vel in ens deſinunt: ut ab amo, amas, amans: habeo, habes, habens, interpoſita n. ſecundæ perſonæ ultimis literis. In tertia & quarta Conjugatione o. converſa in ens: fiunt Participia, ut lego, legens, audio, audiens.

Præſentis temporis Participia, & Futuri veniunt à Supino Verbo u. finito, addita s. in præterito: rus. in futuro: ut amatu, amatus, amaturus: cœnatu, cœnatus ſum, cœnaturus: criminatu, criminatus, criminaturus: loquutu, loquutus, loquuturus. Mortuus ſolum à morior duo u u. habet. Paſſiva verò futura veniunt à Genitivo Participii præſentis temporis, tis in dus converſa: ut amans, amantis, amandus.

F. O ſi voluiſſes colligere difficiliora verba, cum præterito perfecto, & ſupino & participio, quàm neceſſarium eſſet.

S. Neceſſarium eſſet: ſed modum noſtri ludi excederet.

F. Tamen aliqua profer: cætera facilius conjicio.

S. Faciam. Amavi, amatum, amatus. Necto, nectis, nexui, nexum, nexus. Et ex eo frequentativum nexo. Et do, dedi, datum, daturus, A brevi ubique. Oro, oravi, oratum, oraturus. Seco, ſecui, ſectum, ſecturus. Neco, necui, nectum, necturus: à neco quoque necatum invenitur: ſed necatus ferro dicitur occiſus: nectus verò alio quolibet modo. Plico, & plicavi, & plicui facit: ideo & plicatum, & plicitum invenietur. Ita, & ex eo compoſita explico, duplico, implico dupliciter proferuntur. Nam lavi, & cavi, & favi, differentiæ cauſſa à longam in au mutant; lautu & lautus: cautu & cautus, fautu & fautus faciunt, quia latum, & catum, & fatum, alias habent ſignificationes. Sto, ſtas, ſtatum, ſtaturus longa a. cum in nominibus ab eo derivatis, ubique brevietur, ut ſtatus, ſtabilis: ut Lucanus, quorum ſtata tempora flatus. Juvo, juvi, jutum, longa U. Unde adjutus. Sterno, ſtravi, ſtratum, ſtraturus. Edo, edi, eſum, eſurus. Ex quo eſurio. Eruo, erui, erutum, eruturus. Cio, civi, citum, citurus. Moveo, movi, motum, moturus. Sedeo, ſedi, ſeſſum, ſeſſurus: quod geminat s. ne duæ partes putentur. Foveo, fovi, fotum, foturus. Facio, feci, factum, facturus.

Et obſervandum eſt tibi, ô France, quòd penè in omnibus Verbis, quæ minuunt ſyllabas, in præterito perfecto quidem ſemper peneultimas procedunt, licet in præſenti correptæ eſſent.

F. Unde fit hoc?

S. Ut compenſent temporibus quidem de e. in ſyllabis. Sero, ſevi, ſatum, ſaturus. Unde ſertus. Sino, ſivi, ſitum, ſiturus. Pono, poſui, poſitum, poſiturus. Lino, livi, litum, liturus. Eo, ivi, itum, iturus. Rideo, riſi, riſum, riſurus. Video, vidi, viſum, viſurus. Ardeo, arſi, arſum, arſurus. Mordeo, momordi, morſum, morſurus. Pendeo, pependi, (a) penſum, penſurus. Tondeo, totondi, (b) tonſum, tonſurus. Spondeo, ſpopondi, ſponſum, ſponſurus: quod s. in ſecunda amittit ſyllaba. Candeo, ſtudeo, fundo, ſplendeo, faciunt ſupina, canditum, ſtuditum, fronditum, ſplenditum, licet rariſſimè à neutris ſecundæ conjugationis ſupina vel participia invenias: ut caleo, tepeo, horreo, rubeo, palleo, & cætera talia. Sed non eſt opus tibi, ut quadriformi tramite per ſingula verba curram. Poteris ex Supinis Participia intelligere, vel ex Participiis Supina.

(a) M. s. penſu.
(b) tonſu.

F. Fac ut placet: tamen ut obſcuriora ſemper pandas.

S. A pateo, patui, paſſum: & patior, paſſus naſcitur. Meio, (c) minxi, mictum: & mingo, minxi, mictum: n, euphoniæ cauſa amittens: & inde micturus. (d) Flecto, flexi, flexus, flexurus. Fluo, fluxi, fluxurus. Obſoleo, obſolevi, obſoletum: ab obs, & oleo, compoſitum à ſoleo. A careo, caſſus, cariturus invenitur. Habeo, habitum, habiturus. Cado, cecidi, (e) caſum, caſurus. Cedo, ceſſi, ceſſurus. Fodi, foſſum. Dedi, datum. Credidi, creditum. Capio, cepi, captum. Cœpi, cœptum, cujus præſens cœpio in uſu non eſt. Sapivi, ſapitum: Peperi, partum, pariturus: & ex eo parturio.

(c) M. s. mixi, men.
(d) M. s. flexo, men.
(e) M. s. caſſum, mend.

Digitized by Google

parturio. Orior, ortus, orturus: & morior, mortuus: hoc ſolum (a) per duo u u profertur. Quatior, (b) quaſſum: unde frequentativum quaſſo, quaſſas. Percutio, percuſſi, percuſſurus, per (c) duas ſſ. Uro, uſſi, uſturus, Farcio, farci, farſum, farſurus. Sarcio, ſarſi, ſarſum. ſarſurus. Potior, potiturus. Argui argutum, id eſt, convictum, arguturus. Ruo, ruitum, ruiturus. Loquor, loquutum, loquuturus. Fruor, fructum facit. Sicut ſtruo, ſtructum, ſtructurus. Caluo, id eſt decipio, calui, caluitum ſecundum regulam debet facere: ex eo calumnia derivatur. Neo, nevi, netum, neturus.

Sciendum quoque tibi eſt, quod ſæpè ea verba, quæ in præterito perfecto v. conſonantem aſſumunt, in ſecunda & tertia perſona, ſyncopam patiantur, ut neo, nevi, neviſti, vel neſti: amo, amaviſti, vel amaſti, & in plurali, amaſtis, vel amarunt. Illa verò quæ in præſenti v. habent conſonantem, non poſſunt in præterito ſyncopam pati, ut lavo, lavaſti: nemo dicit laſti, vel laſtis, vel larunt. Ico, ici, ictum, icturus, (d) brevi i. In præſenti & præterito longa: quievi, quieturus: liqui, lictu, licturus: & ex eo reliqui, relicturus. Vinco, vici, victurus. Creſco, crevi, cretum, creturus. Scio, ſcivi, ſcitum, sciturus: & ex eo ſciſco, noſco, novi, (e) notu, noturus. Ignoſco, ignoturus. Paſco, pavi, paſtum, paſturus. Diſco, diſcitum, diſciturus. Parco, parſu, parſurus. Paciſcor, pactum, pacturus. Proficiſcor, profectum, profecturus. Expergiſcor, præterito, (f) expergitus ſum, experrectu, experrecturus. Nanciſcor, (g) nactus ſum, nactum, nacturus, abſque n. Pangor, pactus, pacturus. Fingor, fictus, ficturus. Tangor, tactus, tacturus. Jungor, junctus, juncturus. Fungor, functus, functurus. Plangor, planctus. Angor, anctus. Participium præteriti faciunt ſic: Ulciſcor, ultus. Iraſcor, iratus. Defatiſcor, defeſſus, id eſt, fatigatus. Nam à deficio defectus fit Participium. Comminiſcor, commentum. Adipiſcor adeptum. Tundo, tutudi, tunſurus. Rado, raſi, raſurus. Credo, credidi, crediturus. Cado, caſum, A producta. In omni enim Supino & Participio præteritum temporis, A. producitur penultima, exceptis datum, & ſtatum, & ſatum. Findo, fidi, fiſſum, fiſſurus. A comedo quoque comeſum & comeſtum invenitur. Oſtendo, oſtentum, vel oſtenſum, oſtenſurus. Mergo, merſi, merſu, merſurus. Tergo, terſi, terſum, terſurus. Pungo, pupugi, vel punxi, punctum. Ago, egi, actum, acturus. Pango, pegi, pactum. Ex eo impingo. Fingo, finxi, fictum. Stinguo, ſtinxi, ſtinctum. Ex eo exſtinguo. Ango, anctum, anxurus. Cogo, coëgi, coactum. Veho, vexi, vectum. Pſallo, pſalli facit; cujus nec Supinum, nec Participium legi. Vello, vulſi, vulſum. Pello, pepuli, pulſum. Alo, alui, alitus, vel altus. Tollo, ſuſtuli, ſublatum, ſublaturus. Como, compſi, comptum, compturus. Demo, dempſi, demptum.

Sciendum eſt tibi, quod hujuſmodi poſitionibus literarum, ubique inter m. & tum. p. ponendum eſſe. Vomo, vomui, vomitum. Premo, preſſi, preſſum, preſſurus. Cano, cecini: ex eo occino, occinui, occentum: Succino, ſuccentum. Temno, tempſi, temptum. Creo, crevi, cretum: ex eo, & do verbo, Credo componitur; quaſi certum do. Lino, livi; vel linio, litum, liturus. Sciendum eſt, quod tam litum, & itum; & ex eo compoſita, obitus, præteritus, & itum, & queo, quitum: & à cio, citum, à nequeo, nequitus corripiunt penultimas: quod in aliis Supinis, vel participiis, quæ à Præteritis in vi terminantibus non invenies: ut Amavi, amatus: Movi, motus: Cupivi, cupitum. Novi, notum. Rumpo, rupi, ruptum. Verro, verri, verſum, verſurus. Quæro, quæſivi, quæſitum. (h) Reor, ratus: exſero, exſerui, exſertum, exſerturus. Meto, meſſui, meſſum, meſſurus. Mitto, miſi, miſſum, miſſurus: per duo ſſ. cùm miſi per unam debeat ſcribi. Peto, petivi, petitum, longa penultima. Texo, texui, textum: nexo, nexui, nexum: (i) fartio, farſi, fartum: unde fartores: ſicut à ſarcio, ſarſi, (k) ſartum, ſartores. Sentio, ſenſi, ſenſum. Raucio, rauſi, rauſum. Sepio, ſepſi, ſeptum. Venio, veni, ventum, veuturus. Pario, peperi, partum, parturus. Scio, ſcivi, ſcitum, penultima ubique longa, ut auditus, munitus, arceſſitus: niſi in prænotatis, ſepelio, ſepelii, ſepultus, ſepulturus. Salio, (l) ſalui, ſaltum. Salio, à ſale, ſalivi, ſalſum, ſalſurus. Participium quoque ex eo præteritum eſt, ſalitus, vel ſalſus. Ambio, ambivi, ambitum: ex eo, ambitus nomen correpta penultima.

F. Cur hoc?

S. Quia ambio, ab eo verbo compoſitum eſt. Nam verbialia nomina à ſecunda venientia conjugatione, penultimam habent brevem, ut habitus, monitus.

Memorandum quoque tibi eſt, Imperſonalia ſupinis, & Participiis defeciſſe: niſi raris: ut à pœnitet, pœnitens. Unde & pœnitentia: & à licet, inde licentia, & licitus: & à libet, libens.

Incipit de Conjunctione.

Conjunctio.

F. NUnc ordo partium flagitat, ut de Conjunctione dicas.

S. Conjunctio eſt pars orationis indeclinabilis, conjunctiva, & ſignificativa, aliarum partium vim, & ordinationem demonſtrans.

SÆC. VIII. ANNO 790.

(a) M. s. vel mend.

(b) M. s. quaſum perperam.

(c) ſubaudi literas, ſic perpetuò loquitur.

(d) Mend. aliquid deeſt.

(e) M. s. ſine menda: perinde utrum ponas ſupinum.

(f) M. s. expertus mendosè.

(g) Hic omnia erant mendoſa: ſed reſtituta ſunt.

(h) M. s. reo mend.

(i) Supra jam poſitum eſt, ſed per puerilem dialogi loquacitatem excuſari poteſt hoc vitium ſcriptoris.

(k) Sarſum m. s. perperam vitio librarii.

(l) M. s. ſalvii mendosè.

SÆC. VIII. ANNO 790.

F. Quomodo vim, & ordinationem demonſtrans?

S. Vim; quando aliquas res ſimul eſſe ſignificat: ut, & pius & fortis fuit Æneas. Ordinationem, quando conſequentiam aliquarum demonſtrat rerum, ut, ſi ambulat, movetur: ſequitur enim ambulationem motus.

F. Quot accidunt Conjunctioni?

S. Tria: Figura, & ſpecies, & ordo.

Figura ſimplex, ut, at, & ſed. Compoſita, ut, atque, etenim, ſed enim. Hæc enim ex accentu Compoſita eſſe noſcuntur.

F. Da ſpecierum quoque rationem.

S. Species, quas Donatus poteſtatem nominat, ſecundum eum quinque ſunt: Copulativa, expletiva, cauſalis, disjunctiva, rationalis. Secundum Priſcianum plures; ſed hæ quinque ſpecies principales ſunt, aliaſque in ſe continentes ſpecies.

F. Pande ſingularum exempla ſpecierum.

S. Copulativæ ſunt, quæ copulant tam verba, quàm ſenſus; ut, &, que, at, atque, ac, aſt.

Disjunctivæ ſunt, quæ quamvis dictiones jungant, ſenſus tamen disjungunt, & unum è duobus eſſe ſignificant: ut vel, ve, ne, nec, neque.

Expletivæ ſunt, quæ vel bonum, vel malum explent ſenſum: ut quidem, equidem, ſaltem, videlicet, quanquam, quamvis, quoque, autem, porrò, ſcilicet, tamen.

Cauſales ſunt, quæ cauſam antecedentem ſignificant, ut doctus ſum; nam legi: ſi ſol eſt, jam lucet. Cauſa enim luminis ſol eſt. Et ſunt hæc: ſi, etſi, etiamſi, ſiquidem, quando, (a) quidam, quin etiam, quatenus, ſin, ſeu, ſive, namque, ni, niſi, ſi enim, etenim, ne, ſed, interea, quamobrem, præſertim, item, itemque, cæterùm, alioquin, præterea.

(a) f. quia, nam. aut potius quando-quidem.

Rationales ſunt, quæ rationem rei reddunt, ut, ita, itaque, quoniam, enim, etenim, enimverò, quia, quare, quapropter, quoniam, quidem, quippe, ergò, ideo, ſcilicet, propterea

F. Ordo Conjunctionum in quo eſt?

S. Quia aliæ ſunt, quæ ſemper præponuntur, ut, at, aſt, aut, ac, vel, nec, neque, ſi, quia, quatenus, ſin, ſeu, ſive, ni. Aliæ ſupponuntur: quidem, quoque, autem. Aliæ penè omnes indifferenter & præponi, & ſupponi poſſunt, ut ergò, igitur.

Inveniuntur quoque ſæpè Conjunctiones in aliarum Conjunctionum poteſtates transire, ut, vel, diſtinctiva Conjunctio, pro copulativa ponitur: ut Terent. — vel rex; pro, etiam rex. Inveniuntur quoque aliæ partes pro Conjunctione poni: Nomina: ut qua cauſſa? qua gratia? quamobrem. Verbum: ut quam-vis, & licet, pro quanquam. Virgil. Dicam equidem, licet arma mihi, mortemque (b) minetur.

(b) M. s. minaris mend.

Sunt quoque Conjunctiones dubitativæ; ut, ne, nec, an, ne. Virgilius: Eloquar? an ſileam? Juſtitiæné prius mirer, belliné labores?

Sunt eædem Interrogativæ? ut Tanto ne me crimine dignum duxiſti?

Fiunt & electivæ, quando ex diverſis rebus aliquid eligitur: ut, dives eſſe volo, quàm pauper.

Fiunt & adjunctivæ, cum verbis ſubjunctivis adjunguntur: ut, ſi, cùm, ut, dum, quatenus: ut ſi venias, facio: (c) Cum faciam vitulâ, pro frugibus ipſa venito: Ut proſit tibi, facio: Multa quoque & bello paſſus, dum conderet urbem. Quatenus id libenter faciat.

(c) In m. s. librarii vitio rurſum fuit bis corruptus.

Poſſunt & hæ ipſæ cauſales eſſe.

F. Sed unde ſciam, ad quam ſpeciem pertineant?

S. Adjunctivæ, cum dubitatione proferuntur. Cauſales, cum affirmatione: ut, eris doctus, ſi legas.

Sunt, quæ diminutionem ſignificant, ut (d) ſaltem: ſi qua mihi ſoboles de te ſuſcepta fuiſſet.

(d) M. s. ſaltim.

Fiunt & continuativæ, ut, ſi ambulat, movetur. Continuat enim ambulationem motus.

Hæc & alia ſpecies in Priſciano reperiuntur: quæ tamen incidere poſſunt in prædictas quinque: Sed nunc hæc habeto de Conjunctionibus.

Incipit de Præpoſitione.

Præpoſitio.

F. PRæpoſitio quid eſt?

S. Pars orationis indeclinabilis.

F. Quid habet officii?

S. Ut aliis præponatur partibus, vel appoſitione, vel compoſitione.

F. Appoſitione quomodo?

S. Quando (e) foris apponitur dictione; & hoc nomine, vel pronomine, caſu Accuſativo, vel Ablativo: ut ad hominem, vel ab homine: ad illum, ab illo.

(e) M. s. mend.

F. Quo-

Digitized by Google

F. Quomodo per compositionem?

S. Quando cum aliis partibus in unam dictionem, ut, nomine, per omnes casus: ut, indoctus, indocti, indocto, indoctum, indocte, ab indocto. Pronomini non componitur. SÆC. VIII. ANNO 790.

Verbo componitur, ut induco, expleo. Participio per derivationem, vel consequentiam compositorum verborum, ut inducens, explens.

Adverbio quoque per compositionem jungitur: ut perinde, abhinc, deinceps. Nam & inseipsa per compositionem nectitur; ut imperitus. Loco etiam Conjunctionis casualis solet accipi, ut per desidiam malitiæ nascuntur; id est causa desidiæ: similiter, propter, &, apponi possunt.

F. Si unquam supponuntur præpositiones?

S. Etiam. Sed rarò. Et hoc eò, euphoniæ causa, id est, sonoritatis: ut in pronominibus, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. Sed & Poetica auctoritate in metris præposterè poni eas invenies, ut, — maria omnia circum: & ibi, finalis syllaba acuitur, ne nomen putetur.

F. Habent præpositiones accentus per se?

S. Habent acutum accentum in fine tam apud Græcos, quàm apud Latinos: qui tamen in gravem semper vertitur, quia præpositio ubique sequenti dictioni seu per Appositionem, seu per compositionem adnectitur, & quasi una pars cum ea profertur.

Inveniuntur quoque præpositiones, in media poni dictione, ut qua de re, quam obrem, qua in parte.

F. An omnes præpositiones componuntur?

S. Quædam sunt, quæ nunquam componuntur: ut apud, erga, citra, circa, extra, infra, juxta, penè, propè, secundum, ultra, supra, circiter. Quædam sunt, quæ nunquam separantur, ut con, di, dis, re, se, an.

Aliæ, penè omnes componuntur, & separantur.

Et aliæ sunt, quæ in compositione collisionem patiuntur à consequenti vocali: coago, coarguo, coarto, coæquo.

Aliæ sunt, quæ adsumunt consonantem, (a) ut prosequenti vocali d. adsumunt, ut emo, redimo, ago, redigo, prodes, prodest: quædam syncopam patiuntur, ut supra, pro supera, extra, pro extera: infra, pro infera. Sed & diversis modis præpositiones in compositionibus alias partes corrumpunt, & ipsæ corrumpuntur, quod sæpius est, quàm exemplis indigeat.

(a) Mend. codex.

F. Possunt (b) ne præpositiones in alias transire partes?

S. Possunt.

F. Da exempla.

(b) in m. s. desiderabatur.

S. Post, præpositio. Virg. Post montem oppositum: transit in adverbium (c) eidem. Post, mihi non simili pœna, commissa luetis.

(c) M. s. mendosè idem.

Ante præpositio. Virg. Anté Jovem nulli subigebant arva coloni, transit in adverbium: Ante, & trinacria tentandus remus in unda.

Sic, supra, contra, propè, transeunt in adverbia.

F. Si, aliæ partes in præpositiones transire possunt?

S. Possunt. Nam Adverbia sæpè transeunt in præpositiones: ut, pridie Kalendas: pridie hoc loco præpositio est.

Subtractæ quoque nominibus quibusdam loco adverbiorum faciunt nomina accipi: ut domo venio, pro à domu. Et (d) domum meam, pro ad domum.

(d) M. s. domu meo mendosiss.

F. Separatæ præpositiones quibus casibus junguntur?

S. Accusativo vel Ablativo.

F. Accusativi præpositiones quæ sunt?

S. Monosyllabæ hæ: ad, ob, per, post, cis, trans.

Dissyllabæ; apud, ante, citra, circa, erga, extra, inter, intra, infra, juxta, propè, penè, præter, propter, ultra, usque, penes.

Trisyllabæ: circiter, adversum, secundum.

F. Num singulæ certas habent significationes?

S. Non certas, sed diversas: sed longum est earum significationes explanare.

F. Dic tamen, & quanta brevitate possis succinge te.

S. Dicam. Ad, juxta significat in compositione, vel appositione, ut ad currum, pro juxta currum. Ad Trojam, pro juxta Trojam. Significat quoque contra; ad illum mihi pugna est, hoc est, contra illum. Accipitur & pro usque: ad bellum Persicum, hoc est, usque bellum.

Ob, & pro, & contra, & circum significat: ut, haudquaquam ob meritum, id est, pro merito. Ob unius, contra unius: obambulo, circumambulo.

Per, est & localis, ut per medium forum. Est & temporalis: per medium diem. Est & jurandi; per te, per qui te talem genuêre parentes. Adverbii quoque valdè

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

vim obtinet: Terentius: perſcitus puer, id eſt, valdè ſcitus. Abnegationem quoque ſignificat in compoſitione, ut perfidus.

Poſt componitur, & ſeparatur: & locum ſignificat. Virg. Poſt montem oppoſitum: ſignificat & tempus: ut poſt multum tempus.

(a) Bonus Alc: dormitat nonnihil, eſt enim intra.

Cis localem habet ſignificationem, ut cis Alpinam Galliam: &, pro (a) ultrà accipitur: ut cis definitum tempus, hoc eſt, ultrà. Et ex eo citra, trans, componitur, & ſeparatur; ut transfero: & trans-padum. Et in compoſitione ſæpe n. & s. amittit, ut traduco, trado, trano. Et pro ſuper ponitur: ut transgreſſus, id eſt, ſupergreſſus.

Apud, locum ſignificat: ut apud Numantiam.

Ante, locum & tempus ſignificat: ut ante januam, ante annum. Derivantur ex eo, antiquus, antiquarius: nomina.

Citra, penè eandem ſignificationem habet, quod cis: niſi quod propriis nominibus cis, & appellativis citra ſæpius præponi ſolet: cis Rhenum: cis Alpes: citra forum. Et à cis citra derivatur: à citra, citer, citerior, citiſſimus.

Circa, loci & temporis, pro juxta ponitur: ut circa templum, & circa viginti annos.

Circum, componitur, & apponitur: ut circumiero, circum mare.

Circiter ad tempus ſolum pertinet: ut circiter Kalendas Januarias.

Erga, non componitur & affectum ſignificat: ut bonus eſt ergà propinquos.

Contra, ſeparatur & componitur: contra adulterium, & contradico.

Extra, apponitur, ut extra me.

Inter, utrumque, ut inter amicos, intervallum, interpres, cujus ſimplex in uſu non eſt.

Et ab in, inter, & intra, naſcuntur.

A ſub, ſubter. A pro, propter. A cis, citra: ab ex, extra: à præ, præter.

Juxta, pro propè ponitur, ut juxta te, id eſt, propè te.

Secundùm duas habet ſignificationes: proximitatem, & æmulationem: ſecundum eum ſedeo, & ſecundum mores ejus vivo. Hæc de præpoſitionibus Accuſativi caſus, quæ difficiliores videbantur, dicta tibi ſufficiant.

F. Sufficiunt, ſed ad Ablativum te totum fer.

S. Ablativi præpoſitiones monoſyllabæ hæ ſunt. A, ab, abs, e, ex, de, pro, præ, cum.

F. Quare non addidiſti clam?

S. Quia magis Adverbium eſt, qualitatem ſignificans, & diminuitur, contra Præpoſitionum naturam: clam, clanculum: & ſine caſu proferri poteſt: ut bona apertè facit, mala clam.

F. Sequere cæteras.

S. Diſſyllabæ: coram, palàm, ſine, abſque, tenus.

F. Poteſtates ſingularum expone.

S. A & ab, & abs, & e, & ex, eandem ferè ſignificationis vim habent, Nam & locales, & temporales, & ordinales ſimiliter inveniuntur, ut eſt à domo, à die, à te. Sic & cætera. Sed A & E ſæpius conſonantibus præponuntur, ut à templo: è culmine: alia utrunque, & vocalibus, & conſonantibus appoſitione, vel compoſitione junguntur, ut abito, ab illo, abduco, ab hora. Et ſæpe b, euphoniæ cauſſa in aliam mutabitur literam. In r. arripio: in u. aufero: in ſ. aſporto.

Ex, quoque pro extra invenitur poni, ut excludo, extracludo, exul, extra ſolum. Modò pro valdè, ut excelſus, id eſt, pro valde excelſus. Modò privativum eſt, vel intenſivum, vel perfectivum. Exſtirpo, extendo, expleo.

E. in compoſitione privativum eſt, vel intenſivum, & pro extra accipitur: ut enodes trunci, enarro, educo. Derivatur ab ab, abſque: Nam, que, quando vim & ſignificationem conjunctionis non habet, ſyllaba eſt, non pars orationis, quomodo in ubique, undique, denique, itaque, utique, uterque, plerumque, & ideo accentum non mutant: (b) de, prima ſyllaba additio ſyllabica eſt, non Conjunctio, ut in pro nomine ce, & met, & te. De, memorativum eſt, & intenſivum, & privativum, de homine, detraho, deſum.

(b) Mendoſus m. s. admo.

Pro, in appoſitione, vel compoſitione localis & temporalis: pro templo, provideo. Et loco e, & ſuper vel ante, vel ad, vel in, accipitur: prominet, id eſt, ſupereminet: pro curia ſigna ſociis dare, id eſt, ante curiam. Vir. Summis incurvant viribus arcus Pro ſe quiſque viri, id eſt: ad ſuas vires. Pro teſtimonio, id eſt, in teſtimonio. Et pro interjectione accipitur: ut prô dolor, & circumflectitur.

Præ in appoſitione vel compoſitione invenitur: &, ad, vel ob, vel ſuper, vel valde, vel ante ſignificat. Terent. Contempſi illum hic præ me, hoc eſt, ad comparationem mei. Item: fit miſera, præ amore, i. e. ob amorem: præſideo, ſuperſedeo: prævalidus, valdè validus: prædico, antedico.

Cum,

Digitized by Google

Cum, præpositio est copulativa, ut, cum ducibus vado. Et, nunquam componitur: quia con, in ejus loco in positione ponitur, ut concurro, contraho. Et sciendum est, quod con, & in tunc mutant n. in m. quando b. vel m, vel p. sequitur: ut comburo, imbuo, communis, immunis, compello, impello, tunc n. convertunt in sequentes consonantes, quando l. vel r. sequitur, ut collido, illido, corripio, irruo. Cum quoque postponitur quibusdam pronominibus euphoniæ causa: ut, mecum, tecum, secum: nobiscum, vobiscum, & antepenultima in his elevatur. Aliis postposita acuitur: ut quocum, quacum, quicum, quibuscum. SÆC. VIII. ANNO 790.

Coram, ad personas pertinet: ut coram me, te, se.

Palam ad omnia accipitur, ut palam omnibus.

Sine, & absque negativa sunt; sine homine, absque homine. Et sine anteposita gravatur, ut sine timore, postposita, acuitur: Virgil. si sine pace tua.

Tenus, postponitur: ut hactenus: & genitivo quoque jungitur, ut crurum tenus, armento palearia pendent.

Ecce habes præpositiones.

F. Habeo utcunque: sed non habeo utriusque casus quatuor communes.

S. Quid de illis quæris? nisi quod Donatus dixit, quod Accusativa sunt in, & sub. dum ad locum ire aliquem. Tum Ablativum, cum in loco esse aliquem significant: ut in urbem vado, in urbe sum: sub culmen eo, sub culmine sum.

F. Hoc placet, sed plus quæro.

S. Quid à me quæris, si tibi Donatus non sufficit?

F. Non à te tanta quæsissem, si Donatus mihi suffecisset.

S. Nam in, si pro contra, vel ad, & sub, si pro ante, vel pro per ponitur, Accusativo jungitur: ut, in hostem, hoc est, contra hostem. Et, in puppim rediere rates, pro ad puppim. Sub lucem exornant calathis, pro ante lucem: Et, sub noctem cura recursat, pro per noctem. In, modò in compositione privativum est; ut injustus, improbus. Modò intensivum. Imprimo, incuso.

Sub, est & localis; subeo, subpono. Est & diminutivum: subrideo: id est, paululum rideo: subtristis. Et in sequentem mutat b. consonantem, si e. vel f. g. m. vel p. sequitur: ut succumbo, suffero, suggero, submitto, suppono.

Super, si pro supra ponitur, Accusativum est: ut sæva sedens super arma, id est, supra: si de, vel in significat, Ablativum est: ut, Multa super Priamo rogitans; hoc est, de Priamo. Item: — fronde super viridi, id est, in viridi.

Item subter Accusativum est, ut subter terram.

Item Ablativum: subter densa testudine.

F. Unde dicuntur quædam præpositiones loquelares?

S. Quia semper in compositione loquelis, id est, dictionibus componuntur: & sunt sex: di, dis, re, se, an, con: ut diduco, distraho, recurro, secubo, amplector, congero. Di, quidem, & dis separativa sunt: & eandem significationem habent: quomodo ab, & abs: ut divido, distraho. Et dis componitur, quando sequitur c. f. p. s. t. & i. loco consonantis, ut discutio, differo, diffundo, s. in f. mutata euphoniæ causa, disputo, dissero, distraho, disjungo. In aliis consonantibus di præponitur, diduco, digero, diluo, dimitto, diruo, & ubique di. producitur, præter dirimo, disertus.

Re, videtur à retro, per apocopen factum, sicut ipse sensus probat: quid est respicio, nisi retrò spicio: revertor, retrò vertor?

Se, separativa est, ut separo, sejungo. Est & abnegativum, ut secus, & à se, seorsum: sicut à de, deorsum, & à super, sursum Adverbium venit.

Am, circum, vel circa significat, ut amplector, amputo, ambio: in quo etiam additio b. consonantis fuit propter m.

Con, pariter significat, ut (*)..... & loco, cum præpositione ponitur, ut concurro, conjungo.

Ecce habes de præpositione, quantum brevitas disputationis sinebat.

F. Habeo, quod placet, sed (a) parvum viæ, quod restat, peragamus.

S. Pergamus. Et tu, more tuo præcede interrogando: sequar ego respondendo.

(a) f. parum leg.

Incipit de Interjectione.

Interjectio.

F. INterjectio quid est?

S. Heu! quid interrogas de Interjectione? quantas me audisti incondita voce proferre: dum ante pedes Magistri jacui.

F. Audivi, & timui, motumque animi in exclamatione vocis intellexi. Attamen reor diversas esse Interjectionum significationes, sicut diversi sunt animi motus.

S. Sunt, ut dicis: & aliæ sunt

Gaudii, ut evax.

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

Aliæ riſus, ha, ha, he.
Aliæ reſpuendi, ut phy, ehoê.
Aliæ hortandi, ut eia.
Aliæ illudendi, ut euge.
Aliæ doloris, ut væ, heu, ei: ut, (a) Hei mihi qualis erat.
Aliæ exſecrandi, ut ah. Ah, ſilice in nuda connixa reliquit.
Aliæ timoris, ut at, at. Ter. At, at, mihi homo formidoloſus es.
Aliæ admirandi, ut Papæ. Terent. Papæ, hæc ſuper ipſam Thaidem?

(a) M. s. ei.

F. Quid de accentibus earum dicis?

S. Quid aliud, niſi quod incerti, & pro affectus qualitate longius, vel brevius, acutius vel gravius incondita voce proferuntur.

Paucula reliqua in hoc m. s. deſiderari videntur. Itaque ex aliis m. s. reſtituenda. Hactenus tamen hæc ibi.

Ad Dei *opt. max.* & *B.* Mariæ *Virginis gloriam.*

CANISII

ADMONITIO DE ALCUINO.

Libri Alcuini de Trinitate; Quæſtiones ad Fredegiſum, & Epiſtolam ad Eulaliam, ante aliquot annos Conſtantia evulgavit, licet exſtent Tom. 3. Biblioth. SS. Patrum; ſed copioſior eſt Conſtantienſis editio, in qua poſt tertium librum de Trinitate ſubjungitur invocatio ad SS. Trinitatem, & ſymbolum fidei de eodem myſterio. Et poſt Epiſtolam de ratione animæ ad Eulaliam Elegiacum & alterum Adonicum cum precatione ad Chriſtum; quæ omnia deſunt in Bibliotheca SS. Patrum; reperimus tamen in Cod. M. ſcripto S. Galli; in quo itidem ineſt præfatio Alcuini ad Carolum Magnum Imperatorem in tres libros de Trinitate; quam nobis etiam repræſentat Bibliotheca SS. Patrum. In editione Conſtantienſi deeſt. Codex S. Galli ad finem præfationis hos habet verſus:

O Rex Auguſto clariſſime dignus honore
Et Dux & Doctor & decus Imperii.
Te Pater atque Patris proles, te Spiritus almus
Protegat, exaltet, ſalvet, honoret, amet.
Quem tua per populos, terras, per regna, per urbes
Mens pia permandet ſemper amare Deum.

EPISTOLA

EPISTOLA
FLACCI ALBINI SEU ALCUINI
DE ILLO
CANTICORUM LOCO:

Sexaginta ſunt Reginæ, & Octoginta Concubinæ.

A Caniſio

Primum edita, ex Bibliotheca Monaſterii S. Galli.

EPISTOLA EJUSDEM,
UT VIDETUR,
ALCUINI
DE CÆREMONIIS BAPTISMI,
AD
CAROLUM IMPERATOREM AUGUSTUM.

Ex Bibliotheca Monaſterii Weingartenſis.

JACOBI

Digitized by Google

JACOBI BASNAGII IN HAS ALCUINI EPISTOLAS OBSERVATIO.

Sæc. VIII. Anno 790.

BInos Alcuini fœtus hic Caniſius producit. Prior dicatus eſt *Daphni*. Sed quis fuerit ille Daphnis, vix conjicere licet; ſuppoſititium enim eſt nomen, pro more illius ſæculi: Alcuini fuit diſcipulus, necdum inter ſacros ordines receptus; monet enim ut ſi *quandoque fiat Doctor*, pro Chriſto laborare non ceſſet. Ad eum ſcripſerat etiam Alcuinus de obitu alterius diſcipuli quem *Cuculum* appellabat:

Plangamus Cuculum, Daphnis dulciſſime, noſtrum,
Quem ſubito rapuit ſæva noverca ſuis.

Ut legitur apud Mabillonium, qui hos verſus de Cuculo edidit in Analectis. Juvenis, ni fallor, erat adhuc cum hanc Epiſtolam in locum Canticorum ſcripſit Alcuinus; quippe inter *familiares latitare* cupiebat Doctorum judicia reformidans, nec eorum conſpectui *ſeſe præſentare audebat*. Myſtici ſenſus e numeris tum ſexaginta Reginarum, tum octoginta Concubinarum non maturæ adhuc ætatis ſcriptorem redolere videntur. Sed ſæpius in eundem lapidem impingebat etiam ſenex.

EPISTOLA FLACCI ALBINI SEU ALCUINI AD DAPHNIN.

(a) l. Daphni.

Dilectiſſimo Filio meo Daphini (a) Albinus Pater ſalutem.

Cant. 6.

QUia pridem de numerorum ratione mecum egiſti, interrogans, quomodo in excellentiſſimo Cantico Salomonis *ſexagenarius numerus Reginis conveniret, & octogenarius Concubinis, & cur adulicentulæ ſine numero eſſent:* Igitur etſi noverim te plenam hujus rationem in ſanctorum Patrum tractatibus legiſſe, tamen ne tuam contriſtem ſolicitudinem, dicam quod meæ videtur imperitiæ poſſe convenire, & quod tantum inter familiares aures latitare velim, quia me publice magnorum Doctorum judicio præſentare non audeo.

Numeri perfecti & imperfecti.

Legimus enim in numerorum ſubtiliſſima ratione, alios numeros eſſe pares, alios impares, & item parium numerorum alios eſſe perfectos, alios eſſe imperfectos: Item & imperfectorum alios eſſe ſuperfluos, alios exiguos. Pares autem numeri ſunt, qui in duo æqualia dividi poſſunt: ut octo in bis quatuor, & quatuor in bis duo. Impares ſunt qui in duo æqualia dividi non poſſunt, ut ſeptem vel novem, quos ſi dividas, duas æquales in eis invenire non poteris: Item ipſorum parium numerorum alii ſunt perfecti,

Digitized by Google

perfecti, alii imperfecti. Perfectus numerus est, qui partibus suis impletur: nec diminutione frangitur, nec multiplicatione partium superabundat, ut senarius numerus, habet enim senarius numerus dimidiam sui partem tres, & tertiam duo, & sextam unum, qui simul juncti eundem implent senarium. Nam unum, duo, tres faciunt qui partibus suis impletur: Nec diminutione frangitur, nec abundantia supercrescit, idcirco perfectissimus Creator, qui universa valde bona creavit, in eo numero originalis mundi creaturas condidit, ut ostenderet omnia in suo genere esse perfecta quæ condidit. SÆC. VIII. ANNO 790.

Item octogenarius numerus, si eum in partes à se ipso nominatas dividas, minor seipso ipse invenitur, habet enim dimidiam sui partem quatuor & quartam duas, & octavam unum: Quæ simul ducta octogenarium non implent, sed septenarium; unum duo & quatuor septem efficiunt, non octo: & idcirco secunda hujus generis origo ab octonario numero crescere cœpit, videlicet octo animas in arca esse legimus, à quibus totius humani generis multitudo pullulavit, ut ostenderetur secunda origo esse imperfectior, quam prima, quæ senario numero creata est. Inde & redemptor noster & reparator primæ perfectionis, sicut Adam sexta die ex virgine terra creatus est, ita ille sexta ætate ex virgine Maria factus est homo, ut senarii numeri perfectionem suo dicaret adventu, quam in primi hominis monstravit conditione. Numeri Mystici.

Item progressionem numerorum articulis, quasi quibusdam unitatibus, ad infinita crescere per quasdam finitas formas videmus. Nam prima progressio numerorum est ab uno usque ad decem. Secunda à decem usque ad centum. Tertia à centenario usque ad millenarium: Et eandem regulam perfectionis & imperfectionis, quæ prima unitas in suis numeris, pro denario servat: Eandem & secundam in suiis denariis sub centenario servare necesse est. Nam sicut senarius numerus in suis partibus per unitatem positus perfectus est in seipso, ita & sexagenarius partibus suis positis per denarium perfectus esse noscitur, ita ut semper in sexagenario denarius locum obtineat unitatis in senario, & sit illius divisio per partes suas ejusmodi medietas; sexagenarii est tricenarius, sicut ternarius senarii, & est tertia pars vicenarius, sicut binarius in senario, & denarius in eo locum teneat unitatis; quæ summa si colligitur, eundem implet sexagenarium: decem itaque & viginti & triginta, sexaginta sunt, sicut & tres & duo & unum sex.

Poteris & per te ipsum juxta eandem regulam octogenarii explorare diminutionem: Nam octogenarii quadragenarius medietas est, & viginti quarta pars, & denarius octava, quæ simul ducta septuaginta faicunt, non octoginta, nam decem, viginti, quadraginta septuaginta sunt.

Sexaginta vero Reginæ & octoginta Concubinæ rectores sunt sanctæ Ecclesiæ. Sed alii ex illis propter solam Christi charitatem docent. Alii terrena sequentes commoda laborant in Ecclesia, non cœlestis patriæ labore, sed terreni lucri gratia desudant in docendo; Hi sua in perfectione octogenario numero comparantur: Illi perfecta beatitudine sexagenario designantur, ut reginarum nomine digni efficiantur, quia spiritualem sobolem propter amorem solummodo sponsi, & multiplicandis filiis in cœlestem patriam felicem prolem baptisando seu prædicando generare non desistunt. Illi verò concubinarum nomine denotantur, qui à sæculi ambitione vel temporalis honoris gratia prædicando seu baptizando nobiles quidem generant sæpe filios, sed illi ignobiles in semetipsis permanent. Quorum contubernium, fili charissime, fuge obsecro, & si te quandocunque Dei misericordia doctorem dignetur efficere, tu pro ejus amore laborare non cesses, qui pro tua salute sanguinem suum fundere non dubitavit, ut tibi sint mercis non perituræ divitiæ, sed perpetua gloria in cœlesti thalamo Domini Jesu Christi, cui laus & gloria in omnes æternitates. Amen. Rectores ecclesiæ per LX. Reginas notati.

Digitized by Google

EPISTOLA EJUSDEM, UT VIDETUR, ALCUINI DE CÆREMONIIS BAPTISMI.

JACOBI BASNAGII IN SEQUENTEM EPISTOLAM OBSERVATIO.

Sæc. VIII. Anno 790.

NEgari non potest Carolum Magnum viros sui temporis doctissimos de Baptismo Cæremoniisque concomitantibus sæpius interrogasse, id enim patet ex ipsa Caroli Magni Epistola ad Odilbertum Archiepiscopum Mediolanensem, quam vulgavit Mabillonius. Tum ex Responso ipsius Odilberti scripserat in eadem mysteria Laidradus Episcopus Lugdunensis, ut mandatis Imperatoris obsequeretur. Conjici posset, Alcuinum solum ea de re inconsultum non fuisse; indeque concludat aliquis hoc opusculum de Baptismo genuinum esse fœtum tanti viri. Aliter tamen se res habet. I. Autoris nomine carebat codex manuscriptus quo utebatur Canisius, & conjectura solùm opusculum illud Alcuino adscripsit, quem secutus est Quercetanus. II. In ipso m. s. plura leguntur quæ Alcuino non possunt aptari, autor enim se dicit Episcopum: *Dixisti serenissime Imperator, velle vos scire, qualiter nos & Suffraganei nostri doceremus populum de Sacramento Baptismi.* Suffraganeos non habuit Alcuinus, qui non fuit Episcopus: propterea nutabat fides tum Canisii, tum Quercetani, qui hoc argumento concludere debuerant jejunum illum fœtum Alcuino non debere vindicari. III. De Trina immersione non loquitur autor, quam tamen sæpius ut omnino necessariam inculcabat genuinus Alcuinus. IV. Denique Petavianus Codex 605. indicabat illud opusculum esse *Amalarii*, non *Alcuini*.

EPISTOLA

Digitized by Google

EPISTOLA EJUSDEM,
UT VIDETUR,
ALCUINI
AD
CAROLUM MAGNUM,
DE CÆREMONIIS BAPTISMI.

CLorioſiſſimo & excellentiſſimo Auguſto à Deo coronato, Carolo ſereniſſimo vita ſaluſque perpetua. Domine mi Chriſtianiſſime Imperator, miſiſtis ad ſervulum veſtrum inquiſitiones ſecundum veſtram miſericordiam de ſacro baptiſmate per ordinem interrogantes, cur unaquæque res agatur in Baptiſterio, aut in ſcrutinio. Sicut in omnibus Chriſti exemplum ſequimini, ſic & in iſto, qui ad hoc interrogavit Philippum ut doceret, dicens: *Unde ememus panes ut manducent hi?* Tamen ut Evangeliſta ait: *Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.* Quamquam idoneus non ſim veſtræ interrogationi reſpondere: tamen inobedientem me non oportet eſſe, quin omnibus ſenſibus, & intellectu meo veſtris ſanctis juſſionibus obtemperem. Ideoque quod conjicere poſſumus, ſcripſimus de his rebus, quas veſtra dominatio interrogavit, & quod in promptu invenimus in dictis ſanctorum Patrum, illuc magis aciem mentis direximus ex his, quæ admonitioni veſtræ congrua videbamus. Nos vere quamquam ignari ſimus, non ceſſamus pro vobis & veſtra miſericordia, quam exercetis in omnes Dei cultores gratias Deo agere & ſtabilitatem atque ſapientiam imprecari veſtro regimini; quarum interrogationum prima hæc conſiſtit, cur infans Catechumenus fiat ante baptismum. SÆC. VIII. ANNO 790.

De Catechumenis. Catechumeni.

SCimus enim, excellentiſſime Imperator, omnes homines ſub jugo peccati teneri, ab ipſo articulo nativitatis ejus, uſque ad ſecundam nativitatem, & veredicam eſſe ſententiam Pſalmiſtæ qui inquit: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Et hoc eſt propter inobedientiam primi hominis, & ejus transgreſſionem, à quo ducimus originem carnalem. Et non poſſe nos reformari ad imaginem ejus, qui nos creavit, niſi per ſalutare baptisma, quod dum non accepimus, neque patet aditus Regni cœlorum, niſi renaſcamur *Ex aqua & Spiritu Sancto.* Sumus enim ante baptisma in tenebris ignorantiæ, *In deſideriis carnis ambulantes, facimus ea quæ non conveniunt:* Vivimus ſecundum *veterem hominem*, qui *corrumpitur ſecundum deſideria erroris*, ideoque qui deſiderat ſecundum novum hominem renovari, neceſſe eſt ut inſtruatur à doctoribus Eccleſiæ, qualis ante baptismum ſit, (a) talis poſt baptismum ſit futurus per Dei gratiam, ut de tenebris peccatorum in lucem veritatis convertatur, relicto nomine falſorum deorum colat unum Deum vivum & verum. Et poſtquam hæc percipit à Catholico doctore, Catechumenus dicitur, *inſtructus*, ſive *auditor.* Pſal. 50. Joan. 3 (a) qualis;

Non poſſumus cognoſcere veritatem antequam ſciamus quid ſit falſum. Igitur oportet nos docere illum, à quo Deus receſſerit peccando, & in quo errore permaneat. Et poſtea in quem oporteat credere & fidem tenere per opera charitatis. Et ſicut Auguſtinus ait in libro de fide & operibus, ſic Cathechiſandos eos, qui baptismum petunt, ut non ſolum audiant atque ſuſcipiant quid credere, verumetiam qualiter debeant vivere. Sic promitti fidelibus vitam æternam, ut non etiam per fidem mortuam, quæ ſine operibus ſalvare non poteſt, ad eam ſe quiſque poſſe pervenire arbitretur. ſed per illam fidem gratiæ, quæ per dilectionem operatur. De qua inſtructione ſi quis vult, ſatis reperire poteſt in Auguſtino de catechiſandis rudibus: Super parvulos ora- Parvuli.
tionem faciant, ut cæcitas cordis ab eis depellatur, dirumpantur laquei Sathanæ, quibus fuerant colligati, & idonei efficiantur per incrementa & miniſtrationem membrorum tantum cognoſcere quæ dimittenda ſunt, & quæ tenenda.

Digitized by Google

SÆC. VIII.

ANNO 790.

De Scrutinio.

Scrutinium.

IN *Scrutinio* quippe facimus ſignum crucis ſuper pueros, ſicut invenimus ſcriptum in Romano ordine, & genuflexionem & (a) admirationem, & docemus orationem Dominicam patrinos & matrinas, ut & ipſi ſimiliter faciant, quos ſuſcepturi ſunt à ſacro baptismato. Similiter docemus ſymbolum, quod *ſignum* in noſtra lingua vertitur vel cognitio. Quando dividebantur Apoſtoli per totum orbem prædicationis cauſa, dederunt illud (b) prædicationis, ut ſi quis talia confiteretur, qualia ibi dicuntur, cognitionem daret ſe à Chriſti Apoſtolis ſive à ſucceſſoribus eorum didiciſſe.

(a) fort. admonitionem.

(b) fort. prædicatori vel prædicationi.

Cur in fronte faciamus ſignum.

Signum in fronte.

SÉdes verecundiæ in fronte ſolet eſſe. Si quidem Judæi in fronte erubeſcunt credere in illum, quem norunt crucifixum, ut Paulus Apoſtolus ait: *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.* Sed nos credimus per crucifixum ſalvari, de cujus nomine Judæi erubeſcunt, cujus nos nomine credimus muniri, atque ideo in fronte ſignum crucis facimus, ubi ſedes verecundiæ eſt, ſicut jam diximus.

Quali ſigno ſignemus nos.

Signum crucis.

ET non alio ſigno ſignamus nos, niſi ſigno crucis, quia Dominus in carne natus vexillum crucis, quo ſacrum frontem ſignaret, afferens, ut deſtrueret mortis imperium, & per tale ſignum recognoſcat contraria poteſtas principatum ſe perdere in iſtis, quos Deus vocavit ad gratiam baptismi. Illud ſignum faciunt in frontibus eorum Presbyteri, Acolyti, patrini vel matrinæ. Scribitur in ædificatione templi, quam vidit Ezechiel, ſpecialiter eſſe feneſtras obliquas in thalamis & in frontibus eorum, qui erant intra portam, viditque per circuitum; quod ſic exponit beatus Gregorius. *Notandum vero*, inquiens *quod intra portam, (viditque per circuitum) feneſtræ obliquæ eſſe memorantur. Non enim contemplationis gratia ſummis datur, & minimis non datur, ſed ſæpe ſummi, ſæpe minimi, ſæpius remoti, aliquando etiam conjugati percipiunt.*

Cur ſepties ſcrutinium agatur.

Septenarium ſcrutinium.

SCrutinium fit ante Paſcha ſepties, ſeptenario enim numero ſæpe univerſitas deſignatur; ſicut Joannes ſcribit *ſeptem Eccleſiis*, quæ ſunt in Aſia. Per has enim ſeptem Eccleſias omni Eccleſiæ ſcribit. Septies perſcrutantur, ſi ea fixa mente teneant, quæ audierunt à magiſtro. Et quodammodo quaſi tenebræ fugantur à Catechumeno, ut in profectu ſcrutinii illuminentur ipſi Catechumeni, unde & in ſcrutinio Acolytis plurium miniſterium impenditur, qui accenſores ſunt luminum. Et ideo autumavimus nos in priore oratione dicere: *Omnem cæcitatem cordis ab eo expelle*; & in iſta, quæ poſita dicitur in ſcrutinio: *æternam ac juſtiſſimam pietatem tuam*, dicimus, *ut digneris eos illuminare lumine intelligentiæ tuæ.*

De genuflexione.

Genuflexio.

GEnuflexionem pro his facimus, ſicut Stephanus fecit, qui nondum baptiſati erant, inquiens: *Domine mi, ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt.* Similiter pro iſtis orámus, ut Deus illis non imputet, quod tamdiu erraverunt & jacuerunt in peccatis, ſed ſecundum magnam miſericordiam ſuam eos ad baptismi gratiam perducat.

De oratione Dominica.

Oratio Dominica.

ORationem Dominicam ſic docemus: Dominus docuit diſcipulos hanc orationem, ne ſuperflua peterent, & ea quæ ad eorum ſalutem non pertinerent. Septem petitiones ſunt in hac oratione Dominica; tres pertinent ad æternitatem, quatuor ad neceſſaria noſtra hujus temporis, quæ in iſto mundo continentur. *Pater noſter qui es in cælis. Sanctificetur nomen tuum.* Te Patrem Deum invocamus, qui voluiſti nos facere tibi filios adoptivos & in animabus juſtis ſedem vis habere, ut ſanctitas nominis tui, quæ apud te eſt, maneat in noſtro pectore. *Adveniat Regnum tuum:* Deficiat quotidie Regnum diaboli, creſcatque tuum vel illo modo, ſicuti clamant in Apocalypſi: *Uſque quo Domine ſanctus & verus non judicas, & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra?* Quod ita expoſitum videmus in libro Domini Bedæ. Non hoc odio inimicorum, pro quibus in hoc ſæculo rogaverunt, orant, ſed amore

Digitized by Google

amore æquitatis, quo ipsi judici, ut prope positi, concordant, diem judicii, quo peccati Regnum destruatur, & resurrectionem extinctorum corporum advenire precantur. Nam & nos in præsenti cum pro inimicis orare jubemur, dicimus tamen Domino orantes: *Adveniat Regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* Per *cælum*, spiritualem creaturam intelligimus, per terram, *corporalem.* Ita fiat Deus Pater voluntas tua, ut ea quæ animo cogitamus bona, perficere valeamus opere per corpus. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Semper quamdiu nos sumus in hoc sæculo, dignare ministrare nobis omnia necessaria. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* Quotidie enim peccamus, & ideo necesse est nobis dicere quotidie: *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Te donante Deus molle sit cor nostrum, ut citò ignoscamus, & tu ignoscas. *Et ne nos in ducas in tentationem.* Ne permittas nos à Diabolo ita tentari, ut superemur. *Sed libera nos à malo*; id est, à peccatis quæ gessimus. SÆC. VIII. ANNO 790.

De Symbolo.

Symbolum.

SYmbolum autem sic: *Credo in Deum Patrem omnipotentem.* In Dominum vivum & verum Patrem æternum æterni geniti. *Omnipotentem*, qui & peccatoribus reddet supplicia secundum sua merita, & justis præmia. *Creatorem cœli & terræ*, id est, & spiritualis creaturæ, & corporalis. *Et in Jesum Christum Filium ejus*, & in Salvatorem unicum Filium ejus. Quia solus nos redemit pretioso sanguine suo, qui per Esaiam dixit: *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum. Natum* in tempore novissimo *ex Maria Virgine. Passum pro nostra salute sub Pontio Pilato*; id est, sub Præside Pilato, qui de Ponti Insula fuit. *Crucifixus*, in cruce suspensus. *Mortuus*, corporali morte, & *sepultus*, corpore triduo; *descendit ad inferna*, anima tantum: *Tertia die resurrexit à mortuis.* Corpore resurrexit morte destructa: *Ascendit ad cœlos*, Apostolis videntibus in forma, qua venturus est ad judicium. Ascendit ad cœlos qui nunquam defuit cœlestibus sedibus. *Sedet ad dextram Dei omnipotentis:* Id est, regnat in regno Patris sui, in quo nihil sinistrum manet & manebit; *Inde venturus judicare vivos & mortuos.* Eam formam, quam Judæi crucifixerunt impiis & justis demonstraturus: Justis verò eam formam tantùm, quam Judæi increduli non cognoverunt. *Judicare vivos & mortuos*, justos & peccatores, unumquemque secundum facta ejus. *Credo in Spiritum Sanctum*, qui aliquo modo donum Dei dicitur & amor Patris, & Filii, sive communicatio, in quo dono fit remissio omnium peccatorum, ideoque qui blasphemaverit *in Spiritu Sancto, non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro. Sanctam Ecclesiam Catholicam*, universalem congregationem justorum, & humanitatem (a) fidei credimus esse. *Sanctorum communionem*, in vinculo pacis unitatem Spiritus servare credo. *Remissionem peccatorum*, quæ, sicut diximus, fit in dono Spiritus Sancti. *Carnis resurrectionem*; septimam Sabbati credo justos recipere absolutos de corpore terreno, & erunt in magno gaudio secundum uniuscujusque mansionem; atque expectare octavum diem, in quo corpora sua recipiant integra atque perfecta: impii ad supplicium, justi ad vitam æternam.

(a) fort. unitatem vel universalitatem.

De exorcizatione.

Exorcisatio.

EXorcizatur, id est, *adjuratur*, sive increpatur Diabolus, sub quo sunt omnes qui cum peccato nascuntur, ut recedat à Dei natura.

De exsufflatione

Exsufflatio.

EXsufflatur itaque, qui tali dignus est ignominia desertor antiquus.

De sale.

De sale.

IN ipso scrutinio benedictum salem ori imponimus post primam orationem, qua dicitur: *Omnipotens æterne Deus, respicere dignare super hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es*, & reliqua: ut postquam instructus fuerit à magistro Ecclesiastico, recognoscat verba sua condita debere esse sale sapientiæ, sicut Paulus Apostolus scribit ad Colossenses: *Sermo vester in gratia sale sit conditus, ut sciatis quo modo oporteat vos unicuique respondere.*

Quomodo fiat novissimum Scrutinium.

Novissimum Scrutinium.

ET istud Scrutinium finitur Sabbato ante Pasca. Ipso die facimus septimum Scrutinium, sicut in Romano ordine invenimus scriptum, & legimus super illos; *nec te latet Sathanas.*

Digitized by Google

SÆC. VIII. ANNO 790.

De tactu narium & aurium.

Tactus narium & aurium.

POst hanc lectionem tangimus eorum aures & nares, & dicimus eis, *Epheta*; in odorem suavitatis. Nares tangimus, ut admoneantur, quamdiu Spiritum vitæ hujus trahunt, semper in his perseverent, quæ jam didicerunt, & adhuc discunt, ab ore Catholicorum virorum, & ideo sputo Presbyteri tanguntur. Similiter dicimus de auribus, quasi dicat Presbyter; fidem, quam ab isto ore didicisti, & quæ per aures intravit ad animam, quamdiu Spiritum vitæ hujus naribus trahis, semper tenere memento, ut dicere possis cum Paulo Apostolo; Christi bonus odor sumus Deo: Et iterum dicat auribus; aures istæ Deo miserante semper apertæ sint ad intelligenda verba disciplinæ Dei; & dicere possit; *in obauditu auris obedivi tibi.*

De Unctione scapulæ & pectoris.

Unctio scapularum.

POstea tangimus de Oleo sancto scapulas & pectus, & dicimus eis. *Abrenuntias Sathanæ?* & cætera quæ sequuntur. Per oleum namque misericordiam Dei novimus signari: Sicut illud est Gregorii: Quia & Græcè (a) *oleos*, Latinè, *misericordia*, interpretatur. In scapulis sive in humeris fortitudinem brachii terreni hominis ponimus. Brachia operantur, & manus, quæ in brachiis positæ sunt, & ideo autumamus per *scapulas* designari fortia opera hominum, & per pectus, ubi quodammodo consistit cubiculum cogitationum, volumus designari bonas cogitationes. *Oleo sancto*, id est, misericordia Dei, unguntur, ut sciant semper deprecari misericordiam Dei, ut dirigat corda & opera eorum in charitate Dei & patientia Christi, ut recognoscant se non aliter bonum operari posse, neque velle, nisi per misericordiam Dei.

(a) ἔλεος.

De abrenuntiatione.

Abrenuntiatio Sathanæ.

INterrogamus illos, quos ante instruximus in fide, & quos postea scrutati sumus, si adhuc permansissent in his, quæ primitus didicerunt, & si se cæcos cognovissent, & modo (b) prosperasse ad lumen. Eò quod perfectè, id est, septies illos scrutati sumus, si (c) abrenuntiatione, id est, contradicant Sathanæ, contrariæ potestati & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus. Dicimus illi, contradic Sathanæ; cum Propheta David: *Obliviscere populum tuum & domum patris tui.* Postea & omnibus operibus ejus: quæ sunt *fornicatio*, *idolorum servitus*, *veneficia*, *homicidia*, *ebrietates*, *commessationes*, & *his similia.* Quæ quamvis ad carnis voluptates pertineant, tamen opera sunt Sathanæ, quorum suasor & instigator est occultus. Hæc sunt quæ regnant in Diabolo sine carne, *superbia*, *invidia*, *inimicitiæ*, *contentiones*, *æmulationes*, *iræ*, *rixæ*, *dissensiones*, *sectæ* & reliqua. Quamvis ea Apostolus opera carnis dicat, tamen sine carne regnant in Diabolo, & sunt quodammodo opera carnis, quia sunt opera hominis. Et homo vivendo secundum semetipsum, hoc est, secundum hominem, factus est similis Diabolo, quia & ille secundum se ipsum vivere voluit; hæc opera Sathanæ dicimus quorum aliquorum suasor & instigator est, aliquorum caput & origo. Novissimè, & *omnibus pompis ejus.* Quæ sunt inanis jactantia, homines terreni, canora musica, in quibus sæpe solvitur & mollitur Christianus vigor, spectacula turpia vel superflua & reliqua. Deinde perscrutamur *patrinos* vel *matrinas*, si possunt cantare Dominicam orationem & symbolum, sicut præmonuimus, ac postea per ordinem, sicut in Romano ordine scriptum est, sacrum officium peragimus, usque ad sacratissimum opus baptismatis.

(b) fort. properasse.

(c) abrenuntient.

(d) *Decapitulatio.*

(d) Recapitulatio.

IS qui baptisandus est jam *Catechumenus*, id est, *instructus*, ut recognoscat errorem pristinum, & intelligat lucem veritatis. Accepit salem sapientiæ, ut turpiloquia declinaret. Adjuratus est Diabolus, qui fuit in illo, cum signo crucis, ut recedat à Dei famulo, & inde fit genuflexio ad Deum, ut Deus illum expellat à suo vocato. Orare pro semetipso jam doctus est in oratione Dominica. Quo modo credere oporteat, jam audivit in Symbolo. Admonitus est per *sputum* Presbyteri, ut quamdiu Spiritum vitæ hujus naribus trahit, fidem quam audivit per aures teneat, post auditam fidem (e) ungatur, inter scapulam & pectus, ut Dei misericordia cogitationes bonæ & opera corroborentur in eo, & recedat ab omni malo, quod ad membra Sathanæ pertinet, & faciat bonum, & confiteatur se credere in Deum Patrem omnipotentem, & in Jesum Christum Filium ejus natum ex Patre, ante omnia secula, factum ex muliere in tempore novissimo, & in Spiritum Sanctum, & reliqua, sicque conjungitur sacro fonte baptismatis.

(e) ungitur.

De

Digitized by Google

De unctione Capitis.

Unctio Capitis.

POst hoc ſalutare lavacrum linitur caput ejus ſacro Chriſmate, unde Sacerdotes & Reges unctos eſſe novimus in veteri Teſtamento. Ut intelligat baptiſatus *Regale* ac *Sacerdotale* myſterium ſe accepiſſe, quia illius corpori adunatus eſt, qui Rex ſummus & Sacerdos eſt verus: Et regnum ſperare debet perpetuum, & hoſtias immaculatæ converſationis Deo ſemper offerre.

De Tegumento capitis.

Tegumentum capitis.

TEgitur poſtea linteo, & hoc de veteri Teſtamento aſſumptum eſt: Sic enim eſt ſcriptum in Exodo, *Filios quoque illius*, ſcilicet Aaron, *applicabis & indues tunicis lineis, cingeſque balteo, Aaron ſcilicet ac liberos ejus, & impones eis mitram.* Jam percepta gratia ſacri baptismatis, non reconfidat viribus ſuis, ſed ſemper deprecetur, ut protectus ſit cœleſti auxilio, protectionem Domini præclaram volumus intelligere per linteum, quo caput tegitur.

De indumento.

Indumentum.

ALbis induitur veſtimentis, ut ſciat ſe inviolatum corpus poſſidere, & charitate Spiritus Sancti illuſtratum cor ſe habere; ſive, recognoſcat ſe juſtitiam & nuptialem veſtem habere. Per veſtimenta enim opera juſtitiæ intelliguntur, unde dicitur eis: *Sacerdotes induantur juſtitia.*

De confirmatione Corporis & Sanguinis.

Corpus Chriſti.

COnfirmatur poſtea Corpore & Sanguine Domini, ut ſciat per talia myſteria Diabolum expulſum ab ejus corde, ac Chriſtum inhabitare, ita ut confidenter dicamus illis; *Omnes qui in Chriſto baptiſati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

De parvulis non loquentibus.

Parvuli non loquentes.

QUamvis parvuli per ætatem non poſſint intelligere ipſam (a) converſationem ad Deum atque credulitatem, credimus tamen eos ad Dominum converti propter (b) converſationis Sacramentum, & fidem habere propter fidei Sacramentum, ſicut legimus in Auguſtini Epiſtola ad Bonifacium Epiſcopum de parvulis requirentem, ubi dicit: *Ipſa reſponſio ad celebrationem pertinet Sacramenti, ſicut de ipſo Apoſtolus, conſepulti, inquit, ſumus cum Chriſto per baptismum in mortem, non autem ait; ſepulturam ſignificabimus: ſed prorſus ait; conſepulti ſumus. Sacramentum ergo tantæ rei, non niſi ejuſdem rei vocabulo nuncupavit. Itaque parvulum etſi nondum fides illa, quæ in credentium voluntate conſiſtit, jam tamen ipſius fidei Sacramentum fidelem facit. Nam ſicut credere reſpondentur, ita etiam fideles vocantur, non rem ipſam mente annuendo, ſed ipſius rei Sacramentum percipiendo. Cum autem* (c) *ſe homo ſapere cœperit, non illud Sacramentum repetit, ſed intelligit, ejuſque voluntati conſona ejus voluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non poteſt, valebit Sacramentum ad ejus tutelam adverſus contrarias poteſtates, & tantum valebit*, ut ſi ante (d) majoris uſum ex hac vita emigraverit, per ipſum Sacramentum (e) commendantem Eccleſiæ charitatem, ab illa condemnatione, quæ per unum hominem intravit in mundum, Chriſtiano adjutorio liberetur. Hucuſque Auguſtinus.

(a) converſionem.
(b) converſionis.
(c) fort. redundat.
(d) fort. rationis.
(e) commendans.

(f) *De parvulis non loquentibus.*

(f) videtur delendus hic titulus jam ſupra poſitus; ut ſequentia cum antecedentibus connectantur.

POteſt fieri ut qui alieno peccato ſunt ligati, aliena profeſſione ſolvantur. Hæc, piiſſime Imperator, cauſa obedientiæ poſuimus, quia dignum eſt veſtræ voluntati omnibus viribus obedire. Tamen in omnibus his, quæ diximus, parati ſumus auribus inclinatis (g) doctoribus corrigi & emendari. De noſtra credulitate hæc dicimus & recepimus, quod Eſaias dixit: *Verbum adbreviatum faciet Dominus ſuper terram.* Credimus unum Deum vivum & verum, ſemper eſſe immutabilem, tamen mutabilia operantem, nunquam eſſe ſine ſua ſapientia, hoc eſt, ſine Filio ſuo, neque ſine ejus voluntate, hoc eſt, ſine Spiritu Sancto. Deus Pater in bona voluntate ſua omnia creavit per ſapientiam. Credimus tres perſonas Patris & Filii & Spiritus Sancti, & recepimus verſus Sedulii. *Non quia qui ſummus Pater eſt, & Filius hic eſt, ſed quia quod ſummus Pater eſt, & Filius hoc eſt:* Filium ſolùm aſſumpſiſſe carnem humanam, ut viſibilis foret hominibus, hunc baptiſatum, quia oportebat nos baptiſari, hunc mortuum

(g) à

Sæc. VIII. Anno 790.

tuum corpore mundo, ut nos moreremur peccatis; hunc surrexisse à mortuis, ut nos speraremus resurrectionem, hunc venturum in novissimo judicio, quando segregabit oves ab hædis, & postea solos malos in inferno, hoc est, in pœnis victuros; justos solos in regno Dei, beatè regnaturos. Hæc est, justissime Imperator, nostra credulitas, hæc est spes firma, hunc Deum amamus, quem ardentius amare desideramus.

(a) Junguntur in M.S. sequentia cum prioribus, sed dubito num eo pertineant; Adjunxi tamen secutus fidem Codicis.

(a) Dixistis sereniſſime Imperator, velle vos scire qualiter nos & Suffraganei nostri doceremus populum Dei de baptismi Sacramento. Hæc prout potuimus, prælibavimus. Suffraganeus est nomen mediæ significationis, ideo nescimus quale fixum ei apponere debeamus, ut Presbyterorum, aut Abbatum, aut Diaconorum, aut cæterorum graduum inferiorum. Si fortè Episcoporum nomen, qui aliquando vestræ civitati subjecti erant, addere debemus, oro, ut hoc non imputet Dominus servo suo, quia usque in præsens tempus non sum ausus ea attingere, quæ nobis injuncta non sunt, sed paratus sum omnium Christi servorum vestigia sequi, & si forte Presbyterorum supradictum ordinem, docuimus illos, & admonuimus, ut sæpe doceant populum Dei, vana hujus mundi relinquere, & vera cœlestia petere. Ex hoc unde me cogit vestra jussio respondere, *Si in hoc qui prædico, meipsum custodiam*, ita respondeo. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.* Sciat, domine mi, sanctissima gubernatio vestra, nulli me prædicare ut peccet. Et tamen recolo sententiam beati Jacobi, ut ait: *In multis enim offendimus omnes:* Cum summus Christi loqueretur Apostolus, & (b) permisit; *in multis*; subjunxit, *omnes*; ut tanto cautius se imperfecti quique in loquendo vel agendo (c) circumspexerint, quanto certius cognoverint, quia nec perfecti quidem boni, & qui Spiritus Sancti gratia duce incedunt, hujus vitæ viam sine offensione peccati alicujus transire (d) nullatenus possent, atque ideo docemus sic: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis & justus est, ut remittat nobis peccata nostra*, quia sine peccato in hac vita esse non possumus. Prima salutis spes est confessio, nec quisque se justum putet, & ante oculos Dei erigat cervicem. Deinde dilectio, quia charitas Dei operit multitudinem peccatorum.

(b) fort. præmisit.

(c) circumspiciant.

(d) ullatenus.

CANISIUS

AD

LECTOREM.

Subjiciebantur hic nonnulla, quæ exploratum, ad Epistolam non pertinere: Quam suspicamur Alcuini esse; Codex enim nomine Auctoris carebat; tum propter dicendi genus Alcuini non absimile; tum propter illum, ad quem hæc Epistola missa; qui videtur fuisse Carolus Magnus, Alcuinum hujusmodi Quæstionibus exercere solitus.

Finis Partis primæ Tomi secundi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JAN 30 1928

Digitized by Google

Digitized by Google